BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Gockel, Eberhard

Gallicinium medico-practicum

Ulma 1700
4 Med.g. 95
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10054542-1

4 Med 9 95

OF <36622517290013 S

<36622517290013

Bayer. Staatsbibliothek

33

4° Rod. gen. 95. (96-97.

Medicina. Consultationes & Consilia

271.

EBERHARDUS GOCKELIUS S. R. I. COMES WÜRTEMB. WELTZHEIMENSIS ARCHIATER PRIMAR. REIP. ULM. PATR. ET UNIVERS. STATUUM PHYSICUS ORD. ÆTAT. LXIV. ANNO M.DCC.



Georg Andreas Wolfgang Sculps.

Quisquis es, huc studio, Spectator Lumina verte,
Gockeli facies perspicienda datur,
Gockeli Medico natus qui Patre perito,
Ipse vel insignis cujus Apollo. Pater:
Gockeli illius præclari Principum et Ulmæ,
ac Statuum Medici, qui necat arte necem.
Gockeli; cujus nulla est ars tanta, videndas
Ingenij dotes quæ posuisse queat.

in Amoris non ficati signum f.
Joh. Melchior Welschius. D.

M. 1543.

GALLICINIUM MEDICO-PRACTICUM.

SIVE

CONSILIORUM, OBSERVATIONUM ET CURATIONUM MEDICINALIUM NOVARUM

CENTURIÆ DUÆ, CUM DIMIDIA.

In quibus omnibus non ſolum varii ſingulares caſus enumerantur, ſed etiam per cauſas, rationes & principia tam antiquorum, quam neotericorum Medicorum dilucidè pertractantur ac reſolvuntur, atque ſelectioribus per 44. annos propriâ experientiâ comprobatis remediis illuſtrantur: Omnibus praxin medicam exercentibus tam jucundæ, quam utiliſſimæ.

Cum

DUOBUS INDICIBUS,

uno Conſiliorum & Obſervationum; & altero Materiarum & rerum.

Quæ omnia

Singulari ſtudio congeſſit & elaboravit

EBERHARDUS GOCKELIUS, Med. D.
Sereniſſimi Ducis Würtembergico-Weiltingenſ. Archiater primarius, Reipubl. Patriæ Ulmenſ. ac diverſor. S. R. Imp. Statuum Phyſicus Ord. nec non Illuſtr. Academiæ Naturæ-Curioſorum
ALECTOR.

ULMÆ,
Impenſis GEORGII WILHELMI Kühnen/
ANNO M. DCC,

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS

SACRATISSIMO
INVICTISSIMOQUE
MONARCHÆ
AC DOMINO DOMINO
LEOPOLDO I.
TER MAGNO
ROMANORUM
IMPERATORI
SEMPER AUGUSTO,
GERMANIÆ, HUNGARIÆ, BOHEMIÆ,
DALMATIÆ, CROATIÆ, SLAVONIÆ,
BULGARIÆ, BOSNIÆ, SERVIÆ
ET
RASCIÆ
REGI,
ARCHIDUCI AUSTRIÆ,
DUCI
BURGUNDIÆ, BRABANTIÆ, LUCEMBURGI, STYRIÆ,
CARINTHIÆ, CARNIOLÆ, WURTEMBERGÆ, TECKÆ,
ET
UTRIUSQUE SILESIÆ,
PRINCIPI SUEVIÆ,
MARCHIONI BURGOVIÆ, MORAVIÆ
ET
LUSATIÆ,

COMITI

COMITI PRINCIPALI HABSPURGI,
PFIRETARUM, KYBURGI,
ET
GORITHIÆ,
LANDGRAVIO ALSATIÆ,
DOMINO VENEDORUM MARCHIÆ, PORTENAVIÆ
ET
SALINARUM,
PIO, JUSTO, FELICI,

PATRI PATRIÆ,

GERMANIÆ LIBERATORI
POTENTISSIMO,
LIBERTATIS PUBLICÆ CONSERVATORI
STRENUO,
TURCARUM, ALIORUMQUE S. R. IMPERII
HOSTIUM DOMITORI AC OPPRESSORI
FORTISSIMO,
PACIS AMISSÆ RECUPERATORI
INCLYTISSIMO,
BELLI, PACIS, ET CLEMENTIÆ GLORIA
MAXIMO,
DOMINO SUO INDULGENTISSIMO AC CLEMENTISSIMO,
CONSILIA SUA AC OBSERVATIONES MEDICAS
DEVOTISSIMÆ SUBJECTIONIS ET OBSEQUII
RELIGIOSISSIMI ARGUMENTUM
EXIGUUM
D. D. D.
ET AD PEDES SACRATISSIMOS
HUMILLIME DEPONIT

AUTHOR.

AU-

AUGUSTISSIME

IMPERATOR

DOMINE DOMINE CLEMENTISSIME.

QUicquid IMPERATORUM MAXIME Respublica literaria luminis & incrementi habet, id omne TUÆ Clementiæ debet, QUI hactenus inter tot Glorioſa Auſtriaci Martis tropæa, ubi Muſæ tacuerunt, Mars enſem vibravit, tubæ perſtrepuerunt, & tympana ſonuerunt TER MAGNE LEOPOLDE ineffabili TUA prudentia pulcherrimo pacis fœdere

ſtudia cum belli curis conjunxiſti, ac Minervam æquè ac Palladem ſuo munere fungi clementiſſimè conceſſiſti, nec hanc alteri palmam præripere, ſed pari paſſu ambulare hactenus benigniſſimè voluiſti, artesque liberales pacis conſilio ſic extuliſti, quaſi bellum non eſſet. Quodipſum Academia noſtra Naturæ Curioſorum, cujus ego indignum membrum & Collegam me eſſe profiteor, ſatis ſuperque teſtatur, vivumque Exemplum præbet, quæ ſub umbra ALARUM TUARUM ſuum ortum & originem hauſit, mediante TUA Clementia crevit, & à ſplendidiſſimo & vivifico TUO SOLE irradiata ſuccum & ſanguinem nacta, jamdudum floruit, variosque fructus tam philoſophicos quam medicos, aliosque ex literarum fertiliſſimis agris prognatos floſculos excluſit, & per Dei gratiam dum lux & tenebræ inter ſe mutuò alternantur, continuo progreſſu, & exoptato ſucceſſu florebit, fœcundaque ac prolifica utiliſſimorum fructuum proventu germinabit.

Et QUI Orbis in Sago Terror, in Toga amor es, ita ut quod olim de Imperatore Tito Veſpaſiano dictum eſt, id etiam jure meritò de TE dici mereatur, quod AMORET DELICIÆ ſis Generis humani. Tot enim TUA & tanta Clementiæ, Belli, & Pacis Decora, dum hoſtes & perfidos proſternere, ècontra benigniſſimo obtutu litteras reſpicere conſueviſti, TE MAGNUM LEOPOLDUM magno præconio extollunt, NOMENQUE TUUM ſuper aſtra collocant, & MAGNUM TE Pace, MAGNUM Bello, & MAGNUM denique Clementiæ Gloria Oriens Occidensque profitetur. Præ omnibus etiam TIBI congenitam Clementiam Orbis admiratur & exoſculatur, ac TE Patrem Patriæ clementiſſimum, ſimul & juſtiſſimum

MO-

MONARCHAM devotissimè adorat. Imò TER MAGNUS ES, QUI MAGNUM FILIUM JOSEPHUM, S. Rom. Imperii REGEM desideratissimum æqualibus Virtutum Ornamentis, Diademati SUO congruis uberrimè exornatum THRONO insidentem, Orbique jus dicere vides, QUEM alma TRIAS potentissimè tueri, suisque Coronis plures addere non dedignetur.

Liceat ergò AUGUSTISSIME IMPERATOR TER MAGNE LEOPOLDE huncce laborem meum literarium, Consilia videlicet & Observationes medicas, per quadraginta quatuor annos, & quod excurrit, propriâ Experientiâ comprobatas, quibus etiam quadragenarius Practicus innumeris ægrotis, ac inter illos quamplurimis variæ conditionis Cæsareis militibus sub diversis Legionibus, præsertim verò Starenbergensi constitutis, ac ex obsidione Philippoburgica Ulmam venientibus ut Medicus Ordinarius per totum illud tempus, quo illi in præsidio steterunt, (æquèac Parens meus Johannes Georgius Phil. & Med. D. Physicus Reip. Ulm. per 59. annos Phys. Ord. & Collegii Med. Senior, in superiori bello suecico trecennali) desideratas suppetias medicas fidelissimè tuli, ad Augustissimi solii TUI scabellum, ut subjectissimæ meæ devotionis μνημόσυνον atque τεκμήριον deponere, & ad Aram veluti Apollinis & Minervæ, ut antiquitus in exortu artis medicæ apud Gentiles mos erat, suspendere, illasque sub AQUILÆ TUÆ ALIS contra quosvis hostes, illorumque ignea fulgura ac tonitrua umbram quærere, ac sub iisdem foveri ac tueri clementissimè permitte, quodipsum ego cum Liberis meis usque in seram posteritatem, dum spiritus vitales nostros reget artus, submississimè deservire, omnibusque intensis nervis AUGUSTISSI-

STISSIMÆ DOMUI TUÆ AUSTRIACÆ mea meorumque ſubjectiſſima ſervitia ipſo opere, quantum in me meisque eſt, conteſtari ſeriò contendam, nec ad mortem usque deſinam.

Quod ſupereſt, AUGUSTISSIME IMPERATOR, Deum Ter Opt. Max. ardentiſſimis exoro precibus, ut TUAM CÆSAREAM MAJESTATEM cum REGE & ARCHIDUCE FILIIs, totaque AUGUSTISSIMA DOMO in exoptato Corporis ac Animæ Statu paternè conſervare, THRONUM Cæſareum & Regium potentiſſima ſua manu usq; ad finem machinæ mundanæ firmare & conſervare, quosvis inimicos creberrimis ab illis deportatis victoriis peſſundare atque proſternere, tropæa tropæis cumulare, ſicque Orbem terrarum hiſce MAGNIS LUMINIBUS ſemper ac indeſinenter illuminare, vivificare, recreare, & fovere velit. Et ſic TUÆ TER MAGNE LEOPOLDE Clementiæ me cum meis, vitamque meam humillimè commendo. Ulmæ Suevorum, die 12. Martii, Anno M. DCC.

SACRATISSIMÆ

MAJESTATIS TUÆ

humill.mus & ſubjectiſſimus
ſervus

EBERHARDUS GOCKELIUS, D.

AP-

APPLAUSUS, STIMULI, ET JUDICIA ALIQUOT CURIOSORUM,

citra omne præjudicium, præfixa.

D. JOH. MICHAEL FEHR, Kittinga-Francus, Imperialis ac Liberæ Urbis Suinfurtenſis Prætor, & Phyſic. Ordin. S. R. I. Acad. Nat. Curioſor. Præſes & Argonauta.

SALUTEM ET FELICITATEM.

GRatiſſimus nobis accidit, Nobiliſſime, Excellentiſſime, & Experientiſſime VIR, propenſus iſte in Naturæ-Curioſorum affectus, & Generoſus Tuus ad ſocios labores Nobiſcum ſubeundos ardor, quem plenius perſpexi tum ex fama publica Celeberrimi Nominis Tui fidiſſima Nuncia, tum ex ſuaviſſimis Excellentiſſimi noſtri Collegæ Helianthi commendatitiis.

Macte excelſo iſto Animo Excellentiſſime Vir;

Quod ergo felix fauſtumque ſit, & S. R. I. Academiæ Naturæ-Curioſorum glorioſum.

Ego JOHANNES MICHAEL FEHR, Philoſophiæ & Medicinæ Doctor, Phyſicus Suinfurtenſis Ordinarius, Academiæ jam laudatæ electus Præſes, d. Argonauta, ex

ea quam Univerſus noſter Ordo mihi ſingulariter conceſſit, Authoritate Te EBERHARDUM GOCKELIUM, Medicinæ Doctorem, Sereniſſimorum Ducum Würtembergenſium Weiltingen. Archiatrum, Reip. Ulm. & diverſor. S. R. I. Statuum Phyſicum in Naturæ-Curioſorum Numerum non ſolum adſcribo, Collegamque renuncio, & his ipſis proclamo, ſed & pro tot ac tantis Tuis in Remp. literariam meritis hactenus præſtitis porroque præſtandis illuſtre Tibi ALECTORIS vigilantiſſimi agnomen confero, collatumque volo ſolenniter. Salve igitur nobis S. R. I. Acad. Nat. Curioſ. ALECTOR, Salve & Have Honorande Domine Collega, Age porrò quod agis, & ludentis nobiſcum ſæpiusque nos illudentis Omniparentis Naturæ Arcana, Medicæque Artis hactenus deſiderata pro ea, qua polles claresque dexteritate intimius perveſtiga, idque potiſſimum ad normam & formam LL. noſtrarum à S. Cæſ. Mejeſtate ſolenniter confirmatarum, quæ noſtra eſt Regula & Cynoſura unica. Sic DEI T. O. M. conditoris Gloriam, ſic Generis humani ſalutem immenſum quantum promovebis. Dab. M. DC. LXXXV.

(L. S.) *Argonauta.*

Nobiliſſime, Amplisſime atque Excellentiſſime Domine Collega.

DE novo, quem ſub prelo Kühniano ſudare Literæ Tuæ innuunt, Conſiliorum & Obſervationum medicinalium Faſciculo Tibi amicè gratulor; & cum prior ille ante ſedecim annos editus inſigne ſtudii Tui indefeſſi atque ſolertiæ medicæ argumentum præbuerit, de novo hoc idem facilè promittere mihi poſſum, eoque ipſo nomen Tuum inter nunquam oticoſos, multorum usque ad

invi-

invidiam, Te profiteri comprobas. Faxit cœleſtis Archiater, ut cuncta feliciſſime ſuccedant! Scrib. Auguſtæ Vind. d. 3. Id. Novembr. A. 1699.

Lucas Schröckius, Med. Doctor,
Academiæ Cæſareo-Leopoldinæ Naturæ Curioſorum
Præſes.

DN. JOH. JACOBUS WEPFER,

Med. D. Reip. Scaphuſ. Phyſicus Ord. quondam Sereniſſ. ac Potentiſſ. Caroli Elect. Pal. ad Rhenum G. L. M. ut & Sereniſſimorum Ducum Würtemberg. & Sereniſſ. Marchion. Badenſ. & Hochberg. &c. Archiater. Acad. Nat. Curioſ. S. R. I. Soc. Collega.

PRo Decadibus Conſilior. & Obſervationum dono miſſis maximas gratias ago; illis perlectis cognovi, te quoque mei honorificam mentionem feciſſe, quam ob rem me tibi magis adſtrictum teſtor. Deus Ter. Opt. Max. vitam & vires abundè largiatur, ut promiſſas perficere poſſis. Ex his nunc plurimum utilitatis accedere exiſtimo, quam ſyſtematibus quibus abundamus, aut litigiis de rebus vanis & ſæpè parum lucis artem exercaturis aliquando allaturis,

Exc. T. addictiſſ.

Scaphuſii die 7. Septembr. 1692.

Joh. Jacobus Wepfer, MD.

Applauſus.

DN. JOH. CONRAD. BRUNNERUS,

Ph. & Med. D. quondam celeberr. Univerſ. Heidelberg.
PP. Sereniſſ. ac Potentiſſ. Electoris Palatini ad Rhenum, diverſorumq;
S. R. I. Principum Archiater, Reip. Scaphuſ. Phyſ.
Ord. nec non Academ. Natur. Curioſor. Collega.

Vir Excellentiſſime,
Domine Fautor & Collega honoratiſſime.

OBſervationes tuas cum voluptate perlegi. Gratulor tibi & publico; ita nempe experimentorum meſſis creſcit, & itur ad majorem in medicina perfectionem. Ne ſolus ſim ἀσύμβολ@ addidi, quod deproperavi & in chartam, uti vides, rudi calamo conjeci experimentum. Rogo hæc à tuis mutuentur radios, & ponè in Ephemeridibus collocentur. Rogatum interea velim quam enixiſſimè Excellentiſſ. Dominum Almanacherum, ut correctioni proſpiciat, ne Typographus rudi mea ſcriptione incurrat in errorum multitudinem, ſimul literas ad ipſum deproperavi; Rogo ipſius amicitiam mihi concilies. Vale & ſalve.

T. paratiſſimus

Brunner.

DN. CHRISTIAN. FRANCISCUS

PAULLINI D. Philoſ. & Med. U. Com. Pal. Cæſ. Poet.
Laur. inter fructiferos Vigilans, Acad. Nat. Curioſ. Arion, & (quondam)
Reverendiſſimi ac Celſiſſimi Principis & Epiſcopi Med.
Jur. Ord. nunc Guelfenbytanus.

Scipio.

Applauſus.

SCipio, quem ab extincta Carthagine diximus Africanum, id ſibi pepererat nomen, ut etiam prædones, ſalutaturi Eum, undique confluerent, & dona, Diis offerri ſolita, in atrio deponerent. Viliſſimus equidem honor & fœda gloria. Hi verò ſolidam famam gloriamque omni ære perenniorem mihi videntur meruiſſe, quos non prædones, ſed Boni Doctique Viri ſincerè æſtimant, Eorumque benevolentiam modeſtè ambiunt. Ex horum Corona cum & Tu ſis, Vir celeberrime, ecquis vitio mihi vertet, quod & Tui amore jamdudum arſerim, tuamque amicitiam ſeriò ambierim? Vidimus enim virtutem & induſtriam tuam, unâ cum fertiliſſimo ingenio & magna experientia, cumprimis in Conſil. & Obſerv. Superiori anno feliciter editis, quas non ſemel ad os & pectus preſſi, & Cynographiæ meæ curioſæ, jam ſub prelo Endteriano ſudanti, paſſim innexas ex merito commendavi: Gratias habe, Vir excellentiſſime, pro tanto in Rempublicam affectu! quam ut porrò limatis tuis lucubrationibus augere & illuſtrare valeas, precor & enixè rogito. Ceterum, ſi vel infimum locum inter Doctrinæ, virtutis & Gloriæ Tuæ Admiratores mihi conceſſeris, fauſtum me dixero. Et ſi quas habes, habes verò Obſervationes, vel experimenta practica, quicquid ſit, lepori vel bufoni meo inſervientia, fac, rogo, ne neſciam. Fideliter innectam cum tripudio, publicè prædicans, per quem profecerim. Sin: ornes ſaltem velim unam alteramve beſtiam epigrammate, ut vel unico amoris Tui ſchemate, mihi aliâs ſimplici rectoque, & à fumo fucoque ſeculi prorſus alieno, ſuperbire liceat, quo cernant Curioſi, me etiam, Ampliſſimi Collegii umbram Celebratiſſimo Gockelio, licet præter meritum, innotuiſſe, & vel ſcintillulam affectus ſui elicuiſſe, non promeruiſſe &c. Guelfenbyti 3. Nov. 1684.

DN. D. JOSEPHUS LANZONUS.

Medicus Ferrarienſis &c. ac Illuſtr. Acad.
Nat. Curioſor. Collega.

Illuſtriſſime Vir, Clariſſime D. ac Collega
Suaviſſime.

LOquor de Citro, ac Cedro, in præſenti opuſculo, quod nunc tibi mitto in mei erga te amoris teſſeram; Ex nomine enim, à tuis optimis operibus typis datis, acquiſito, quæ ut mihi celeriter tradas rogo, jam collegi, quanti te facere debeat Medicus quilibet, inter quos ego minimus. Fama enim hic Italiæ de te, tuisque ſcriptis altè loquitur. Faveas ergo velim mihi mittere tuos libros typis datos medio alicujus Amici, vel Mercatoris Veneti, illi enim apud me erunt veluti Gemmæ. Vale, ac me ama.

Dominat. tuæ Illuſtriſſimæ

Ferrariæ, 2. Novemb.
1690.

Addictiſſ. Famulus

Joſeph. Lanzonus.

Sequuntur Carmina gratulatoria

PATRONORUM, FAUTORUM, ET AMICORUM,

citra omne præjudicium locationis ac prærogativam inſerta.

NOn ſatis eſt docuiſſe viros ex arte probatos
Gockelio Medico, qui præclariſſimus audit,
Quod penè innumeros felix ſanaverit ægros:
Quod Pareſes diras, quas ante lithargyrus arte
Compoſtus peperit, dexter curaverit ipſe:
Quod Galli effœti partum monſtraverit ovum:
Quid ſint præſtigiæ, queis quis queat arte mederi.
Sed quo ſcire queant venturi tempora ſæcli,
Centurias ternas ægrorum contulit ille,
Atque obſervata ſimul medicamina rite notavit:
Ut diſcat lector generoſa juvamina gratis,
Quæ multo didicit pretio, ſudore, labore.
Ergo ſufficiat placuiſſe domique foriſque,
Principibus placuiſſe viris, placuiſſe tot Ulmæ
Civibus & Dominis patriis, pariterque remotis.
Sic bene floreſcens vivat per tempora longa,
Ut Coi magni virtutes vincat & annos,
Qui plusquam centum fertur ſuperaſſe quietus.

Ita gratulatur & vovet
Amicus

Salomo Reiſel, D.
Conſil. & Archiater Würtembergicus.

In

In Laudem

OBSERVATIONUM GOCKELIANARUM

Anno 1700. editarum.

SUadeat heu! quamvis diras Bellona tumultus,
Ac furor inſanos cogat ad arma Duces;
Altera nil ominus *Medica Obſervatio* proſtat,
Hæc *Gallorum inter* nec tamen *arma ſilet!*
Inde per innumeras digeſta laboribus horas
Edidit ingenii Symbola docta ſui:
Hæcque diu ſtudio, rerumque exercitus uſu,
Gockel. & apta domi, ſcripſit, & apta foris.
Sic nova conſiliis, nova ſit Tibi gloria libris
Creſcet, & usque tuum nomen ad aſtra feret.
Obvius hoc *Lector,* complectere protinus ulnis
Eximium Studii dexterioris Opus!

Affinit. & Amicit. e. ſingul. adpoſ.

Jacob. Otto, D. Cæſ. Pal. Com.
& Reip. Patriæ Conſil.

LYncea GOCKELII vix eſt, quod lumina fallat,
abdita naturæ ſi bona mente petit:
Sive per æthereas rapiatur acumine ſedes,
ſive in telluris viſcera tecta ruat.
Hinc aliis dubium, ſibi longo tramite tritum
prælata Doctis lampade, monſtrat iter.
Si cupis hoc, Phœbi cultor, funalia libro,
quæ præfert, bivii per tenebroſa cape:

Caligans olim, cernes illustria quævis,
& rutilas flamma non pereunte vias.

Ita applaudit Observationibus rarioribus longa Excellentissimi Dn. D. GOKELII Amici honoratissimi Experientia collectis, nunc Erudito orbi publicandis

Joh. Paulus VVurffbainius, D.
Reipubl. Norimberg. Physs. Ordinar. & Academ. Leopoldino-Cæsareæ Nat. Curios. Collega & Adjunctus.

Prænobili, Clarissimo, & Excellentissimo
VIRO
DOMINO EBERHARDO GOCKELIO,
Medicinæ Doctori,
Serenissimi Ducis Würtembergico-Weiltingens. Archiatro, Reipubl. Ulmensis, ac diversor. S. R. Imperii Statuum Physico &c. amico & collegæ integerrimo.

Saphica
In laudem Medicinæ & Authoris.

QUid juvat multis onerata nummis
Arca? quid longis rediens ab Indis
Cymba, si cœco labefacta morbo
vita vacillat?
Hinc mihi Crœsi, residesve gazas
Attali pone, hinc Medicina sola
Stet, mihi salve Medicina dicam, &
Crœse valeto:
Attali fulvi valeant acervi,
Est satis dives, cui larga pulchrum hæc
Explicat cultum, fovet ista vitam,
cætera temno.

*** Quod

Quod Polo Phœbus ſolet eſſe vaſto,
Illud eſt vaſtæ Medicina terræ:
Cynthius ſtellas, Medicina ſuccis
corpora ſervat.
Hanc tuo reddis vigili labore
Splendidam, librisque tuis adornas,
Te magis fiet Medicina fido
clara cliente.

Debiti honoris & obſervantiæ ergo
accinit

Georgius Tobias Dürr / M. D.
Nobilis verus, Sereniſſimor. Electoris Palatin. Joannis Wilhelmi, & Maximiliani Philippi Ducis Bavariæ, Conſiliarius & Archiater, nec non Reipubl. Auguſt. Phyſicus Primarius, naturæ curioſus.

ARtis Apollineæ ſplendor jam limina cœli
Scandit, & Arctoi gemmea tecta Poli,
Hanc etenim illuſtres coluerunt ſtemmate clari,
Et ſimul inſignes nobilitate Viri.
Quêis genus à Proavis ingens & ſanguine nomen,
Quosque ſuo docuit docta Minerva ſinu,
Horum GOCKELIUS quando monumenta Virorum
Exauget doctis fœtibus ingenii.
Hic inter Medicas ceu Princeps jure Phalanges
Emicat, & meriti nomen honoris habet,
Perge Podalirias magis efflorere per artes,
Et Tua Caſtalio ſcripta replere thymo,
Quæ venit expanſis Tibi gloria nobilis alis,
Adveniet meritis indubitata Tuis,

Et

Et memores etiam Parnaſſi montis Alumnæ
In laudes ſolvent ora canora tuas,
Sic ſic externis tua jam collecta ſub oris
Ibit in omnigenas gloria ſparſa plagas,
Sed vos Aonides quibus eſt conceſſa poteſtas
Ornandi æterno laudis honore Viros
Promite GOCKELII præconia debita Vitæ
Ipſa quibus gaudet neſcia fama mori,
Namque tot inſignem virtutibus; arte decorum
Non decet orbatum laudibus eſſe ſuis.

Excellentiſſimo Domino Auctori Obſervationes Medicas edenti officioſo affectu & applauſu adpoſuit

D. 1. Novembr. ann. 1699.

Johann Fridrich Bilger, S. C. M.
Conſil. & Perſonæ Medicus,
Phyſ. Primar. Eſsling.

α. ω.

VUlgo equidem noſtro nunquam tua ſcripta placebunt,
Quæ ſcis, non probat, haud, quæ probat ille, ſcies.
Quid tum? latrantem calcat Latona *Catellum*,
Sufficiat *Doctis* & placuiſſe *bonis*.
Næ! quicunque *Bonus Doctusque*, favebit ovando;
Quòd VIRTUS *virus* GOCKELIANA necet!

miſis
è caſtris Guelforum ad Ocram
ARION,
Academicus Curioſus &c.

In Obſervationes auro digniſſimas Medicinales,

Prænobilis, Excellentiſſimique Viri,

Domini Everhardi Gockelii,

Philoſoph. ac Medicin. Doctoris Famigeratiſſimi, Sereniſſimi Ducis Würtembergico-Weiltingenſis Archiatri Primarii, Diverſorum R. I. Statuum, ut & Reipublicæ Ulmenſis, Phyſici Ordinarii nec non Collegii Curioſi in Germania Allectoris.

ADjungam Tibi, nec opus eſt ſuffragia, cum ſe
Materies operis, dictioque ipſa probet?
Me penes haud, ſcriptis alienis addere pondus,
Nec Tua, ſi poſſem, ſcriptio laudis eget:
Ne tamen in dubium veniat Tibi prona voluntas,
Hinc animi grati, Signa & amoris habe:
Nunc animoſus abi liber, & ſi forte quis Auctor
Quæreris? hoc ſat erit, dicere Gocklius eſt.
Tunc Tibi poſteritas meritò perſolvere grates
Debebit, ſcriptis doctior illa tuis.

Paucula hæc ex debito obſervantiæ cultu
deproperabat

Philippus Lieber ab Hulden,
Phil. & Med. D. Sereniſſ. Ducis Würtemb. Oelſnenſ. Conſiliar. Aulicus, nec non Regii Weichbildi & Civitatis Neoforenſis in Sileſia Senator & Phyſicus Ord.

Ter

TEr venerande Pater quis non gratetur honorem,
Qui GOCKELIADUM nomen & omen habes,
Practica dum docili calamo medicamina tradis
Quæ morbos pellunt, quæ Medicisque placent.
Splendida per mundum nunquam tua Fama peribit,
Maxima poſt obitum lausque decusque manet.
Hæc me perſimili ſtudio contingere metam
Impellunt, medico ſubdere calcar equo,
Quo tandem pariles ſtudiis adipiſcar honores,
Qui tam præclaro ſum Genitore ſatus.

Hiſce verſiculis honorando Dn. Parenti gratulari voluit

Chriſtophorus Eraſmus Gockelius, Med. D.
Phyſ. Reip. Ulm. Ord.

PRÆFATIO,

Ad
Candidum & benevolum Lectorem.

TEctor benevole. Ante aliquot annos, & quidem 1683. Consiliorum meorum & Observationum medicinalium per septem & viginti annos propria experientia comprobatarum, typisque excusarum Decades sex Tibi communicavi, quæ ex diverso climate attestantibus Doctoribus, Fautoribus, ac Amicis, uni alterive doctissimorum Virorum non displicuerunt, ut eorundem ad me datæ literæ idipsum satis superque testantur atque comprobant, in quibus etiam me ad plures tales ingenii mei excludendos fœtus practicos incitarunt & exhortati sunt: Quod ansam mihi dedit, quo minus præter eas dictas Decades pridem excusas, hasce novas Consiliorum & Observationum mearum medicinalium Centurias duas, & Decades quinque, cum additamento de Modo inspiciendi Vulnera lethalia, & Cadavera Venenis extincta, in praxi mea, (quam jam Divina favente gratia per quadraginta

ginta quatuor annos exercui) perſpectas & probatas, Orbi literario pariter communicare, dubitaverim, quas, ut ſpero, æquo ac benevolo animo, quemadmodum à me in boni publici gratiam integerrimo erga Te amore conſcriptæ ſunt, accipies, nec me, quaſi ego citra tuam voluntatem aliquid tibi moleſti & jam antea conſcii obtrudere velim, reprehendes, cum neque tibi neque aliis in recenſitis caſibus & curatione morborum præſcribatur, ſed unicuique in curandis his affectibus uſitata ſua methodus liberrimè relinquatur.

Quod etiam aliquot Conſilia & Obſervationes meas medicas, quæ Ephemeridibus Curioſorum jamdudum inſertæ ſunt, hiſce præſentibus addere ac intermiſcere curaverim, hanc ob cauſam factum eſt, quia multi Medicorum Ephemeridibus Collegii noſtri curioſi deſtituuntur, ut ſic non ſolum has, ſed etiam ſimul reliquas ad manus habeant, ipſis haud ingratum fore exiſtimavi.

Ad hæc, quemadmodum diverſa hinc inde curiosa in his meis Conſiliis & Obſervationibus occurrunt, ſic in gratiam curioſorum curioſum rarumque animalculum Indicum, Rondaſſe dictum, quod hic Ulmæ in Technophylacio Weickmanniano in natura repoſitum eſt, huic meo operi medico, cum aliis figuris, æri inſculptum, addere volui, quod forſan non diſplicebit.

Accipe ergò, Lector benevole hæc mea Conſilia & Obſervationes ſerena fronte, de iisque benè & favorabiliter judica, mihique ulterius fave, & ſi quæ ob humanæ mentis fragilitatem corrigenda occurrunt, benignè corrige, errores-

roresque, ſi in aliquot occurres, ignoſce, & pallio Chriſtianæ tuæ charitatis obtege, ac meum erga te candidum amorem reciproco propenſo erga me animo fove atque compenſa. Pro quo in me collato amore & benevolentia me Tibi, dum ſpiritus vitales hos meos reget artus, quovis officiorum genere obſtrictum habebis.

Tu verò Mome ac Zoile, qui forſan Theonino dente hunc meum laborem rodere non erubeſcis, meliora ſcribe, quæ æquo gratoque animo accipiam, tibique gratulabor.

Quod reliquum eſt, Deo Ter Opt. Maximo, qui vitam & facultatem hæc Conſilia & Obſervationes medicas mihi conſcribere conceſſit, & me ab incunabulis in hunc usque diem paternè duxit ac conſervavit, multisque in me meosque collatis beneficiis fovit, auxit, & benedixit, ſit laus, honor & gloria, usque dum omnem rerum, & totius mundi machinæ tandem adveniet

FINIS.

CENTURIA PRIMA.

CONSILIUM MED. I.

Morbum complicatum, Affectum scl. hypochondriacum cum dispositione scorbutica: Cachexiam: Tussim vehementissimam cum phthisis periculo: ac continuum somni desiderium, Lethargum minitans, ostendens.

Casus.

MAgni cujusdam Nominis Persona, ac Dominus, Dominus viginti novem annorum, circa ultimam diem Octobris, Anno 1686. derepentè post cœnam, toto corpore, manibus pedibusque tremere ac titubare cœpit, & sine alterius, brachia suffulcientis adminiculo, solus ambulare nequivit; Quocirca etiam ratiocinatio læsa fuit, ac inter varias pandiculationes, cum compositione gestus ad vocem, magno cum clamore, varia linguarum idiomata per totam horam, minimè sibi conscius, inconcinno sermone, ac fusissima loquacitate, miscuit, & sic fermè quotidiè statis temporibus morem gessit, & dum hæc agebat, nullum planè dolorem sensit: Altero post paroxysmum die, incertis gressibus in hypocausto oberrans, baculi beneficio obambulare conatus, deque exiguo dolore capitis, magna tamen vertigine, aurium sonitu, oculorum caligine, tussi vehementissima, cum excretione pituitosa, interdum fibrillis sanguinolentis

nolentis mixta, appetitu proſtrato, ventriculi debilitate; vomitu bilioſo, imbecillitate totius corporis, continua ad ſomnum propenſione, quam etiam neque ambulando, ſedendo, vel movendo evitare ac declinare posſit, conqueſtus eſt.

Reſolutio.

Morbus. HIc Affectus Morbus complicatus eſt, qui in Affectu hypochondriaco, ſanguineque ſcorbutico: Cachexia, & ad hydropem diſpoſitione: Tuſi vehementi, ac ad phthiſin inclinatione: & ad ſomnum continua proclivitate, lethargum minitante, conſiſtit.

Cauſa. Hi Affectus partim â cauſis remotis, partim v. â propinquis & concurrentibus oriuntur. Cauſæ remotæ & procatarcticæ ſunt mala obſervata Diæta, ac præſertim cibi potusque uſus immodicus, ventriculique quotidiana nimia repletio, per quam non ſolum coctio depravatur, ſed etiam viæ corporis naturales, præſertim verò meſenterium, per quod chylus inelaboratus tranſire conſuevit, multis cruditatibus replentur, infarciuntur, atque gravantur, caputque nebuloſis, acribus, & ſcorbuticis, narcoticisque vaporibus oneratur; Concurrentes propriæ ac proximæ Cauſæ ex parte lienis, ſunt obſtructio venarum meſaraicarum, ramorumque venæ portæ, â materia excrementitia atrabilaria & aduſta, ac peculiare fermentum acre, quo ſanguis melancholicus tinctus ac imbutus eſt.

Cachexia â mala & depravata coctione ventriculi, hepatis atonia, ac imperfecta ſanguificatione, Sanguinisque vitioſi ſero copioſiore, oritur: Tuſis vehementia, cum phthiſis periculo, â materia acri & mordaci catarrhali, è capite ad pectus pulmonesque delabente, ac pituita ſalſa, lenta, & viſcida, fiſtulas pulmonum obſtruente, pulmonesque tam copia, quam qualitate inquietante, & gravante, reſpirationemque liberam impediente, provenit.

Signa. Signa recenſitorum affectuum ſunt ſequentia; Et quidem mali hypochondriaci & ſanguinis ſcorbutici indicia ex frequenti triſtitia, mœrore, indignatione, capitis ac labiorum, ob impuri ſanguinis motum, & heterogeneorum ſegregationem per aliquot vices exulceratione, Sputi acidi, ſalſi & auſteri excretione, &c. deſumuntur. Cachexia, & ad hydropem diſpoſitio partim ex faciei inflatione ac colore plumbeo, labiisque lividis, partim verò ex tumore pedum œdematoſo judicatur. Phthiſis verò periculum tam tuſis vehementiſima cum aſthmate, quam etiam excrementum pituitoſum filamentis

ſangui-

ſanguineis ſtriatum & permixtum, maciesq; totius corporis, indicat. Inclinatio ad lethargum, continua ad ſomnum propenſio, artuum tremor, ſermo inconveniens tempore paroxyſmi, dictorum factorumve oblivio, urina, pulſus, & quæ ſunt ſimilia, edocent.

Prognoſis. Hi recenſiti affectus difficulter curantur, quia tres Facultates principes, enimalis videlicet, vitalis, & naturalis patiuntur; imò, planè incurabiles ſunt, ſi nulla Diæta obſervatur, intemperantia in potu continuatur, ac uſus legitimus remediorum negligitur: Econtra, ſi bona Diæta inſtituitur, & medicamenta præſcripta ritè aſſumuntur, ſpes aliqua reſtitutionis, benigna natura cooperante, ſupereſt. *Prognoſti-ca.*

Curatio in remotione cauſarum morbi, ac præcautione ſymptomatum conſiſtit. Cauſæ removentur per materiæ peccantis præparationem & purgationem, quorum ultimum ſuo tempore per laxativa clyſteresque peragi poteſt; Exempli gratia, ℞. *Rad. angelic.* ℥vj. *Herb. ſalv. rut. hyſſop. betonic. major. roriſmar. flor. ſtœch. Centaur. min. ana* pj. *ſem. anis. Cymin. fœnic. urtic. bacc. lauri ana* ʒij. *M. f. decoct. in brod. carn. q. s. Colat.* ℞. ℥vj. *in qua diſſolv. Syr. Emet. Ang. Sal.* ʒij. *El. diacath.* ʒj. *Mell. roſ. ſol.* ʒiß. *Sal. gemm.* ʒiij. *M. f. Clyſter.* Sed quia hoc tempore benigna mater Natura ſponte excretionem per alvum criticam molitur, iccircò hac vice non turbanda, ſed potius in operando relinquenda erit. Interim verò ratione omnium dictorum affectuum eò collimandum eſt, ut intemperies affectarum partium alteretur ac corrigatur, obſtructiones referentur, ſanguini & ſpiritibus motus liber ac legitimus cum circulatione reſtituatur, viſcera roborentur, & â corruptione præſerventur. In quem finem ſequentia Remedia ordinata fuerunt. 1. Ad Obſtructiones meſenterii, ramorumque venæ vortæ aperiendas, ſpiritusqùe cerebri congelatos fixosque volatiliſandos; ℞. *Sal. CC. volatil.* ℈j. Sic d. doſ. 12. ad vitra, de quibus alternis diebus, mane, meridie, & veſperi una in aqua Ceraſorum nigrorum aſſumatur. 2. Ad cerebrum roborandum, ejusdemque meatus aperiendos, graviaque ſymptomata præcavenda. ℞ *Cinnabar. nativ. granulat. Cinnab. antimon. Spec. contra Apoplex. compl. ana* ʒß. *M. f. pulv.* de quo etiam alternis diebus (ita ut quotidie duorum horum pulverum alternando, unus de die ter deglutiatur) mane, meridie, & veſperi ℈j. in aqua ceraſorum nigror. capiatur, uſusque dictorum pulverum, usque ad eorundem conſumptionem continuetur. 3. Quia præcipuum indicans inter cætera requirit, ut tuſſi vehementiſſimæ ſine mora ſuccurratur, ac phthiſis periculum infringatur, ſtatim poſt uſum præſcriptorum pulverum, ſequentes ſpecies *Curatio.*

℞. *CC. volatile.* *Pulv. Cebar. phal.*

gallinæ deplumatæ ac apertæ incluſæ, cum menſuris duabus aquæ fontanæ ad tertias coquantur, ac de hoc brodio colato & expreſſo mane jejuno ſtomacho, & hora ſecunda pomeridiana unciæ quinque calidè ebibantur, perque horam unam alteramve à cibo potuque abſtineatur. *Spec pro decocto.* ℞. *Spec. decoct. pectoral. fl. & fr. ana* ʒß. *Rad. fœnic. helen. taraxac. ana* ʒij. *herb. capill.* ♀. *Mj. ſcabioſ. Mß. ſem. 4. frig. maj. ana* ʒiß. *ſem. fœnic. anis. ana* ℈j. *Nucleor. pineor.* ʒß. *Conſerv. roſar. rubr.* ʒvj. *Conſerv. borrag.* ʒiij. *Mixt. contuſ. & inciſ. d. ad chartam.* 4. In eundem finem etiam de ſequenti Electuario pectorali confortante de die aliquoties avellanæ vel nucis moſchatæ quantitas comedatur, uſusque hujus remedii per aliquod tempus, donec tuſis ceſſet, non negligatur. *Electuar.* ℞. *Conſerv. roſ. rubr. Conſerv. flor. bellid. ā* ʒj. *Loch. ſan. & expert. de pulmon. vulpis, de farfara ana* ʒß. *Pulv. Haly contra phthiſ. ſine ſacch. Pulv. Anonym. ana* ʒß. *flor.* ♀. ℈j. *Syr. Violar. papav. errat. ana* ʒij. *M. d. ad Ollam.* Et, ℞. *Conſ. roſ. rubr.* ʒiij. *Conf. Alkerm. Compl.* ℈ij. *Corall. rubr. præp.* ʒij. *Syrup. Corall.* ʒij. *M. d. ad Oll.* 5. Species pro potu ordinario, de quibus cochleare unum plenum menſuræ aquæ ferventis injiciatur, moxque operculo tegatur, qua etiam aqua, nulloque alio potu, (niſi apud menſam, ubi vitrum vini conceſſum eſt) ſitis reſtinguatur, quia hoc potu vitium humorum corrigitur, viſcera roborantur, & ſanguis acrior corrigitur, ac impeditur ne viſcera per putredinem corrumpantur. *Pulv ſ Spec. pro potu ordinario* ℞. *Scob. Lign. Saſſafr. Rad. Chinæ ana* ʒß. *Cinnam. opt.* ʒij. *ſem. anis.* ʒj. *CC. præp. Ocul.* ♋. *præp. ana* ʒiß. *M. f pulv. groſſus.* 6. Aqua præſtantiſſima, cor, caput, atque ventriculum corroborans, quavis urgente neceſſitate, præſertim verò M. & V. cochleatim ſumenda. *Aq. Cephal. opt.* ℞. *Aq. Ceraſ. nigr. Apoplect. Oſwald. Cephal. noſtr. deſcript. confort. officinal. perlat. ana* ʒiß. *Cinnam. ſtill.* ʒij. *Epilept. Lang. Hyrund. cum caſtor. ana* ʒß. *Spir. Ceraſ. nigr. flor. anth. lilior. convall. Cephal. Anhalt. compl. ana* ʒj. *Lap. Bezoar. orient. gr. v. Corall. rubr. præp.* ℈ß. *Confect. Alcherm. compl.* ℈iß. *Margar. præp.* ℈ß. *Man. Chr. perlat.* ʒiij. *fol.* ☉. *num. j. M. d. advitr.* 7. Tragea confortans, quotidiè poſt prandium ac cœnam cochlearis dimidii quantitate cum pane ſaccharato, vino madido, uſurpanda. *Tragea Confort.* ℞. *Spec. diambr. compl. diamoſch. dulc. ana* ʒß. *diaxyloal.* ℈j. *Cinnam. opt.* ʒij. *Margarit. præp.* ℈j. *Cinnabar. nativ. granul. Corall. rubr. præp. ana* ℈ij. *Nuc. moſch.* ʒj. *Macis, Cubeb. Cardamom. gariophyll. ana* ℈ß. *ſacch. albiſſ.* ℥iij. *M. f. Tragea.* Ad hæc, in morbi principio, maximo cum levamine, Pillulis Theriacæ cœleſtis uſus eſt. *Theriac. cæleſt.* ℞. *Theriac. cæleſt.* ℈ß. *f. pill. num. 8.* divid. in 2. part. æqual. quarum quælibet veſperi ſub horam decubitus deglutienda. 8. Externè, aqua Reginæ Hungariæ, vel Spiritus Cephalicus, & balſamus apoplecticus mixtus, quibus

vertex

vertex capitis, tempora, ac nares inungantur. ℞. *Spir. Ceraſ. nigr. lil. convall. ana* ʒß. *Cephal. Anhalt. compl.* ʒij. *M.* Et, ℞. *Balſ. Apopl. Croll. comp.* ϶ß. *majoran. ſuccin. ana gr. iij. Ol. ſuccin. g. iij. Pingued. Caſtor. gr. iiij. M. d. ad pix. ſtanneam*, de quo nares ac tempora inungantur. Ut &, ℞. *Empl. d. Tacamahac.* ʒij. *malax. cum Ol. majoran. extend. ſuper aluta magnitud. imperial.* verticique capitis, abraſis prius capillis, applicetur. *Spiritus Cephal. Balſam. Emplaſtr. Cepbal.*

9. Simili modo quotidiè aliquoties, ad cerebrum roborandum, ejusdemque intemperiem frigidam corrigendam, meatusque obſtructos aperiendos, alternatim pulvis errhinus, & aqua ſternutatoria in uſum venire poſſunt. Ut, ℞. *Herb. anthos, majoran. ana* ʒij, *Sem. nigell.* ʒj. *rad. helleb. alb.* ϶ß. *Moſch. gr. v. Ambr. gr. iij. Ol. lign. rhod. majoran. Cinnam. ana gutt. iij. gariophyllor. gutt. ij. M.* Et, ℞. *Aq. majoran.* ʒij. *pulv. ſem. nigell.* ϶j. *helleb. alb. gr. v. M. d. ad vitr.* *Pulv errhinus. Aq ſternutator.*

10. Nec minus, ad atrophiam corporis inhibendam, M. & V. pectus ac ſpina dorſi unguento appropriato illiniantur. ℞. *Ung. reſumptiv. Fern. Roſat. Meſ. ana* ʒj. *Ol. violar.* ʒij. *M. d. ad Ollam.* Ac tandem 11. tumori pedum œdematoſo ſeqq. Remedia applicentur. ℞. *Emplaſtr. diaphoret. Mynſ.* ʒiß. *malax. cum Ol. chamomill*, atque linteo inductum imponatur. Vel ℞. *Spir. vini opt. rectif. Menſur. j. vel* ʒxxxx. *pulv. ſal. armoniac.* ʒiij. M. in quo intingantur lintea, ac ſub horam decubitus in lecto pedibus tepidè circumvolvantur. Quodſi v. tumor pedum cedere nollet, aqua calcis vivæ cum intinctis linteis calidè erit uſurpanda, ſæpiusque repetenda, quæ ſic paratur: *Sumitur fruſtulum calcis vivæ ad quantitatem nucis juglandis, & in aquam ferventem immittitur, donec diſſolvatur, quo facto, calx cum aqua agitatur, & poſtea reſidere ſinitur*, hinc clarior aqua per inclinationem in aliud vas transfunditur, in qua ſpongia nova, & quæ nitroſa qualitate adhuc particeps, exprimitur, calidéque parti affectæ ſuperligatur; Notandum v. quod pars Oleo amygdalar. dulcium, vel axungia porcina veteri debeat inungi, ne calx in aqua reſidua partem erodere vel mordicare poſsit. Proficit etiam ſeq. Fomentum. ℞. *Herb. abſynth. menth. ſalv. rutæ, hyperic. Origani, roriſmar. Lavend. Majoran. ana Mj. Rad. Ebuli, iridis, Cortic. med. ſambuc. ana* ʒij. *flor. chamomill. ſambuc. ſpic. ſtœchad. roſar. rubr. melilot. ana Mß. Baccar. lauri. juniper. ana* ʒß. *M. & conciſ. coq. cum aq. fontan. & f. l. a. fomentatio pedum*, quæ bis in die repetatur. *Aq. calcis vivæ. Fomentum.*

Quod denique Diætam concernit, 1. Aer ſit calidus. 2. Cibi eligantur coctu faciles, bonumq; ſuccum generantes, quales ſunt, panatellæ, juſcula carnium & gallinarum, cum gelatina caponum mixta, item gallinæ, pulli gallinacei, capones, caro vitulina, agnina, aves montanæ, minutal, pruna Hiſpanica, pulmentum ex paſſulis confectum; *Diæta.*

ctum; Ex piſcibus, truttæ, furiones, funduli, gobii fluviatiles, aliique hujus generis bonam carnem habentes, quæ omnia macere, garyophyllis, Cinnamomo, majorana, &c. condiantur; Econtra omnia cruda, coctu difficilia, acria, auſtera, ſalſa, acida, fumo indurata, & ſimilia, evitentur. Potus in menſa ſit vitrum vini ſaccharo Candi mixtum, ac hoc tempore hyemali fornaci aliquantisper impoſitum; aliâs, ad ſitim compeſcendam decoctum pro potu ordinario bibat, & extra hoc, ab omni intempeſtivo ac ſuperfluo potu tam mane jejuno ſtomacho, quam per totam diem, reliquumque tempus, niſi vitam voluntariè perdere velit, abſtineat. 3. Motus ſit moderatus, quo Corpus ac Spiritus excitentur & vegetenrur 4. ſomnus diurnus, quantum posſibile, evitetur. 5. Alvus ſit vel naturaliter, vel artificialiter aperta. Ac tandem 6. omnes fortiores animi motus, ira, mœror, triſtitia, &c. refrenentur atque coerceantur.

CONSILIUM MED. II.

Morbum complicatum, Cachecticum Icte-ricum, ſcil. atque Scorcuticum, producens.

Caſus.

ANno 1689. Menſe Februario, Serenisſima quædam Perſona ſequenti morborum ac ſymptomatum ſyndrome afficiebatur. Facies erat lurida ac circa genas inflata, oculi auriginoſi, dextra manus exterior, quin etiam pedes minores ad talos usque tumefacti, maculisque violaceis conſperſi cernebantur, tuſſicula cum aſthmate aderat moleſta, appetitus erat proſtratus, membraque tremore concutiebantur.

Reſolutio.

Morbus. HIc Affectus morbus complicatus eſt, qui 1. Cachexiæ. 2. Icteri flavi, & 3. Scorbuti nomine indigitatur, ac â ventriculi, hepatis, atque lienis diſcraſia originem habet.

Cauſæ. Cauſa Cachexiæ â ſtomachi & facultatis concoctricis imbecillitate, nec non malè obſervatâ Diæta, ac excesſibus in cibo potuque com-

commissis proficiscitur, undè variæ cruditates generantur, quæ deinceps cum chylo per angustas mesenterii venas transeuntes in primis viis hærent, variasque periculosas obstructiones causantur, partim verò in ipsam massam sanguinis penetrant, & ob particulas heterogeneas salino-tartareas circulatioem sanguinis aliqualiter impediunt, ac præternaturali inquinamento tingunt, hinc fit, quod in tertia concoctione ille sanguis, qui ad corporis nutritionem ac conservationem in substantiam corporis converti & assimilari debet, magna ex parte vitiosus & inhabilis sit, ac propterea â benigna matre natura per oscula venarum intra cutem & carnem ut inutilis excernatur, unde tumor, Leucophlegmatia, aliaque periculosissima symptomata oboriuntur. Icterus flavus ab obstructione ductus cystici vel cholidochi provenit, quam ob causam bilis massam Sanguineam incurrit, totumque corpus flavedine tingit.

Scorbutica dispositio â sanguine atrabilario, acri & adusto, particulisque salino - ac acido - vitriolatis proficiscitur, quibus mediantibus persæpè variæ molestæ ac dolorificæ corrosiones, rubræ, violaceæ, lividæque maculæ, aliaque gravia, periculoque haud vacantia symptomata causantur atque invehuntur.

Signa. Signa Cachexiæ & insecuturæ hydropicæ dispositionis, præsertim Anasarcæ; est Leucophlegmatia seu facies livida, tumor & inflatio genarum, dextræ manus, pedumque minorum intumescentia, tussicula cum asthmate, quæ â superabundanti lympha, seroque copiosiore sanguinis, & defluxionibus catarrhosis, salsis & acribus è capite ad pectus ac pulmones defluentibus propullulat. Icterus flavus ex oculis flavedine tinctis, lassitudine, effusione bilis, membrisque tremulis. Ac Dispositio scorbutica ex pedum latioribus maculis rubro - violaceis ac lividis judicatur.

Prognostica. Dicti hi Affectus, cum invaluerunt, periculo non vacant; sed quia hoc Serenissimum subjectum in optimo flore juventutis constitutum, viribus adhuc pollet, ac jucundissimum ad sanitatem multum contribuens tempus vernale, in quo tota quasi natura renovatur, appropinquat, sperandum est, illud, si præscriptis remediis rectè utatur, strictissimamque bonam ac decentem Diætam observet, Dia favente gratia pristinam bonam valetudinem consequi posse. E contrario verò, si legitimus remediorum usus postponatur, nullaque Diætæ ratio habeatur, cum accretione noxiorum symptomatum ac pessundatione functionum naturalium, nil nisi funestum exitum expectandum esse.

Curatio

Curatio. Curatio horum affectuum 1. in materiæ peccantis præparatione & obstructorum meatuum reseratione. 2. In repetita bilis aliorumque humorum excrementitiorum atque peccantium evacuatione. 3. Partium intemperie læsarum alteratione. Et 4. affectorum viscerum, utpote ventriculi, hepatis, lienisque roboratione consistit.

In quem finem 1. ad præparationem humorum & reserationem obstructarum viarum sex sequentes pulviſculi usurpandi veniunt, de quibus singulo mane jejuno stomacho, & vesperi sub horam decubitus unus in brodio carnis assumendus. ℞. *Ocul. ℔. præp.* ℈ß. *salis tartar. volatil. gr. vj. M.* d. ad vitr. optimè clausum. Nec non pulvis Digestivus talis. ℞. *Crem. ♀. Crystall. ♀. ana* ʒij. *☉is Tamarisc. Fraxin. Juniper. Scolopendr. ana* ʒß. *Spir. ☉is coagulat,* ℥j. *Ol. macis gutt. vij.* de quo dimidiâ hora ante prandium & cœnam, quantum cultri cuspide capi potest, cum gallinæ brodio, vel alio convenienti vehiculo deglutiatur. 2. Ad repetitam bilis aliorumque humorum peccantium expurgationem seq. syrupus cholagogus de quo in hebdomade semel duo cochlearia post agitationem mane jejuno stomacho capiantur. ℞. *Syr. d. Cichor. cum Rhabarb. diaser. Andernac. Rosat. solut. ana* ʒj. *Pulv. rad. Gialapp.* ʒij. *Spir. Nitr.* ℈ß. *M.* 3. Ad viscerum principaliorum alterationem, reserationem atque firmationem, Pulvis Cachecticus Quercetani sine saccharo, de quo per quindecim dies mane jejuno stomacho ʒß. in jure galli capiatur, perque duas horas â cibo abstineatur. Et 4. Ad viscerum principaliorum roborationem Tragea sequens. ℞. *Spec. diarrhod. Abbat. diatrionsant. ana* ℈ij. *Diacurcum. dialacc. ana* ℥j. *Cinnam. opt.* ʒij. *Nuc. mosch.* ʒj. *Macis, Gariophyllor. Cubeb. Cardamom. ana* ℈ß. *Corall. rubr. præp.* ʒj. *fol. ⊙. num.* 2. *sacchar. albiss.* ʒiij. *M. f. Tragea.* de qua post prandium ac cœnam cochleare minus vel per se, vel cum pane albo bis cocto saccharato vino madido usurpetur.

Pulv. deobstruens.

Pulv. Digestiv.

Syrup. laxat. Cholagogus.

Pulv. Cachecticus.

Tragea.

Ad manus dextræ pedumque tumorem tollendum de sequenti pulvere duo vel tria cochlearia cum vini albi ʒxx. & aceti vini acerrimi ʒx. coquantur ac cum intinctis linteis duplicatis vel triplicatis sæpius calidè applicentur. ℞. *Lythargyr.* ʒvj. *Bol. armeu.* ʒj. *♀is viv.* ʒiß. *alumin. crud.* ʒij. *Gallar. Turcic.* ʒj. *Myrrh. el.* ʒiß. *M. f. pulvis.* In hunc finem etiam tumori pedum Emplastrum Diaphoreticum Mynsichti impositum confert.

Epithema.

Emplastr.

Et quia Dominus Patiens de vehementissima tussi, qua urgente ex valentiori capitis atque pectoris concussione, ab venarum anastomosi sanguinis quædam portio excernebatur, talis syrupus, ac

Electua-

Electuarium pectorale, cum aqua Cordiali viresque reficiente ordinata fuêre. ℞. *Syrup. Violar. hyssop. papav. simpl. Diacod. Mont. ana* ʒiiij. *Tabb. diatrag. frig.* ʒij. *f. mixtura* sæpius cochleatim sumenda. *Syrup.* Et, ℞. *Conserv. ros. rubr.* ʒiij. *symphit.* ʒj. *pulv. sem. papav. alb.* ʒij. *Spec. diatrag. frig.* ʒjß. *Lap. hæmat. præp. Carneol. præp. Corall. rubr. præp. Croc.* ♂. *adstring. ana* ʒß. *Syr. papav. err.* ʒvj. *vel* ʒj. *M.* Dosis, avellanæ quantitas, sæpius de die assumenda. *Electuar.* Ut &, ℞. *Aq. confort. Offic. perlat.* ʒiiij. *antiphtys. Mynsi. hyssop. Cerasi. nigr. ana* ʒj. *aq. Cinnam. Cydoniat.* ʒß. *Corall. rubr. præp. Carneol. præp. Margarit. præp. ana* ʒß. *Man. Chr. perlat.* ʒß. *M. Dos.* cochleare unum vel alterum, sæpius repetendum. *Aq. confort.*

Mense appropinquante Majo usus syrupi cholagogi superius allegati reassumendus, postea tale Apozema cum brodio gallinæ paratum, bibendum. ℞. *Spec. decoct. pector. flor. & fruct. ana* ʒß. *Rad. fœnic. chin. helen. tarax. ana* ʒij. *Lign. Lentiscin.* ʒß. *herb. capill.* ♀. *Mj. scabios. Mß. Sem. 4. frig. maj. ana* ʒjß. *fœnic. anisi ana* ℈j. *Nucl. pin.* ʒß. *Cons. ros. rubr.* ʒvj. *borrag.* ʒiij. *M. incis. & contus. coq. cum brod. gallin.* ℔vj. de quo decocto quotidiè mane jejuno stomacho ʒv. vel vj. hauriantur. Hoc peracto, usus seri lactis caprini per 3. vel 4. septimanas continuetur, singuloque mane ʒx. vel ℔j. calidè ebibatur. *Apozema.*

Quod denique Diætam concernit, aer sit temperatus ac ad calidum inclinans, cibi laudabiles, coctu faciles, bonumque succum ac sanguinem generantes, omnique aciditate, acredine, ac salsedine carentes, à matutina ciborum ingestione & jentaculis (excepto jusculo) ut & vini horis antimeridianis potu (si aliter vitæ periculum evitandum) abstineatur. Pro potu ordinario in mensa ad sitim compescendam confert vini albi Nicarini potus vel per se, vel sequenti aqua dilutum. ℞. *Scob. Lign. sassafr. rad. Chin. ana* ʒj. *Cinnam.* ʒß. *Sem. anis.* ʒij. *CC. præp. Ocul.* ♋. *præp. ana* ʒiij. *M. f. pulv. gross.* de quo cochleare unum aq. ferventis ℔iiij. injiciatur & mox tegatur, posteaque ad usum asservetur. Liberalior vini potus in totum evitetur. Ad hæc, corpus modicè moveatur, in somno ac vigiliis modus teneatur, alvus naturaliter aperta servetur, animique fortiores motus atque pathemata refrenentur. De cætero Deus Ter Opt. Max. hisce remediis benedicat, ac Sereniss. Dn. Patientem ad pristinam sanitatem reducat. Die 9. Febr. Ann. 1689. *Pulv. pro pot.*

CONSILIUM MED. III.

Dolores vagi hypochondriaci, cum oris falsedine feliciter curati.

Casus.

ANno 1689. cum Magni nominis Vir, tertia Feria Adventûs post cœnam per choream animo indulsisset, postea in hypocausto suo adhuc toto corpore calens & madidus per integram horam è fenestra prospexisset, postea se in lectum recepisset, post elapsum horæ spatium acutissimos dolores ventris, inflationem, ac lancinantia tormina perpessus est, quæ per alvi secessum, (qui etiam aliquo modo suo voto & expectationi respondit) lenire tentavit, ex quo etiam aliquale levamen sensit; sed paulò post dicti dolores reversi sunt, ac in dextro hypochondrio usque ad regionem ventriculi ascendendo oberrarunt, ita, ut Dominus Patiens inquietam noctem duxerit; manè vomitus aliquoties sequebatur, post quem melius per totam diem habuit: Interim vero tam ad discutiendos flatus, quam ad recurrendos dolores avertendos & præcavendos, oleo carminativo, ex mixtura olei anisi, fœniculi & carui, cum singulari emolumento usus est. Sequenti vero die, circa diluculum dicti dolores, sed sine vomitu, Dn. Patientem rursus infestârunt, inter quos sudor in lecto spontaneus copiosus erumpebat, malumque evidenter mitigabat; Circa meridiem vicinus vocatus Medicus horâ undecima meridiana Syrupum Emeticum propinavit, â cujus usu aliquoties evomuit, ac exinde levamen sensit, cibumque hora secunda pomeridiana assumsit: Sed post captum cibum præfati dolores in dextro hypochondrio inopinatò rursus ex-

citati ſunt, ad quos demulcendos non ſolum internè prænominatum oleum carminativum, datum, ſed etiam externè aliud oleum anodynum cálidè inunctum fuit, quorum uſu Dominus Patiens optimè conſolatus, dictos dolores non ſolum excuſſit, ſed etiam illa ſeptimana trahæ vecturâ animum recreare potuit. Ab illo autem tempore, quo dicti dolores tumultuare incœperunt, Dominus Patiens hactenus ſingulis diebus, horâ unâ ante prandium in ore ſalſedinem percipit, ac ſi ſal reſolutum accepiſſet. Proinde ex ipſius juſſu â me quæſitum eſt, qualis hic affectus? â qua cauſa proveniat? & qua ratione curandus ſit?

Reſolutio.

HIc Affectus, per dictas circumſtantias enumeratus, dolorque in infimo ventre & dextro hypochondrio obortus, â fermento acido-vitriolato gaſtrico, è glandulis duodenalibus ac inteſtinalibus eructato, partesque nervoſas, tam ventriculi quam inteſtinorum vellicante, provenit; unde deinceps fit, ut ex vitioſa fermentatione tota maſſa alimentaria corrumpatur, & peregrinum characterem induat, unde flatus reſultant, & varia inteſtinorum vicinarumque partium calamitates atque afflictiones, tam ex roſione, quam tenſione, oboriuntur. Qui vitioſi ſucci, ſi aut in plexus nervoſos meſenterii incidunt, aut tunicam nerveam vertriculi aut inteſtinorum laceſſunt, diverſas ærumnas & ægritudines excitant. Quemadmodum etiam ſalſedo illa, hora unâ ante prandium in ore percepta, ab illo ipſo acido fermento & lympha acriori quod per glandulas ſalivales cum ſaliva ori communicatur, proficiſcitur. Hæc vitriolata in corpore latens aciditas, quæ tam dictos abdominis & hypochondrii dolores, quam reliqua mala atque moleſtiſſima ſymptomata excitavit, procul dubio per ſaltationem, & forſan potum frigidiorem, dum corpus adhuc calebat, nec non frigidi aeris appulſum, cum Dominus Patiens è feneſtra proſpexiſſet, utpote cauſas moventes & excitantes, in actum deducta eſt.

Curatio. Ad hoc autem profligandum malum, nulla purgantia acriora & vehementiora, (utpote quæ majorem fermentationem humorum excitant, morbumque vehementius exacerbant,) ſed blanda & mitiora laxativa, non neglectis remediis carminativis & anodynis, ſimul

ac præcipitantibus ſpecificis, acredinem illam obtundentibus; cum bona etiam ac laudabili obſervata Diæta, conferunt, in quem finem ſequentia remedia tranſmittuntur. Et quidem 1. talis potiuncula.

Pot. laxat. ℞. *Fol. ſen. el. ſ. ſt.* ʒiij. *Rhabarb. ver. Grem.* ♀. *ana* ʒß. *Aq. Ceraſ. nigr.* ʒiiij. *M. f. lenis ebullitio, in Colatura diſſolv. Mannæ calabr. el.* ʒjß. *clarif. cum albumen. ovi, add. aq. Cinam. ſtill.* ʒij. *M. f. potio una vice ſumenda.* 2. Aqua Carminativa. ℞. *Aq. Cinnam. ſtill. phyſogon. Carminativ. Dorncreil. ana* ʒjß. *Tinctur. arantior.* ʒjß. *Laudan. opiat. Croll. gr. vij. M. de qua ingruente dolore, unum vel duo Cochlearia capiantur.* 3. Pulveres præcipitantes ſpecifici, quorum manè jejuno ſtomacho, & veſperi duabus vel tribus horis poſt cœnam unus in cochleari Vini malvatici ſumatur, ac poſt horam præterlapſam brodium gallinæ macere conditum, ſed non ſalitum, ſuperbibatur. Externè, inunctio dextri hypochondrii, cum oleo anodyno, vel anethino, vel chamomælino, vel lumbricorum, continuetur. De cætero, & quod Diætam concernit. 1. Aer ſit ad calidum inclinans. 2. Cibi ſint euchymi; vitentur craſſi, crudi, frigidi, & flatulenti; Potus ſit vinum album. 3. Quies procuretur. 4. Somno, ſi poſſibile, indulgeatur. 5. Alvus ſit naturaliter aperta. Et 6. animi fortiores affectus moderentur.

Aq. Carminativa.

3. Pulver. præcip. ſpecifici.

CONSILIUM MED. IV.

Aquarum Mineralium Ilerbergenſium in Comitatu Kirchbergenſi probationem delineans.

IN Comitatu Kirchbergenſi, Illuſtriſſimi Comitis ac Domini, Domini Alberti Fuggeri, Comitis in Kirchberg & Weiſſenhorn, Domini in Brandenburg & Wulenſtetten, Hauſen & Stetten **am kalten Marckt** / &c. &c. Sacr. Cæſar. Maj. Conſiliarii ac Camerarii excellentiſſimi, territorio, propè Pagum Ilerberg, in Vicinia Civitatis Ulmenſis, Caſtelli Kirchberg, & Oppidi Weiſſenhorn, quorum prima unum milliare, reliqua dimidium milliare â dicto loco diſtant, in

ſitu ſatis amœno ac pratenſi, propè ſylvulam montanam, aquæ minerales tribus ſcaturiginibus, (quarum duæ præcellunt) prodeuntes, ſulphurque copioſiſſimum redolentes, reperiuntur, quæ, ſi aptum domicilium pro balneis ad recipiendos hoſpites ibidem ædificaretur, atque neceſſariis requiſitis, ſcilicet caldariis, tepidariis, aliisque rebus ad hunc ſcopum pertinentibus, (ut præfatus Illuſtriſſimus Comes ſibi propoſuit) inſtrueretur, nullum dubium eſt, quin dictæ aquæ minerales quamplurimis ægrotis maximum fructum utilitatis præberent, â multis morbis vindicarent, priſtinamque ſanitatem reſtituerent.

Sequitur Aquarum harum mineralium examinatio.

UT autem certo conſtaret, quibus mineralium virtutibus dictæ aquæ imprægnatæ eſſent, illæ 1685. â me & Dieterico Hailbronnero, Pharmacopœo Ulmenſi dexterrimo, ſequenti modo, & quidem 1. Quoad ſaporem. 2. Odorem. 3. Colorem. 4. Qualitatem tactilem. 5. Vires & Effectus probatæ ac examinatæ fuerunt.

Quod igitur 1. Saporem concernit, ille quidem ſubdulcis, ſed ſimul etiam adverſus, ſtomachoque ingratus, & nonnihil adſtringens deprehenſus eſt, qui ſulphuris ac aluminis adſentiam denotat, & quia hic ſapor aliquantiſper durabilis eſt, nec facilè evaneſcit, ſed guſtum modicè afficit, eapropter has aquas non ſolum ſpiritualiter, ſed etiam bona ex parte corporaliter hiſce mineralibus tinctas & imprægnatas eſſe, judicatum eſt.

2. Odor, (qui ex calefactis his aquis melius percipiebatur) gravis & adverſus, accenſumque pulverem pyrium referens, caputque afficiens & incommodans, ſulphuris ac bituminis ſpiritus in copia adeſſe, ſignificavit.

3. Color albus, & aliqualiter fuſcus atque caliginoſus, aluminis bituminisque præſentiam indicavit.

4. Quoad qualitatem tactilem, aquæ commemoratæ ex parte pingues, ſed tamen aliqualiter adſtringentes fuerunt, quæ ſulphuris, bituminis, gagatis, & aluminis minerales virtutes intermixtas eſſe, indigitarunt.

5. Contenta quod attinet, quia nulla corpuſcula innatantia, utpote atomi, arenulæ, ſpuma, pinguedo, vel cuticulæ apparuerunt,

iccircò propter horum abſentiam, ex harum aquarum hypoſtaſi, ea, quæ contentorum vices gerebant, judicanda & examinanda fuerunt.

6. De Viribus ac Efficacia aquarum mineralium allegatarum infra dicetur.

Extra aquas haſce minerales, diligenter etiam conſideranda & examinanda veniunt 1. Loci natura & fontis ſitus, annon hæc aqua talibus mineralibus inficiatur, quales forſan ex loco thermali vicino eruuntur. 2. Scaturiginis oſtium, annon eidem aliquid adnaſcatur, vel in ipſius fundo vel ad latera reperiatur, vel hujus parietibus terrena quædam ſubſtantia, certiſſima corporum mineralium nuncia, accreſcat, quæ nos in cognitionem mineralium inducat. 3. Oſtio adjacens cœnum atque lutum, ejusdemque ſubſtantia, odor, ſapor, &c.

Poſt dictam totius aquæ mineralis ſtudioſam exploration em, locique, ſitus, oſtii, ſcaturiginis, luti ac rerum adjacentium accuratam perſpectionem, aquarum in ſuper harum mineralium ulterior examinatio, & quidem menſurarum viginti circiter, per ignem lenta evaporatio facta eſt, quo peracto, hypoſtaſis in cucurbitæ deſtillatoriæ fundo remanens, exempta, & poſt exiccationem probè ponderata ac perſcrutata fuit, cujus 1. Sapor ſalſus & adſtringens ſal nitroſum cum alumine indicat, & quia hæc materia reſidua in aere facilè liqueſcit, certiſſimum ſignum eſt, (cum ſalia tali modo ſponte reſolvantur) ſal nitroſum intermixtum eſſe.

2. Odor hypoſtaſis, quia acris, bituminoſus, penetrans & adverſus eſt, iccircò ſulphuris, bituminis ac gagatis vires prodere, non ſine ratione judicatur.

3. Color hypoſtaſis eſt fuſcus, qui partim ſulphur, bitumen, & gagatem monſtrat, partim verò, ſi vel beneficio radiorum ſolarium, vel microſcopii, penitius inſpicitur fulgorem nitro ac alumini familiarem, ſimilem & adæquatum, nec non ſcintillulas micantes, auri ſcil. & argenti tenuiſſimas portiunculas glareæ incluſas, & intermixtas, viſuique obvias de ſe ſpargit, ac proinde etiam horum mineralium præſentiam indigitat.

4. Et quia ſubſtantia hypoſtaſis inter tangendum pinguis, unctuoſa, & viſcoſa deprehenſa fuit, rectè judicatum eſt, ſulphur, bitumen, ac gagatem inter cœtera, præ omnium hiſce mineralium corpuſculis antecellere.

5. De hujus etiam hypoſtaſis ſedimento aliqua portio prunis injecta fuit, ubi obſervatum eſt, quod præter antedictum acrem & bituminoſum odorem, hypoſtaſis materia in liquorem reſoluta ſit,

nec

nec tamen, ſalium more, proſilierit & crepitaverit, quod probabiliter exinde factum eſt, quia ſubſtantia pinguis & bituminoſa intermixta idipſum inhibuit, atque præpedimentum objecit. Ad hæc, benè notandum ac obſervandum eſt, hypoſtaſin ex inferiori altera ſcaturigine, bituminoſiorem, virtuoſiorem, fortiorem, ac efficaciorem; eam verò ex ſuperiori fonte, ſulphure abundantiorem, deprehenſam fuiſſe.

Ex quibus omnibus, tam ex aquâ integra, quam per evaporationem reſoluta, & ex hypoſtaſi reſidua, concludendum eſt, quod dicta aqua mineralibus virtutibus Sulphuris, Nitri, Aluminis, Bituminis, Gagatis, Glareæque auri & argenti imprægnata ſit, ac propterea hos Fontes pro Aquis mineralibus & medicatis æſtimandas eſſe.

Quod denique 6. hujus Aquæ mineralis virtutes ac efficaciam concernit, illa, quia Ventriculum nauſeabundum reddit, adque vomitum ſtimulat, capitisque gravitatem infert, & ratione aluminis, præter acredinem adſtringit, non facilè ad interiorem uſum, potandumque apta eſt.

Externè verò hæc Aqua medicata ad omnis generis hæmorrhagias, ulcera ſordida, antiqua & phagedænica, fiſtulas, œdemata, oſſa membrorum fracta maleque repoſita, variqs item cutis affectus, ſcabiem, lepram, impetiginem, gingivarum putredinem, artuum tremorem, apoplexiam, paralyſin, chiragricos podagricosque dolores, arthritidem, frigidam uteri intemperiem, affectionem hyſtericam, ſterilitatem, abortum, membrorum atrophiam, ſpaſmum, nervorum frigiditatem, obſtructionem, læſionem, ac immobilitatem, variosque alios affectus, præſertim illos, qui â cauſa frigida originem habent, confert atque auxiliatur.

Examen quoque chymicum, per præcipitationes aquarum harum mineralium, tentatum eſt, quia verò illud in tam exigua quantitate obtineri non potuit, ac ad majorem haud viles & exigui ſumptus requirerentur, idcircò hac vice in dicta probatione acquievimus.

Qui plura de Aquarum mineralium probationibus, ac inprimis de probatione chymica Aquarum medicatarum Biberbergenſium ſcire deſiderat, ille Decades ſex Conſiliorum & Obſervationum mearum medicinalium, anno 1683. in lucem editas, & quidem Conſil. 31. pag. 358. & ſeqq.
evolvat.

CON-

CONSILIUM MED. V.

Puerum decennem, ex dentitione febricitantem, convulsum & syncopticum, ac per integrum biennium, & quod excurrit, lecto affixum denotans.

GEorgius Wilhelmus Holzhay, Orphanotrophii publici Ulmensis Moderatoris integerrimi filius, puer decennis, Anno 1681. die 28. Februarii, Diarrhœa symptomatica laborabat, quæ ob metum dejectionis virium, adstringente & roborante Electuario, (quia nemo de dentitione suspicabatur,) sublata fuit; Quo facto, per insequentes tres vel quatuor septimanas, materiâ peccante ad interiores partes regurgitante, tàm malè habuit, ut præ lassitudine caput vix erigere potuerit: Hanc lassitudinem febris erratica intermittens excipiebat, quæ postea quotidiana facta, bis de die patientem invasit, ac toties, quoties reversa, ad amussim per horas duas durabat, quos paroxysmos febriles sub finem animi deliquia, per quadrans horæ manentia, comitabantur; quocirca urina crassa, rubra, & turbida, extra paroxysmum verò nonnunquam clara, naturalisque coloris ac consistentiæ conspiciebatur. Et hic affectus procedente tempore in tantum auctus & exacerbatus est, ita, ut bini paroxysmi febriles, qui de die antea diversis temporibus ægrotantem divexabant, tandem in unum combinati, coagmentati seu conglomerati, quasi conjurati hostes, unitis viribus, unoque impetu, circa meridiem per quatuor integras horas, singulo paroxysmo duplum graviore existente, in miserè decumbentem sævierint, quorum uno paroxysmo vix finito, statim convulsio, & post hanc, confestim animi

mi deliquium secutum est, quæ symptomata, per tres quadrantes anni, quotidiè, ac sine intermissione ægrotantem invaserunt: Hique paroxysmi tam strictè durationis suæ tempus observarunt, ita, ut unius cujusque finis, inversa ac elapsa clepsydra, exactissimè, & ad arenulam mensurari præscirique potuerit. Postquam verò febris emansit, nihilominus violenta convulsio, cum mox insequenti infirmitate syncoptica, patientem aggredi perrexit, quæ indies uno paroxysmo adaucta, tali incremento quotidiano, tribus elapsis septimanis, alternatim de die vicies reversa est, cumque sic summum cursus sui fastigium attigisset, tandem, singulis diebus uno paroxysmo abscisso, elapsis viginti solis luminibus, cum erumpentibus inferioribus dentibus caninis, dira hæc symptomata evanuerunt. Cumque postea duo dentes canini superiores, ac molares quatuor, caninis vicini, dextri ac sinistri lateris superiores ac inferiores, per alveolos sibi exitum parare ac erumpere molieban-tur, dicta symptomata paroxysmorum convulsivorum & syncopticorum redierunt, ac crescendo decrescendoque fermè superius designatum typum, (excepto numero, qui ultra tredecim paroxysmos de die non excedebat,) retinuerunt, iterumque per tres quadrantes anni, ascendendo & descendendo, perseverarunt, donec quatuor posteriores dentes molares utriusque maxillæ, superni ac inferni, sicque octo molares, terebrando, gingivasque discindendo, exitum sibi quæsiverunt, quibus erumpentibus, loco prioris convulsionis, histrionica & ridicula pandiculatio brachiorum ac manuum observata fuit, quæ postquam dicti dentes in lucem prodierunt, etiam emansit atque dispa-ruit.

Durante hujus affectus tempore, corporis vires maximè defecerunt, pedesque in tantum infirmati sunt, ut per integrum biennium, ab anno videlicet 1681. usque ad annum 1683, neque pedibus insistere, multò minus ambula-

re potuerit, ac interdum ambobus genubus, de loco ad locum in hypocausto, rependo quasi, se moverit; Quotiescunque etiam pedes ipsius, vel manibus durius apprehensi, vel fortius fricati, vel inuncti sunt, patiens semper & ex tempore, ob consensum cordis ac cerebri, animo deficere, magnumque dolorem in capite sentire cœpit: Ac insuper, dum molares erumpebant, tanta Cephalalgia & Odontalgia per vicissitudines invaluit, ut ipsi, ad evitandum majus malum, & præcavenda pejora symptomata, opiatis internis, ac cataplasmatibus anodynis, aliisque remediis externis, succurrere oportebat.

Cœterum, per totum morbum, Patiens, extra paroxysmos, animo sibi constabat, pulsus erat æqualis & eurythmos, in paroxysmis verò, pro febris, convulsionis, & deliquii ratione, mutabilis, celer, ac debilis, cibosque boni ac laudabilis succi capiebat ac concoquebat, alvusque naturaliter respondebat; Interim pleraque remedia, purgantia, antifebrilia, epileptica, cordialia, cephalica, emulsiones, clysmata, epithemata, unguenta, & quæ fuerunt alia, magno precio comparata, præter pauca roborantia & anodyna, toto dentitionis termino, donec dentes numeroso apparatu in apricum exibant, frustra fermè, cumque parvo commodo, ipsi adhibebantur.

Tandem, dentibus novis maxima parte exclusis, patiens anno 1683. sedato morbo ac symptomatibus, vires recuperavit, solus ambulare, & munia naturalia rursus obire didicit, dentesque interea temporis, ab anno 1681. usque ad annum 1685. antiquiores omnes, præter unicum, (qui sine dubio priores sequetur) abjiciendo amisit, ac horum loco recentes, firmos, ac stabiles, â Deo & natura obtinuit, sicque jam, Dia favente gratia, prospera valetudine fruitur.

Similem etiam dentitionem, uno eodemque tempore, in virgine quadam nobili, hic Ulmæ, pari symptomatum syndrome gravata, vidimus, quæ pariter lecto per longum

tempus

tempus affixa, febricitans, convulsa, & syncoptica, septem tandem dentes, anno ætatis decimo quinto vel sexto, excludebat.

SCHOLION.

DEntitio inter omnes morbos & symptomata, præprimis infantibus accidere solet, ac eapropter iis magis propria est.

Etsi verò Dentitio opus naturæ sit, & quibusdam infantibus dentes facilimè, ac sinè ulla molestia erumpant; Difficilis tamen dentitio, propter morbos & symptomata varia, quæ ipsi conjungi solent, inter morbos recensetur. *Dentitio difficilis morbus est.*

Infantes autem, dum nascuntur, dentibus suis jamdudum præditi sunt, qui verò in alveolis suis adhuc latentes, gingivis teguntur, ac postea, destinato suo tempore, beneficio facultatis expultricis naturæ, erumpunt; Qui excluſi, inter osseam ac petrosam, mediam habent substantiam, & ignibus sunt invicti, test. Plinio, nat. hist. lib. 7. cap. 16.

Tempus dentitionis, pro ratione subjectorum, naturarumque variat, dum apud infantes dentes vel citius, vel tardius, & quidem tertio, quarto, septimo, octavo, nono mense, aliquando saltem post annum prodeant: Observatum tamen est, infantes cum dentibus eminentibus ortos fuisse; Sic refert idem Plinius nat. hist. allegato lib. 7. cap. 16. Marium Curium & Papyrium cum dentibus natos fuisse, eamque ob causam Curium dentati nomen meruisse. In fœminis ea res inauspicati fuit exempli Regum temporibus. Cum ita nata esset Valeria, exitio civitati, in quam delata esset, futurum, responso auruspicum vaticinante, Suessam Pometiam illa tempestate florentissimam deportata est, veridico exitu consecuto. *Dentitionis Tempus.*

Narrat quoque Balduinus Ronssæus, de vitæ humanæ primord. capite de dentitione, Anno 1564. Goudæ se puellam vidisse, quæ dum ordiretur lucem, duos incisores dentes in maxilla inferiore haberet. Nec minus Ulmæ, ante paucos annos, in Doct. Joh. Pfauzii, Medici tum temporis Xenodochialis, ac Physices nostri Gymnasii Professoris publici, diverso tempore recens natis prolibus, dentes prominentes & enixos vidimus. Aliqui, vice dentium, continuo osse gignuntur, sicuti Prusiæ Regis Bithyniorum filius superna parte oris, uti Plinius supra allegato loco testatur.

Infantibus autem omnium primi solent erumpere incisores medii, tam inferiores, utplurimum præcedentes, quam superiores,

ſive ſimul erumpant, ſive ſeorſim, poſtea ſuccedunt externi, in totum octo, illos verò canini & molares ſequuntur: Ad majorem deinceps ætatem provecti, & ſeptennes facti, plerumque dentes primos infirmiores minoresque, (germanicè Milch-Zähn) amittunt, ac alios novos, firmiores & ſtabiliores, acquirunt. Imò, & ſenibus nonnunquam novi dentes prodeunt, quorum duos maxillares in illuſtriſſimo quodam Comite vicino, annum quinquageſimum quintum vel ſextum agente, & quinque in ſuperiori maxilla Dn. Parentis mei dilectiſſimi, annos ſeptuaginta octo jam habentis, nuperrimè vidi ac obſervavi, qui ſine omni dolore ac moleſtia eruperunt.

Dentitionis ſymptomata.

Dum verò dentes difficulter eduntur, varia ſymptomata, utpote dolor, oris calor & ariditas, gingivarum inflammatio, febres, vigiliæ, alvi profluvia, convulſiones, hujusque generis alia prava atque periculoſa oriuntur, â quibus haud rarò infantes & adulti extinguuntur. Hæcque vel mitiora vel graviora ſunt, quantò dentitio vel levior vel difficilior, & vel plures vel pauciores dentes ſimul ac unâ vice, erumpere conantur.

Cauſa dentitionis difficilis.

Cauſa dentionis difficilis, aliquando in dentibus ipſis, ſæpius etiam in gingivis ſolet exiſtere. In dentibus, quando ſegnius excreſcunt, gingivasque longius rodunt, vellicant, ac terebrant; In gingivis, ſi ipſarum ſubſtantia eſt ſolidior ac durior, ſicque liberum tranſitum prodeuntibus dentibus difficulter permittit.

Ubi autem ſegnius gingivarum diviſio procedit, ob partes earum ſenſiles, ac ſubſtantiæ attritum, maximus dolor excitatur, ſanguisque ex ipſarum vaſulis effunditur, ac in earum ſubſtantia ſiſtitur, unde inflammatio cum dolore ardoreque ſummo ſequitur, quam, pro diſpoſitione humorum in corpore exiſtentium atque peccantium diverſitate, agitatione, atque perturbatione, febres, alvi profluvia, & vigiliæ comitantur, ſimul ac, ob tum bilis, tum pancreatici ſucci acrimoniam, humores in tenui inteſtino vitiosè effervescunt, ita quidem, ut halitus acres & acidiuſculi, imò quandoque vi narcotica præditi, tunc erumpentes, ad cerebrum aſſurgant, ibidemque convulſiones ac Epilepſiam producant.

Quodipſum in hoc noſtro Patiente decenni factum eſt, ubi tam ob duriorem ac ſolidiorem gingivarum ſubſtantiam, ac primorum ſeu antiquorum nonnullorum dentium validam adhuc & tenacem in gingivis inhæſionem, via erumpendis novis dentibus intercluſa, quam etiam ob ſegniorem plurimorum, unâ vice ac ſimul exitum quærentium proventum, partiumque gingivarum ſenſibilitatem,

rem, & cum dura matre, cerebro, nervisque affinitatem, earumque attritum, maximus dolor, inflammatio, ac oris ardor insecutus fuit, quæ jam enarrata symptomata, magna humorum ac spirituum confusio, agitatio, & perturbatio excipiebat, ex quorum præternaturali statu ac dispositione, acrimonia quin etiam & aciditate, mediantibus halitibus igneis, acribus, & acidiusculis, febris accensa, repetita convulsio oborta, ac simul ob sympathiam spirituum vitalium, eorundemque perturbationem ac dissipationem, ex maximo dolore & inflammatione obortam, creberrima lipothymia insecuta est.

Quæ Symptomata, statim â primo invasionis tempore, indesinenter, per tres quadrantes anni, usque dum dentes ad prodeundum maturi excluſi fuerunt, patientem ob dictas causas fixas & pertinaciter inhærentes, divexabant, post eorum verò exclusionem, recollectis viribus, ac humoribus spiritibusque quiescentibus, adque priorem naturalem statum redeuntibus, remittebant; postea verò, reliquis dentibus ad parem maturitatem provectis, similemque exclusionem molientibus, pari modo & ratione, revertebantur, atque simile durationis tempus retinebant.

Quod autem in principio morbi, de die duo paroxysmi febriles, unus videlicet horis antimeridianis, alter verò pomeridianis invaserit, postea verò invicem uniti, in unum paroxysmum duplo longiorem transierint, procul dubio proinde factum est, quia materia febrilis primo morbi invasionis tempore in corpore ac humoribus dispersa atque partita, duos motus febriles; postea vero, procedente tempore, ob magnam humorum confusionem & agitationem unita & confusa, unicum saltem, sed fortiorem & longiorem paroxysmum excitavit, quem, ob relictos acres mordacesque, corruptos itidem, ac salinos vapores, aliasque causas superius enumeratas, convulsio, animique deliquium sequebatur. Durationis tempus unius cujusque paroxysmi periodicum ad amussim & arenulam æquale, ex motu materiæ peccantis æquali & ordinato proveniebat. Ridicula verò & histrionica pandiculatio, quæ ultimis erumpentibus dentibus accidebat, erat imperfecta convulsio, quæ mitescente & decrescente morbo ac symptomatibus, dentibus videlicet numerosioribus jamjam proventis & exclusis, quoque remittebat, tandemque sedata resolutaque morbi causa, ex toto evanescebat.

Signa hujus morbi, cum fuerint manifestissima, meritò silentio *Signa.* prætereuntur.

Prognostica.

Prognostica verò, cuivis dentitioni accommodanda, sunt sequentia.

1. Gravis, imò sæpè periculosa est dentitio in infantibus, ob morbos & symptomata, quæ conjunguntur ac superveniunt, ita, ut non pauci febribus ac convulsione accedente, moriantur; & eò magis periculum est, quo difficilius & longiore tempore dentes erumpunt; Gravior etiam nonnunquam est dentitio in pueris & adultis, ob gingivas firmiores, duriores & compactiores, quia eorum transitum impediunt & retardant.

2. Quibus, cum dentes erumpunt, alvus crebrò demittit, minus convulsione tentantur, quam quibus alvus rarò subducitur, test. Hipp. lib. de dentitione.

3. Quibus in dentitione febris acuta accedit, ii rarò convulsionibus tentantur. Hipp. loc. allegato. quia febre materia, quæ convulsionem excitare poterat, absumitur.

4. Qui in dentitione, bene habito corpore permanent, gravique somno premuntur, periculum est, ne eos convulsio prehendat.

5. Quibus hyeme dentes erumpunt, si cætera benè se habeant, ii facilius evadunt. Hipp. Et quibus dentientibus hyems supervenit, ii, si diligenter curentur, ob tum temporis caloris nativi concentrati vigorem, facilius ferunt. Rhases tamen in continent. scribit, dentitionem, quæ fit vere, (forsan ob laxiores & rariores gingivas) esse minus molestam.

6. Non omnes, dentibus erumpentibus, convulsione tentati, moriuntur, sed plerique etiam servantur. Id. Hipp. loc. citato.

7. Dum infantes caninos dentes edunt, pejus habent, ac gravius laborant, quia illi acutiores & graviores dolores infantibus inferunt.

Curatio.

In Curatione observandum, 1. ut gingivæ laxentur & emolliantur, sicque dentium penetratio promoveatur. 2. Dolor & inflammatio refrigerantibus non adstringentibus, sed emollientibus mixtis, liniatur. 3. Febris & convulsio præcaveatur vel curetur. 4. Superveniens alvi profluvium non præmaturè, intempestivè, & statim in principio, viribus præsertim adhuc robustis, cohibeatur & sistatur. Ac 5. bona diæta observetur.

Curationis ordo.

Primò itaque ad gingivas emolliendas, confert butyrum insulsum solum, vel cum melle mistum, lactis cremor, candela ex cera virginea masticanda data, mucilago sem. Cydonior. cum aq. malvæ extracta, cerebrum leporinum, sanguis promanans è galli crista recenter incisa, quæ singula seorsim gingivis illiniri affricarique debent.

Externè

Externè quoq; foveantur maxillæ decocto altheæ, flor. chamomill. anethi, vel succo malvæ aut butyro insulso, aut melle passulato & butyro non salito; vel mucilagine sem. cydon. & altheæ, cum vitello ovi mista.

Vel, ℞. *Flor. Chamomill. summit. aneth. ana Mj. sem. lini fœnugr. ana* ʒß. *M. f.* sacculus in lacte coquendus, ac pro fomentatione calidè applicandus, ac aliquoties repetendus.

Ut etiam eò melius & facilius dentes gingivas crassas densasque penetrent, instrumentum inter gingivas collocandum ex ebore, crystallo, aliave materia solida & dura parari potest, ut gingivis morsum, motum & agitatum, facilius eædem perforentur ac aperiantur; hunc in finem etiam lupini, aliorumque ferociorum brutorum dentes, ut qui sale volatili, halitibusque salinis penetrantissimis abundant, maximè commendantur.

2. Dolori & inflammationi, tam anodynis, remediisque modò allegatis, quam frigidis, utpote succo solani, lactucæ, & similibus mistis, succurritur. Externè, ℞. *Micæ panis albi, q. v. coq. cum lacte, addendo sub finem Ol. rosar.* ʒß. *Croc. or.* ℈ß. *M.* & applicetur calidè.

3. Febri conveniunt antifebrilia specifica, qualia sunt, pulvis antifebril. Groll. CC. præp. Ocul. ♋. præp. & similia. Vel ℞. *Aq. è typh. Cerv. scorzoner. acetos. confort. offic. perlat. ana* ʒj. *CC. philos. calcin. Ocul.* ♋. *præp. & Corall. rubr. præp. ana* ℈ß. *sacch. plat.* ʒß. *M.* Dosis cochl. unum vel alterum, sæpius repetendo. Convulsioni verò conferunt antiepileptica, & quidem ad præservationem, infanti, quamprimum in lucem editus est, seq. pulvis cum lacte exhibendus. ℞. *Rad. pœon. maris, decrescente luna collect.* ℈j. *Magist. Corall.* ℈ß. *fol.* ☉. *dimid. M. f.* pulv. Vel, ℞. *Ungul. alcis, succin. alb. præp. ana gr. vj. vel* ℈ß. *fol.* ☉. *dimid. M. f.* pulv. Ad Curationem, ℞. *Cinnab.* ♂ *ii* ʒß. *Mag. Epilept.* ʒj. *Cordial.* ʒß. *flor. pœon.* ʒiß. *M. f.* pulv. Dos. M. & V. quantum cuspide cultelli capi potest, in aq. Cerasi. nigr. pœon. flor. tiliæ, vel alia appropriata.

Pulv. recens natis infantib. ad præcavend. Convulsion. exhibendus. Pulver. antiepileptici.

Aut, ℞. *Cinnab. nativ. præp. Cinnab.* ♂ *ii. sem. anis. rasur. succin. vel succin. alb. præp. Ocul.* ♋. *præp. sem. Cynæ ana* ʒß. *pulv. Epil. Mirab. Mynsi.* ʒij. *gr. v. M. f.* pulvis. Dosis & usus ut prioris. Vel, ℞. *Cinnab. nativ. cum aq. epilept. præp.* ʒij. *Corall. rubr. præp. Margar. or. præp. ana* ℈j. *Croc. Austr.* ʒß. *Magist. cran. hom. Magist. succin. Mag. Ungul. alcis ana gr. v. fol.* ☉. *num. vij. M. f.* pulv. subtiliss. Usus & dosis, ut prioris. Et, ℞. *Aq. Cerasi. nigr. flor. tiliæ, pœon. ana* ʒj. *Epilept. lang. hyrund. cum castor. ana* ʒß. *pulv. Epilept. Marchion.* ℈j. *Lap. Bez. or. gr. iiij. Syr. fl. pœon.* ʒij. *sacch. perlat.* ʒß. *fol.* ☉. *j. M.* Dosis cochl. unum & alterum, per vices repetendo. Oculus lupi, vivente adhuc effossus, ac sub axilla, mediante ligaturâ,

Aq. Epilept.

gatura, detentus, insultus epilepticos arcere creditur, quem noster patiens, ob maximam excitatam alterationem, ferre non potuit.

4. Quia per alvi profluvium, (ut prognosticor. Regul. 2. supra docuimus) ob humorum peccantium, ac materiæ acris, corruptæ, mordacisque expulsionem & egestionem, convulsiones utplurimum præcaventur, iccircò præmaturè & in principio, constantibus adhucdum viribus, adstringentibus sistendum non est, nisi valdè urgeat, viriumque lapsus & imbecillitas idipsum suadeat & requirat. Quod, si in nostro Patiente in morbi principio, (quamvis tum temporis nulla dentitionis suspicio aderat,) observatum fuisset, forsan â recensito morbo ac symptomatibus liber & immunis extitisset.

Diæta. 5. Quod denique Diætam concernit, in ipsa dentitione, ad præcavendam febrem ac inflammationem, victus frigidior convenit, quo apud infantes nutrix utatur; Infantes pulmento vel panatella cibentur; Provectioris verò ætatis hominibus & adultis prosunt forbitiones ex hordeo & avena parata, ova sorbilia, pruna, lactuca, endivia, & quæ sunt similia, econtra salsa, acria, mordacia, vinum, &c. evitentur.

CONSILIUM MED. VI.

Affectum quendam hypochondriacum ac Uterinum cum molestissimis symptomatibus proponens.

Casus.

ANno 1682. die 27. Septembris, honesta quædam Matrona, de sonitu, sibilo, ac strepitu jam per aliquod temporis spatium, in arce Palladis cum molestia divexante, conqueritur, quem nonnunquam capitis, frontis, ac temporum intumescentia excipit, & hanc postmodum animi mœror, anxietas, & cordis

dis palpitatio, cum præternaturali calore totius corporis, sudoreque copioso comitatur; Ad hæc, notabilis corporis atrophia sentitur, sæpiusque de algido frigore in cavitate capitis existente, lamentatur, quapropter illa consilium auxiliumque medicum expetit atque desiderat.

Resolutio.

Hic morbus, cum suis circumstantiis consideratus, nihil aliud est, quam Affectus hypochondriacus, cum consensu uteri. *Morbi definitio.*

Causa hujus morbi est obstructio venarum mesaraicarum, ramorumque venæ portæ circa regionem lienis, quæ â cacochymia, humoribusque atrabilariis & excrementitiis originem habet; quocirca etiam discrasia uteri auxiliatrices manus suppeditat. *Causa morbi*

Frigus a. algidum, sonitus ac strepitus, in capite, fronte, & temporibus, animi angor, Cordis palpitatio, calor præternaturalis, sudor copiosus, ac atrophia corporis, meritò inter symptomata numerantur, quæ â dicto morbo, ejusdemque causa, proveniunt. *&*

Sonitus enim & strepitus cum dolore, ex vaporibus â partibus subjectis & affectis caput petentibus & replentibus, ibidemque tumultuantibus, cerebrique meninges distendentibus; Algidum frigus, â vaporibus crassis, frigidis, atrabilariis, melancholicis, & uterinis, tam manifesta, quam occulta qualitate peccantibus, spiritusque animales infestantibus, inquietantibus, ac quasi suffocationem tentantibus; animi mœror & tristitia â vaporibus melancholicis ac atrabilariis, sursum elevatis, phantasma tenebricosum melancholicumque in cerebro excitantibus, phantasiamque lædentibus ac depravantibus; Cordis palpitatio, ab exhalationibus lienosis ac hystericis tetris & malignis, per arterias cœliacas cordi communicatis, illudque simul ac spiritus vitales inquietantibus, corque spiritusque vitales ad expulsionem materiæ peccantis ac molestæ irritantibus; Calor præternaturalis totius corporis, partim ab humore atrabilario adusto, partim â corruptis & putrescentibus humoribus, spiritus vitales accendentibus, febremque generantibus; sudor copiosus, â saburra vitiosorum crudorumque humorum, nec non â resolutione humorum alimentariorum per calorem præternaturalem; Atrophia verò, tam ab irrita concoctione sanguificatione, humorumque alimentariorum assimilatione, quam â calore præternatutali, humores alimen- *Symptomatum.*

tarios resolvente & colliquante, originem habet ; Quapropter rebus sic stantibus, ne febris hectica cum gravioribus symptomatibus subsequatur, curatio non negligenda, sed maturanda erit.

Curatio. Curatio autem consistit in ablatione morbi ac symptomatum.

Morbus, per remotionem causæ tollitur, quæ per præparantia, purgantia, alterantia, & roborantia interna scopum suum assequitur.

Symptomatibus itidem appropriatis tam internis quam externis, & quidem alterantibus, roborantibus, ac topicis succurritur. Quocirca etiam conveniens Diæta observabitur.

1. Ad humores itaque vitiosos in corpore præparandos, ac obstructiones mesenterii, ramorumque venæ portæ reserandas. *Pulv. digestiv. ac reserans.* ℞. *Crem.* ♀. *Crystall.* ♀*ri ana* ʒij. ♁*is tamaris. fraxin. juniper. ana* ʒß. *Ol. macis* ℈ß. *M. f.* pulvis, de quo, quantum cultri cuspide capi potest, quotidie horâ unâ ante prandium & cœnam in brodio carnis assumatur.

2. Ad humores excrementitios evacuandos. ℞. *Elect. diacathol. Confect. Hamech. ana* ʒß. *Crem.* ♀. ℈j. *Extr. helleb. nigr. Magist. Gialapp. ana gr. v. Aq. scolopendr.* ʒij. *M. f.* potio, manè jejuno stomacho unâ vice haurienda. *Pot. purg.*

3. Ad eundem scopum assequendum, & reliquias materiæ peccantis auferendas. *Apozema.* ℞. *Herb. fumar. chamædr. scolopendr. chamæpyth. meliss. capill.* ♀. *Epithym. ana* Mß. *Cort. Tamaris. Cort. med. fraxin. ana* ʒiß. *Rad. polypod. lupul. asparag. garyophyllat. ana* ʒij. *Rhab. ver.* ʒiij. *fol. sen. el. s. st.* ℥j. *Turpeth. elect. Agaric. trochisc. Gialapp. ana* ʒij. *flor.* 3. *Cordial. ana* pj. *Cinnam. opt.* ʒj. *Macis* ℈j. ♀. *alb. crud. & pur.* ʒß. *Chalyb. cum* ♃. *præp. & in petia ligat.* ℥j. *anis. fœnic. ana* ℈j. *M.* & concis. d. ad saccul. & coq. cum ℔iiiß. aq. fontan. & ℔ij. vini alb. ad ʒtias ; De hoc Decocto quolibet manè jejuno stomacho ℥v. vel vj. ebibantur.

4. Ad stomachum & viscera principaliora roboranda. *Tragea corrob.* ℞. *Spec. diarrhod. Abb. diatrionsant. ana* ℈ij. *diamargar. frig.* ℈j. *Cinnam. opt.* ʒj. *Corall. rubr. præp. Ocul.* ♋. *præp. Matr. perlar. præp. ana* ℈j. *Macis, caryophyllor. ana* ℈ß. *sacch. albiss.* ʒiij. *M. f.* Tragea. De qua post prandium & cœnam cochlearis minoris quantitas vel per se, vel cum pane saccharato & vino albo comedatur.

5. Ad lienis, sanguinisque atrabilarii intemperiem corrigendam. *Aq. Splenet.* ℞. *Aq. splenet. Mynsi. aq.* ☾ *æ. ana* ℥ij. *Conf. Alk. incompl.* ℈ij. *Spec. lætif. Galen. de hyacynth. ana* ℈j. *Tinctur. Croc. gr. vj. Julap. viol.* ʒj. *M.* Dos. cochl. unum vel alterum, de die aliquoties capiendum. Externè, *Oleum.* ℞. *Ol. chamomill. de Capparib. ana* ℥j. *M.* Quo oleo M. & V. regio lienis calidè inungatur.

Ad

6. Ad caput, ſpiritusque animales roborandos. ℞. *Balſ. majo-* *Balſam.*
ran. ſuccin. ana gr. vij. apoplect. cum caſtor. gr. iiij. Ol. ſuccin. g. v. M. f. Balſam. vertici ac temporibus illinendum.

7. Ad Atrophiam corporis arcendam. ℞. *Conſerv. roſar. rubr.* *Mixtur.*
℥iß. *Diacod. Mont.* ℥ß. *Syr. jujubin. papav. err. ana* ʒij. *M. d.* ad Oll. De qua mixtura ſingulis diebus unâ horâ poſt cœnam avellanæ quantitas deglutiatur.

Externè, ℞. *Ung. reſumptiv. Fernel.* ʒiß. *infrig. Gal. Roſ. Meſ. ana* *Ung. Contr.*
ʒß. *Ol. Nymph. violar. ana* ʒij. *M. f.* Unguentum M. & V. ſpinæ dorſi frigidè inungendum. *atrophiam.*

De cœtero Aer ſit temperatus, cibi coctu faciles, laudabilemque ſuccum & ſanguinem generantes; Potus Vinum Nicarinum per ſe, vel cum aqua dilutum. In Motu & quiete teneatur modus. Somnus ſit moderatus. Excrementa alvi reſpondeant requiſito naturæ. Animique tandem pathemata refrenentur. *Diæta.*

CONSILIUM MED. VII.

Puerum novem annorum, â Dæmonio ſylvatico perterritum, per duos menſes, & quod excurrit, aphonum, convulſum, pedibusque contractum, repræſentans.

Caſus.

ANno 1684. circa feſtum Divi Martini, Petrus Winckler, puer novem annorum, & orphanus, â pago **Urſpring** / in agro Ulmenſi ſito, licentiâ prius ab avo ſuo impetratâ, ſolus cum ſolo, in vicinum pagum **Ballendorff**/natale ſolum, ſine dubio conſanguineos ibidem ſalutandi gratia, ambulavit, ibidemque genio ſuo indulſit; cumque expleto hoc ſuo deſiderio, ad avum redire, domumque reverti tentaret, in ſyl-

va denſa & ſpatioſa per unam alteramve horam oberravit, ubi ipſi ex improviſo venator, qui cervum cornibus in dorſum reflexis fugientem tubo pyrio inſequebatur, glandeque paulò poſt plumbea, non ſine fragore, proſternebat, in conſpectum venit, qui puero adhuc præſente, dictam feram humi dejectam, pedibusque tractam, in dumeto recondidit, poſteaque cum cane, quem manu ducebat, ex vepreto reverſus, puerumque adortus, interrogabat, an non proximè rurſus cum ipſo venationi intereſſe deſideraret? â quo ſtupendo, execrando, & inopinato conſortio atque conſpectu, puer, qui ſibimetipſi cervum ante oculos poſitum, ac venatorem proſternentem, cum cane venatorio, altius ſibi imaginabatur, totus perterritus, pavore, angoreque perfuſus, horrendiſſimè vociferatus, tandemque, terrore plenus, viâ regiâ inventâ, domum reverſus eſt, ubi per octo dies totus perturbatus degebat, eaque, quæ ipſi acciderant, domeſticis cum angore referebat. Elapſo verò octiduo, malum hoc, ab hac viſione terroreque conceptum, prorumpebat, ubi aphonus factus, convulſionibus graviſſimis, apertione ac diſtorſione oris & palati hiſtrionica, jactatione totius corporis, membrorum vibratione, vultu torvo, inverſo ac atroci, oculis minantibus, geſtibusque teterrimis ac ſtupendis, aliisque diris mirandisque ſymptomatibus, per duos integros menſes, die nocteque, cum ſtupore ac terrore omnium adſtantium, cruciatus fuit, fruſtraque ipſi remedia â vicino quodam Medico adhibita ſunt.

QUapropter Dn. Paſtor Urſpringenſis, qui ſpiritualibus remediis ipſi proſpicere fideliter tentabat, cum Præfecto Ballendorffenſi, caſum

casum hunc miserrimum ac deploratum ad amplissimum Magistratum illustris Reipublicæ Ulmensis detulerunt, ejusdemque opem & auxilium implorarunt; Quo facto, præfatus puer in Nosodochium publicum Ulmense receptus, curæque meæ demandatus fuit, quem decimo die Januarii, anno 1685. prima vice inspexi, ipsumque quidem aphonum, sed non prorsus auditu & ratione carentem, pedibus verò cruciatim inflexis, versusque corpus arctissimè contractis, adque extensionem totaliter ineptis, maximoque dolore in extensionis conamine affectis, linguaque immobili, & ad exporrectionem ante os indispositæ, cum calore præternaturali totius corporis, deprehendi.

Ad hoc itaq; mirandum malum legitimis remediorum præsidiis facilius curandum, in causas prius inquisivi, ubi tam ex relatione superius nominati Domini Pastoris, & Præfecti, quam ex ipsa inspectione, cæterisque circumstantiis, hunc affectum â causa tam externa, quam interna, partimque magica, partim verò naturali provenire, judicavi.

Externa causa magica, est apparitio cervi, venatoris, & canis, in deserta solitudine, quæ probabiliter nil aliud, quam spectra, & prælusiones seu illusiones diabolicæ fuerunt, cum neque de venatore neque de cervo interfecto tum temporis ulli hominum aliquid compertum sit, & experientia constet, quod hujuscemodi Dæmones meridiei, in sylvis & locis desertis, aliquando solo pavore spectrorum ac terriculamentorum, aliquando etiam pestilenti afflata lue, vel alio damno dato, hominibus nocivi & exitiales sint, sylvarumque & desertorum habitatione gaudeant: Quam Dæmonum meridiei speciem Jatricus DEBER, noctis verò KETEB nominat. De hisce dæmoniis meridianis legitur, quod hujusmodi Pan in sylvosis montibus novem rusticos ligna secantes, acuto suo cantu, diroque ejus furibundi aspectu corporis, interfecerit. In Russia Orientali, sub meridiem, messis tempore, rura dæmon, habitu lugentis viduæ, obambulare solitus erat, operariisque nisi protinus viso spectro, in terram proni venerarentur, brachia cruraque frangebat. *Causa externa.*

Cosdrois item & Justiniani tempore, Procopio referente, cum ingens & admiranda lues orbem fermè totum depopulabatur, visi sunt dæmones in humana specie versari in publicis, privatisque locis, obviosque percutere, quosque percussissent, eos confestim, mediante virulento & ardenti afflatu, morbo gravissimo & exitiali correptos fuisse. Martinus Del - Rio Disquisit. Magicar. lib. 2. quæst. 27. sect. 2. pag. mih. 313. 314. 315. & seqq. in 4.

Causa interna.

Causa interna maxima ex parte naturalis est, nisi etiam per malignum afflatum causa magica conjungatur; Dum enim per hanc dæmoniacam apparitionem puer hic maximo terrore perfusus & consternatus fuit, eo ipso spiritus animales, unâ cum humoribus in capite & cerebro contentis, vehementissimè perturbati sunt, sicque humores secum in magna abundantia in nervorum canales violenter rapuerunt, quibus mediantibus nervi infarcti, & in latum distensi, versus caput & cerebrum, utpote suum principium retrocedentes, partim convulsiones excitarunt, ac simul tali modo breviores facti, per contracturam nervorum, pedes sursum, versus corpus, secum arctissimè traxerunt, adque extensionem inhabiles reddiderunt; partim verò, propter obstructionem nervorum recurrentium sexti paris, aphoniam, septimæ verò conjugationis, linguæ immobilitatem, causarunt. Ex anatomica enim schola novimus, nervis recurrentibus vel resectis, aut ligatis, canes sine latratu & voce vivere, laxatis vero vinculis, vocem iisdem reddi. Vid. Reald. Columb. lib. 8. Anat. p. 363.

Indicationes & Curatio.

His ita perpensis, causisque hujus mali penitius examinatis, tam ad obstructiones nervorum referandas, illorumque situm ac motum naturalem reassumendum, actionesque secundum requisitum naturæ promovendas, quam etiam spiritus animales in pristinum statum reducendos atque roborandos, facultatemque animalem ad officium suum excitandam, sequentia remediorum genera, internè ac externè applicanda, præscripta & ordinata fuerunt. Qualia sunt, 1. die 10. Januar. ad motus convulsivos temperandos, caputque &

Aq. Epilept. spiritus animales roborandos. ℞. *Aq. Cerasf. nigr.* ℥ij. *Epilept. Lang.* ℥j. *Spir. Cephal. Anhalt. compl.* ℥j. *sacch. perlat.* ʒß. fiat mixtura, sæpius de die cochleatim sumenda. 2. Ad obstructionem nervorum referandam.

Ung. ℞. *Ung. nervin.* ℥j. *Ol. hyperic.* ʒß. M. f. Liniment. nuchæ & spinæ dorsi mane & vesperi calidè inungendum; Quo unguento adhibito, patiens die 11. & 12. Januar. cum omnium admiratione pedes contractos extendere, stare, atque ambulare potuit.

Die 15. Januar. iterum ad convulsiones arcendas, aquam sequen-

Aq Epilept. tem accepit. ℞. *Aq. Cerasf. nigr.* ℥ij. *Epilept. Lang.* ℥j. *Lavend. cum vino destill.* ʒß. *Spir. Ceph. Anhalt. compl.* ʒj. *Spir. theriacal camphorat. Cerasf. nigr. ana* ʒij. *Julap. rosar.* ʒvj. Usus & Dosis, ut prioris. 4. Die 18. Januar. ad loquelam revocandam, tale Emplastrum vertici capitis, abrasis

Empl. Cephal. prius capillis, fuit impositum. ℞. *Empl. de tacamahac.* ʒij. *malax. cum ol. majoran. fiatque l. a. Empl.* extend. super alutâ, magnitud. imperialis, â cujus usu patiens voce leni & obtusa, prima vice loqui cœpit; Ad clario-

clariorem verò vocem reddendam, die 19. Januar. usus est tali linctu.
℞. *Syr. Violar. liquirit. de jujub. ana* ℥j. *fiat mixtura cochleatim sumenda.* — *Syrup pectoral.*
Præter hanc mixturam, tota die succi liquiritiæ inspissati aliquid in ore devolvit; â quorum continuato usu indies vox clarior facta est, ita, ut brevi tempore preces articulatè recitare, animique sensa clara distinctaque voce exprimere potuerit.

5. Die 22. Januar. & seqq. reiteratis vicibus hæmorrhagiam narium immodicam passus est, contra quam talem potiunculam iteratò hausit. ℞. *Sperniol. Croll. gr. v. Laud. opiat. simpl. gr. j. Croc.* ♂. *adstring.* ℈ß. *Syr. papav. err. myrtin. ana* ℥ij. *Aq. burs. pastor. tormentill. ana* ℥vj. *M. pro dosi unâ.* — *Pot. stegnotica.*
Et, ℞. *Cons. ros. rubr.* ℥iß. *Corall. rubr. præp. bol. armen. præp. ana* ℈j. *pulv. rad. tormentill.* ʒß. *cum syr. myrtin.* ℥ij. *f. Electuar.* de quo sæpius avellanæ quantitas sumatur. — *Elect. stegnot. & adstring.*
Die 29. Januar. ad insultus novos convulsivos & spasmodicos coercendos & refrenandos.
℞. *Aq. Cerasor. nigr. flor. tiliæ pœon. ana* ℥j. *Epil. Lang.* ℥ß. *Syr. flor. pœon.* ℥ß. *M.* — *Aq. Epilept.*
Usus & Dosis, ut supra. Et, ℞. *Pulv. Marchion. Mirab. epilept. Mynsicht. ana* ℈ij. *Cinnab. nativ. præp. Cinnab.* ♂ *ii. ana* ℈j. *Magist. Cran. hom. Mag. succin. Magist. Corn. alcis ana* ℈ß. *M. f. pulvis.* — *Pul. antiepilept.*
Dos. M. & V. quantum cuspide cultri capi potest, in aq. antiepileptica præscripta.

Die 9. Febr. febre tertiana spuria correptus est, ad quam profugandam, sequentis pulveris portionem aliquam M. & V. in convenienti vehiculo deglutivit, ℞. *CC. præp. Ocul.* ♋. *præp. pulv. antifebr. Croll. ana* ℈ij. ♎*is. Card. bened.* ℈iß. *M.* — *Pulv. antifebril.*
Pro potu verò ordinario, tali decocto usus est, ℞. *CC.* ℥vj. *hord. integr.* ℥iß. *Spec. pro decoct. pector. flor.* & *fr. ana* ℥j. *M. f.* decoct. cum 2. mensur. aq. fontan. ad tertias. — *Spec pr. pot. ord.*

7. Et quia ab hoc morbo ac symptomatibus, hæmorrhagiâ videlicet aliquoties perpessâ, ac febre, vires defecerunt, idcircò die 12. Febr. tali roborante refectus est, ℞. *Conserv. ros. antiq.* ℥iß. *Julep. rosar.* ʒß. *f. Electuar.* sæpius avellanæ quantitate sumendum. — *Elect. Con. fort.*
Die 13. Martii, Convulsio epilēptica patientem de novo adorsa est, contra quam sequentia medicamenta adhibita fuere, & quidem, ad materiæ morbificæ exterminationem. ℞. *Pulv. rad. gialapp.* ℈j. *pulv. syrii gr. iiij. Castor. gr v. Syr. ros. solut. de cich. cum rhab. ana* ℥ij. *aq. Cerasor. nigr.* ℥vj. *M. f. potiuncula una vice haurienda.* — *Potio laxativa.*
Et, ℞. *Aq. Cerasor. nigr. flor. til. pœon. ana* ℥j. *hyrund. cum castor. Epil. Lang. ana* ʒß. *pulv. Marchion.* ℈j. *Syr. pœon. fl. tunic. ana* ℥ij. *Man. chr. perlat.* ℥iij. *M. d. ad vitr.* Dos. cochl. 2. M. & V. — *Aq Epilept.*

8. Tandem, die 19. Martii, ad debilitatem stomachi, cacochymiam, ac incipientem Leucophlegmatiam corrigendam, Elixier propriet. Paracelsi, quotidiè guttatim in brodio carnis, vel aqua appropriata stomachica sumendum, ipsi præscriptum fuit, â cujus, reliquorumque

rumque recensitorum medicamentorum usu, per Dei gratiam, totaliter convaluit, & sic pristinæ sanitati restitutus est.

CONSILIUM MED. VIII.

Nobilem Puerperam, ardore maximo & intolerabili venæ hæmorrhoidalis in ano cœcæ laborantem, feliciterque restitutam, monstrans.

Casus.

ANno 1685. Nobilis Puerpera, triginta, & quod excurrit circiter annorum, post laboriosum partum, in ano turgescentem venam hæmorrhoidalem cœcam, cum intolerabili dolore ac inflammatione sensit, ita, ut etiam ob consensum cordis, nervorumque capitis ac cerebri, præ anxietate vix respirare potuerit, se hinc inde in lecto volverit, Medicique auxilium, maximo cum restitutionis desiderio efflagitaverit.

Causa. EGo, ad illam vocatus, in causam statim inquisivi, quæ nihil aliud fuit, quam sanguis crassus & feculentus, per laboriosum partum ad ani venam ablegatus, quo etiam, aliisque humoribus vitiosis & peccantibus totum corpus scatebat, quod impura & variè colorata lochia satis ostendebant.

Signa. Signa per se manifesta erant, quia oculis manibusque vena tumens & dolorifica, magnitudine fabæ, aut avellanæ minoris, deprehendi viderique poterat.

Prognosis. Huic affectui dolorifico, si legitimis remediorum præsidiis non succurretur, ob affluxum humorum & inflammationem febris acuta, & propter nimium dolorem, motus convulsivi cum lipothymia & syncope oboriri possent.

Qua-

Quapropter Curatio erat maturanda; In quem finem 1. Dolorem mitigantia 2. Inflammationem ſedantia. 3. Vitioſos humores leniter evacuantia, & 4. Bona ac conveniens Diæta præſcripta fuit. *Curatio.*

Doloris autem mitigativum remedium erat tale. ℞. *Ung. de linaria* ʒj. *Ung. Liquirit.* ʒß. *Ol. ovor. maſtichin. ana* ʒiß. *M.* quod quidem dolorem aliquatenus lenivit, ſed non ex toto abſtulit. *Ung. anodyn.*

Eapropter, tam ad dolorem leniendum, quam ad inflammationem arcendam, tale unguentum ordinavi. ℞. *Ung. infrig. Galen. de litharg. ana* ʒß. *Ol. ovor.* ʒj. *M.* Et quia doloris maximam partem in inteſtini recti intimiori parte ſenſit, iccircò turunda ex goſſypio, oleo ovorum calido intincta, Unguentum verò anodynum deſuper cum linteolis applicatum fuit; quæ remedia quia dolorem non ex toto abſtulerunt, ſequens Clyſter applicatus fuit; ℞. *Lactis vaccini* ʒvj. *ſacch. Thomæi, Mell. roſat. ſolutivi ana* ʒiß. *Vitell. ovor. num.* 2. *M. f. Clyſter.* à cujus uſu dolor protinus cum inflamatione ceſſavit; Cum verò tertia abhinc die dolor reverteretur, iccircò dictum Clyſma cum priori levamine atque ſucceſſu repetitum fuit. *Ung refrig. & anodyn.* *Clyſter.*

Ne autem hocce malum, ob malos ac vitioſos humores, quibus totum corpus turgebat, uti idipſum dicta impura lochia, urinaque craſſa ac turbida, nec non ventris dolor & murmura indicabant, recrudeſceret, dicta patiens talem laxativam potiunculam hauſit. ℞. *Fol. ſen. Alex. ſ. ſt.* ʒij. *Crem.* ♀*ri, Rhab. ver. ana* ʒß. *Aq. Ceraſ. nigr.* ʒiiij. *M. f. lenis ebullitio, in Colatur. diſſolv. Mann. Calabr. granulat.* ʒiß. *f. potio.* A cujus uſu ſexta vice, ſine omni moleſtia dejecit, totumque corpus enormiter alleviatum, dictusque affectus cum ſuis ſymptomatibus ex toto feliciſſimè ſublatus & eradicatus fuit. *Potio laxat.*

Quod diætam concernit, Aer erat temperatus, cibi boni ac laudabilis ſucci, refrigerantes & humectantes, ut juscula carnium, ptiſana hordeacea, pruna, paſſulæ, & ſimilia: Potus, brodia gallinarum frigida, & Decoctum Corn. Cervi cum ſyrupo rubi idæi (quia hyſtericis paſſionibus non obnoxia erat) miſtum. Quies procurabatur; ſomnus erat moderatus; Excrementa debito tempore naturæ reſpondebant; Et animi pathemata decenter moderabantur. Quibus obſervatis, adhibitisque remediis præfata Patiens per Dei gratiam exoptata ſanitate fruitur.

CONSILIUM MED. IX.

Asthma, accedente singultu & catarrho suffocativo, lethale, exhibens.

Casus.

ANno 1685. mense Januario, Rev. Dn. Christophorus Staudacher, Pastor in Burlafingen, ætatis sexagesimo quarto, cacochymicus, habitus corporis gracilis, temperamenti cholerico-melancholici, post perpessam diuturnam tussiculam, & difficilem respirationem, asthmatis prodromum, flatusque in præcordiis murmurantes ac interdum tumultuantes, periculoso Asthmate, Orthopnœam minitante, atque molesta tussi correptus est, ita, ut ob angustiam intumefacti & quasi rigidi pectoris, frequentemque densam ac anhelosam respirationem neque quietus cubare, neque sedere, sed præ nimia anxietate de loco in locum se movere coactus fuerit: Ad hæc, de gravitate capitis, colli, & brachiorum, stuporeque manuum, non sine suspicione periculi apoplectici aut paralytici conquestus est, ac in principio invasionis morbi pulsum miurum ac vermiculantem, postea, recollectis quodammodo viribus, debilem ac interruptum habuit.

Causa. CAusa hujus mali Externa remotaque, est mala victus ratio, loco-que ciborum euchymorum casei, lactisque acidi, aliorumque ciborum crudorum, coctuque difficilium, comestio, ac tempore hyemali vel brumali totius corporis, præsertim verò pectoris, ejusdemque

demque nervorum ac musculorum intercostalium nimia refrigeratio, voluntariique motus frustratio, & quasi sideratio.

Interna, seu Proxima, est bronchiorum pulmonis, partim â materia pituitosa, ex frigida ventriculi intemperie, ejusdemque coctionis imbecillitate, & crudorum humorum abundantia originem ducente, partim ob hepatis atoniam vitiumque sanguificationis, ab humore seroso, in ramis venæ cavæ majoribus fervente, & ἀθρόως per dextrum ventriculum cordis, mediante vena arteriosa in pulmones irruente, ac arterias angustante, obstructio atque compressio.

Signa hujus Asthmatis, densa videlicet, frequens, & anhelosa respiratio, cum angustia pectoris & tussi, superius enumerata sunt. *Signa.*

Differentiæ, ratione causarum obstruentium & comprimentium jamjam indicatæ fuerunt, sed ratione accessionum, in morbi principio non periodicum, sed continuum, circa finem autem morbi periodicum hoc asthma factum est, ubi exacerbationes plerumque appropinquante nocte, ob materiæ agitationem secundum lunæ motum, & quidem hora vespertina sexta, usque ad horam sextam matutinam, durarunt, insequente verò die Dominus Patiens usque ad revertentem solis occasum, melius habuit. *Differentia.*

Prognostica. Curatio est dubiæ spei, quia 1. senes rarò ab asthmate liberantur, sed eos ferè ad mortem comitatut, ut Hipp. 2. aphor. 40. testatur. *Prognosis.*

2. Asthmate laborantibus cum tussis cessat, difficultate respirationis aut perseverante, aut increscente, periculosum est, contumaciam enim materiæ, & virtutis expultricis debilitatem significat.

3. Ad Asthma inveteratum, si nova repentè accesserit influxio, quæ pulmones obruat; ut in catarrho suffocativo fit, lethale est.

4. Asthmatici ii maximè periclitantur, qui viribus sunt infirmi, citò enim suffocantur, & in syncopen incidunt, cum autem pulsus inæqualis admodum redditur, ægrum morti vicinum esse, & multò magis, si intermittat: sæpissimè etiam, qui bonum pulsum habere videntur, subitò moriuntur & suffocantur, & contra, qui pulsum pravum habent, auxilio aliquo adhibito, aut flatu, aut seroso humore discusso, subitò nonnunquam restituuntur.

5. Asthma nonnunquam in peripneumoniam mutatur, idque febre superveniente cognoscitur, nonnunquam in hydropem & cachexiam degenerat.

Curatio, quia consistit in ablatione causarum & symptomatum, iccircò Dn. Patienti sequentia remedia ordinata fuêre. *Curatio.*

1. Internè, die 5. Januar. ad ſaburram vitioſorum humorum
Potiuncul. purg. è corpore expurgandam, uſus eſt tali catarctico. ℞. *Mag. gialapp. gr. xij. ſcammon. gr. iiij. Juleb. roſar. ʒß. aq. Ceraſ. nigr. ʒvj. miſc. f.* potiuncula una vice ſumenda, â cujus uſu aliquoties dejecit.

Die 6. Jan. cum ob imminens periculum ad eum vocatus eſſem, ad materiam pituitoſam & ſeroſam è fiſtulis pulmonum & pectore leniter eliminandam, ſequentem potiunculam, & ſyrupum laxativum, ſequentibus diebus, quolibet manè cochleare unum ſu-
Pot. laxativ. mendum, præſcripſi, ut ℞. *Fol. ſen. el. ſ. ſt. ʒiij Crem. ♀. Rhab. ver. ana ʒß. M. f. c. aq. hyſſop. ʒiiij. lenis ebullitio, in colatur. diſſolv. Mann. calabr. el. ʒiß. clarif. cum album. ovi, & aromatiſetur cum aq. Cinnam. ʒj. M. f.* potio,
Syrup. laxat. ſtatim una vice ſumenda. Syrupus laxativus fuit talis. ℞. *Syr. roſ. ſolut. diaſer. Andern. d. cich. c. Rhab. ana ʒß. pulv. rad. gialapp. ʒj. Miſce.* Quocirca etiam pulvere ſeminis Erucæ & Carui, invicem mixtis, uſus eſt.

2. Ad obſtructionem fiſtularum pulmonis reſerandam, intemperiem frigidam alterandam, expectorationem promovendam, pectusque cum corde, ventriculo & capite roborandum, caloremque
Aq. Cephal. & Pectoral. nativum debilem excitandum, die 6. 7. & 9. Januar. ſequentia re-
Spir. theriacal. mediorum præſidia uſurpavit. ℞. *Aq. Epil. Lang. ʒij. Elix. vit. Matthiol. compl. ſpir. anis. opt. Julap. roſar. ana ʒj. Moſch. Ambr. gryſ. ana gr. j. M.* Doſis cochleare unum vel alterum, aliquoties repetendo. Et, ℞. *Spir. theriacal. camphor. ʒij. d. ad vitr.* Doſ. cochleare unum cum vino albo de die ſemel capiendum. Ut &, ℞. *Sperm. Cet. recent. pulv. gumm. ammoniac. ana ℈ij. Syr. d. hyſſop. ʒß. Croc. Auſtriac. ℈ß. Aq. hyſſop. ʒij. M. f.* potio, unâ vice ſumenda.

Die 12. Januarii, tale Decoctum pectorale ordinatum fuit.
Decoct. pectoral. ℞. *Spec. pro decoct. pector. flor. & fr. ana ʒß. Rad. fœnic. helen. tarax. ana ʒij. herb. capill. ♀. Mj. ſcabioſ. M℔. ſem. fœnic. anis. ana ʒß. Mann. calabr. el. ʒx. Nucl. pin. piſtach. ana ʒij. Conſerv. roſ. rubr. ʒvj. borrag. ʒiij. Mixt. inciſ. & contuſ. coq. in brod. gallinæ ℔v. vel vj. & bibantur manè & veſperi calidè ʒv.*

Die 14. Januar. talem Aquam pectoralem cochleatim ſumen-
Aq. pectoral. dam ex Pharmacopolio accepit. ℞. *Aq. Ceraſ. nigr. hyſſop. ana ʒij. Epilept. Lang. aſthmat. ana ʒß. Spir. Ceph. Anhalt. compl. ʒij. anis. opt. ʒij. ſacch. cand. alb. ʒß. M. d. ad vitr.* Et huic aquæ M. & V. gutt. x. balſami ♃. aniſat. inſtillavit.

Die 17. Jan. de vehementi tuſſi conqueſtus eſt, quapropter Oxymel ſquilliticum, cum ſyrupo violarum permixtum, nec non diaco-

diacodium in ſolido, cum trochiſcis becchicis nigris, & albis Rabus, ſuaſi.

3. Ad ventriculum verò roborandum, atque ſanguificationem corrigendam ſequenti tragea cum pane ſaccharato, vino madefacto poſt prandium & cœnam uſus eſt. ℞. *Spec. diazingib. diagalang. ana* ℈ij. *aromat. roſat. compl.* ℈j. *Cinnam. opt.* ʒij. *Nuc. myriſt.* ʒj. *Macis, garyophyll. Cardamom. Cubeb. ana.* ℈ß. *ſacch. albiſſ.* ʒiij. *fol.* ⊙. *num. j. M. f. Tragea.* *Tragea ſtomach. & hepat.*

Pro potu Ordinario ſequentis pulveris cochleare unum menſuræ aquæ fervidæ (cujus quartarium ʒx. conſtat) injecit, ac deinceps hanc aquam vino albo permiſcuit. ℞. *Scob. Lign. ſaſſafr. Rad. chin. ana* ʒß. *Cinnam. opt.* ʒij. *Sem. anis.* ʒj. *Cortic. Citr.* ʒiß. *CC. præp. Ocul.* ♋. *præp. ana* ʒiß. *M. f. pulv. groſſ.* *Spec. pro Decoct. pectoral.* Deinceps, ad expectorationem melius promovendam, tali Decocto uſus eſt. ℞. *CC. uſt.* ʒß. *Hord. integr.* ʒiß. *jujub. ſebeſt. ficuum ping. ana* ʒß. *Liquir.* ʒij. *paſſul. min.* ʒj. *anis. fœnic. ana* ʒß. *herb. hyſſop. capill.* ♀. *ana* pj. *M. coq. cum aq. font. menſur.* 2. *ad tertias.*

Externè, nucha & ſpina dorſi ſpiritu paralytico Mynſichti, pectus verò, à principio morbi usque ad finem ſequenti linimento, & quidem quotidiè bis, fuit inunctum. ℞. *Ung. pector.* ʒj. *dialth.* ʒß. *Ol. amygdalor. dulc.* ʒij. *M. d. ad Oll.* *Ung. pectoral.*

His remediis adhibitis, materiam peccantem, in bronchiis pulmonum bona ex parte reſolutam ſummo cum levamine rejecit, tumor pectoris ſubſedit, atque iterum in lecto quieſcere, in ædibus obambulare, commodius reſpirare, cibos boni ſucci facilisque concoctionis aſſumere & concoquere potuit, atque ex omni parte melius habuit, ita, ut de ipſius reconvaleſcentia optima ſpes appareret.

Cum verò die 18. januarii, qui erat dies ſolis, largius, & inter alia braſſicam capitatam comediſſet, atque bibiſſet, ſimulque ob levem ac frivolam cauſam aliquoties iraſceretur, ſubſequente nocte recidivam paſſus eſt, ubi omnia ſymptomata catervatim recruduerunt, ac de novo graviſſimo aſthmate, ſuffocationem præſagiente, infeſtatus eſt, â quo tempore beneficium excretionis ſeu expuitionis, ob materiæ contumaciam, & facultatis expultricis imbecillitatem, amiſit: Quam ob cauſam die 19. Januarii ſequentem potiunculam ebibit. ℞. *Pulv. gumm. ammoniac.* ʒj. *aq. hyſſop. vini rhenan. ana* ʒij. *Miſce.* *Potiuncul. pect. & antiaſthmat.*

Præter hanc, Croci Auſtriaci ℈j. cum vino malvatico calidè ſumpſit, & ſequentis aquæ unum alterumve cochleare deglutivit. ℞. *Aq. aſthm. D. Rab. hyſſop. Veronic. cum vino deſtill. Ceraſ. nig. ana* ʒj. *Eſſent. ſacch. Begum.* ʒß. *Spir. anis. opt. Cephal. Anh. compl. ana* ʒij. *Extr. Croc. gr. v. ſacch. cand. alb.* ʒß. *M. d. ad vitr.* Hiſce remediis ad ablationem *Aq. Aſthmat.*

tam periculosi asthmatis non sufficientibus, die 23. & 24. Jan. sequentia ordinata fuêre. ℞. *Spir.* ✱ *iac. chalybeat.* ʒiß. *Essent. ambr.* ʒß. *Extr. Croc. gr. iij. f. mixtura*, de qua 7. vel 8. guttæ in aqua pectorali exhauriendæ.

Mixtur. antiasthmat.

Die 24. Januar. sequenti pulvere in brodio carnis vesperi & insequente mane sibi consulere attentavit. ℞. ☉*is.* ♀. *volatil.* ʒß. *d. ad vitr. optimè clausum:* Eodem die, ad cor roborandum, viresque debiles restaurandas talem aquam cordialem cochleatim deglutivit. ℞. *Aq. confort. perlat. Officin.* ℥ij. *asthm. R.* ℥iß. *Epil. Lang.* ʒß. *Conf. Alk. compl.* ʒß. *Lap. Bez. Or. gr. v. aq. Cinnam. opt.* ʒij. *Spir. Ceph. Anh. c.* ʒj. *Ceras. nig. anis. ana* ʒij. *Man. chr. perlat.* ℥ß. *fol.* ☉. *num. j. Misce.*

Pulv. aperitiv. antiasthmat.

Aq. Cordial.

Die 25. Jan. aliqualiter, ut ille putabat, melius habuit, sed de nocturno asthmate, ructibus, & singultu valdè conquestus est, quod suspicionem pravorum corruptorumque ac malignorum humorum in plicis ventriculi stabulantium, ac cor, spiritusque vitales, nec non nervos orificii ventriculi infestantium, non sine exitiali indicio, quod etiam lurida facies & labra nivea confirmabant, præ se ferebat, proinde sequentia pharmaca asthma præsertim respicientia, non neglectis cordialibus & cephalicis, ipsi præscripta sunt. ℞. *Spec. diamosch. dulc. compl. gr. vj. gumm. ammoniac. gr. iiij. flor. benzoi gr. iß. Croc. Austr. opt. gr. iiij. M. f. pulv. unâ vice sumendus.* Et aqua sequens cochleatim sumenda. ℞. *Aq. hyssop. Veron. c. vin. dest. ana* ℥ij. *Spir. anis. opt. aperit. Penott.* ✱ *iac. ana* ʒß. *Syr. flor. tunic. hyssop. ana* ʒij. *Misce.*

Pulv. antiasthmat.

Aq. Asthmat.

Et, ut stomacho, capiti, & pectori simul consuleretur, talem Aquam in Officina pharmaceutica parandam præscripsi. ℞. *Herb. nepetæ, hyss. farfar. fol. salv. majoran. pulmonar. macul. adianth. aur. marrub. ana M*ß. *Rad. alth. Enul. Ungul. caball. garyophyllat. zingib. alb. ana* ʒiij. *rad. gentian.* ʒij. *ireos flor. liquir. polypod. qu. ana* ʒvj. *Rhab. ver.* ℥ß. *fl. arantior. til. persicor. ana Mj. bacc. laur. juniper. ana* ℥iiß. *Cinnam. acut. Cardamon. ana* ʒiß. *jujub. sebest. passul. min. dactyl. ana* ʒiij. *squill. præp. sem. urtic. Rom. fœnic. anis. Ocym. ana* ʒiiß. *Caric. ping.* ℥j. *mell. despum.* ℥iiß. *vin. malvat.* ℔vß. *Spir. vin.* ℔iiij. *M. stent in infus. in loc. calid. per dies 8. postea facta destillatione residuum, quod non transcendit alembicum exprimatur, & coq. ad syrupi consistentiam. Qui destillato misceatur, & de ea mixtura sæpius cochleare unum alterumque assumatur.*

Aq. asthmat. & pectoral.

Sed Dn. Patiens, hoc remedio non expectato, die 26. Jan. qui erat dies Lunæ cum hora sexta vespertina cænasset, & quod melius haberet, contestatus esset, ac suæ coquæ, ut cubitum iret, demandasset, media nocte, hora duodecima, ancillante coqua adhuc præsente, è lecto surgens sellam petit, duo pulvinaria supra mensam sternere curat,

curat, ipseque manus admovet, & dum caput ad quiescendum inclinat, catarrhus suffocativus derepentè pectus & respirationis organa inundat, ubi Patiens stertere cœpit aliquot ronchos duxit, ac ita brevissimo temporis spatio creatori suo, post tres decubitus sui septimanas, suffocatus, animam exhalavit.

CONSILIUM MED. X.

Discrasiam Ventriculi, cum defluxionibus Catarrhosis â capite ad pulmones, ac asthmate repræsentans.

Casus.

Dilectissimus quidam amicus Sereniss. cujusdam Ducis Præfectus meritissimus, conqueritur de dolore ac discrasia ventriculi, liberaliore excretione seri ac pituitæ, nonnunquam etiam vomitu, præsertim matutino tempore, cum aliquali portione intermixti sanguinis, defluxionibus catarrhosis, asthmate, tussi cum sibilo, dolore lateris dextri punctorio, per aliquot septimanas continuato, alvi segnitie seu constipatione, & quæ sunt similia.

Resolutio.

AFfectus Domini Patientis est Catarrhus cum tussi, & aliquali asthmate, qui est Defluxio humoris â capite ad partes subjectas, præcipuè verò ventriculum, pectus atque pulmones. *Definitio.*

Origo mali provenit ex Discrasia ventriculi & imperfecta concoctione, unde vapores humorosi caput petunt, ibidemque in arce Palladis ad frigidam intemperiem inclinante, in materiam catarrhalem resolvuntur, ac per arteriam asperam ad pulmones ablegantur, unde fit, quod propter fistulas pulmonum â materia catarrhali obstructas, *Causa.*

ctas, natura beneficio facultatis expultricis exfcreationem moliatur, ac id, quod moleftum eft, cum vehementia excernere tentet, ob quem vehementem conatum interdum excretio fanguinolenta, ac propter concuffionem pectoris, dolor punctorius infequitur.

Signa. Signis opus non eft, quia per fe manifefta funt.

Prognoftica. Si huic Affectui debitis remediorum præfidiis non medetur, progreffu temporis in Phthifin degenerare poteft.

Curatio. In Curatione refpiciendum eft ad partem mandantem, utpote ventriculum; & recipientes, videlicet caput atque pulmones.

Pars mandans, nempe Ventriculus, debitis ac confuetis temporibus â vitiofis humoribus expurgandus, roborandus, ac concoctio promovenda; nec minus capiti roborantibus cephalicis profpiciendum, materiaque catarrhalis ibidem collecta refolvenda, revellenda, intercipienda ac derivanda; ad pulmones verò jam defluxa expectorantibus ad excretionem promovenda, pulmonesque â metu putredinis legitimis ac appropriatis remediis vindicandi funt. Quod fequentibus perficitur. 1. Ad ventriculi expurgationem. *Pill. purg.* ℞. *Extr. panchymag. Croll.* ʒß. *Mag. gialapp. gr. v. Macis gr. ii. M. f. c. Tinct.* ♀. *pill. num. xxiij obauratæ, unâ vice deglutiendæ.*

2. Ad ventriculi roborationem confert interné, tragea ftomachica, Cephalicis mixta, ut *Tragea Cephal. & ftomach.* ℞. *Spec. aromat. rofat. diarrhod. Abb. diatrionfant. ana* ʒß. *Cinnam. opt.* ʒij. *Nuc. mofch.* ʒj. *Macis, garyophyllor. Cardamom. Cubeb. ana* ℈ß. *facch. albiff.* ʒiij. *M. f. Tragea, poft prandium & cœnam minoris cochlearis quantitate cum vino ac pane faccharato comedenda:* Externè, Unguentum vel Emplaftrum ftomachicum orificio ventriculi inungendum vel applicandum, Exempli gratia. *Ol. ftomach.* ℞. *Ol. abfynth. menth. crifp. maftichin. ana* ʒiß. *nuciftæ rec. expr.* ʒß. *Ceræ parum, f. Unguentum, addendo, Balf. peruvian.* ℈ß. *M. d. ad pixid. ftanneam.* *Emplaftr. ftomach.* Et, ℞. *Empl. de cruftâ panis, de Tacamahac. ana* ʒiij. *M. & malax. cum Ol. maftichin. extend. fuper aluta, & illin. c. balf. peruvian. gr. v. fiatque l. a. Emplaftrum.*

3. Capitis roboratio, Catarrhique refolutio, revulfio, interceptio ac derivatio, ufu rotularum duarum vel trium Cephalicarum, mane & vefperi deglutiendarum, nec non fcarificatione in humeris, pillulis catarrhalibus, pediluviis, factis fonticulis, & his fimilibus, abfolvitur. Rotulæ autem Cephalicæ fequenti modo conficiuntur. *Rotulæ Cephal.* ℞. *Spec. diatragac. frig. diamargar. frig. ana* ʒj. *Bol. armen. oriental.* ʒij. *Conf. Alkerm. compl.* ʒß. *Conferv. rof. rubr.* ʒß. *cum facch. alb.* ʒiij. *in aq. flor. acac. f. q. foluti fiat Confectio in Rotulis.* Pillulæ verò Catarrhales tali modo parantur. *Pill. catarrhal.* ℞. *Maff. pill. de Cynogloff.* ʒiß. *fucci liquirit. infpiffat.* ℈iß. *fuccin.*

succin. alb. præp. ℈ß. M. f. pill. num. 24. asperg. pulv. ros. rubr. Dosis pillulæ tres, duabus vel tribus horis post cœnam.

4. Pulmonibus prospicitur expectorantibus, roborantibus putredinemque arcentibus ac præcaventibus, qualia sunt, usus seri lactis caprini per tres septimanas, Electuaria, Aquæ pectorales, Balsamus sulphuris anisatus, & reliqua; Ut ℞. *Loch san. & expert. de pulmon. vulp. de farfara, ana ℥vj. Conserv. flor. bellid. ℥ß. pulv. Haly contra phthisin sine sacch. ℥j. flor. ♃. ℥j. Syr. papav. err. violar. Diacod. Montan. ana ℥ij. M. f. Electuar. Dos. quantitas avellanæ, sæpius repetendo.* *Electuar. antiphthis. & pectorale.*

Et ad excretionem promovendam. ℞. *Aq. ceras. nigr. hyssop. ana ℥ij. Spir. anis. ʒij. sacch. cand. alb. ʒß. M. Dos. Mane & vesperi, cochlearia duo, etiam de die repetenda.* *Aq pectoral.*

Ad hæc, bona ac conveniens Diæta est observanda. Cibi sint boni ac laudabilis succi, facilisque concoctionis, qualia sunt, jusculacarnium, ptisana hordeacea, pruna, passulæ, pulli gallinacei, ova sorbilia, cancri, &c. vitentur omnia crassa, cruda, acria, ac excessivè calida. Potus sit vinum album tenue, Cerevisia defecata, &c. In motu & quiete teneatur modus. Somnus sit moderatus. Alvus naturaliter sit aperta, & si non faciat officium, passulis laxativis, prunis laxativis, vel cibebis laxativis cum brodio, cochleatim sumendis, promoveatur. Ac tandem, animi vehementiores motus atque pathemata refrenentur. *Diæta.*

CONSILIUM MED. XI.

Catarrhus, cum auditus gravitate, asthmate, & Anorexia feliciter curatus.

Casus.

ANno 1685. tempore vernali, Vir quidam antiquâ generis nobilitate illustris, annorum 55. temperamenti phlegmatico-melancholici, ad passionem hypochondriacam pronus, post consuetum hæmorrhoidum fluxum suppressum, molestiam

ac tensiones in hypochondriis ac circa præcordia cum flatibus & borborygmis totum corpus identideminfestantibus sensit, quam Catarrhus excepit, posteaque capitis auditusque gravitas, præsertim auris siniſtræ, cum asthmate, tussicula, raucedine, per vices divexante anorexia, ac virium diminutione accessit, ita, ut tandem Dominus Patiens per octo septimanas, propter omnimodam obstructionem auris siniſtræ, in illa parte, nullum planè, neque vocum, neque tympanorum sonum, percipere potuerit, ac postliminio etiam, in aure dextra, materiâ videlicet catarrhali ad illam quòque delatâ, obaudire saltem cœperit; Quo facto, sibilos sonitusque varios, hinc inde in capite oberrantes atque tumultuantes, conchæque quasi marinæ, sese per aperturam sursum deorsumque moventis & rursum quiescentis, inclusos, ac inter loquendum, propriam vocem, ac si in concamerationevel ædibus cavis allideret, sonoram atque repercutientem, animadvertit, neque rei hujus in capite & cerebro mirandam constitutionem in hunc usq; diem verbis satis exprimere potuit; hinc mœrore confusus, ac mœstitia melancholica correptus, viribus ex asthmate cibique fastidio destitutus, inque lecto decumbens, opem & auxilium medicum quæsivit.

Resolutio.

Definitio. AFfectus hic, cum â defluxione humorum, ad aures, pectus, arteriam asperam, pulmones, atque ventriculum oboriatur, rectè catarrhi nomine insignitur.

Causa. Causa hujus Catarrhi Generalis, est Diæta inconveniens, corpusq; in juventute, (præsertim cum tempus in venatu, in indagandis sequendisque feris & volucribus sylvaticis & aquaticis feriebatur,) aeris

æris injuriis, diurnis nocturnis ventibus borealibus ac auſtrinis flantibus, expoſitum, mala victus ratio, potus immodicus, ſomnus interruptus, & quæ ſunt ſimilia. Cauſa ſpecialis, ſunt humores vaporoſi â venoſo genere, præcipuè verò ſanguine in venis hæmorrhoidibus ſuppreſſis regurgitante, ramisque venæ portæ ac meſenterii, circa regionem lienis, â materia atrabilaria & excrementitia (quæ ventriculo ſubſtrata flatus & borborygmos excitare ſolet) præternaturaliter infarctis & obſtructis, ad caput debile aſcendentes, ibidemque cerebrum frigidum, ob receptionis aptitudinem, ac facultatis expultricis debilitatem, replentes, aures obturantes, ſibilos & ſonitus ex tenuibus & ſimul craſſioribus flatibus leniter elabentibus ac erumpentibus producentes, poſteaque ſua gravitate pectus, arteriam aſperam, pulmones, atque ventriculum petentes, ibidemque auditus gravitatem, aſthma, tuſſim, vocis raucedinem, cibique inappetentiam ſive faſtidium cauſantes.

Prognoſtica. Hic Catarrhus, quia aurem ſiniſtram per octo ſeptimanas totaliter clauſit, alteramque dextram non minus obſtruere cœpit, ob materiæ copiam & incraſſationem, ſurditatem inducere potis eſt, quæ deinceps abſoluta ſurditas nullo prorſus remedio curatur; Nec minus, ventriculos cerebri oppilans, principiumque nervorum obſtruens, Apoplexiam & Paralyſin infert; Quin etiam, ob metum ſubitaneæ defluxionis ad arteriam aſperam atque pulmones, ſuffocationem & repentinam mortem minatur; Ad pulmones ſenſim continuo fluxu tendens, eorum exulcerationem invehit; Ventriculo inſidens, ob appetitus dejectionem & nutrimenti defectum, corporis atrophiam, tabem, viriumque reſolutionem cauſatur. *Prognoſis.*

Ad Curationem requiruntur 1. Præparantia. 2. Vacuantia. 3. Reſolventia. 4. Revellentia & Derivantia. 5. Roborantia &. 6. conveniens Diæta.

Et ne Catarrhus reſolutus uno impetu ad pulmones cum ſuffocationis periculo defluëret, iccircò materia peccans, mediantibus remediis internis ac externis, utpote purgatione, Venæſectione, fomentis, veſicatoriis, pediluviis &c. in multas partes diſtracta, expurgata, ac reſoluta fuit.

1. Primò igitur, ad humores præparandos, utile viſum eſt Decoctum rad. glycyrrh. fœnic. Cinnam. beton. hyſſop. major. Roriſm. ſalv. &c. *Decoctum.*

2. Secundò, ad humores vacuandos, die 26. Martii, ſequentes pillulas deglutivit. ℞. *Extr. pill. aur. cochiar. panchym. Croll. ana ℈ß. Troch. Alhand. gr. v. M. f. cum ol. ſuccin. pill. num. xxj. obaurentur, â quarum* *Pillulæ.*

uſu aliquoties dejecit. Die 30. Martii, talem Potiunculam hauſit. ℞.

Potio. *Fol. ſen. el. ſ. ſt. ʒiij. Rhab. ver. crem. ♀. ana ʒß. Aq. flor. acac. ceraſ. nigr. ana ʒij. M. f. infuſ. ſtent in loco calid. per noctem, mane facta leni ebullitione, in Colatur. diſſolv. Mann. Calabr. el. ʒiß. clarif. cum album. ovi & aromatiſetur cum aq. Cinnam. ʒj. f. potio una vice ſumenda.* Et, poſt horum uſum, ſequens

Apozema. Apozema ordinatum fuit. ℞. *Herb. majoran. ſalv. nob. roriſmar. hyſſop. Veron. Marrub. capill. ♀. ana pj. rad. helen. fœnic. calam. arom. garyophyllat. ana ʒij. Rhab. ver. ʒiij. fol. ſen. el. ſ. ſt. ʒj. Agar. troch. Turpeth. el. ſcammon. præp. helleb. nigr. præp. polypod. querc. ana ʒij. Cinnam. opt. ʒiß. Macis ϑj. ♀. alb. crud. ʒij. anis. fœnic. ana ϑj. Lign. aloes ϑß. M. & conciſ. f. ſacculus in ℔iij. vini albi odoriferi immergendus: Doſis, ſingulo mane jejuno ſtomacho quartarium dimidium, ſeu ℥v.*

Spir. Cephal. 3. Tertiò, ad materiam Catarrhalem reſolvendam, ℞. *Spir. Cephal. Anhalt. compl. ʒij. Spir. ♀ri. ʒj. Miſc. Doſ. M. & V. gutt. XV. in ſequenti vehiculo.* ℞. *Aq. Cephal. noſtr. Ceraſ. nigr. lilior. convall. Apopl. Oſwaldi ana ʒj. Spir. Ceraſ. nigr. flor. anthos, anis. lil. convall. ana ʒij. Elix. vit. Matthiol. ʒß. Conf. Alkerm. compl. ϑj. Aq. Cinnam. ſtill. ʒij. Man. chr. perl. ʒiij. M. Doſ. Cochl. unum vel alterum, ſæpius repetendo.*

Aq. Cephal.

Externè, vertici capitis M. & V. ſequentis mixturæ aliquot guttulæ fuerunt inſtillatæ, ℞. *Spir. Ceraſ. nig. lil. convall. ana ℥ß. Spir. Cephal. Anhalt. compl. ʒij. M.* Et in aures hoc acoviſticum remedium cum goſſypio uſurpatum. ℞. *Spir. Cephal. Anhalt. compl. Aq. Acoviſt. Mynſ. ana ℥ß. M.*

Mixtura, vertici inſtillanda.

Aq. Acoviſtica.

Aſthmatica. Ad aſthma corrigendum. ℞. *Aq. noſtr. aſthmat. Ceraſ. nigr. flor. acac. hyſſop. ana ℥j. Eſſent. ſacch. Beguin. ℥ß. Spir. anis. ʒij. ſacch. cand. alb. ℥ß. M. Doſ. cochl. j. vel 2.* Et, ℞. *Aq. Ceraſ. nigr. hyſſop. ana ℥ij. Epil. Lang. aſthmat. loch ſan. ana ℥ß. Cinnam. ſtill. ʒij. Spir. anis. ℥ß. Elixir. vit. Matthiol. ϑj. Conf. Alkerm. compl. ϑj. ſacch. cand. alb. ℥ß. M. Uſus & Doſis, ut prioris.* Ut &, ℞. *Aq. Ceraſ. nig. flor. acac. hyſſop. aſthmat noſtr. ana ℥j. Spir. anis. ʒiij. Cephal. Anhalt. compl. ʒj. balſ. ♃ris aniſat. ϑj. Julap. viol. ʒvj. M. Uſus & doſis, ut antecedentis.*

Aquæ pector.

Linctus. Ad tuſſim etiam & deſtillationem catarrhalem leniendam atque demulcendam. ℞. *Diacod. Mont. ʒij. Aq. flor. acac. ℥ß. M. Doſ. cochl. 2. ſæpius deglutienda.*

Nec minus, pro Catarrhi reſolutione, uſus eſt tali Fomento:

Fomentum. ℞. *Herb. beton. majoran. roriſmar. meliſſ. puleg. ſalv. ana Mj. flor. roſ. rubr. Lavendul. ana Mj. Sem. Coriandr. nigell. ana ʒij. Cinnam. Macis, garyophyll. ana ϑj. M. & conciſ. f. ſacculi lintei duo interpaſſati, vino incoquendi, quibus caput per integram ſeptimanam quotidiè M. & V. per horam calidè fomentetur:* A quorum, & cœterorum uſu aures aperiri cœperunt.

4. Quæ-

4. Quartò, ad materiam Catarrhalem revellendam ac derivandam, Emplaſtrum Veſicatorium Horſtii ponè aures, magnitudine dimidii Imperialis, alutæ inductum, fuit impoſitum. Deinde uſus eſt pediluvio, ex ſequentibus parato. ℞. *Herb. arthemiſ. abſynth. Origan. ſerpill. menth. criſp. flor. chamom. roſ. rubr. ana Mj. Ciner. ſalis ana Mj. M. f. decoct. in lixivio forti, præſertim ex cineribus ligni juniperini parato.* *Veſicator.* *Pediluvium.*

5. Quintò, ad Caput & Cerebrum roborandum, internè, Tragea ſeq. fuit præſcripta. ℞. *Spec. diambr. compl. diamoſch. dulc. diaxyloal. ana ʒß. Cinnam. opt. ʒij. Nuc. moſch. ʒj. Macis. Cubeb. Cardamom. garyophyllor. ana ϑß. ſuccin. alb. præp. ϑij. ſacch. albiſſ. ʒiij. fol. ⊙j. M. f. Tragea, poſt prandium & cœnam, vel per ſe, vel cum pane ſaccharato, cochlearis minoris quantitate comedenda.* *Roborantia.* *Tragea.*

Externè, talis Cucupha ordinata fuit. ℞. *Flor. roſ. rubr. roriſm. ſalv. lavend. anthos ana pj. ſem. Coriandr. nuc. moſch. ana ʒß thur. maſtic. ireos flor. cortic. citr. ana ϑj. ſandarac. ϑj. Garyophyllor. maceris ana ϑß. Spec. diambr. compl. ʒiß. Moſch. gr. vij. Ambr. gryſ. gr. v. M. f. cum ſyndon. rubr. & goſſypio Cucupha interpaſſata, pileolo inſuenda.* *Cucupha.*

Ad reliquias catarrhales è capite exterminandas, ſequentibus pillulis uſus eſt; ℞. *Maſſ. pill. de ſuccin. Craton. ʒiß. Marocoſtin. Minder. ʒß. Troch. Alhand. ϑß. M. f. cum ol. ſuccin. pill. num. 130. pulvere roſ. rubr. aſpergendæ, & ſingulis ſeptimanis ſemel undecim jejuno ſtomacho in vehiculo convenienti deglutiendæ.* *Pillulæ Catarrhales.*

Et, quia Dominus Patiens de tenſione ſiniſtri lateris circa regionem lienis conquerebatur, propterea ad vaſorum, venarumque meſaricarum & ramorum venæ portæ obſtructionem reſerandam, talem pulverem ſpleneticum, unâ horâ ante cibum in brodio carnis aſſumpſit. ℞. *Crem. ♀. Cryſtall. ♀. ana ʒij. ſal. ſcolopendr. tamariſc. fraxin. juniper. ana ʒß. Ol. macis ϑß. M. f. pulv.* Externè, ℞. *Ol. chamom. de capparib. ana ʒvj. quo oleo pars affecta ſiniſtri lateris M. & V. inungatur.* *Pulv. ſplenet.*

6. Et tandem, ſextò, bonam & convenientem Diætam obſervavit; Aer erat temperatus & quietus: Cibi fuerunt coctu faciles, bonumque ac laudabilem ſuccum generantes, quales ſunt, juſcula carnium, gallinarum, carnes vitulinæ, hœdinæ, capreolorum, ptiſana hordeacea, hujusque generis alia, majorana, Cinnamomo, macere, aliisque cephalicis condita, &c. Potus, vinum album Nicarinum; Motus & ſomnus erat moderatus; Excrementa naturæ reſpondebant; ac animi affectus fortiores decenter refrenebantur. *Diæta.*

His itaque Remediis, præfatus Dominus Patiens, menſis unius ſpatio, ab hoc periculoſo & chronico affectu per Dei gratiam, cum ſuo

suorumque gaudio atque solatio, liberatus, pristinæque sanitati restitutus est.

CONSILIUM MED. XII.

Causum in tertianam mutatum, feliciterque curatum exhibens.

Casus.

ANno 1685. die 20. Majï, vir ille Prænobilissimus ac strenuus, cujus in præcedenti consilio mentio facta est, cum post mensem â priori recepta valetudine, negotii alicujus expediendi causa, se extra ædes suas recepisset, ex improviso in platea seu via publica tanta membrorum lassitudine correptus est, ut pedibus in terram demissis, gressibusque tardis & languidis, magno & vix possibili conatu (germanicè **mit Scharflen und Schlarpen der Füssen**) domum repetere conatus fuerit: Et cum ibidem â domesticis in lectum duceretur, primum horrore, deinceps magno præternaturali calore, anxietate, difficili respiratione, virium lapsu, siti & inquietudine correptus est, quorum gravissimorum symptomatum syndrome Dominum Patientem, illicò Medici consilium & auxilium quærere, impulit.

Morbus. EGo, ad præfatum Dn. Patientem vocatus, re & circumstantiis penitius consideratis, hunc morbum Causum, seu febrem putridam ardentem continuam & acutam esse, pronunciavi.

Causa. Causa fuit insignior phlogosis & incendium sanguinis in venis majoribus sulphureis portionibus abundantis, per causas externas inductâ

inductâ afferveſcentiâ, accenſione, & caloris intenſiſſimi per totum corpus diffuſione: Ad quam cauſam etiam referri poſſunt, prioris morbi, præſertim humorum bilioſorum reliquiæ, materia auditum impediens, in cerebro & capite reſoluta, adque partes ſubjacentes delapſa, ibidemque corrupta, venis ſanguinique communicata, remedia calidiora ad reſerandam & reſolvendam materiam peccantem & obſtruentem auditui moleſtam uſurpata, & quæ ſunt ſimilia.

Signa pathognomonica fuerunt ſitis ingens & Tantalea, calor præternaturalis urens, corporis jactatio, urina rubra, cruda & turbida, pulſus celer, frequens & inæqualis, reſpiratio difficilis, oris amaritudo, linguæ ariditas & ſcabrities, nonnunquam deliria, ſomnus interruptus, & hujus, generis alia. *Signa.*

Hic affectus, ſi ipſi legitimis remediorum præſidiis non maturè ſuccurratur, tam ob morbi ipſius acutiem, quam ob ſymptomatum gravitatem, non rarò patientem jugulat, *Prognoſtica.*

Circa curationem obſervandæ ſunt ſequentes quatuor intentiones generales. 1. Ut ſanguis ab incendio vendicetur. 2. incenſio jam in ſanguine facta mitior reddatur, 3, Ut deflagratione ad finem perductâ, materiæ concrematæ & aduſtæ recrementis, liquor cruoris expediatur, & poſtea ad craſin & vigorem naturalem reſtituatur. 4. ut ſymptomatibus maximè urgentibus tempeſtivè occurratur. In quem finem præfato Domino Patienti, (quia venæſectio ob vires debiles & urgentem cacochymiam purgante prius corrigendam, locum non habuit) ſequentia remedia adhibita fuêre: Et quidem 1. in morbi principio ſequentem potiunculam catarcticam hauſit. ℞. *Magiſt. gialapp. gr. xij. Mag. ſcammon. gr. iiij. Nucl. pin. num. 2. Julep. roſar.* ℥ß. *Aq. ceraſ. nigr.* ʒvj. *M. f. potiuncula, â cujus uſu aliquoties dejecit.* *Curatio.* *Pot. purg.* 2. Ad ardorem febrilem corrigendum, facultatem vitalem roborandum, vaporesque cordi & ſpiritibus vitalibus moleſtos â centro ad circumferentiam expellendos, ac per ſpiracula cutis exterminandos, tale ſudoriferum aſſumpſit. ℞. *Pulv. rubr. Pamon.* ℈iß. *Lap. Bezoar. Or. gr. v. Syr. acetoſ. citr.* ʒij. *Aq. Card. bened* ℥j. *Miſce.* *Potio ſudorif.* Et quia hac die circa veſperam de torminibus ventris lancinantibus conqueſtus eſt, iccircò, ſequens Enema injectum fuit. ℞. *Herb.* ʒj. *emoll. ana* Mß. *flor. chamomill. ſummit. aneth. ana* Mß. *Rad. alth. lil. alb. ana* ʒij. *ſem. lini fœnugr. ana* ʒiij. *M. f. decoct. cum brod. carn. q. ſ. Colatur.* ℞. ʒx. *in qua diſſolv. Elect. lenit. Florenz. diacathol. ana* ʒvj. *Mell. roſ. ſol.* ℥j. *Ol. violar.* ʒvj. *Vitell. ov. num.* 1. *ſalis parum, f. Clyſter, â cujus uſu benè habuit.* *Enema.* Præter ſudoriferum ſuperius allegatum, tali etiam Aqua cordiali & alexi-

phar-

Aq. Cordial & alexipharm.

pharmaca, cochleatim ſumenda, uſus eſt. ℞. *Aq. è typh. Cerv. ſcorzoner. Cordial. temperat. c. confort. offic. perlat. ana* ʒß. *Cinnam. cydoniat.* ʒij. *Corall. rubr. præp.* ℈j. *Margar. præp.* ℈ß. *Lap. Bez. or. gr. v. Conf. Alkerm. inc.* ℈j. *Man. chr. perlat.* ʒij. *M.*

Emulſio refrig.

3. Ad ſanguinem ebullientem alterandum & refrigerandum, Julapiis, & ſequenti Emulſione aliquoties uſus eſt. ℞. *Sem. 4. frig. maj.* ʒij. *ſem. papav. alb.* ʒiß. *amygd. dulc. excort.* ʒj. *Aq. acetoſ. cichor. ana* ʒiß. *M. f. Emulſio, in quâ diſſolv. CC. philoſ. præp. Ocul.* ♋. *præp. Corall. rubr. præp. nitr. tabulat. ana* ℈ß. *ſacch. perlat.* ʒij. *M. f. potio una vice hauriendæ.* Ad eundem finem Tincturam quoque Roſarum hauſit. Die quartâ, febris ſynochus acuta, ſudore critico copioſè effluente, judicata eſt, quæ tamen in tertianam ſpuriam degeneravit, cui præcipitantibus & antifebrilibus ſpecificis ſubventum eſt. Ut, ℞. *Spec. antifebril. Croll.* ʒj. *CC. præp. Ocul.* ♋. *præp. Corall. rubr. præp. ana* ʒß. *M. f. pulv. M. & V. in aq. Cordiali vel brodio carnis, quantum cuſpide cultri capi poteſt, ſumendus;* Quocirca etiam calore æſtuante accedentibus paroxyſmis, urgente, partitis vicibus Emulſionem refrigerantem ſupra deſcriptam bibit. Et quia ſigna bilis adhuc in corpore abundantis aderant, quod etiam oris amaritudo, cibique faſtidium indicabat, alvusque obſtructa erat, de ſequenti ſyrupo cholagogo alternis diebus, mane jejuno ſtomacho cochleare unum deglutivit. ℞. *Syr. roſ. ſolut. diaſer. Andern. de cich. c. Rhab. ana* ʒß. *pulv. rad. gialapp.* ʒj. *M.* Hoc Syrupo tertia vice uſurpato, bileque ad inteſtina magno cum impetu ruente, facultatemque expultricem ad excernendum ſtimulante, hypercatharſis cum virium imbecillitate ſecuta, illa verò ſequentibus pillulis in aqua cordiali ſumptis, ſopita eſt. ℞. *Theriac. cœleſt. Extr. laudan. opiat. incompl. ana gr. iij. M. f. cum Syr. papav. pill. num. v. obauratæ una vice deglutiendæ.* Quotiescunque etiam paroxyſmus febrilis accedebat, antifebrili prius ſumpto, ſudor in lecto movebatur. Et poſtquam 4to calor febrilis internis refrigerantibus repreſſus, & humor putreſcens majori ex parte eductus videbatur, ad reliquias caloris p. n. extinguendas, tale Epithema fronti & pulſibus manuum applicatum eſt. ℞. *Sem. 4. frig. maj.* ʒij. *papav. alb.* ʒj. *Nucl. perſic.* ʒij. *Aq. roſar. plantag. ſemperviv. nymph. ana* ℥j. *f. Emulſ. in colatur. diſſolv. Camphor. in* ※. *roſar. diſſol.* ℈ß. *Croc. Auſtr. gr. v. f. Epithema.* Nec minus lingua, ne rancorem concipiat, quotidiè abraſa, & os poſca nitro tabulato mixta, elutum & gargariſatum eſt.

Pulv. antifebril.

Syrup. cholagog.

Pill. hypercatharſ. refrenant.

Epithema.

5. Ad vires inſtaurandas, totumque corpus roborandum, talis Tragea poſt aſſumptum cibum ſumenda, ipſi ordinata eſt. ℞. *Spec. diarrh. Abbat. diatrionſant. ana* ℈ij. *Nuc. moſch. Cinnam. opt. ana* ʒj. *Ma-*

Tragea corrob.

cis

cis ℈j. *Corall. rubr. præp. Margarit. præp. Ocul.* ♋. *præp. ana* ℈j. *ſacch. albiſſ.* ℥iij. *fol.* ☉. *j. M. f. Tragea.*

6. Quod Diætam concernit, aer erat ad calidum inclinans, cibi boni ſucci, facilisque concoctionis, potus aqua hordei cum cornu cervi cocta, ſyrupoque rubi idæi, ceraſorum acidorum, & acetoſitatis citri, cum tantillo ſpir. ♁li mixta; quies procurabatur; ſomnus emulſionibus refrigerantibus promovebatur; alvi obſtructæ ratio habebatur; ac animi pathematibus conſolationibus ſubveniebatur. Quibus ita decenter adhibitis, Dominus Patiens, Dia favente gratia, trium ſeptimanarum ſpatio, priſtinæ ſanitati feliciter reſtitutus fuit.

CONSILIUM MED. XIII.

Diſcraſiæ Ventriculi, cum anorexia, Corporis atrophia, & diſpoſitione hectica, lethalis.

PRO

Reverendiſſimo Domino, Domino ANSELMO, S. R. Imperii Abbate, & Domino Monaſterii Elchingenſis.

Caſus.

ANno 1685. Reverendiſſimus Dominus ANSELMUS, Abbas Elchingenſis, annorum quinquaginta ſex, temperamenti calidi & ſicci, habitus corporis rari, ſtaturæ mediæ, ſimul ac plethoricus, qui ob calorem corporis nonnunquam intenſum, & certis temporibus accedentem anxietatem circa præcordia, iteratis per annum vicibus, Phlebotomia, (corpore cœterum benè diſpoſito) uti cogebatur: Quocirca etiam, inconſulto Medico, multos ſudores movit, remediisque variis inconvenientibus, proprio ſuaſu, uſus eſt, animique

mique pathematibus, curis, meditationibus, ſollicitudinibus, &c. corpus & animum defatigavit, & poſtquam præterito menſe Julio hujus anni, ob bilis abundantiam vomitorio, ac deinceps Acidularum Egeranarum potu, & quidem inordinato, neglecto ſcilicet poſt potum motu, atque convenienti Diæta, ac proinde ſine effectu, & purgatione per ſudorem, Urinam, vel ſeceſſum, uſus eſſet, ſub finem Auguſti de læſa facultate retentrice ventriculi, cum cibi inappetentia & appetitu proſtrato, ciborum rejectione, flatibusque in hypochondriis retentis, præcordiaque ſimul infeſtantibus, ac ad guttur usque ſurſum aſcendentibus, nec non ſomno interrupto, ac nocturna inquietudine, capitisque gravitate, ac imbecillitate conqueſtus eſt, quibus recenſitis virium proſtratio, corporisque atrophia acceſſit, ita, ut ob actiones naturales exercendi impotentiam Medici Conſilium & auxilium deſiderare non dubitaverit.

Reſolutio.

Definitio. HIc Affectus nil aliud eſt, quam diſcraſia ventriculi, cum anorexia, corporis atrophia, & diſpoſitione hecticâ, â læſa facultate naturali originem ducens, ut ex ſuis ſignis & cauſis apparebit.

Cauſa. Cauſa diſcraſiæ ventriculi eſt ejusdem intemperies materialis, â læſa facultate concoctrice, & exinde multis cruditatibus in ventriculi cavitate cumulatis, oborta; Anorexia itidem, ſeu cibi faſtidium â dicta intemperie materiali, præſertim verò ſuccis biliosis & corruptis, aciditatis tamen & ſalſedinis expertibus, fermentum ventriculi vitiantibus, Archæumque perturbantibus, provenit, qui humores, quia corpori alendo apti non ſunt, orificium tamen inferius ventriculi obſident, â venis non ſuguntur, hincque natura id, quod ſibi in capacitate ſtomachi moleſtum eſt, contracta inferiori, dilatata verò ſuperiori ejusdem parte, per vomitum expellere conatur: Accedit etiam ad ſtomachi tonum deſtruendum, inordinatus acidularum potus, motus intermiſſio, diætæ inconvenientis acceſſio, earundemque

demque purgationis & effectus fruſtratio, ob quam cauſam ſpiritus minerales debitum ſuum in corpore officium facere, viasque privatas ac publicas penetrare, obſtructiones reſerare, viſcera alterare, eademq; roborare nequiverunt, ſicque vehiculum aqueum maximo cum detrimento in corpore reliquerunt, ſtomachique diſcraſiam non parum cauſarunt ac promoverunt, & ſic maxima cauſa morbi hujus extiterunt. Corporis autem atrophia & diſpoſitio hectica partim â læſa facultate naturali concoctrice, & chymi chylique inopia, vitio item ſanguificationis, & ob id alimenti penuria, & denegata aſſimilatione ſucci nutritivi in tertia concoctione, ob quam id, quod per calorem reſolvitur, non apponitur, ſed corpus extenuare & contabeſcere facit; partim verò â cordis & ſpiritum vitalium præternaturali calore, non parum ab animi affectibus, curis, ſollicitudinibus, meditationibus, &c. aucto, magisque accenſo, quin etiam multis ſudoribus, cum extenuatione corporis viriumque lapſu provocatis & profuſis, oritur, â quibus recenſitis caput in conſenſum trahitur, ſpiritusque animales, cum ſenſibus internis labefactantur.

Signa læſæ facultatis naturalis concoctricis & appetitivæ ventriculi, cibi inappetentia, retentricis lœſio, ructus, flatus ex cruditatibus geniti, ſanguificationis vitium, alimenti inopia, fruſtrata ſucci nutritivi in corporis partibus aſſimilatio, &c: atrophiæ verò & diſpoſitionis hecticæ, corporis macies, extenuatio, pingue urinæ ſuſupernatans, pulſus inordinatus motus, interdum naturalis, poſtea celer & debilis, nocturna inquietudo, nec non falſa objecta nonnunquam phantaſiæ oblata, lentamque febrem ſubolentia, & quæ ſunt ſimilia, ſuppeditant. *Signa.*

Ex quibus dictis facilè colligi poteſt, Reverendiſſimum Dominum Patientem in maximo vitæ periculo verſari, & niſi maturè, collaborante benigna naturâ, intemperies ventriculi corrigatur, coctioque atque nutritio promoveatur, facultasque naturalis in priſtinum ſtatum reducatur, atrophiæ itidem corporis legitimis remediorum præſidiis ſuccurratur, viresque roborantibus & analepticis inſtaurentur, illum, propter conſumptionem calidi nativi, ac reſolutionem humidi radicalis, mundo huic valedicturum eſſe. *Prognoſis.*

Curatio, in materiæ peccantis ablatione, facultatis naturalis, præſertim concoctricis, correctione, roboratione, & in naturalem ſtatum reductione, nec non cordialium, analepticorum, & inſtaurantium alterantiumque uſu, non neglectis antifebrilibus ſpecificis & præcipitantibus, conſiſtit. *Curatio.*

Quia verò præfatus Dominus Patiens ob ventriculi debilitatem, corporis atrophiam, atque virium lapſum, per remedium catarcticum, ore aſſumptum, purgari non potuit, iccircò ſequens Enema

Enema. ipſi applicatum fuit. ℞. *Spec. decoct. carminativ.* ℥j. *Herb. 5. emoll. ana M*ß. *rad. alth. lil. alb. ana* ℥ij. *ſem. lini fœnugr. ana* ℥ß. *M. f. decoctio in brodio carnis q. ſ. colatur.* ℞. ℥viij. *in qua diſſolv. Elect. lenit. Florenz. diacathol. ana* ʒvj. *Mell. roſ. ſol.* ℥j. *Ol. roſar.* ʒvj. *vitelli ovi j. ſalis pauxillum, f. clyſter.* A cujus uſu benè habuit, & ſequenti die iterata vice ſibi applicari curavit; poſtea vero ad alvum obſtructam aperiendam, flatusque eliminandos, tali clyſmate, quoties neceſſitas poſtulabat, uſus eſt.

Clyſma. ℞. *Spec. decoct. carminat.* ℥ß. *f. decoct. cum lactis vaccin.* ℥x. *poſtea in colatur. diſſolv. ſacchar. Thomæi, mell. roſ. ſol, ana* ℥ij. *vitell. ovor. num. 2. f. clyſter.*

Ad ventriculi vero roborationem, internè, uſus eſt tali ſtoma-

Aq. ſtomach & Cordial. Tragea. chico. ℞. *Aq. ſtomach. Auguſt. maſtichin. Cinnam. cydoniat. confort. perlat. officin. ana* ℥j. *Confect. Alk. incompl.* ʒß. *Corall. rubr. præp. Margarit. præp. ana gr. xv. ſacch. perlat.* ʒiij. *M. Doſis, cochlearis quantitas, ſæpius aſſumendo.* Et tali Tragea. ℞. *Spec. diarrhod. Abbat. diatrionſant. aromat. roſat. ana* ʒß. *diaxyloal.* ℈j. *Cinnam. opt.* ʒiß. *Nuc. moſchat.* ʒj. *Macis* ℈j. *Corall. rubr. præp.* ʒj. *CC. præp. Ocul.* ♋. *præp. ana* ℈j. *ſacch. albiſſ.* ℥iij. *M. f. Tragea, cum pane ſaccharato vino madido, cochlearis minoris quantitate poſt prandium & cœnam aſſumenda.*

Externè, regio ventriculi manè & veſperi ſequenti linimento

Ung. ſtomach. fuit inuncta. ℞. *Ol. abſynth. menth. criſp. maſtichin. ana* ʒij. *nuciſt. recent. expr.* ʒß. *Ceræ parum, f. Unguent. addendo in fine balſ. peruv. gr. v. d. ad pixid. ſtann. ſ.* Magen-Sälblein. Et tale Emplaſtrum impoſitum.

Empl. ſtomach. ℞. *Empl. de cruſt. panis, de tacamahac. ana* ʒiij. *M. & malax. cum ol. maſtich. extend. ſuper aluta, fiatque l. a. ſcutum ſtomachicum, cum balſ. peruv. gr. v. illinendum.*

Ad arcendam vero corporis atrophiam atque cor roborandum,

Aq. cordial. inſtaurativa & analeptica. ſequentis aquæ cochleare unum vel alterum aſſumpſit. ℞. *Aq. antihect. Mynſ. Cordial. temperat. Confort. perlat. offic. ana* ℥iß. *Confect. Alk. incompl.* ʒß. *Syr. granat.* ℥ß. *Margarit. præp. Corall. rubr. præp. ana* ʒß. *Man. chr. perlat.* ʒiij. *M. d. ad vitr. ſ.* Krafftwaſſer. Quæ remedia, ut Domino Patienti videbatur, non ſine commodo atque levamine adhibita fuerunt.

Curatio Collegialis. Cum autem præterlapſis aliquot diebus, hic morbus cum ſymptomatibus, præter expectationem, in deterius vergeret, ſuadente ampliſſimo Conventu Monaſterii Elchingenſis, meque lubentiſſimè annuente, Nobiliſſimus ac Excellentiſſimus Dn. Doctor Georgius Tobias

Tobias Dürr/ Phyſicus Auguſtanus celeberrimus, Elchingam vocatus eſt, ubi Hiſtoriâ morbi â me perceptâ, remediisque adhibitis ſecundum ſeriem recenſitis, Dominoque Patiente penitius inſpecto, noſtrisque ſententiis in totum concurrentibus, ſequentia remedia, uſusque ordinem, Collegiali conſenſu præſcripſimus. Et quidem primò, ad ventriculum in priſtinum naturalem ſtatum reducendum, & atrophiam corporis corrigendam atque tollendam. ℞. *Herb. betonic. acetoſ. acetoſell. ana M℈.* *Rad. chinæ ſelectiſſ. ℥ß. rad. garyophyllat. rad. belen. rad. fœnic. ana ʒij. flaved. cortic. citr. ʒj. Ling. lentiſcin. ℥ß. pinear. ʒij. ſem. 4. frig. maj. ana ʒiß. Macis ʒß. Conſerv. roſ. rubr. ʒvj. borrag. ʒiij. Mixt. inciſ. & contuſ. d. ad chartam. S. ſpecies* **zu der Hennen.** Hæ ſpecies gallinæ deplumatæ & exenteratæ ventri indantur, hinc venter filo latius diducto conſuatur, poſtea in olla tecta vitro incruſtata, cum menſura una & dimidia, ſeu ℔v. aquæ fontanæ coquatur, poſt primam ebullitionem venter per reſectionem fili, aperiatur, poſteaque ad perfectam mollitiem coquatur, ultimò brodium per inclinationem â gallina ſeparetur, & in loco frigido ad decentem uſum aſſervetur. *Brodium gallin. alter. & corrobor. Uſus.*

De hoc brodio Dominus Patiens, manè, hora ſeptima vel octava, & meridie circa horam quartam, dimidium quartarium, vel ℥v. addito cochleari uno gelatinæ ex capone calidè aſſumat, & hujus uſum per 3. vel 4. ſeptimanas continuet. Gelatina autem tali modo paretur. *Recipe caponem pinguem deplumatum, exenteratum, ac mundatum, incidatur cultro inciſorio in tabula inciſoria cum oſſibus minutiſſime, indatur lagenæ ſtanneæ, affundendo aliquid aquæ fontanæ addendo parum maceris & Croci, hinc lagena clavo cochleato, vel cochleatim ſtriato arctiſſimè claudatur, lutoque philoſophico muniatur, deinde in ahena cuprea aquâ ferventi repleta poſita, per horas ſex ad ignem coquatur, poſtea lagena eximatur, clavusque cochleatus evolvatur, ac brodium per inclinationem unâ vice in vas terreum vitreatum effundatur, inque locum frigidum vel cellam reponatur, & ad uſum aſſervetur.* *Gelatinæ præparatio.*

Secundò, ad cor & ſtomachum roborandum, corporisq; atrophiam & diſpoſitionem hecticam arcendam & refrenandam. ℞. *Corall. rubr. præp. ʒij. Ocul. ♋. præp. ʒj. Margarit. præp. ʒß. pulv. analept. frig. Mynſ. ʒij. Macis ℈j. Cryſtall. acetoſell. gr. xv. ſacch. albiſſ. ʒij. M. f. pulv. d. ad ſcatul. S.* **Kräfftiges Hertz und Magen-Pulver.** *De quo poſt prandium & cœnam cochlearis minoris quantitas, vel per ſe, vel cum pane ſaccharato, vino albo imbuto & emollito, ſumatur.* *Pulv. Cordial. & analepticus.*

Externè, contra atrophiam, & calidam ſpirituum intemperiem corrigendam, ſpina dorſi manè & veſperi ſequenti linimento eſt inun-

Ung. resumptivum. genda. ℞. *Ung. resumptiv. Fernel. ℥j. rosat. Mes. infrig. Gal. ana ℥ß. Ol. nymph. viol. ana ʒij. M. d. ad oll. s.* **Liniment zum Ruckgrad.**

Syrupus, Tertiò, ad Laryngis & arteriæ asperæ siccitatem, & hinc obortam raucedinem leniendam. ℞. *Mucilag. sem. Cydon. cum aq. ros. extr. ʒij. Syr. viol. ℥ij. M. d. ad oll. S.* **Safft zu dem Hals.** *Dosis, cochleare unum vel alterum, sæpius repetendo.*

Diæta, Quoad Diætam, & observationem sex rerum non naturalium â Medicis ita dictarum, 1. Aer sit temperatus. 2. Cibi sint laudabiles, coctu faciles, bonumque succum & sanguinem generantes, quales sunt, jusculagallinarum, ptisana hordeacea cum brodio gallinarum, & tantillo maceris condita, pultes pomorum dulcium, amygdalarum dulcium, ovorum, cum lacte & saccharo paratorum (Germ. **Kachelmůßlein**) pruna Damascena & Hispanica, ova sorbilia, contusa, &, crescente appetitu, caro agnina, aves montanæ, perdices, turdi, pulli gallinacei, & similia. Pro potu confert apud mensam vinum album aqua dilutum, & sequentis syrupi uno alterove cochleari mixtum.

Syrup. potui immiscendus, ℞. *Syr. rub. Idæi, Cerasor. acid. ana ʒiiij. M. d. ad oll. s.* **Safft / unter das Trincken zu mischen.** Extra mensam, Julapium ex aqua fontana & dicto syrupo paratum, vel lac amygdalarum dulcium bibatur. 3. Quies motui præferatur. 4. Somno naturali & legitimo indulgeatur. 5. Alvus, si intra biduum naturæ non respondeat, tertia quavis die per clysterem ex lacte, sacch. Thom. mell. ros. & vitell. ovor. superius descriptum, aperiatur. Et tandem 6to, Animi fortiores affectus seu pathemata, curæ, sollicitudines, meditationes, speculationes, intensiores rerum obvenientium examinationes, multarum precum lectiones, omniaque negotia tam animi quam corporis, evitentur & fugiantur. Quibus Remediis ac monitis, strictissima observatione necessariis Deus Ter: Opt. Max. benedicere non dedignetur. Signatum die 16. (26.) Octobr. 1685.

Die 20. Octobr. Reverendissimi Domini Patientis dispositionem & statum morbi, Nobiliss. & Excellentiss. Domino Doctori **Dürren**/Augustam sequentibus literis transscripsi.

Nobilissime, Excellentissime, & Experientissime Vir,
Domine Fautor, Frater, & amice colendissime.

REverendissimi Domini nostri Abbatis morbus adhuc in antiquo fermè statu positus est, præterquam, quod pulsus justò debilior ac celerior factus sit, ac nonnunquam falsa phantasmata, cum ructibus ventriculi, præsertim statim ab assumpto cibo, divexent, quaproprer

Electua-

Electuarium molle ex Conferv. rofar. rubr. ℥j. *Nuce Indic. cond.* ʒij. *Corall. rubr. præp.* ϑij. & ℥ *fyr. rubi Idæi liquid.* ʒß. tàm ad ventriculi roborationem, quam ad calorem cordis præternaturalem compefcendum, febremque hecticam præcavendam & arcendam, â me hodiè præfcriptum fuit; Urina eft aurea, & pingue fupernatans hac die non deprehendi; Interim utitur Dominus Patiens noftris remediis, fecundum tenorem præfcriptum. Heri, fub vefperam, cunctis Dominis Conventualibus valedixit, pedumque feu baculum paftoralem ipfis tradidit, ac hodiè extremam unctionem accepit: Cœtera adm. R. Dominus P. Subprior communicabit. Interim, meo judicio, adhuc in maximo periculo verfatur. Tuum itaque politiffimum judicium, tuamque fententiam, ratione ulterius adhibendorum remediorum expecto. Hifce, nobiliffime Vir, â me millies fis falutatus, Deoque commendatus. Elchingæ, decimo tertio Calendarum Novembris, anno 1685. *Elect. ftomach. & Cordial.*

Excell. Tuæ

addictiffimus

EBERHARDUS GOCKELIUS, D.

Die quarta Novembris, S. N. fequentes refponforias â Domino Georgio Tobia Dürren/Medico Auguftano, &c. accepi.

Nobiliffime, Excellentiffime, & Experientiffime Vir,
Domine Fautor, Frater, & Amice colendiffime.

PInguedo antea Urinæ fupernatans, nunc autem evanefcens, aliqualem quidem pollicetur reftitutionis fpem, pulfus autem juftò debilior ac celerior malæ eft indolis, fi enim Facultas vitalis in corpore jam confumpto, naturali incipiat compati, fons vitæ aggreditur, qui certè melioribus, quam â nobis ex methodo præfcriptis remediis tueri non poteft, quorum fedulam continuationem fuadeo, fimulque permaneo cum falute quamplurimæ

Excell. Tuæ

fideliffimus Frater

GEORGIUS TOBIAS Dürr/ D.

Die

Die 22. Octobr. pulsus fuit æqualis & fermè naturalis urinaque aurea, cum aliquo sedimento albo, sed divulso, aliqualem coctionem indicante, in superficie urinæ, ad latus vitri, parva portio supernatantis pinguedinis, instar nubeculæ apparebat; & Dominus Patiens, de tenesmo, & frequenti dejiciendi desiderio, sed semper frustraneo, à pituita salsa in intestino recto tenacius hærente, facultatemque expultricem ad excernendum irritante exorto conquerebatur, quapropter resinam albam, Germ. Kübel-Hartz / carbonibus injici, fumumque per sedile ano & intestino recto immitti ac excipi curavi, sequentiaque suppositoria ordinavi. ℞. *Sevi Cervini* ʒij. *Ceræ Citrin.* ʒj. *Ceruss.* ℈ß. *Opii gr. iij. M. f. l. a. suppositoria 2. vel 3.*

Suppositor. contr. Tenesmum.

Die 24. Octobr. Pulsus fuit æqualis, Urina intensè aurea, sed nullum pingue supernatans conspiciebatur. Ad stomachum roborandum, præscriptum fuit vinum granatorum (quod ferre non potuit sed rejecit) & Epithema stomachicum ex crustis mellitis piperinis (Lebkuchen) tritis, & cum tantillo maceris, cinnam. Nuc. mosch. & garyophyll. cum vino Hispanico coctis, ventriculi regioni impositum; suppositoria item contra tenesmum inservientia repetita fuerunt.

Die 28. Octobr. sequentes literas ad Nobiliss. & Excellentiss. Dn. Doct. Dürren/ dedi.

Nobilissime, Excellentissime, atque Experientissime Vir,
Domine Fautor, Frater, & amice Colendissime.

REverendissimi Domini Abbatis nostri Elchingensis pulsus variat, & hodiè rursum illum justò celeriorem deprehendi, quapropter febrem lentam adesse auguror, præsertim eam ob causam, quod non rarò falsa phantasmata accedant, & facultas animalis cum vitali in consensum trahatur: Iccircò Dominum Patientem adhuc extra periculum non positum esse, judicabis. Interim usus remediorum præscriptorum exactissimè continuatur, & pro febre auferenda, pulverem lumbricorum cum terebinthina veneta mixtum carpis manuum proxima die veneris applicabo. Hisce, Excellentissime Domine Frater, & amice colendissime, millies sis salutatus, Deoque commendatus. Elchingæ, die 28. Octobr. S. V. anno 1685.

Excellent. Tuæ

addictissimus Frater

EBERHARDUS GOCKELIUS, D.

Qui-

Quibus literis acceptis, ſequentibus reſponſoriis mentem ſuam expoſuit.

Nobiliſſime, Excellentiſſime, Experientiſſime Domine
Fautor & Frater colendiſſime.

VAriationem pulſus, & non rarò falſa phantasmata Reverendiſſimi Abbatis Elchingenſis, Domini noſtri gratioſi, ex litteris tuis intellexi, utrumque nil boni denotat, imò omnes tres facultates principes ſimul rem ſuſtinent: ut ergò nihil intactum relinquatur, ſuaderem ſpecifici antihectici Poterii gr. xv. cum margarit. præp. gr. v. in juſculo ſeu brodio gallinæ nuper ordinato omni mane ſumenda: interdiu autem unus aut alter hauſtus aquæ analepticæ multum prodeſſe poterit, quæ omnia prudentiſſimo tuo judicio & cenſuræ relinquo. Deus ſummus Archiater medicamentis benedicat: Vale, vive millies ſalutatus. Auguſtæ Vindel. die 11. Nov. S.N. Anno 1685.

Excell. Tuæ

fideliſſimus Frater

GEORGIUS TOBIAS Dürr/ D.

Formulæ autem Remediorum hiſce litteris incluſæ, fuerunt tales.

Deſcriptio ſpecifici Antihectici Poterii. ℞. *Reguli Antimon. ℥vj. fluant in crucibulo, tum injiciantur ſtanni puriſſimi ʒiij. effundantur & in pulverem reducantur; poſtea cum tripla nitri quantitate, ad modum Antimonii diaphoretici calcinentur, edulcorentur, & ſiccentur.* *Specif. Antihect. Poterii.*

Aqua autem Analeptica tali modo paretur. ℞. *Capon. depluмat. exenterat. & in fruſta inciſ. Num. j. cui adde ſanguin agni & vituli ana* ℔ij. *Limac. contuſ. num xv. Cancror. fluviatil. contuſ. num. vj. ſeri lactis caprin. ſucco Citr. præcipit.* ℔iiij. *ſucc. cichor. depurat.* ℔iij. *vin. alb. Neccarin.* ℔ij. *flor. roſ. rubr. viol. bugloſſ. borrag. anth. hepat. nobil. una pij. Herb. agrimon. betonic. meliſſ. ſantal. alb. rubr. Cinnam. acuti, ſem. aniſ. ana ʒj. Rad. chinæ el. ʒij. Limon. integr. inciſ. abject. albedin. Num. vj. M. deſtill. ſ. a. in vaſe ſtann. vel vitreato roſtrato* ℔vij. *edulcor. cum ſacch. cand. violac. q. ſ. filtr. per chartam emporeticam. Sig. Viſceral-* **Waſſer / davon nach Belieben einen Trunck zu thun.** *Aqua Analeptica.*

Dum autem allegatæ litteræ reſponſoriæ Nobiliſſ. & Excellentiſſ. Domini Doctoris Dürrii, Phyſici Auguſtanor. celeberrimi, cum conſignatione dictorum remediorum Auguſtâ Ulmam ſerius, ac demum

mum post Reverendissimi Domini Patientis obitum translatæ fuerunt, iccircò iisdem ægrotantem reficere impossibile erat.

Ego autem, cum præfatum Dn. Patientem die 30. Octobr. S. V. qui erat dies Veneris, visitarem, eundem nonnunquam delirantem, truculentaque insomnia recitantem, pulsumque debilem ac celerrimum, vires prostratas, ac Facultates principes simul læsas deprehendi, quam ob causam sequentes aquas, Cordialem videlicet ac odoriferam præscripsi. ℞. *Aq. confort. officin. perlat. Cordial. temperat. Cerasˇ. nigr. ana* ℥j. *Cinnam. buglossat.* ʒij. *Confect. Alk. inc.* ℈j. *Syr. rub. Id. liquid.* ʒß. *Margarit. præp. Corall. rubr. præp. ana gr. xv. Man. Christ. perlat.* ziij. *M. d. ad vitr. S.* **Krafftwasser.** Et, ℞. *Aq. odorif. Fuchs.* ℥j. *Spir. Cephal. Anhalt. incompl.* ʒj. *Aq. Cinnam. still.* ziß. *M. d. ad vitr. S.* **Anstreich-Wasser.**

Aq. Cordial.

Aq. odorif.

His ita præscriptis, noctẽ sequentẽ inquietam traduxit, & diarrhœâ fortissimâ, cum excrementis fœtidissimis, corruptionis & putredinis certissimis nunciis, correptus est, quapropter die sequenti Saturni, nempe 31. Octobr. S. V. mane statim vocatus, ipsi circa meridiem sequentia remedia propinavi, applicarique curavi. ℞. *Extr. Laudan. Opiat. Parac. incompl. gr. ij. Mag. perlar. or. gr. iiij. Corall. rubr. præp. gr. v. Conf. Alkerm. inc.* ℈ß. *Conf. ros. rubr.* ʒj. *M. f. l. a. Bolus, sacch. aspergendus. S.* **Hertz-Latwerglein auf 1. mal.** Et, ℞. *Empl. diaphœnic. calid. de crust. pan. ana* ʒvj. *M. & malax. cum ol. mastichin. fiatque l. a. Emplastrum d. ad chart. ceream. S.* **Pflaster über den Nabel zu legen.** Ut & ℞. *Ol. nucist. rec. expr.* ℥j. *d. ad chartam. S.* **Muscat-Oel.**

Bolus Cordial.

Empl. pro region. ventris

Ol Stomach.

Quibus applicatis, diarrhœa sopita est, & usque ad horam duodecimam nocturnam placidè quievit: Postquam a. duodecima audita fuisset, oculos recludere cœpit, cumque apertis fixisque oculis circumstantes, præcipuè verò Dominum Guardianum Günzburgensem orantem aspexisset, altiori respiratione ductâ, commotisque unâ vel altera vice axillis, inter preces, lachrymas, & suspiria adstantium, cum annos quinquaginta sex vixisset, & viginti octo Prælaturæ illustrem decorem tulisset, præsagientibus Ominibus antecessis, pistillo nimirum Monasterii campanæ majoris in Festo omnium sanctorum, & annulo meo signatorio fracto, inque partes discisso, in ipso die electionis suæ, placidè in Domino obdormivit, animamque Creatori suo reddidit.

CON-

CONSILIUM MED. XIV.

Adoleſcentem ſcabie perverſa atque pſoradica laborantem, feliciter reſtitutum exhibens.

ANno 1685. menſe Martio, adoleſcens quidam, viginti circiter annorum, Minervæ filius, ſcabie perversâ pſoradica per aliquot menſes laborans, cum prius multa variaque remedia fruſtra adhibuiſſet, meum tandem conſilium implorans, faciem horrendo aſpectu incruſtatam, brachia excoriata, totumque corpus ſcabie hâc defœdatum monſtravit, hujusque mali ablationem deſideratiſſimè expetiit.

EGo, cauſam hujus affectus, humorem atrabilarium, acidum, aduſtum, corruptum, mordacem, atque peculiari acredine tinctum, vel, ſecundum Neotericos acido-vitriolatum in tubulis ſtagnantem, fibrillas diſtorquentem, ac circulationem ſanguinis infeſtantem eſſe, judicavi, totamque curationem ſequenti modo aggreſſus ſum. 1. Ad ſaburram vitioſorum humorum è corpore exterminandam, quin etiam ad ſanguinem mundificandum, ſequentia tam purgantia, ac diaphoretica, alternatim uſurpanda, quam etiam remedia alterantia & corroborantia, ſpecificis occultâ qualitate agentibus, mixta, non neglectis topicis, præſcripſi. Ad expurgandum itaque corpus talibus uſus eſt Catarcticis. ℞. *Extr. panchym. Croll.* ℥ *ii. dulcif. ana* ℈*j. Magiſt. Jalapp. gr. vij. M. f. c. aq. Ceraſ. nigr. pill. num. xxvij. cum pulvere roſar. rubrar. aſpergendæ, ac unâ vice deglutiendæ.* Item, ℞. *Turpeth. mineral. gr. v. f. pulv. pro unâ doſi in brodio carnis ſumendus.* Et, ℞. ℥ *ii dulc.* ℈*j. Mag. Jalapp. gr. xij. nucl. pin. num. 2. Julap. roſ.* ʒß. *aq. borrag.* ʒ*j. M. f. potiuncula.* Quorum catarcticorum uno ſingulis hebdomadibus ſemel uſus eſt, reliquis verò ſex diebus, *quotidiè antimonii diaphoret. rec. præp. gr. xij. vel. xv. in decocti ſeq. ſudoriferi* ʒ*v. hauſit*, ac ſtragulis benè

Pillulæ.

Pulv. purg.

Pot. purg.

Decoct sudor. ex lignis. coopertus per horam unam largum sudorem profudit. ℞. *Scob. Lign. sassafr. Guajac. ana ʒvj. Rad. chin. sarsaparill. ana ʒß. Cinnam. acut. ʒj. fic. liquir. ana ʒß. passul. min. ʒij. anis. fœnic. ana ʒß. M. & concis. coq. cum aq. fontan. Mensur. 4. vel ℔xv. ad tertias, servetur in olla benè tectâ ad usum, recoq. cum dupla portione aq. fontan. pro potu ordinario.* Quæ curationis ratio per sex integras septimanas tàm corpus expurgando, quam sudores movendo, continuata fuit. Quibus absolutis, aliquoties ad abluendum corpus ac cutem lævigandam, balneum ingressus est, ac toto curationis tempore bis vel ter venam medianam aperiri curavit. Hinc, ad reliquias hujus mali eradicandas, de sequenti Apozemate

Apozema. quotidiè manè jejuno stomacho ʒv. *ebibit.* ℞. *Rad. polypod. Enul. camp. Cichor. ana ʒß. herb. veron. borrag. fumar. scolopendr. dent. leon. betonic. ana pj. fol. sen. el. s. st. ʒvj. Rhab. ver. Agar. troch. Jalapp. helleb. nigr. præp. ana ʒj. sem. Cartham. ℈iiij. Zingib. Cinnam. ana ℈ij. M. & concis. coq. in aq. mulsi ℔vj. ad tertias.* Pro alterante & roborante specifico, in die aliquoties de sequenti Electuario nucis avellanæ quantitatem deglutivit.

Elect. confort. ℞. *Conserv. borrag. ʒiß. Enul. camp. ʒß. Corall. rubr. præp. ℈ij. Matr. perlar. præp. ℈j. Troch. d. viper. ʒß. pulv. serpent. nostr. præp. ʒj. Syr. rub. Id. ʒß. M. f. Electuar. per totum curationis tempus continuandum.*

Cœterum, crustas ex scabie depellendas, cutemque lævigandam, partes defœdatas, sed non nisi benè prius purgato corpore, sudoribusque absolutis, tali linimento inunxit.

Unguent. ℞. *Ung. de liquirit. litharg. gyr. Enulat. c. ☿ io ana ʒj. ☿ ii dulcif. ʒj. præcipitat. ℈j. Ol. rosar. ʒij. M. f. Unguentum.* Faciei verò, dejectis hisce scabiei quisquiliis, tali aquâ, sæpius illitâ, priorem naturalem formam restituit.

Aq. Cosmetica. ℞. *Aq. plantag. ʒiij. rosar. ʒj. Camphor. c. aq. ros. dissol. ℈j. ☿ ii sublimat. ℈ß. M. d. ad vitrum.*

Quod Diætam concernit, aer fuit temperatus, ac ad calidum inclinans, cibi boni succi, facilisque concoctionis, sale, acido, ac acredine carentes; potus recoctura Decocti sudoriferi superius designati,

Decoct. pro pot. ord. & ultimo curationis tempore, in hujus defectu, sequens. ℞. *Scob. Lign. Guajac. ʒj. sassafr. ʒvj. Cinnam. ac. ʒj. fic. ping. ʒiß. passul. min. mund. ʒiij. sem. anis. fœnic. ana ℈j. rad. liquir. ras. ʒij. M. & coq. cum aq. font. Mensur. 4.* In motù & quiete, nec non in somno & vigiliis observabatur moderatio, alvus erat naturaliter aperta, fortiores animi motus atque pathemata coercebantur. Quibus adhibitis remediis, dictâque observatâ Diætâ, præfatus patiens pristinam sanitatem, spatio quadrantis anni per Dei gratiam, cum multorum admiratione, qui horrendi sui affectus notitiam habebant, recuperavit, atq; in hunc usque diem eâdem secundum votum ac expectationem fruitur.

CON-

CONSILIUM MED. XV.

Vulnus Capitis, cum fractura Cranii, lethale.

ANno 1685. die 15. Maji, Styl. Vet. cum Michael Hayn, Pecuarius, ætatis 43. per Monasterii Elchingensis aream transiret, per Cæmentariorum incuriam, ex improviso later coctus è tecto in caput ipsius decidit, ac in bregmatis parte dextra, ponè suturam coronalem non solum magno cum impetu cutem carnosam disrupit, sed etiam cranii binas laminas fregit, ac magnitudine dimidii imperialis, ejus particulam fractam intra calvariæ cavitatem depulit, frustumque lateris foramini facti cranii tam tenaciter inhæsit, ut aliquis adstantium dentibus illud extrahere non dubitaverit; ex quo ictu miser Patiens omnibus sensibus destitutus, in terram, œstro quasi percitus, prolapsus est, & mortui instar ibidem decubuit.

BAlneator ad hanc Tragœdiam vocatus, cum prædictum ægrotantem in tanto vitæ periculoso discrimine constitutum videret, ipsum morti proximum in desperato casu versari ratus est, ac propterea illum improvidè & incautè admodum solis prognosticis reliquit, deligaturamque protinus recusavit. Cum verò præter omnium adstantium conceptam spem noctem sequentem superviveret, manè Georgius Riedlinus, Reip. Ulmensis chirurgus exercitatus, Ulmâ Elchingam vocatus est, qui non solum, quantum possibile, frustula, scobes & squamas facti cranii, sed & reliquias lateris cocti, omniaque heterogenea artificiosa manu exemit, vulnusque cum fractura de-

center tractavit, legitimeque deligavit, ac insuper partem affectam Cataplasmate ex cephalicis in vino coctis calidè munivit, & deligationem balneatori sequenti die Solis faciendam demandavit: Interea temporis Patiens ad se rediit, ita, ut etiam spiritualibus remediis refici ac consolari potuerit.

Die Lunæ ego vocatus, cum prædicto chirurgo Ulmensi patientem visitavi, ac vulnus ipsum, cum fractura cranii inspexi, meninges-que quidem illæsas, sed duram matrem variis quisquiliis arenosis inquinatam esse, deprehendi, quas impuritates præsens chirurgus cum duabus calvariæ squamis abstulit, ac post mundatum vulnus intinctum pañum sericum filo alligatum magnitudine foramen æquantem, in mixtura balsami peruviani ac mellis rosati intinctum duræ matri calide imposuit, cavitatem fracturæ & vulneris plumaceolis explevit, operculoque Emplastri Cephalici clausit, nec non Cataplasma prænominatum de die aliquoties cum vino coctum calidè applicavit; Ex qua deligatura patiens aliqualiter melius habuit, itemque rationis compos fuit, & præter aliqualem sitim, ac calorem præternaturaliter constitutum, spem futuræ restitutionis promisit.

Quia verò ob loci distantiam, aliorumque Ulmæ decumbentium languentiumque curatelam in hoc loco patiens commodè tractari, quotidiè visitari, decenter deligari, ipsique in omnibus fideliter, prospici nequiret, nobis sic suadentibus, ægrotus danubio proximus, lecto involutus, navique impositus, Ulmam devectus est, ubi quotidiè summo cum studio, tam remediis internis sequentibus, & manu chirurgi tractatus, quam etiam conveniens ipsi diæta præscripta fuit.

Aq. Cordial. & Cephal.

Formulæ autem Remediorum fuerunt tales; 1. Ad cordis & capitis roborationem, ℞. *Aq. Cerasor. nig. pœon. Cordial. temperat. Confort. Officin. usit. ana* ℥j. *Corall. rubr. præp. Corn. Cerv. philos. calcin. ana* ℈j. *Syr. granator.* ʒß. *Man. chr. perlat.* ʒiij. *M. d. ad vitr. Dosis cochleare unum vel alterum, sæpius repetendo.*

Emulsio refriger.

2. Ad calidæ corporis intemperiei alterationem; ℞. *Sem. 4. frigid. maj.* ʒij. *papav. alb.* ziß. *Citri* ʒj. *Aq. Cichor. acetos. rosar. ana* ʒj. *M. f. Emulsio, in Colatura dissolv. CC. præp. Ocul,* ♋. *præp. Sal prunell. ana* ℈ß. *M. f. potio una vice haurienda.*

Potus Ord. & simul trahmat.

3. Ad sitim compescendam; ℞. *CC. ust.* ʒj. *hord. integr.* ʒiß. *Herb. Veron. agrimon. ana M*ß. *Rad. Cichor.* ʒij. *fol. sen. el.* ʒij. *Spec. pr. decoct. pector. flor. & fruct. ana* ʒj. *M. f. decoct. cum Aq. fontan. Mensur. 2. vel* ℔viij. *ad* ʒtias. *cui decocto colato misceatur syrup. rub. Idæi, q. s. ad gratum & jucundum saporem.*

3. Ad

4. Ad alvi conſtipationem bibit potiunculam laxativam ſequentem; ℞. *Fol. ſen. el. ſ. ſt.* ʒiij. *Crem.* ♀. ʒß. *Aq. Ceraſ. nigr.* ʒiiij. *M. f. lenis ebullitiò, in Colatura diſſolve Syr. roſat. ſolut. de Cich. cum Rhabarb. ana* ʒß. *M. pro doſi unâ.* *Potiunc. laxat.*

A quibus omnibus, usque ad diem Martis, pro re nata, benè habuit, nullaque gravia ſymptomata ſe manifeſtarunt, donec veſperi calor præternaturalis auctus febrem delirium ac inquietudinem excitavit, ac poſt mediam noctem patiens ratione, ſenſibus, ac loquela deſtitutus, facie lurida exiſtente, omnibus viribus dejectis, accedente ſtertore & frigiditate extremarum partium, ſequenti die, circa horam veſpertinam tertiam huic mundo, non ſine adſtantis uxoris puerperæ affatim effuſis lachrymis, animam ſuo creatori reddidit.

CONSILIUM MED. XVI.

Febris tertiana ſyncoptica feliciter curata.

ANno 1685. menſe Junio, Reverendiſſimus quidam Abbas, ætatis adhuc florentis, raræ corporis texturæ, aliâs plethoricus, febre tertiana ſpuria correptus eſt, cujus primus paroxyſmus hora tertia veſpertina cum ingenti horrore, ac inſequenti maximo calore, nec non ſiti Tantalea ſe prodidit. Sequentes verò paroxyſmi ſingulis alternis diebus, ſemper duabus horis antevertendo, dictaque ſymptomata cum inſequente cordis imbecillitate, per totam illam diem durante, viriumque proſtratione, capitisque gravitate, anorexia, quin etiam ciborum omnium potusque rejectione, invehendo, Dominum Patientem per quatuordecim dies ita divexarunt, ut de ipſius reconvaleſcentia non parum dubitaretur, niſi diebus intercalaribus ſe parum recollegiſſet, viresque novas

aliquan-

aliquantulum recepiſſet, ac provida natura per legitima remediorum præſidia ſuffulta atque excitata morbum huncce graviſſimum & periculoſiſſimum ſuperando depuliſſet, viciſſet, atque exoptatam ſanitatis victoriam cum corolla integræ reſtitutionis, deportaſſet.

CAuſa, ſecundum noſtros Neotericos, fuit humor ſtagnans in tubulis, fibrillas diſtorquens, ac circulationem ſanguinis impediens. Quapropter, ad cauſam morbificam exterminandam, ſtatim in principio morbi Reverendiſſimus Dominus Patiens ſequentes pillulas de-

Pill. purg. glutivit. ℞. *Extr. panchymag. Croll. gr. xxv. Mag. Gialapp. gr. v. M. f. cum Tinct. ♀. pillulæ num. xxv. obaurentur.* Venæſectio, ob incurrentium ſymptomatum gravitatem, viriumque debilitatem, locum non habuit. 2. Ad calorem præternaturalem temperandum, alterandum, febremque compeſcendam, de ſequenti pulvere confortante ac præcipitante ante paroxyſmorum adortum, nec non extra eosdem, quotidie mane, meridie, ac veſperi, quantum duobus cultri cuſpidibus

Pulv. antifebril. confort. & præcipit. capi poterat, in convenienti vehiculo aſſumſit. ℞. *Hyacinth. præp. Corall. rubr. præp. Reſol. Ocul. ♋. C. philoſ. præp. ana* ʒß. *Cryſtall. acetoſell.* ℈j. *ſacch. perlat.* ℈ij. *M.* Et noctu, aliquoties talem potiunculam hau-

Emulſio refrig. ſit. ℞. *Sem. 4. frig. maj. ana* ʒß. *papav. alb.* ʒj. *amygdal. dulc. excort.* ʒij. *Aq. acetoſ. Endiv. Cichor. ana* ℥j. *M. f. Emulſio, in Colatur. diſſolv. CC. præp. Ocul. ♋. præp. Nitr. tabulat. ana* ℈ß. *ſacch. perlat.* ʒij. *M.* Quocirca etiam pro antifebrili ſpecifico interdiu unam vel alteram potiunculam aquæ roſarum & endiviæ, in quibus ſummitates centaurii minoris maceratæ erant, hauſit. Inter horum uſum, ad humores peccantes melius reſolvendos & eliminandos, aliquoties aſſumptâ potiunculâ ex Lap. Bezoard. or. pulver rubr. Pannon. aliisque cordialibus intermixtis, ſudorem provocavit, ſed quia ex horum remediorum uſu paroxyſmi febriles non evanuerunt, ſed nihilominus continuârunt, iccircò pulvis corticum radicũ chinæ chinæ drachmæ unius pondere, per biduũ manè jejuno ſtomacho ante paroxyſmum in vino abſynthites fuit propinatus, quo ſumpto, extra adhuc unicam lenem, & vix ſenſibilem alterationem, paroxyſmi febriles profligati evanuerunt atque emanſerunt.

3. Ad cordis roborationem, viriumque refocillationem & redintegrationem ſequentia fuere præſcripta. ℞. *Aq. confort. perlat. Officin.* ʒij.

Aq. confort. cordial. *acetoſ. Endiv. ana* ℥j. *Lap. Bez. Or. Mag. perlar. Or. ana gr. v. CC. philoſ. præp. Ocul. ♋. præp. Corall. rubr. præp. ana* ℈ß. *Conf. Alkerm. inc.* ℈j. *Man.*

chr.

chr. perlat. ʒij. M. Doſ. cochleare unum vel alterum, aliquoties in die aſſumendum. Et, ℞. *Conſerv. roſar. rubr. ʒij. Confect. Alk. incompl. ʒj. Corall. rubr. Electuar. præp. ℈ij. Syr. rubr. Id. ʒij. Spir. ☿-ol. rectif. g. v. M f. Electuar. repetitis vicibus pro lubitu nucis avellanæ quantitate capiendum.* Diæta fuit tenuis, cibos omnes, ut ſuperius dictum; (præter brodia gallinarum & juſcula hordeacea) averſabatur. Potus erat Decoctum CC. & Ocul. ℞. *Potus Ord* præp. nec non Tinctura Roſar. Emulſio amygdal. dulc. ac Julapia ex ſyrup. rib. rub. Id. citri, Ceraſor. acid. &c. cum aliquot guttulis Spir. ☿. rectif. parata. Quia verò omnia hæc ſtatim poſt aſſumptionem rejiciebat, & nauſeabundus aſſumebat, intolerabilem tandem ſitim, largiore lymphæ, ſeu aquæ fontanæ ſimplicis potu refrenavit, compeſcuit, atque extinxit. De cœtero, alvus vel arte vel natura toto decubitus tempore naturaliter fuit aperta. Et poſtquam â ſumpto pulvere cortic. radicis chinæ chinæ, non neglectis Univerſalibus præmiſſis, aliisque enumeratis remediis paroxyſmi febriles ceſſarunt, præfatus Dominus Patiens indies melius habere cœpit, vires cum appetitu ciborum recuperavit, ſicque priſtinam ſanitatem, Diâ favente gratia, obtinuit.

CONSILIUM MED. XVII.

Valida contuſio & concuſſio Capitis & Cerebri, cum magna perturbatione ſpirituum animalium, lethalis.

ANno 1685. die 29. Novembr. Jahannes Staib, Göcklingenſis, Zythepſa, anno ætatis vigeſimo primo, cum Ulmæ, noctu circa horam nonam è diverſorio cum commilitone quodam exiret, in platea publica in furibundum militem cum alio homine altercantem, offendit, cui contra vim militis ſuppetias ferre conabatur, quo facto, miles altero dimiſſo, pacificatorem hunc non ſolum verberibus excipit, ſed poſtquam oculum

dextrum vel pugno, vel gladii manubrio tusim colore violaceo tinxisset, atque nasum transversim superficialiter læsisset, supinum in terram maximo cum impetu prosternit, ita, ut caput & cerebrum lapidibus vehementius allisum, validissimè concuteretur; Hic, è terra surgens, totus perturbatus & consternatus hora decima chirurgum adit, & deligationem ab ipso exigit, simul ac de dolore capitis conqueritur, & inter deligandum per vices, (non sine suspicione læsi cranii, meningum, vel cerebri) multam materiam evomit, factaque deligatione, ædes suas repetit, ibidemque in lectum collocatur; media nocte hic patiens minimè sibi conscius & inquietus è lecto surgit, per aliquot scalas in supremum locum ædium ascendit, ibidem continuum clamorem edit, tandem pronus decidit, & sic â domesticis summo mane inventus, in lectum deportatus est.

Die 30. Novembris, Medicus ad ipsum vocatus est, qui aquam Cordialem, simul ac odoriferam præscripsit; Hac die, circa meridiem, ex amplissimi Magistratus jussu, ego cum chirurgo Reipubl. salariato ordinario, Johanne Bartholomæo Heckingio, hunc Patientem inspexi, & externè nullam evidentem læsionem, præter eam, quæ superius allegata est, deprehendi; sed quia patiens summè inquietus manibus lectum dimovebat, pedibusque calcitrabat, nec ad interrogata quicquam respondebat, semperque è lecto surgere tentabat, sensibusque tam internis quam externis carebat, nos mali radicem in capite & cerebro latitare, huncque affectum cum diris suis symptomatibus â valida concussione cerebri & perturbatione spirituum animalium, nec non sanguine extravasato, in substantia & ventriculis cerebri diffuso, provenire judicavimus; quapropter, ut sanguini circulatio restituatur, & sanguis extravasatus, quantum possibile, in venas & alveos suos reducatur, vena mediana in dextro brachio secta, nec non Cataplasma cephalicum Joh. Sculteti capiti calidè applicatum est, & communicato consilio Enema ex herbis cephalicis cum Electuariis solutivis præparatum, hora tertia vespertina injectum est; hora quartâ præfa-

præfatum Patientem ſtertentem, mortiq; proximum invenimus, qui etiam paulò poſt, vitam cum morte mutavit.

Die 1. Decembris, circa meridiem, ex illuſtriſſimi Magiſtratus decreto, demortui caput ſectum & apertum eſt, ubi in cranio nullam fiſſuram, introceſſionem, aut fracturam, neque læſionem meningum, ſed cerebrum in dextra ſua parte, & cerebellum, verſus ſpinalem medullam, copioſo cruore & ſanguine extravaſato ſuffuſum & oppreſſum invenimus; quæ effuſio ſanguinis non ſolum ruptionem venularum & arteriolarum in cerebro indicabat, ſed ipſe cruor effuſus vaſa & nervos cerebri comprimebat, motumque ac influxionem ſpirituum animalium impediebat, patientem ſenſibus privabat, & quaſi Apoplecticum ſuffocabat, ſicque mortem inevitabilem afferebat.

CONSILIUM MED. XVIII.

Miles in Diribitorio quadringenta plagis ad necem usque fuſtibus ſtipatus, feliciter reſtituitur.

Caſus.

ANno 1686. cum â Directorio Circuli Suevici, ejusque Conquiſitoribus, cæterisque ad hunc Actum Deputatis die 7. & 8. Maji, ut & 11. & 12. hujus, Styli veteris, Equitum mille, Peditumque tria millia, contra Turcam conductorum, in Diribitorio propè Ulmam, in prato Offenhuſano recognoſcebantur, varii ex delinquentibus catenis devincti à latere Legionum, â Caſtigatore bellico captivi detinebantur, ibidemque promeritas pœnas expectabant, inter quos unus, qui terna vice antehac fugâ ſalutem quæſiverat Legionemque ſuam

insalutato hospite deseruerat, Suspendio, vel globis pyriis, aliis ad Exemplum, destinatus fuit. Finita autem lustratione, cum milites se die 14. Maji, ad navigationem accingebant, & viginti sex navibus, ac sexaginta ratibus insidebant, præfatus delinquens â Magistris peditum, Concilioque bellico, ad excipiendas fustibus quadringenta plagas condemnatus fuit, quas etiam per quatuor Decuriones largiter accepit, qui brachia, dorsum, & lumbos ipsius enormiter dolarunt, stiparunt, & contuderunt, ita, ut exanimis fermè humi prostratus, tumoribus ac sarcinis instar falisci propendentibns, decubuerit, quem etiam sic terræ affixum â Legione, non sine nota infamiæ, excluserunt, & prognosticis reliquerunt. Hic miser homo ac Plagipatida ex mandato amplissimi Magistratus Ulmensis, in Nosodochium publicum curru devectus, & ex immerita commiseratione, meæ, ac Chirurgi Xenodochialis ordinarii, Joh. Bartholomæi Heckhingii curæ demandatus fuit.

Curatio. HUic statim internè, ad sanguinem extravasatum resolvendum, sanguinique circulationem restituendam, humoremq; in tubulis postliminio stabulantem, acescentem, fibrillas distorquentem, & corrosivum præcavendum, sequens sudoriferum propinavi. ℞. *Elect. Diascord. Fracastor. Rob. sambuc. ana* ʒiij. *Terr. sigillat. Sules.* ℈j. *pulv. contr. casum Aug.* ʒß. *Aq. scordii, Card. bened. ana* ʒj. *M.* â quo assumpto remedio largiter sudavit. Pro potu, sequens Decoctum Traumaticum hausit. ℞. *CC. ust.* ʒß *hord. integr.* ℥iß. *Herb. Veronic. agrimon. scabios. ana* pj. *fol. sen. el. s. st.* ʒij. *Liquir.* ʒij. *ficuum ping.* ℥ß. *passul. min.* ʒiß. *anis. fœnic. ana* ℈j. *M. & concis. coq. in aq. fontan.* ℔iiij. *ad tertias.* Externè, dorsum ac brachia tali Linimento de die sæpius fuêre calidè inuncta. ℞. *Ung. dialth. populeon. ana* ℥j. *Ol. chamomill. anethi ana* ℥ß. *M. f. Linimentum.* Et præter hoc, splenia vino calido intincta & expressa, locisque affectis sæpius repetendo, applicata fuerunt. A quorum internorum ac externorum usu, (non neglecta convenienti Diæta,) sanguis

Sudorif.

Spec. pro pot. ord.

Unguent. Epithema.

guis extravasatus resolutus fuit, tumoresque penduli consederunt, patiensque hic, qui faces hasce dolorum admotas nullo ævo oblivioni traditurus est, feliciter curatus, pristinæque sanitati restitutus fuit.

CONSILIUM MED. XIX.

Oculi vulnus, cum maximo dolore conjunctum, mucrone gladii, inflictum atque curatum exhibens.

Casus.

ANte paucos annos, cum milites in diversorio quodam Ulmensi Carchesiis Bacchi poculis liberaliter certarent, & arx Palladis eorum, cum expulsione & posthabitione sanæ rationis densissimis temulentiæ nebulis obvoluta, diversisque motibus errabundis navigium in alto ferocientique mari procellis expositum repræsentabat, unus eorum, nescio an ex petulantia, vel bilis fervore, districto gladio hypocaustum percurrit, quo ense, solo hypocausti superficietenus infixo, postmodum impetuosè ad arcus formam inflexo, momentaneoque insuper quasi saltu, motuque velociori rursus ad pristinam formam redacto ac extenso, præter expectationem, & ex improviso ancillæ oculum propè iridem non leviter tetigit & sauciavit, quam læsionem maximus dolor, cum humoris aquei aliquali exstillatione, insecutus est.

EGo, ad hanc Patientem vocatus, vulnus ex continui solutione membranæ conjunctivæ, & corneæ probè contemplatus, ac proindè ante omnia vulneris, dolorisque ac insequentis inflammationis ra- *Tractatio*

tionem esse habendam, ratus sum, consultumque duxi, hoc Prognostico appositо, quod dicta Patiens, ratione visus amittendi, in maximo discrimine versetur.

Curatio. Ad hujus itaque vulneris curationem, ante omnia Columbæ sanguinem sub alâ per venæsectionem emanantem læso oculo calidè immisi, posteaque tale Collyrium, sæpius tepidè oculo instillandum, & extra etiam cum intinctis linteolis applicandum, ordinavi. ℞. *Collyr.* *Tutiæ præp. aloes pulv. sief alb. Rhas. ana* ℈ß. *Aq. rosar. plantag. ana* ℥ij *Vini rubr.* ℥j. *mucilag. sem. psyll. tragacanth. ana* ʒj. *M.* Externè, supra oculum, quia lac muliebre recens mulctum calidumque haberi non poterat, sequens Cataplasma, ad dolorem leniendum ac compescendum, inflammationemque inhibendam, applicavi. ℞. *Cataplasma.* *Pomor. putridor. vel assator. dulc.* ℥ij. *mucilag. sem. psyll.* ʒij. *farin. sem. lini* ℥ß. *Opii crud.* ℈j. *Croc. or. gr. v. vitell. ovor. q. s. M. f. cataplasma cum linteis calidè inponendum.* Ab horum usu dolor cum lymphæ stillicidio cessavit, ac inflam̃atio cohibita est, oculique vulnus postmodum coaluit. Quia vero nihilominus de oculi caligine conquerebatur, & in læsa parte nubecula quædam conspicienda erat, iccircò hasce pillulas Cephalicas, ad rheumata oculi præcavenda, humoresq; noxios è capite eliminandos, præscripsi. *Pillulæ.* ℞. *Extr. pill. lucis, aurear. cochiar. ana* ℈ß. *Mag. Gialapp. gr. v. M. f. cum aq. fœnic. pill. num. xxvij. unâ vice deglutiendæ*; Ponè aurem partis læsæ, Emplastro vesicatorio Horstii Vesica fuit excitata: Et ad nubeculam in oculo resolvendam & discutiendam, post perfectam oculi læsi conglutinationem & consolidationem, sequentibus usa est; ℞. *Sief.* *Tutiæ præp.* ʒß. *Margarit. præp.* ℈ß. *Camphor.* ☉ *ol. alb. ana gr. ij. sacch. Cand. alb.* ʒj. *M. f. pulv. subtiliss. M. & V. oculo pisi magnitudine inspergendus:* Et, absoluto hoc, ℞. *Mixtura.* *pingued. Tithymali piscis (Germ.* **Aschen-Schmaltz**) ℈ij. *fel. lucii piscis* ℈j. *f. mixtura, M. & V. lentis quantitate oculi cantho majori indenda.*

Tandem, non neglecta bona ac laudabili Diæta, sequentem Trageam pro visus corroboratione assumpsit. ℞. *Tragea. Visum corrob.* *Sem. fœnic.* ʒvj. *anis.* ʒij. *Carui* ʒj. *Macis* ℈ij. *Cubeb. cardamom. ana gr. xv. pulv. flor. Euphras.* ʒj. *sacch. albiss.* ʒij. *M. f. Tragea, de die aliquoties, quantum cultri cuspide majori capi potest, assumenda.*

Ab horum remediorum usu hæc ancilla, aliquot septimanarum spatio, per Dei gratiam, ita convaluit, ut non solum visus aliqua portio, sed etiam oculi fabrica in sua naturali forma ac magnitudine manserit, atque cicatricis macula vix videri, oculisve comprehendi potuerit.

CON-

CONSILIUM MED. XX.

Pila, seu globus cupreus, magnitudine sua ovum anserinum longè superans, per octodecim annos gestatus, sordidus & corruptus, partes vicinas exulcerans, pruritum doloremque excitans, è vagina uteri feliciter extractus.

Casus.

MUlier Xenodochialis, Maria Heckenauerin, anno ætatis septuagesimo tertio, cum ante septem & viginti annos, post laboriosum partum marito suo alutario adjuvante, ponderosam calcis molem in officinam portaret, ex improviso uteri prolapsum passa est, ad quod malum corrigendum magnum globum cereum sex Uncias, cum duabus drachmis pendentem, per novennium in vagina uteri gestavit, & sic uteri exitum coercuit: Cum autem hic globus ob ponderis gravitatem molestiam pareret, patiens alium ex cupro cavũ & rotundum Uncias duas pendentem, confici curavit; quem satis magnum impetuosè in vulvam intrulit, & octodecim (sicque ambos septem & viginti annos) in vagina uteri gestavit; Postquam autem globus hic ab urinæ acrimonia exesus & corruptus erat, ob calcanthosam & æruginosam suam acredinem, claustrum muliebre in tantum læsit, erosit ac exulceravit, ut multa sanies ac materia purulenta assatim cum magno fætore, non sine dolore ac molestia quo-

quotidiè prodiret, quem fætorem, dolorem, sordidumque saniei profluvium dicta patiens diutius tolerare non potuit, ac proinde opem & auxilium meum inploravit.

QUapropter die 18. Julii, anno 1684. huic vetulæ supinæ & in dorsum reclinatæ, divaricatisque cruribus supra mensam positæ, per chirurgum Xenodochialem ordinarium, Johannem Bartholomæum Heckingium, dictum globum per cochleare chirurgicum incurvatum, ac cava sui parte asperum, non sine labore extrahi curavi, qui ab urinæ acrimonia hinc inde perforatus exesus & corrosus, fætidissimisque sordibus ac mucore incrustatus erat. Post extractionem sequens lavamentum â me ordinatum fuit, quo uteri vaginam eluit, & intinctis linteis â purulentis sordibus repurgavit; ℞. *Herb. agrimon. Mij. scordii, meliss. puleg. ana Mß. Mixt. & concis. decoq. in aq. font. Mensur. duab. in colatur. dissolv. Mell. communis* ʒiiij. *d. ad ollam pro usu.* Post Lavamentum locum affectum Unguento de lithargyrio, & deinceps sequenti linimento illinivit. ℞. *Ung. de Cerussa, de lithargyr. ana* ʒvj. *M. & terantur in mortario plumbeo, tam diu, donec acquirant formam plumbi, addendo sub finem, Ol. de vitell. ovor.* ʒij. *M.* Et sic allegata patiens â molestissimo hoc affectu liberata, adhuc superstes, de nullo amplius impedimento doloreque genitalium conqueritur.

Lavamentum, ad vaginam uteri eluendam.

SCHOLIUM.

Definitio. Uteri procidentia est ejus extra abdomen propensio, â laxata vel soluta ligamentorum unitate proveniens.

Causa & Differentia. Causa est, quicquid ligamentorum unitatem solvere potest, ut est ligamentorum laxitas, vel eorundem ruptio. Procidit autem uterus haud facilè ob laxitatem, multò minus ob rupturam ligamentorum latorum, idque cum vel magis vel minus contingat, idcircò vel magis vel minus prolabi, devolvi, ac descendere consuevit, ita, ut interdum ad mediam vaginam, interdum usque ad vulvæ valvas & orificium, nonnunquam verò totus extra vulvam prolabatur. Ex partu autem laborioso, violenta secundinæ extractione, rerumque ponderosarum gestatione & elevatione, (ut in hoc subjecto, de quo superius locutum, factum est) puerperarum vehementiore corporis agitatione, saltu, aliaque gravi concussione, sæpius observatum est, fundum uteri circa pudenda omninò inversum, ita ut interiora veluti externa se exhiberent, propendisse; Quamvis etiam nonnunquam

Error imperitorum.

pudendi

pudendi membranæ, (præſertim in iis, quæ vel alvi ſuppreſſione, vel doloribus ventris divexantur) eousque extendi poſſint, ut imperitis pro utero ipſo habitæ fuerint, & adhuc quotidiè habeantur.

Signa generalia ſunt in principio, dolor lumborum, hypogaſtrii, pudendi, oſſis ſacri, quibus uterus annectitur; in progreſſu mitigatur ob aſſuetudinem & ſolius ponderis moleſtia, ambulandique impedimentum perſentitur: Specialia, pro ratione majoris vel minoris procidentiæ variant, dum in illa uterus ad dimidium coxarum & genua deſcendit, ac tumorem inſtar ovi anſerini exhibet; in hac verò pondus veluti ovi majoris, ac tumor quaſi extenſæ pellis percipitur. Quæ autem procidentia ex ligamentorum laxitate provenit, cognoſcitur ex eo, quod ſenſim generetur, & minore cum dolore affligat; Quæ verò â ligamentorum ruptione originem habet, ex eo, judicatur, quod ſubitò malum exoriatur, majoreque cum dolore affligat, & hæmorrhagia eandem interdum comitetur. *Signa Generalia & Specialia.*

Prognoſtica. Curatio eſt difficilis, ſi procidentia eſt major, ſi adultas affligit, ſi febris, convulſio, aliaque graviora ſymptomata concurrant; imò, ſi talia puerperis accidant, non rarò lethalis eſſe ſolet; Nonnunquam etiam ab ambientis aeris, præſertim frigidioris alteratione, aut violenta repoſitione, uterus gangrænoſa putredine corrumpitur. *Prognoſtica.*

Curatur autem vel medicamentis, vel chirurgia. Medicamentis, quæ adverſaria ſunt proprietati uteri, & quæ aufugit uterus, qualia ſunt, *tetri odores, ſuffitus ex aſſa fœtida, aut calceamentorum coriis, goſſypio uſto, perdicum pennis uſtis, ovum ſordidum & fœtens â gallina ova excludente deſumptum, & cum intincto goſſypio utero prolapſo applicatum; Fomenta item & inſeſſus ex herbis & radicibus aſtringentibus, quales ſunt Radices biſtort. tormentill. garyophyllat. plantag. pentaphyll. &c. Herb. polygon. plantag. equiſet. bellid. Fol. quercus, myrti, ſorbi, meſpili, &c. Flor. roſar. rubr. balauſtior. Bacc. myrti, gallæ, cortices granator. nuc. cupreſſ. Terræ ſigillatæ omnes, alumen rupeum, &c.* Confert etiam *Fomentum ex decoctione cortic. ligni quercini, & rad. conſolid. major. vel ex latere ignito, vino rubello aſperſo, fumoque pudendis excepto, paratum.* Ut & ſequens Fomentum. ℞. *Nuc. cupreſſ. roſar. rubr. ſpic. nardi. Cortic. granat. flor. balauſtior. capul. glandium. ana ʒj. meſpilor. immatur. pomor. immatur. malor. immatur. acaciar. ana Mj. inciſ. & contus. groſſ. mod. coq. in aq. chalybeata, quâ uterus prolapſus aliquoties fomentetur;* Poſtea, ℞. *Thur. ſuccini citrini, gallar. Cortic. granator. & flor. balauſtior. nuc. cupreſſ. alumin. roch. maſtic. boli armen. ana part. æq. f. pulv. ſubtiliſſ. quo uterus aſpergatur, ac deinceps reponatur, poſteaque ejus prolapſus ligaturâ cum pannis calidis præcaveatur.* Eſt & utilis ſequens inſeſſus, quam- *Curatio per Medicamenta.* *Fomentum.* *Pulv. adſtring.*

Inſeſſus. vis uſus aliorum balneorum noxius exiſtat. ℞. *Fol. betonic. ſalv. lauri, puleg. flor. ſtœchad. Arabic. balauſtior. ana Mj. Rad. Conſolid. maj. ℥iij. biſtort. tormentill. ariſtol. long. ana ℥ß. Mixt. & conciſ. coq. in aq. ſimpl. vel chalybeata pro inſeſſu.* Vel, ℞. *Rad. conſolid. maj. Milij herb. verbaſci Mj. coq. in aq. & f. inſeſſus.*

Sacculus. Sequenti etiam ſacculo indies ter aut quater parti affectæ calidè imponendo; inter multas alias, fœmina quædam ſeq remedio ab uteri prolapſu feliciter liberata, & poſtliminio ſexta vice mater facta eſt, ac feliciter peperit. ℞. *Fol. plantag. ſalicis, quercus, meſpilor. acaciar. ſummit. rubi, flor. roſar. rubr. ana Mj. Rad. tormentill. ſymphyt. major. biſtort. ana ℥j. flor. balauſt. nuc. cupreſſ. ana ℥ß. ſem aniſ. ℥iß. ex omnibus conciſ. & groſſ. modo contuſis fiat ſacculus interpaſſatus, Guilelm. Fabric. Hildan. Cent. 4. Obſ. 62. pag. mih. 443.* Vulgus patientem ſupra tabulam calidam quercinam nudo corpore repetitis vicibus ſedere jubet, & ſi quæ ſunt alia.

Chirurgiam. Chirurgiam quod attinet, illa duabus indicationibus ſatisfacere debet, una eſt, ut uterus prolapſus in ſuum locum protrudatur & reponatur; Altera, ut intruſus & repoſitus in naturali ſuo ſitu conſervetur, futurusque novus prolapſus præcaveatur.

Ante repoſitionem autem obſervandum, quod ſi adſit inflammatio, illa prius ſit auferenda; ſi tumor ab aere frigido impreſſus urgeat, decocto malvæ, altheæ, flor. chamæmel. baccar. lauri, &c. primò eſſe membrum fovendum; ſi flatus vel ſtercora in inteſtinis adſint, clyſterem eſſe præmittendum.

Uteri repoſitio. Ut autem hoc obſervato, Uterus prolapſus reponatur, ægra ſupina collocetur, genubus ſurſum protenſis, & â ſe invicem paulum disjunctis ſive diſtantibus, hinc candela cerea per longitudinem perforata (ut humoribus affluentibus exitus concedatur) juſtæ craſſitiei, tamque longa, ut usque ad os uteri pervenire poſſit, aſſæ fœtidæ aut caſtorei aliquâ quantitate admixtâ, ſenſim in uterum immittatur, ibique vinculi commodi beneficio detineatur; Sed diligenter cavendum, ne ſi dicta candela debitò major fuerit, ex continuo attritu fluor albus cauſetur, naturaque ad feminis ejaculationem irritetur, unde ſumma debilitas oritur. *Cautela.* Quidam ad reponendum uterum, penem viri aptiſſimum inſtrumentum eſſe judicant, ſed falluntur, quia uterus ad penem ſibi familiarem & amiciſſimum potius deſcendit quam aſcendit. Poſt repoſitionem verò, propè inguina, quo ligamenta uteri laxata pertingunt, ceratum barbarum inponatur, quod exſiccando, aſtringendo, & corroborando ligamenta laxata contrahit. Vel ſeq. Emplaſtrum applicetur. *Emplaſtr.* ℞. *Rad. Cyperi, biſtort. ana ℥j. gallar. acaciar. ana ℥ß. nuc. cupreſſ. oſſ. dactyl. ſem. myrtill. ana ℥j. picis & colophon. q. ſ. M. f.*

M. f. l. a. Emplastrum. Herba quoque urticæ recentis contusa & ventri imposita, uterum in suum locum reducere creditur.

Si Obstetrix manibus uterum reponere tentat, iis prius oleo mastichino inunctis, blandè hoc ipsum efficiat, sibique â violento conamine caveat. Ut autem Uterus post repositionem in suo naturali loco conservetur & retineatur, inserviunt fomenta, sacculus, & pulveres superius allegati, injectiones, pessi, inunctiones, illinitio frequens cum succo acaciarum, & alia. Exempli gratia. ℞. *Ass. fœtid.* ℥ij. *Mastic. thuris, granor. myrti, galang. nucis cupress. ana* ʒj. *M. f. pulv. subtil. qui cum oleo myrtino misceatur, glandi ex syndone rubro per intinctum communicetur, & utero filo forti alligatus applicetur.* Quædam mulieres frustum oblongum aluminis crudi, vel radicem symphyti majoris vulvæ immittunt, sicque laxatum uterum astringunt. *Pessus.*

De hoc malo curando, Andernacus in Commentario Gynecio- *Andernaci reponendi modus.*
rum ex Bibliotheca Schenckiana anno 1606. emisso, ita scribit. Non-nullis perinæum rumpitur, ex partu, ut unum inter uterum & anum fiat foramen, idemque cursus, unde sæpius uterus exit, indurescitque: Partes itaque affectæ vino calido, in quo butyrum resolutum sit, foveri debent, quousque uterus emollescat, & tum leniter hic reponendus est, postea perinæon ruptum tribus locis vel quatuor filo serico suetur, mox pannus lineus utero, juxta ipsius magnitudinem imponatur: postremo liquida pice obliniatur: nam ob hujus gravem odorem uterus retrahitur. Tandem rupturam ex Consolida utraque & Cumino superinsperso curamus: puerpera autem in lecto collocanda est sic, ut pedes elatiores habeat: ibi ad dies octo vel novem continuos decumbat, cibum capiat, alvi excrementa urinamque reddat. A balneo abstinebit tam diu, quamdiu sustinere possit, item ab iis omnibus, quæ tussim movent, & â cibis, qui non facilè concoquuntur. Ad hujusmodi periculum vitandum in partu, pila oblonga ex panno indatur ano & quoties parturiens fœtum edere conatur, illa valenter imprimatur, ne perinæi fiat disruptio. *Quo modo prolapsus uteri in partu præcabeatur.*

Interna quin etiam astringentia remedia conferunt, & quidem quantitate parva, & vicibus repetitis usurpata, ne nimirum noceant potius quam prosint, si una vice quantitate notabili assumantur, quod inprimis in alterantibus & astringentibus potentioribus notandum, ne vasa exigua constringantur & claudantur, sicque menses cum maximo damno supprimantur.

Quia autem sæpius accidit, ut uterus repositus in suo loco per dicta remedia conservari nequeat, iccircò ultimum tandem refugium in pilis seu globis uterinis quærendum, qui ex subere, formâ ovali *Pilarum seu globorum uterinorum usus.*

vel rotundâ, inferius delineatâ, ſed magnitudine ad genitale adæquata, (ne premant aut excidant) optimè conficiuntur filoque craſſo muniuntur, ut quavis exigente neceſſitate, & congreſſus tempore, è ſpecu uterino extrahi queant; Et tales globi Emplaſtro ſequenti, ad juſtam conſiſtentiam cocto, & ſuper lento igne liquefacto, per intinctionem, ut ſuber poroſum materiam emplaſtri imbibat, obducantur.

Empl. pilæ uterinæ obducendum.

℞. *Ceræ novæ* ℥iij. *Colophon. gummi elemi ana* ℥j. *Terebinth.* ℥ß. *pulv. roſar. rubr. myrtin. flor. balauſtior. rad. conſolid. maj. ana* ʒj. *Maſtic. thur. ana* ℥ß. *M. f. c. Ol. roſar. q. ſ. l. a. Emplaſtrum.* Guilelm. Fabric. Hildanus cent. 4. Obſ. 61. pag. mih. 242.

Diæta.

Quod denique Diætam concernit, Aer ſit temperatus, & ad ſiccitatem inclinans: Cibi aſtringentes, Potus vinum album auſterum, vel rubrum, aut Decoctum ex adſtringentibus paratum; Motus violentus vitetur. Quies inprimis poſt repoſitionem, procuretur, & mulier in lecto reclinata per octo vel novem dies, cruribus elevatis & extenſis, ita, ut unum alteri incumbat, ponatur atq; collocetur; Somno modico indulgeatur; Alvus nec ſit adſtricta vel pigra, ne in fecum egeſtione uterus præcipitetur, nec laxa, ne membranæ uterum ligantes laxentur; Animique pathemata, objurgationes, vociferationes, &c. refrenentur.

CONSILIUM MED. XXI.

Vulnera Colli, globulis, ſeu fruſtulis ſciſſis plumbeis per tubum pyrium inflicta, lethalia.

Caſus.

ANno 1686. die 23. Maji, in Feſto Pentecoſtes, circa horam quartam veſpertinam, Caſparus Fritz/ textor, adhuc cælebs, ætatis ſuæ vigeſimo ſecundo, Leiphemii, in Territorio Ulmenſi, cum ante fores excoriatoris mentaſtrum evelleret, inter

erigen-

erigendum, â commilitone aliâs amiciſſimo, Johanne Jacobo **Götzen** / concive, tubo pyrio, **(einer Flinten)** quem morticinorum tribunus ſeu glubitor ad interficiendum canem rabidum viginti circiter fruſtulis ſciſſis plumbeis & nitrato pulvere inſtruxerat, per feneſtram jocosè exporrecto, nullo pulvere tormentario in foco incenſionis juxta ſcutulam exiſtente, ex improviſo autem flammam plumbumq; evomente, infra dextram aurem per collum tranſverſim diverſis pyrobolis minoribus ictus & vulneratus eſt, ita, ut percuſſus momentaneo lapſu in terram prociderit, & poſtliminio in Oppidulum ad ædes matris viduæ deportatus fuerit, quem Balneatores ibidem ſtatim deligarunt.

POſtquam autem hoc de funeſto caſu Magnifici Dynaſtiarum Ulmenſium Domini Adminiſtratores per Prænobiliſſimum ac Strenuum ejus loci Præſulem certiores facti eſſent, ſtatim mihi, ac chirurgo Reip. Ulm. ordinario, Joh. Bartholomæo Heckingio, cura & inſpectio hujus miſerè decumbentis demandata fuit, quapropter nos ambo ſine mora illa ipſa die, hora octava veſpertina, portis civitatis jamjam occluſis, per Pſeudothyrum ſive Poſticam cum equis noſtris ultra Danubium, mediante navigio, trajecti fuimus, ac media nocte, intra horam undecimam ac duodecimam ad dictum oppidulum appulimus, ibidemque præfatum patientem inſpeximus, ac deprehendimus, quod præpes horum globulorum jactus ſeu volatus, infra aurem dextram, collum cervicemque tranſverſim tranſeundo, multis vulneribus læſerit, ac ſupra cervicem unum vel alterum, in ſupremo autem humero partis ſiniſtræ plures tales globulos, non rotundos, ſed inæqualiter acuminatos depreſſosque depoſuerit, quorum ſex ſub cute exiſtentes, facta inciſione, per tria vulnuſcula volſella, ac ſpatula minore incurvata, & interius aliqualiter aſpera, exemimus. Quocirca etiam Patiens de maximo dolore brachiorum, manuum, ac digitorum, ſimul ac de dextri pedis ad movendum inpotentiâ conqueſtus eſt, quod nobis valdè ſuſpectum fuit.

Rebus ergò ſic ſtantibus, vulnera ab heterogeneis mundata, turundis ex linteis carptis, Unguento Digeſtivo Fabric. Hildani, & aliquali *Vulnerum Tractatio ac Deligatio.*

quali portione Unguenti Ægyptiaci invicem mixtis, illitisque, explevimus, ac insuper Emplastro santalino, Linimento simplici obducto, deligavimus; totumque collum, cum spina dorsi oleo rosarum calido inunximus, ac ad ventilandum sanguinem venam medianam dextri brachii secavimus: Internè, Aquam Cordialem perlatam cochleatim sumendam, ac Julapium ex aqua fontana & syrupo acetos. Citr. Rub. Idæi, &c. cum aliquot guttulis spiritus vitrioli mistam, propinavimus, pulveremque nitri tabulati internè ad calorem præternaturalem arcendum compescendumque, externè verò ad os & fauces eluendas, apportavimus. Manè, hora quinta prædictum patientem, qui inquietam ac insomnem noctem duxit, denuò visitavimus, ac læsionis locum & vulnera, aprico jam exposita, penitius exploravimus, ibidemque adhuc tres globulos inter cuniculos cutis carnisque hærentes, digitis palpavimus, quos tamen, quia calor præternaturalis intensus, cum pulsu duro ac veloci aderat, & patiens de pectoris angustia, itemque cordis anxietate ac imbecillitate conquerebatur, hac vice per sectionem eximere, inconsultum judicavimus, ægrotumque post repetitam deligationem stragulis benè coopertum, aqua confortante perlata refecimus, & propter jamjam incurrentia ac ingravescentia symptomata de ipsius reconvalescentia valdè dubitavimus, sicque abituri, prognosticis eum reliquimus.

Post nostrum â patiente discessum, cum in diversorio Casus hic cum suis circumstantiis ad rei cognitionem ad Nobiliss. Magistratum ac Territorii Ulm. Præsules â me conscriberetur, simulac plura remedia, traumatica, cordialia, ac sudorifera ordinarentur, inter horam octavam & nonam antemeridianam alter Balneatorum accurrit, & quod patiens convulsionibus gravissimis tentetur, atque omni ratione, visu & auditu careat ac stertat, nobis indicavit, quibus auditis, nos ambo de ipsius vita prorsus desperavimus, quæ sententia nos non fefellit, cum præfatus patiens paulò post, circa horam decimam sicque secundâ ab ictu die, ac decima sexta post læsionem horâ, animam Creatori suo, inter preces adstantium, reddiderit, vitamque cum morte commutârit.

SCHOLION.

Vulnera hæc ex unitatis solutione, & quidem ab immissis è sclopeto globulis provenisse, ex superiori relatione notum est; Illa autem lethalia fuisse, tam ex loci & partium adjacentium læsione, quam ex symptomatum gravissimorum syndrome, calore videlicet præternatu-

naturali igneo & acuto, pulsus celeritate, empyreumate & combustione, brachiorum itidem digitorumque maximo dolore, pedis dextri paralytica sideratione, pectoris gravitate, cordisque anxietate & imbecillitate, morteque post aliquot horas superveniente, satis elucescit.

Antequam verò ad divisionem & differentiam vulnerum lethalium accedamus, definitionem prius eorundē audiemus; Ubi vulnus lethale sic definitur, quod sit unitatis in parte humani corporis vel nobili, vel ad vitam simpliciter necessaria, â re externa, violenter continuum solvente cæsim, punctim, contusim, per sclopetum, hastam, ensem, gladium, pugionem, novaculam, cultrum, saxum, malleum, conum, vel id genus alia, inducta, & vel cum ipsa vitæ jacturâ, vel tamen cum summo ipsius discrimine, conjuncta solutio. *Vuln. leth. Definitio.*

Et talia Vulnera vel simpliciter & absolutè; vel utplurimum; vel secundum quid & per accidens lethalia esse, varii Authores classici, ac inter eos Magnificus & Excellentissimus Vir, Dominus Doct. Gothofredus Welschius, Professor Lipsiensis, & Facult. Med. ibid. Decanus, in suo rationali vulnerum judicio, de vera ac formali vulneris lethalis descriptione ac divisione, perhibet. *Vuln. lethal. divis. & differ.*

Vulnera autem simpliciter & absolutè lethalia sunt, quæ Visceribus partibusque corporis humani Principibus ac Nobilissimis, CORDI videlicet, CEREBRO, ac EPATI, (quæ Viscera cum nondum sumus, generationis nostræ principia suppeditant, & ut tam in utero materno, quam extra eundem, nutriamur, augeamur, moveamur, & vivamus, faciunt) infliguntur; Tanta enim horum Viscerum dignitas, eminentia, atque nobilitas existit, ut non vicinis solum faveant partibus, sed ut toti pariter corpori prospiciant, totamque corporis Oeconomiam â Naturante Natura ipsis concreditam, sartam tectamque conservent, in quibus etiam summum istud bonum, Sanitas nimirum, Vita, extremusq; vitæ halitus consistit; Quæ nobilium partium Triga non minus structuræ ac conformationis, quam actionum edendarum ratione, nobilitatis stemmata â multis seculis possidet. *Vulnera simplic. & absolutè lethalia.*

Vulnera utplurimum lethalia dicuntur ea, quando tales partes læduntur, quæ quidem per se Principes vel Nobiles non sunt, interim tamen ad vitam, utpote simpliciter necessariæ, requiruntur, ac sine quarum ope & officio partes Principes eorpus conservare, vitamque ipsam solæ tueri nequeunt, & quorum sublato usu & officio, compages microcosmica corruit, vitaque utplurimum cessare cogitur, quales sunt Pulmones cum aspera arteria; Diaphragma; Gula; *Vulnera utplurimum lethalia.*

Ven-

Ventriculus; Inteſtina; Meſenterium; Renes; & Veſica urinaria.

Diſtinctiones.

Sciendum autem, τὸ θανάσιμον & Lethale de toto quidem organo, & principalioribus, non verò de ſingulis ejus poſſe prædicari partibus; Prædicta enim Viſcera ſunt partes Organicæ, quæ actionis ratione unum quidem conſtituunt Organum; Conformationis verò ratione ex pluribus diſſimilaribus & integrantibus conſtant partibus, quarum nec eadem invicem eſt facies, ſubſtantia, forma, multo minus eadem dignitas, uſus & neceſſitas, ac conſequenter nec idem de omnibus ſuper lethalitate ferendum erit judicium, Sic Cordis Vulnera per ſe & abſolutè dicuntur eſſe lethalia, quæ toto ejus Organo, & principalibus ipſius partibus, Ventriculis videlicet, Auriculis, & Vaſis, non verò reliquis æquè ipſius partibus, exempli gratia, pericardio ſolo, infliguntur, cum ictum in cordis tunica curatum, Benivenius teſtetur

Quod etiam de Cerebro, & ejus partibus principalioribus, Medulla, per medium cerebrum conſpicuo Proceſſu falcato, Cerebri Ventriculis, Plexu choroide, & arterioſo Reti Mirabili, non verò de læſione ſuperficiali ac ad vaſa non penetrante, (cum multi inſuperficie de cerebri ſubſtantia per inflictum vulnus vel ictum ſclopeti, aliquid amiſerint, ſed tamen reſtituti curatique fuerint, & ſupervixerint) intelligendum eſt. Par etiam eſt habenda ratio de Epate, partiumque ad vitam ſimpliciter neceſſariarum vulneribus, quæ. niſi Organa & partes principales, earumque actiones lædantur, pro abſolutè vel ut plurinum lethalibus judicari cenſerique nequeunt.

Lethalitatis abſolutæ ſigna & indicia.

Lethalitatis igitur Vulneris ſimpliciter talis & abſolutæ, requiſita, ſigna, ac indicia ſunt quinque. 1. Partis vulneratæ Nobilitas. 2. Vulneris Magnitudo & Profunditas. 3. Remedii applicandi impoſſibilitas. 4. Symptomatum gravitas. Et 5. Periclitantis vitæ inſtantis termini brevitas.

Vulnera ſecundum quid & per Accidens lethalia.

Vulnera autem ſecundum Quid & per Accidens lethalia dicuntur ea, ubi graviora Symptomata, extra læſionem partium Principum ac Nobiliſſimarum, vel ad vitam ſimpliciter Neceſſariarum, præſertim in valetudinariorum corporibus ad cacochymiam & cachexiam diſpoſitis, ſuperveniunt; vel error ex parte Medici vel Chirurgi, (ut negligens vulneris tractatio, deligatio, & intermiſſa ſanguinis inhibitio) vel ægri, vel Adſtantium ſeu clinicorum; vel Externorum, Aeris nempè noxii, Diætæ inconvenientis, Animi Affectuum, &c. committitur.

Ad

Ad horum præterea Vulnerum Inſpectionem requiritur. 1. Legitima Requiſitio. 2. Accurata Cadaveris ſectio & inſpectio. 3. Sufficiens Vulneris deſcriptio. 4. Sincerum ſuper qualitate ejus judicium. 5. Ingenuum manus propriæ atteſtatum & teſtimonium.

Inſpectionis Vulnerum Requiſita.

Quia igitur nobis apud prædictum Patientem Leipheimenſem legitima quidem Inſpectio ejus Vulnerum, ſed nulla poſt Obitum Cadaveris ſectio, (ſine qua in tali & ſimilibus Caſibus deciſivè & apodicticè judicari non poteſt) fuit demandata, & propterea etiam inſtrumentis ad ſectionem neceſſariis non inſtructi eramus, Nos, quantum poſſibile, officio noſtro fatisfecimus, ac proinde, quia in diligentiſſima exploratione horum vulnerum nulla evidens læſio tam partium Principum & Nobiliſſimarum, quam ad Vitam ſimpliciter Neceſſariarum, (niſi forſan unus alterve globus per vertebras colli in Spinalem Medullam, ut pote ſpirituum animalium officinam & diverſorium, unumque cum cerebro aliisque partibus conſtituens Organum penetraverit, ſicque actiones animales graviſſimè læſerit, ſpirituumque tranſitum influxumque impediverit, & ſic brachiorum ac manuum dolores, dextrique pedis paralyſin excitaverit atque cauſaverit, reliquorumque graviſſimorum ſymptomatum, convulſionum, &c. cauſa extiterit, quibus poſitis, hæc Vulnera per ſe & abſolutè Lethalia fuiſſent) neque per accuratam inſpectionem, neque per ſtylum exploratorium deprehendenda erat, iccircò dicta vulnera, ob ſupervenientia graviſſima ac crudeliſſima ſymptomata, non quidem ſimpliciter & abſolutè, ſed ſecundum quid, & per accidens ſummè periculoſa ac lethalia fuiſſe, judicavimus.

De Vulneribus patientis Leipheimenſis Iudicium.

CONSILIUM MED. XXII.

Aſthma Periodicum, cum motibus convulſivis brachiorum, præſertim ſiniſtri, aliisque graviſſimis ſymptomatibus, feliciter curatum.

Casus.

ANno 1686. Mense Majo, Matrona quædam Prænobilissima Ulmensis, ætatis suæ 63. Asthmate Periodico periculosissimo, cum motibus convulsivis brachiorum, præsertim verò siniſtri, concomitantibus plurimis gravissimis Symptomatibus, utpote capitis gravitate, catarrho, tussi, lipothymia, uteri ascensu, nephritide, hypochondriaca passione, & quæ sunt alia, correpta fuit, quod non solum interdiu, sed inprimis nocturno tempore, & quidem post mediam noctem, illam tam crudeliter per vices divexavit, ut organa respirationis quasi occlusa, ac suffocationis periculum, non sine tussi, stertore, ac sonitu, præ foribus esse, tam sibimetipsi, quam adstantibus videretur; Quotiescunque autem paroxysmus tyrannidem suam exercendi in procinctu stabat, dicta Patiens aliquid ex imo pectoris per arteriam asperam ad superiora usque ad gulam, (ubi instar alicujus nodi seu globi aliquantisper quievit) repere ac ascendere, postmodum verò ante finitum paroxysmum, rursus descendere animadvertit, simul ac statis temporibus materiam catarrhalem è capite ad fauces, arteriam asperam, ac pulmones ruere atque prolabi sensit, ita, ut ob suffocationis metum diurno nocturnoque tempore vel obambulare, vel erecta in sella vel lecto, sedere cogeretur, quocirca etiam apepsia & inappetentia cibi, nonnunquam singultu, & ariditate oris laborabat, noctesq; insomnes ducebat, sicque vitam toto morbi tempore miserrimam transigebat.

Resolutio.

Resolutio.

ASthma frequentem, densam, ac anhelosam respirationem, ê pertinaci bronchiorum pulmonum vel obstructione vel compressione provenientem, esse, omnibus Asclepiadeis notum est. *Definitio.*

Causa Asthmatis in hoc subjecto partim â partibus mandantibus, partim â recipientibus est petenda. Partes mandantes sunt, Ventriculus, Lien, ac uterus, â quibus crassi, crudi, & fuliginosi vapores ad Palladis arcem ablegati, ibidemque in materiam catarrhalem resoluti, per fauces ac arteriam asperam descenderunt, partesque recipientes, bronchia nimirum pulmonum cum sibilo ac stertore obstruxerunt ac compresserunt, sicque tam inspirationem quam exspirationem auræ ac spiritus impediverunt, ac simul ob fermè suffocatos spiritus lipothymiam causarunt. Et quia hæc Patiens malo nephritico sæpius obnoxia est, urinæque ardore ac retentione torquetur, iccircò procul dubio materia serosa ad renes & ureteres descendere impedita, in ramos venæ cavæ majores regurgitavit, & ἀτρόως per dextrum ventriculum cordis in pulmones irruit, ac arterias compressit, sicque respirationem impedivit ac asthmatis malum exasperavit. Quod autem dictæ partes, nempè ventriculus, lien, ac uterus materiam catarrhalem capiti mediantibus vaporibus ascendentibus, præbuerint, ex ipsarum discrasia, scilicet cibi inappetentia, uteri ascensu ac præfocatione affectuque hypochondriaco, sæpius divexante, elucescit. *Causæ.*

Differentiæ hujus affectus partim â causis obstruentibus, partim ab accessionibus, & aliis desumuntur: Causæ obstruentes jamdudum expositæ ac enumeratæ sunt: Asthma autem hoc periodicum esse, tam ab accessionibus, quàm exacerbationibus paroxysmorum facilè colligitur; Quod autem hi paroxysmi noctu magis infestarint, factum est, quia tum temporis, secundum lunæ motum, quæ in corpora sublunaria agere potis est, plerumque causa materialis morbifica movetur. *Differentiæ.*

Signa in Definitione ac Relatione Affectus satis exposita sunt, quapropter in recensitione eorum meritò supersedemus. *Signa.*

Quod Prognosin in Asthmate concernit, sciendum.

1. Licet sit aliâs morbus diuturnus, ob paroxysmos tamen acutos, locique affecti nobilitatem, qui organum respirationis est, hominem hoc malo graviter laborantem, nisi maturè legitimis remediorum præsidiis succurratur, diu vivere non posse, nonnullosque in platea ambulantes subitò extinctos fuisse. *Prognostica.*

2. Juvenes ab hoc malo difficulter liberantur, senes verò nun-

quam, vel rariſſimè, eosque ferè aſthma comitatur usque ad mortem. 2. aphor. 40. Infantes autem ſuffocat, niſi maturis auxiliis ſiſtatur & avertatur.

3. Aſthma hæreditarium vix unquam curatur.

4. Qui gibbi ex Aſthmate vel tuſſi fiunt, ante pubertatem, ei ſtatim moriuntur, 6. aphor 46.

5. Aſthmate laborantibus cum tuſſi, ſi tuſſis ceſſat, difficultate reſpirationis aut perſeverante, aut ingraveſcente, periculoſum eſt, contumaciam enim materiæ, & virtutis expultricis debilitatem ſignificat.

6. Ad Aſthma inveteratum, ſi nova repentè acceſſerit influxio, quæ pulmones obruat, ut in catarrho ſuffocativo fit, lethale eſt.

7. Aſthmatici ii maximè periclitantur, qui viribus ſunt infirmi, citò enim ſuffocantur & in ſyncopen incidunt, cum autem pulſus inæqualis admodum redditur, aut intermittit, ægrum morti vicinum eſſe, indicat: Ne autem Medicus in judicatione pulſus & reſpirationis decipiatur, notandum, ſæpiſſimè eos, qui bonum pulſum habere videntur, ſubito mori & ſuffocari; alios verò, qui pulſum pravum habent, auxilio aliquo adhibito, aut flatu, aut ſeroſo humore diſcuſſo, ſubito reſtitui. NB.

8. Aſthma nonnunquam in Peripneumoniam mutatur, idque febre ſuperveniente cognoſcitur, nonnunquam in cachexiam & hydropem degenerat.

Curatio. Curatio reſpicit ablationem cauſæ, qua remota, ipſe morbus tollitur. Materia igitur, quæ anguſtiæ, obſtructionis, & compreſſionis cauſa eſt, præmiſſis attenuantibus, incidentibus, & viſciditatem detergentibus, lenitivis purgantibus educenda, partesque materiam in pectus mittentes, caput videlicet, renes, lien & uterus, ab intemperie ſua vindicandæ, evacuandæ & roborandæ, ac materia ad pectus ruens ab ea avertenda, flatusque conjuncti diſcutiendi ſunt, quod etiam ſequentibus remediis citra expectationem patientis expeditum fuit.

Curationis Ordo

1. Humor. peccant. præparatio.

Potio. Primò igitur, ad craſſos viſcidosque humores in pectore bronchiisque pulmonum incidendos, attenuandos, ac reſolvendos, talibus uſa eſt remediis. ℞. *Sperm. Ceti recent. Pulv. gumm. ammoniac. ana* ʒß. *Syr. de Eryſim. Lobelii* ʒß. *aq. Ceraſ. nigr. fl. acac. ana* ʒß. *M. f. potio una vice ſumenda.* Et ſequentes aquæ pectorales, cochleatim ſumendæ. ℞. *Aq. Ceraſ. nigr. meliſſ. ſimpl. Veron. fl. acac. ana* ʒj. *Spir. Ceraſ. nigr.* ʒiij. *Philon. Rom.* ℈j. *ſacch. perlat.* ʒij. *M.* Et, ℞. *Aq. aſthmat. D. Rab. antiphtiſ. Mynſ. Veron. cum vino deſtill. Ceraſ. nigr. ana* ʒvj. *Spir. Ceraſ. nigr.* ʒß. *flor.* ♃. ℈ß.

Aquæ pectoral.

℞. ℈ß. *sacch. Cand. alb.* ʒij. *M.* Ac, ℞. *Aq. Veron. Ceras. nigr. meliss. compos. ana* ʒvj. *Epileptic. Lang. Essent. sacch. simpl. ana* ʒß. *Spir. Ceras. nigr.* ʒij. *Spir. Matrical. Scultet.* ℈j. *sacch. Cand. alb.* ʒij. Præter has aquas, usa etiam est Essent. sacch. simplici, & spiritu sequenti. ℞. *Spir. salis armoniac. chalybeat.* ℈iß. *de quo M. & V. gutt. 7. vel 10. in brodio carnis assumantur.*

Essent. sacch & Spiritus ⊖✱ iact.

2. Ad materiæ peccantis evacuationem, talem potiunculam hausit. ℞. *Fol. sen. el. s. st.* ʒiij. *Rhab. ver. Crem.* ♀. *ana* ʒß. *aq. fl. acac.* ʒiiij. *M. f. lenis ebullitio, in colatur. dissolv. Mann. Calabr. el.* ʒiß. *f. potio una vice sumenda.* Et, de sequenti vino medicato singulo mane ʒv. bibit. ℞. *Herb. Card. bened. bethonic. cent. min. Marrub. scolopendr. veron. meliss. capill.* ♀. *ana* pj. *Rad. helen. garyophyllat. scyll. præp. pimpinell. tarax. ana* ʒij. *Rhab. ver.* ʒiij. *fol. sen. el. s. st.* ʒiij. *Agaric. troch. Turpeth. Jalapp. polyp. qu. ana* ʒij. *Maceris* ʒß. *bacc. juniper. laur. ana* ʒj. ♀. *alb. crud. & pur.* ʒiij. *M. & concis. sacculoque ex Syndon. alb. includ. infund. in vin. alb. odorif.* ℔v. *seu mensur.* iß. *servetur in vase vel urceo benè cooperto ad usum.*

2. Evacuatio. Pot. laxat. Vin. medicat. purg.

3. Ad stuporem & gravitatem capitis auferendam, ac vibrationem convulsivam brachiorum inhibendam, flatus item vaporesq; â liene & utero ascendentes, caputque petentes, avertendos & discutiendos. ℞. *Aq. Ceras. nigr. meliss. comp. Epilept. Langii, hyrund. cum castor. ana* ʒvj. *Lap. Bezoar. Or. gr.* iiij. *Margarit. præp.* ℈j. *Man. chr. perlat.* ʒij. *f. mixtura, cochleatim sumenda.* Et ut caput magis roboretur, ac materia peccans in eodem contenta discutiatur. ℞. *Spec. diambr. incompl.* ziß. *Ol. carui* ℈ß. *Ol. succin. citring. v. sacch. albiss. in aq. Ceras. nigr. & Lavend. dissol.* ʒij. *M. f. l. a. Tabulæ, de quibus una vel altera de die sumatur.* Externè, ad capitis roborationem, seq. Spiritus M. & V. vertici guttatim fuit instillatus. ℞. *Spir. Ceras. nigr. lil. convall. ana* ʒij. *Cephal. Anhalt. incompl.* ʒj. *M.* Cervici quin etiam & nuchæ talis Spiritus uno eodemque tempore fuit illitus. ℞. *Spiritus lumbric. terr. Cephal. Anhalt. incompl. Paralyt. Mynsi. ana* ʒij. *M.* quibus adhibitis, motus convulsivi cessarunt.

3. Partium mandantiũ correctio atque roboratio. Aq. Cephal. & uterin. Tabul. Cephal. Spiritus vertici instillandus. & Alius cervici ac nuchæ illinendus.

4. Ad lienis eructationes & obstructiones tollendas. ℞. *Crem.* ♀. *Crystall.* ♀. *ana* ʒj. *salis Tamarisc. fraxin. scolopendr. juniper. ana gr. xv. Macis g. v. f. pulv. unâ hora ante prandium & cœnam, quantum cuspide cultri capi potest, capiendus.*

Pulv. Splenet.

5. Ad Cor, spiritusque vitales roborandos, ac lipothymias tollendas & præcavendas. ℞. *Aq. confort. perlat. officin. Epilept. Lang. Meliss. comp. ana* ʒj. *cinnam. buglossat. spir. ceras. nigr. ana* ʒij. *Cephal. Anhalt. inc.* ʒj. *Lap. Bez. or. Mag. perlar. or. ana gr. v. Man. chr. perlat.* ʒij. *f. mixtura, cochleatim sumenda.*

5. Cordial. applicatio. Aq. Cordial.

Et, quia nonnunquam cum Cordis tremore & imbecillitate, ſingultus concurrebat, diverſis temporibus ſequentibus remediis ſubventum eſt. *Potiuncula. Cordial.* ℞. *Theriac. cœleſt. gr. iiij. Laud. op. ſimpl. gr. j. Croc. Auſtr. gr. iij. M. & diſſolv. cum vin. malvat. fiatque pot. parva.* Et, ℞. *Theriac. cœleſt. gr. iiij. Lap. Bez. or. gr iij. Croc. Auſtr. gr. iij. M. f. cum vino malvatico potiuncula parva.* *Alia Pill. cordial.* Ut &, ℞. *Theriac. cœleſt.* ℈ß. *Lap. Bez. or.* ∈*is Corallor. perlar. ana gr. v. M. f. cum Syr. papav. err. pill. num. xxv. obaurentur, quarum duabus horis poſt cœnam 3. vel 4. deglutiantur.* Nec minus, diverſis vicibus præſertim aſthmate ſimul anguſtante, ℈j. Croc or. in vino malvatico diſſolutum aſſumpſit.

6. Nephriticam. 6. Ad dolorem Nephriticum compeſcendum, ac urinam movendam, de Balſamo ♃ris terebinthinato, poſtulante neceſſitate, aliquot guttulas in brodio carnis. ſorpſit. Et præter hunc, uſus baccarum juniperi, ac raphanus ſylveſtris cum brodio carnis uſurpandus, Patienti fuit commendatus.

7. Stomachi roboratio. 7. Tandem etiam ad ventriculum confortandum, atque concoctionem promovendam talem Trageam in uſu habuit. ℞. *Spec. diambr. incompl. diarrhod. Abbat. diatrionſant. ana* ʒß. *Nuc. moſch.* ʒj. *Cinnam. opt.* ℈ij. *Macis* ℈j. *garyophyllor. Cubeb. Cardamom. ana* ℈ß. *ſacch. albiſſ.* ʒij. *fol.* ⊙j. *M. f.* *Tragea.* Tragea, poſt prandium & cœnam cum pane toſto vel ſaccharato vino madido, cochlearis quantitate comedenda. Juxta dicta quoque remedia convenientem Diætam obſervavit.

A quibus Remediis, præfata Patiens, melius habuit, actionesq; ſecundum requiſitum naturæ absque ſingulari impedimento exercuit, ſanitatemque priſtinam, per Dei gratiam, recuperavit.

CONSILIUM MED. XXIII.

Puer decennis ab Ægylope cum Phlyctænis ſiniſtri oculi liberatus.

Caſus.

ANno 1685. menſe Aprili, Puer quidam, agriculturæ præfecti filius decennis, in Villa propè Aulam Weiltingenſem ſitâ, Germanicè Baumhoff

Hoff dictâ, in ſiniſtri oculi cantho majori, Ægylope incipiente, cum Phlyctænis ſeu Veſiculis album oculi obſidentibus, ac fermè ad pupillam tendentibus, laboravit, quem affectum Ophthalmicus quidam imperitus, Etymologia hujus mali, cauſarumque recenſendarum neſcius, fruſtra medicamentis tractare conatus eſt, quibus nihil proficientibus, Parentes meum Conſilium & auxilium implorârunt, quo adhibito, uſuque remediorum diligenter obſervato, dictus Patiens ex voto reſtitutus fuit.

Reſolutio.

Morbi Definitio.

HIc Affectus, generaliter loquendo, ophthalmiæ nomine venit, quæ eſt inflam̃atio oculi, vel potius tunicæ adnatæ in oculorum tumore & rubore, aliquando ſine, aliquando cum lacrymarum profuſione proveniens, ſoloq; in cantho majori quæ exoritur, Ægylops vocatur, album oculi veſiculis obſidetur, quæ Phlyctænæ dicuntur, quibus ruptis, Ulceratio ſequitur, oculum totum, niſi ſiſtatur, corrumpens. Quod ſi Ulcus hoc carunculam totam occupat, ſic, ut lachrymale punctum occalleſcat, Fiſtula lachrymalis oritur.

Cauſa.

Cauſa, ſecundum varios Authores, eſt materia certa ad oculi angulum depulſa, ſive deveniat ab humore lento, melleo, pultaceo, folliculo ſuo incluſo, ſive â ſanguine è venis temporum vel faciei frontis effuſo, externa cauſa ut plurimum accedente; In hoc autem ſubjecto, â ſanguinis ichoroſi efferveſcentis in venulis ſtagnatione, & impedito refluxu, provenire ſtatuimus.

Differentia.

Dividitur aliâs in Anchylopa, quæ eſt tumor nondum ruptus; & Ægylopa, qui eſt tumor ruptus cum inflammatione; Hic plerumque ſanguinis extravaſati, ichoroſi ſeroſique efferveſcentis; Alter verò humoris lenti, folliculo incluſi, ſoboles eſt.

Phlyctænæ verò, quæ hoc malum plerumque comitantur, aliæ ſunt cum inflammatione, aliæ ſuperficiariæ ἐπιπτώματα dictæ; aliæ profundiores, ἐγκάυματα nominatæ, quæ ob corneæ albedinem, albæ magis videntur, ſed annulo albo in circumferentia, qui uveæ prolapſæ ſignum eſt, carent, & ob frequentiorem corneæ eroſionem, periculo non vacant.

Signa,

Signa. Signa, in principio, sunt lachrymarum frequens & involuntaria effusio, indeque sensim & sensim facilitatis adauctio, ingravescente verò affectu, donec procedente tempore assiduus fiat, talis lachrymarum effluxio, quæ interdum continua non est, sed lachryma in sinu facto & spacio, meatuque dilatato colligitur, ut perpetuò ad digiti compressionem effluat.

Prognostica. Prognostica. Ægylops, si non maturè curatur, & procedente tempore major fit, partesque profundas occupat, & ad interna rumpit, cum sæpius subjecta ossa corrumpat, cancrique naturam induat, difficulter curatur, morbumque chronicum excitat: Et quanto major erosio fuerit, malum, cum lachrymarum sanie mistarum, tandemque soli puris effluxione, conjunctâ callosâ partis affectæ duritie, solet adaugeri: Procedente tempore, & si hic affectus inveterascit, externa inflammatio conjungitur, quæ in abscessum versa, facto foramine, forâs expurgatur; Et licet foramen sæpius cicatrice obducatur, tamen rursus post aliquod temporis spatium vel renovatur, vel diutius apertum permanet, tandemque succedit, ut ad nasi os fistula pertingat, & materiam saniosam per illud narium foramen, quod in interno angulo per nares pertunditur, evomat & expurget; Quod etiam in desperatis nonnunquam, præmissâ loci & carunculæ excisione, per terebram tenuem, exiguam, ac subtilem, arte & studio procuratur, ut sic materia purulenta per nares, quasi colatorium, effluat, & hoc modo â genis derivetur.

Phlyctænæ verò, cum Ægylope conjunctæ, facilius, si sunt in tunica annata; difficilius verò, si juxta pupillam; nunquam verò, si tunica cornea in partem internam erosa, rumpitur, curantur, & sic plerumque oculum totum corrumpunt.

Curatio. In Curatione, & quidem in morbi principio, Universalibus, (purgatione scilicet, & venæsectione, si subjecti ætas & constitutio admittit,) præmissis, sique nullum callum contraxit adstringentia & exsiccantia, si verò callosum factum est, & corruptio ossis accessit, excisio, vel potentialis aut actualis cauterisatio, (oculo benè munito, ne damnum capiat) requiruntur. Pauli, Celsi, & Aquæpendentis Chirurgicam curationem, vid. apud Hier. Fabric. ab Aquapend. Oper. Chirurg. part. 1. cap. 21. pag. mih. 78. 79. & 80.

Remed. Nostro verò Puero sequentia remedia adhibita fuerunt, Et quidem 1. ad humores peccantes è capite, totoque corpore evacuandos.

Pillulæ. ℞. *Extr. pill. aurear. cochiar. ana* ℈ß. *diagr. corr. gr. v. M. f. c. aq. Cerasi. nig. pill. nro. xix. pulvere rosarum rubrarum aspergendæ, ac mane jejuno stomacho, una vice deglutiendæ.*

2. Pul-

2. Pulvis ſequens exſiccans & adſtringens, M. & V. piſi minoris quantitate, oculo inſpergendus. ℞. *Tutiæ præp.* ʒß. ⊖*-ol. alb. camphor. Corall. rubr. præp. ſacch. Saturn. ana* ∋ß. *ſacch. Cand. alb.* ʒß *M.* *Sief.*

3. Collyrium, cum linteolis puris intinctis & expreſſis externæ regioni oculi applicandum. ℞. *Tutiæ præp.* ʒß. *Sief. alb. ſine opio* ∋ß. ⊖*-oli alb. camphor. ana gr. iij. ſacch. Cand. alb.* ʒj. *Aq. Euphraſ. fœnic. roſar. ana* ʒß. *M.* His uſurpatis, caruncula in cantho majori, & veſiculæ exſiccatæ, ſubſiderunt ac evanuerunt. *Collyrium.*

Ulceris Oculi Mundificativum, aliudque Conſolidans, nec non Puncti Lachrymalis calleſcentis, indeque exortæ Fiſtulæ Curationem, vide ap. Paul. Barbette, Oper. Chirurgico-Anatomico lib. 2. de Partibus Capitis externis, pag. mih. 337 & 338.

Præter hæc, quoque Patiens convenientem Diætam obſervavit, cibosque crudos, coctu difficiles, acres, ſalſos, flatusque generantes evitavit, & mediantibus his recenſitis priſtinam bonam valetudinem, per Dei gratiam, recuperavit.

CONSILIUM MED. XXIV.

Facies infantis & ancillæ, uno ictu pulvere tormentario ambuſtæ.

Caſus.

ANno 1686. die 20. Junii, veſperi circa horam quartam, in mea vicinia Fabri ſerarii cujusdam ancilla, viginti circiter annorum, heri ſui filiolam in platea obambulans, ſuper ſiniſtro brachio portavit, & ante ædes figuli vicini, per feneſtram inferioris hypocauſti, cum ſervo hujus habitaculi converſari voluit, qui, dum illa inſpiceret, per illam ipſam feneſtram, (neſcio an caſu, vel ex inſtituto) bombardam manuariam (Germ. **Puffer**/ aliis **Terzerol**) ſolo pulvere tormentario

instructam, magno cum fragore, explosit, ac eo ipso infantis super brachio sedentis faciei dextram, ancillæ verò sinistram partem tetigit ac ambussit, ita, ut oculi læsi palpebras non attollere potuerint, maximumque dolorem ex empyreumate ac inflammatione superveniente senserint.

EGo, statim cum filio meo Chirurgo, Johanne Christophoro accersitus læsas partes inspexi, nullumque glandis globulive plumbei vestigium, sed solam ambustionem cutis, cum granulis prædicti pulveris nitrati inhærentibus, deprehendi; Quapropter sine omni mora huic ambustioni ac inflammationi sequentia remedia adhibita fuerunt.

Curatio. Et quidem Internè, ad terrorem ex fragore bombardæ acceptum excutiendum ac auferendum, infanti Aquæ tres Epilepticæ simplices, communesque, videlicet Cerasor. nigror. flor. tiliæ & pœoniæ invicem mixtæ ac saccharo edulcoratæ, ancillæ verò, aqua cerasorum nigrorum, propinatæ fuerunt.

Externè, absterso prius loco læso, ac ab exsudante sanguine repurgato, oculis Linimentum simplex, linteolis inductum, & supra hoc, toti ambustioni Linimentum D. Johann. Sculteti, (quo anno 1634. mense Novembri, Ulmæ puerum â decem libris pond. Civil. pulveris tormentarii, inopinatò per scintillam ignis, Africi violentiâ è vivis carbonibus inflatam, accensi, in tota facie miserrimè ambustum, septimanæ spatio, nulla remante cicatrice, restituit, cujus Armamentar. chirurg. Obs. 33. pag. mih. 91. meminit, & quod in quibusvis ambustionibus empyreumata extinguat, inflammationem mitiget, pustulas prohibeat, simulque dolorem leniat, testatur) quotidie quater inunctum & applicatum fuit; cujus linimenti Descripto hæc est. ℞. *Butyr. recent. novies vel sæpius liquefacti, & in aq. Spermat. ranar. destill. loti ʒvj. Ol. d. vitell. ovor. ʒij. M. f. Linimentum.*

Linimentum ad ambusta Sculteti.

Quo absoluto, reliquiæ empyreumatis ac inflammationis Unguento de litharg. aliquoties de die illito, sublatæ fuerunt; Inter deligandum ac illinendum semper adhibitâ diligentiâ, ut relicta pulveris pyrii granula, quæ maxima parte in superficie cutis hærebant, cuspide acus, vel alterius instrumenti in extremitate acuti, subtilissimè eximerentur. Quibus Remediis dictæ Patientes spatio octo, vel decem dierum pristinæ sanitati, per Dei gratiam restitutæ fuerunt.

SCHO-

SCHOLION.

Accidit sæpè, ut pars quæpiam nostri corporis, vel igne, vel aqua, vel oleo, liquore fervente, vel liquato etiam butyro, lardo, sævo, plumbo, ære, stanno, aliove metallo, amburatur, unde dolores, inflammationes, pustulæ, & tandem excoriationes oboriuntur.

Itaque ambustis quæ medentur, triplicia sunt;

Quædam enim inflammationem sedant, simulque Empyrevma extinguunt; aut evocant.

Extinguunt, quæ sunt frigida, ut Aqua plantaginis, portulacæ, solani, sempervivi; lactucæ, endiviæ, rosarum, cichorii, Mucilago seminis psyllii, cydonior. cum dictis aquis extracta; ad hæc Succi commemoratorum stirpium, Oxycratum, Oleum rosatum, Ung. rosat, populeon. Unguentum frigidum Episcopi, Linimentum simplex Sculteti, atramentum scriptorinm, Ol. lini. Aqua salsa condituræ brassicæ capitatæ, Saur Kraut-Brühe. *Inflammationem extinguunt.*

Evocant calida, ut succus cæparum salitus, succus porri, ari, sambuci, ebuli, oleum salitum, oleum ex medio sambuci cortice, &c. *Evocant.*

Quædam post repressum ardorem, & inflammationem mitigatam, pustulas prohibent, simulque dolorem leniunt, ut oleum lucernarum, cum ovi albumine mixtum, Oleum liliorum alborum simplex, Oleum ex vitellis ovorum in mortario plumbeo cum pistillo plumbeo agitatum, Aqua florum verbasci, farina hordei cum vino, aut ovi candido subacta. *Pustulas prohibent, doloremque leniunt.*

Quædam denique excoriationem sanant, quæ eadem sunt cum Epuloticis, ut Ung. de lithargyr. diapompholygos, de cerussa, album camphoratum, de tutia Nic. rubrum desiccativum, Emplastrum alb. coct. triapharmacum, gryseum, de lapide calaminari, diapalmæ, Ceratum diacalcith. &c. *Excoriationem sanant.*

Quibus annectimus peculiaria Experimenta, omnis generis ambustionibus medentia. *Experimenta.*

Ut, ℞. *Succ. cæpar.* ʒij. *Sapon. Venet.* ʒiij. *sal. communis* ʒij. *adipis suill.* ʒij. *calcis lotæ* ʒiij. *Ol. rapar. Mucilag. sem. Cydonior. ana* ʒj. *Terebinth. q. s. M. fiat Linimentum.* *Linimentum.*

Aliud, cujus ope miles pauper, dives factus est. ℞. *Fol. salviæ rec. Mj. plantagin. Mij. Butyr. recent. non salit.* ʒvj. *stercoris gallinæ recent. & quantum haberi potest albissimi* ʒiij. *frixentur per horæ quadrantem, & expressio servetur usui.* *Aliud.*

Ad omnis generis ambustionem, etiam gravissimam, mirè valet Unguentum hoc, siquidem liquefactum sæpius de die parti læsæ illi-

illiniatur, hinc folium braſſicæ, betæ, aut plantaginis recens ſuperimponatur.

Quando puſtulæ ſint aperiendæ. Puſtulæ ſi eleventur, nec tamen ambuſtio magna, tertio demum die aperiantur, non verò diutius apertio protrahenda, ne corroſio ſequatur.

Cutis ſi corrugata, atque ſiccata, puſtulæ omnes ſtatim incidantur, hinc aut modò dictum, aut ſequens adhibeatur Unguentum.

Unguent. ℞. *Ol. violar. lilior. alb. amygdal. dulc. butyr. rec. non ſalit. ana* ℥j. *Mucilag. ſem. pſyll. farin. alth. ana* ʒjß. *Croc.* ʒß. *fuligin. Ung. baſilic. ana* ℥j. *M. f. Unguent.*

Cruſta ſeu Eſchara ſeparanda. Cruſta ſeu eſchara ſi adfuerit, ſeparatio ejus primo aut ſecundo die procuretur, quod optimè efficiet modò præſcriptum Unguentum; ſi ſeparari recuſet, inciſionem ad carnem usque ſanam inſtituere licet, hinc ubi jam ſeparata, ut ulcus commune tractandum.

Palpebræ, labia, digiti, manus, pedesve ubi ambuſtionem conceperunt, linteum mundum, aut lamina plumbea, inter partem unam & alteram ponatur.

Cautelæ. Tenera ſi pars læſa, abſtineat chirurgus ab uſu cæpe, ſaponis, ſalis, ſimiliumque medicamentorum acrium.

Cicatricum præcautio. Cicatrices turpes ne relinquantur, efficimus, ubi validè ſiccantia in uſum non ducuntur.

Unguent. Conferunt quoque ad ambuſtionem ſequentia. ℞. *Ceræ alb. aut flav.* ℥iij. *concid. minut. Ol. Olivar.* ℔j. *liquefiant ſimul ſuper igne, his liquefactis inſperge Ceruſſ. ſubtiliſſ. pulver.* ℔j. *coq. & agitetur indeſinenter, donec acquirat juſtam conſiſtentiam, in fine coctionis, antequam planè refrigeſcat, addendo, Camphor.* ʒj. *agitetur rurſus ad perfectam infrigidationem.*

Emplaſtr. Vel, ℞. *Ol. lil. alb.* ℥iiij. *ol. roſar. rubr. Ceræ minutim conciſ. ana* ℥iiij. *omnia ſup. lento igne liquefiant, inſpergendo Ceruſſ.* ℥viij. *coq. leniter probè agitando, & poſtquam ſubſederit, add. ſevi cervin. Terebinth. venet. ana* ℥ß. *Thur. maſtic. rad. ireos flor. ſubtiliſſ. pulveriſ. ana* ʒj. *Coq. adhuc leniter, & agitentur omnia donec refrigeſcant, poſtea formentur magdaleones pro lubitu.*

Empl. Vel, ℞. *Ol. Olivar. ſuper carbonibus calefact.* ʒviij. *Sevi Cervin.* ʒj. *ceræ* ℥ij. *liquefiant ſevum & cera ſuper lento igne, poſtea miſceantur cum oleo, f. lenis ebullitio una vel altera. add. ceruſſ.* ʒiiiiß. *coque adhuc leniter, & agitetur probè donec refrigeſcat, formenturque magdaleones.*

Unguent. Vel, ℞. *Alburnum, ſive ſit Capito, Naſus, vel perca fluviatilis, torreſiat cum butyro in ſartagine, poſtea butyrum effundatur ſuper aquam frigidam in vaſe amplo, poſt ſeparationem aquæ add. ſi placet, Ceruſſ. ſubtil. pulver. vel ſalv. pulveriſat. & habebis exquiſitum Unguentum.*

Mixturæ. Albumina ovorum conquaſſata, ac cum oleo lini & flore lactis mixta,

mixta, ac sæpius cum linteis applicata, omnem inflammationem ex ambustione, extinguunt.

It. Albumina ovi conquassata, cum oleo lucernarum, vel oleo nympheæ, papaveris, rosar. violar. calthæ palustris, vel populeonis, mista, ac sæpius illita, ambustionibus medentur. *Alia.*

Succus Cydoniorum expressus, sine saccharo cum linteis intinctis repetitis vicibus impositus inflammationem ex ambustione tollit. *Succus Cydonior.*

Mucilag. sem. cydoniorum ; item cortex medius sambuci; crassior pars atramenti scriptorii ; & mucilago virgarum tiliæ,ambustionibus opitulantur. *Alia.*

In officinis ferrariis, quæ in agro Württembergico Regiofontano & Mörgelstettensi reperiuntur fabri contra ambustiones Unguentum ex panno laneo minutim conciso , & in butyro torrefacto parant,quo inflammationi & concepto Empyrevmati medentnr. *Fabror. ferrarior. Unguent.*

CONSILIUM MED. XXV.

Varum, prospero successu restitutum, delineans.

Casus.

ANte aliquot annos, perillustris ac generosi cujusdam Baronis Filius, annos pueritiæ agens, tales introrsum incurvatos falcatosq; pedes habuit, ut non solum Patientem deformarint, sed etiam ad cadendum sæpius ipsi ansam dederint, quô factum, ut ipsius de filio restituendo anxii & solliciti Parentes me ad inspectionem non solum vacârint, sed etiam meum consilium & auxilium sedulò requisiverint; Quem etiam, successu temporis, mediante instrumento, ac laminis

ex aurichalco fabricatis, infraque designatis, pedibusque applicatis, ac usque ad correctionem continuè gestatis, non sine Parentum gaudio, per Dei gratiam, pristinæ sanitati restitui.

Resolutio.

Onomatologia. Definitio. Hic Affectus Græcè dicitur ῥαιβὸς, ῥοιβὸς, idem quod ῥοικὸς κάμπυλος, quod est incurvus, obtortus. Et, in specie est morbus crurum in figurâ vitiata, quando versus interiorem partem, incurvantur, pedesque ad talos distorquentur, & obtorti introrsum spectant, ita, ut pedes extremi coeant, Hipp. & Galeno rectè monentibus: Latinis Vari dicuntur.

Causa. Hæc Affectio nonnunquam â prima statim nativitate, non rarò etiam ab interna vel externa causa contingit ac proficiscitur.

A prima natali die eduntur Vari, dum embryones vel infantes in utero materno sedentes, pedes introrsum inflexos habent, quos, si nutrices post partum negligunt, facilè sic adolescunt, & Vari remanent.

Interna. Internam Causam quod attinet, quia infantes præcipuè intemperie humida laborant, sicque eorum corpora superfluis humoribus scatent & abundant, facilè fit, ut præsertim inter dentiendum, non solum nervi, ligamenta & tendines plus justo extendantur & longiores fiant, sed etiam cerea ipsorum ossicula mollescant, ac deinceps facilè distorqueantur, imò sæpius ex eorum acetabulis propellantur ac subluxatio causetur, quam etiam hoc in passu Guil. Fabric. ab Aquapend. d. Operat. Chirurg. part. 1. pag. mih. 400. Cap. 100. Titul. de Varis, accusat.

Externa. Externam Causam quod concernit, ea vel est legitimæ fasciarum obvolutionis neglectio, vel continua, dum matres ac ancillæ liberorum curam non habent, pedibus inflexis, (ut vannorum textores assolent) sessio, aut ob eundi impotentiam, reptio, & quæ sunt similia.

Signa. Signa in descriptione & definitione affectus superius sunt exposita, quapropter in ulteriori eorum recensitione meritò supersedemus.

Prognosis. Prognostica. 1. Si Vari eduntur infantes, per matrum ac nutricum adhibitam in deligando diligentiam haud difficulter restituuntur;

untur; si verò in principio negliguntur, facilè sic adolescunt, & Vari remanent.

2. Vari in principio neglecti, per applicationem Laminarum ex ferro vel aurichalco fabricatarum, distorsionem ossium in contrariam partem sensim repellentium, sed non nisi tarda manu, & procedente tempore, per menses & annos, restituuntur.

3. Adulti, quorum ossa jam induruerunt, nullam Curationem recipiunt.

Curantur autem Vari vel adhibitis Fasciis, vel applicatione Instrumentorum. *Curatio.*

Fasciis, si infantum pedes, cum Vari oriuntur, sensim, dum fasciâ obvolvuntur, retrorsum agantur, ac aliquod pulvinar exiguum inter utrumque pedem inseratur, Sique diligentia adhibetur, ut pedes dicto modo in contrarium sensim abducantur, facili negotio corriguntur atque restituuntur. *Infantum & Puerorum.*

Laminis, & applicatione instrumentorum; si infantes in principio neglecti sunt, ac ossa distorta ceream suam mollitiem ex parte deposuerunt, ita, ut correctionem per fascias amplius non recipiant, in quo passu ossa puerorum incurvata, mollia, & adhuc sequacia laminis ferreis vel aurichalceis per longitudinem, secundum proportionem pedum, applicatis, & sensim adstrictis sunt comprimenda, impellenda, sicque in naturalem suum statum ac formam redigenda. Quæ instrumenta, inunctis oleo lumbricorum, chamomillæ, anethi, &c. aliquoties per septimanam pedibus, ne atrophiam concipiant, tam diu sunt accingenda, nec per dies noctesque deponenda, donec pedes sensim inter crescendum pristinam suam formam naturalem acquisiverint atque recuperaverint.

Instrumenti autem formam, quo prædicti perillustr. ac generosi Baronis Filius feliciter restitutus fuit, præsens delineatio docebit.

CONSILIUM MED. XXVI.

Valgorum Curationem exhibens.

Casus.

Casus.

ANno 1686. die 27. Februarii, Franciſci Sebaſtiani Uhlmanni, duo filioli, Albertus, ſeptem, & Daniel, quatuor annorum, pedibus falcatis laborantes, ad me delati ſunt, quorum tibiæ extrorſum incurvatæ, genuaque, præſertim majoris nati, ſubluxata, ac ad latus externum digreſſa erant, ita, ut ambo ad eundum, tam ob pedum incurvationem, quam nervorum ac ligamentorum relaxationem inhabiles ac inepti fuerint, quos aliter non, quam applicato inſtrumento, reſtituendos eſſe, judicavi.

SCHOLION.

Onomatologia. HOc affectu, cruribus videlicet extrorſum diſtortis, & in poſtica parte falcatis, divexati, Græcis βλαισοὶ, βλαισσοὶ, Blæſi, Blæſſi; Latinis Valgi dicuntur. Gal. de cauſ. morb. l. 7. c. 3. de iis, qui in Medic. fiunt. t. 31. Quibus opponuntur ῥοιβοὶ, vel ῥαιβοὶ, ῥοικοὶ, Vari, quorum crura introrſum vertuntur.

Definitio. Sunt igitur Valgi, qui contrario modo, quam Vari, infecti ſunt, & quorum tibiæ præter naturam extrorſum diſtortæ, conſpiciuntur.

Cauſæ Cauſa hujus mali vel eſt Interna, vel Externa.

Interna. Interna eſt corporis intemperies materialis humida præſertim dentitionis tempore ad partem affectam ablegata, non ſolum nervos, ligamenta, ac tendines laxiores reddens, ſed etiam cerea crurum oſſicula molliora, adque diſtorſionem aptiora efficiens.

Externa. Externa cauſa eſt matrum & nutricum incuria, faſciarum cum adaptatione ferularum, legitimè obvolvendarum, neglectio, pedum verſus anteriora in portando vel rependo, aut continua, aut violenta inflexio, & quæ ſunt ſimilia. Et hic affectus crebrius ab externa, quam interna cauſa, vel â nativitate, dependet.

Signa. Signa, quia ſuperius recenſita ſunt, iccircò ea repetere, ſupervacaneum eſſet.

Prognoſis. Prognoſtica. 1. Puerorum oſſa, dum adhuc mollia & ſequacia ſunt, facili negotio diriguntur, ac reflectuntur.

2. Valgi,

2. Valgi, ſi ita diutius perſiſtant, & non curentur propter accurſum humorum in articulo, (rectè monente Hier. Fabric. ab Aquap. oper. chir. part. 1. obſ. 101. p. mih. 401.) qui procedente tempore craſſeſcunt ac indurantur, & per conſequens etiam genua diſtorquent, eorumque motionem naturalem impediunt, ægrè, & nonniſi ſenſim, ac procedente tempore, reſtituuntur.

3. Adulti verò, quorum oſſa jam induruerunt, nullam Curationem recipiunt.

Curantur autem, ſi â nativitate tales ſint, ferularum in antica & poſtica pedum parte, interpoſitis ſpleniis, vel corio molli, legitima adaptatione, & decenti faſciarum obvolutione; ſi autem poſt nativitatem ab interna vel externa cauſa tales extiterint, laminarum inſtrumentorumque applicatione, & per longum temporis intervallum, intra quod oſſa diſtorta ac per laminas depreſſa impelluntur, ſenſimque creſcendo ſeſe in longitudinem extendunt, ſuamque naturalem conformationem acquirunt & recipiunt, continua geſtatione. *Curatio.*

Hier. Fabr. ab Aquapendente tales tibias incurvatas, & exterius gibbas, cum laminis quibusdam ferreis, per longitudinem tibiæ applicatis & aſtrictis, interius tibias ſenſim comprimentibus & impellentibus, proſpero ſucceſſu direxit.

De harum laminarum applicatione Opere chirurg. dicto ſuperius loco, ita ſcribit; Ego in his caſibus tibias quasdam paro, quæ pedem etiam ferreum obtinent, & intra pedem laminam, quæ per longitudinem exterioris partis pedis producta ſit, quæ ita interius impetum faciendo inclinet, ut exteriorem pedem intra ſemper propellat, qua impulſione ſenſim per introrſum converſus tandem dirigitur, & valgus affectus aufertur.

Et per has laminas ac inſtrumenta, diſtortos ac incurvatos pedes reſtitui poſſe, Guilelm. Fabric. Hildan. oper. chirurg. centur. 6. Obſerv. 89. & 90. pag. mih. 818. 819. & ſeqq. cum delineatione dictorum inſtrumentorum, fuſiſſimè teſtatur.

Ad præfatorum igitur valgorum puerulorum ſubluxata genua & extrorſum incurvatas gibbasque tibias deprimendas, impellendas, ac in naturalem ſtatum redigendas, per octiduum, & quod excurrit, ante inſtrumentorum adhibitionem, partes affectas oleo lumbricorũ quolibet diebus inungi, genubusque poſt inunctionem Emplaſtrum Oxycroceum applicari curavi, quibus deinceps præſens delineatum inſtrumentũ ex duabus laminis aurichalceis, per longitudinem tibiis appoſitis interius tibias inpellentibus & comprimentibus, ac ſuper hoc aliud concavum, inſtar patellæ, genua in naturali ſuo ſitu conſervans,

vans, digreſſumque ad latera impediens, mediantibus loris coriaceis, ac fibulis conſtrictis, non neglectis tamen repetitis inunctionibus cum oleo lumbricorum, ne partes affectæ dolorem vel atrophiam patiantur, fuit applicatum. Quæ dicta inſtrumenta præfati patientes tam diurno, quam nocturno tempore hactenus indeſinenter geſtarunt, & jamjam ambo ambulare cœperunt, nec dubium eſt, quin hi fratres germani progreſſu temporis, pedes rectos, & naturaliter conformatos ſint acquiſituri. Quod poſtliminio factum eſſe, omnes, qui eorum notitiam habent, teſtabuntur.

CONSILIUM MED. XXVII.

Phagedæna in Maxilla ſiniſtra, lethalis.

Caſus.

ANno 1686. Menſe Majo, avitâ Nobilitate illuſtris cujusdam Viri Filiola, quinq; annorum, temperamenti ſanguinei, venuſtiſſimæ formæ, ac Parentum Ocellus, quæ antehâc aliquoties per intervalla narium hæmorrhagia laboravit, tumore magno maxillæ ſiniſtræ correpta eſt, qui, purgato prius corpore ſudoribusque aliquoties repetitis, Unguento de liquiritia illitus, obſervatâ quin etiam bona & convenienti Diætâ, evanuit, ita, ùt actiones naturales ſine ullo impedimento, rurſus obire potuerit: Poſt elapſas autem duas circiter ſeptimanas, Febris acuta, cum pulſus celeritate, ſiti, tuſſi, aliisque moleſtis ſymptomatibus, Floſculum hunc tenerrimum diro ac funeſto impetu invaſit, cui laxativo præmiſſo, ſudoriferis, Bezoardicis, ac Cordialibus, confortanti-

bus

bus alterantibusque, nec non antifebrilibus ſpecificis præcipitantibus, utpote Lapide Bezoardicō Or. Pulv. rubr. Pannon. ȝio diaphor. Margaritis præp. Corall. rubr. præp. CC. philoſoph. calcinato, Ocul. ℈. præp. cum cordialibus mixtis, &c. ſubventum eſt, â quibus febris cum ſuis ſymptomatibus mitigata fuit, ita, ut jam extra periculum conſtitutam eſſe, Parentes cum adſtantibus ſperarent. Sed, cum per octiduum dicta febre decumbebat, ecce! ex improviſo prædictus Tumor in ſiniſtra maxilla, & quidem cum ſcirrhoſa duritie, ſed ſine inſigni dolore, recurrebat, ad quem emolliendum & reſolvendum, Emplaſtrum de meliloto cum diachylo ſimplici mixtum, ac oleo chamomillæ malaxatum, impoſitum fuit, â cujus uſu dictus tumor, in ſuperiori parte maxillæ, infra oculum, maculâ tranſverſim lividâ prius apparente, intra biduum ruptus & apertus eſt, ac materiam ichoroſam, ſanguinolentam & corruptam non ſine maximo & cadaveroſo fœtore evomuit ; quocirca etiam, tuſſi per intervalla urgente, ſputum copioſum, aliquali cruore permixtum ac fœtidum, cum dentium, (quorum vacillantium aliquot Patiens ipſa eximebat) prius niveorum, nigredine, ac ſi cauſtico aliquo inuſti eſſent, procul dubio, â materia corrupta, putrida, & corrodente partis affectæ, per os maxillæ eroſum ad oris receptaculum penetrante, deſcendente ac defluente, ſeque cum ſputo permiſcente, obſervatum eſt; Quibus rebus ſic ſtantibus chirurgus etiam Reip. Ulm. Ord. Joh. Barthol. Hecking, accerſitus fuit, qui ſtylo exploratorio argenteo non ſolum os maxillæ jamdudum inæquale, corruptum & aſperum, ſed

etiam perforatum esse, deprehendit, & stylum superius immissum atque descendentem ex ipsa oris cavitate prominentem monstravit, Ulcusque sordidum & depascens, injectâ prius quotidiè aliquoties aquâ plantaginis cum mercurio dulci mixtâ, â fœtore & putredine quantum possibile, repurgavit, ac deinceps Unguento digestivo Fabric. Hildan. cum Ægyptiaco mixto, mediantibus linteamentis carptis, ac desuper, ad vicinas partes oculum atque nares, â corruptione vindicandas & defendendas, Linimento simplici deligavit ac os & gingivas post elutionem, cum aq. prunell. & plantag. sale nitr. præp. mixta, Syrupo violaceo & melle rosato penicillo intincto, illinivit. Interne, ad malignitatem, & humorum acredinem compescendam, atque ex massa sanguinea exterminandam, singulo mane nucis juglandis quantitatem de peculiari Electuario ex Rob sambucino, Elect. Diascord. Fracast. Terr. Sigill. & io diaphoret. Mithrid. Damocr. & Syrupo acetos. citr. invicem mixtis, composito, & cum aq. Card. bened. diluto, hausit, ac corpore stragulis cooperto, sudorem, vel potius madorem, quantum vires concedebant, provocare tentavit, quocirca etiam de die sæpius aqua Cordiali Bezoardica, ex variis pretiosis, Margaritis videlicet, Corall. rubr. confect. Alkerm; incompl. &c. constante, refecta fuit. Pro Potu Ordinario, Aquam ex decoctione CC. Rad. chinæ, hordei, liquirit. ficuum, passul. min. sem. anis. & fœnic. bibit, & præter hoc decoctum etiam nonnunquam Julapiis ex syrupis cordialibus & refrigerantibus, nec non Tinctura rosarum, & Emulsione ex amygdalis ac seminibus frigidis, usa est.

Sed

Sed his omnibus nil proficientibus, ulcus quotidiè ſerpendo, & quaſi in perniciem properando, ad ſtuporem ſe dilatavit, totam fermè maxillam exedit, oculum ſiniſtrum in orbita ſua conſiſtentem totum corrupit, ita, ut inſtar mortui carbonis dependerit, naresque in ſiniſtro latere perforavit, ac dimidiam illarum partem, cum dictis omnibus (quod ſanè in partibus tam ſenſibilibus mirandum) præter ſingularem dolorem exedit; Quibus tandem Diarrhea continua, cum toto corporis tabida atrophia acceſſit, quo facto, vires in totum proſtratæ ſuccubuerunt, ſicque amœniſſimus quondam hicce floſculus, præcedentibus aliquot deliriis, & motibus lenioribus convulſivis, cum â tempore recidivæ vix integras tres ſeptimanas ægrotabat, præmaturâ mortis pruina exaruit, animamque ſuo Creatori inter preces, lachrymas, atque ſuſpiria prænobiliſſimorum Parentum & Conſanguineorum, placidè exhalavit.

SCHOLION.

HUnc affectum, ob allata ſigna atque ſymptomata Phagedænam, quæ auctâ ejus malignitate, in Nomodem degeneravit, eſſe, nemo Medicorum negabit. *Morbus.*

Dicitur etiam Herpes eſthiomenos, ſeu exedens & corroſivus; Ulcus depaſcens, *νόμη* ſeu *νομώδες*; Lupus. Germanice, ein tieffer freſſender Schad/ oder Wolff. *Synonimia.*

Phagedæna autem ſeu *Φαγέδαινα* ſtrictè ſumendo, eſt Ulcus tumidum, profundum, ſubjectam carnem & vicinas partes erodens. Loca Hipp. & Gal. vid. ap. Foëſium, pag. 648. & ſeq. *Definitio.*

Et hoc anno aliquot in vicinia noſtra liberi hoc malo laborarunt. Giengæ enim ſcriniarii filiolæ ex malignâ corruptione & exeſione tota inferior maxilla decidit; Langenavii, in agro Ulmenſium, puella ſimili ferè modo, ut noſtra patiens ex corroſione ab Ulcere phagedænico, interiit; Quod & Elchingæ in bubulci prole factum

est; In pago Steinberg ex inflammatione & putredine faucium atque laryngis, talis in annis pueritiæ constitutus patiens, integram linguam evomuit.

Causa. Causa consistit in salinis, corrosivis, & acerrimis portionibus, quæ non solum mollium, sed quoque carnosarum, quin & aliquando durarum partium substantiam depascuntur atque corrumpunt.

Rulandus in Lexico Paracels. in Fragment. Med. ad Tomum 2. pertinentibus, omne Esthiomenon â sale arsenicali deducit; Item ex sale Mercuriali Herpetem sive Lupum. Lib. de Ulceribus. cap. 7. & alibi.

Helmontius hunc affectum â sale caustico provenire, docuit.

Scirrhosa durities, quæ ante exulcerationem in maxilla deprehendebatur humoris atrabilarii soboles est, â cujus intemperie & corruptione acidum hoc corrosivum exortum est, ulcusque hoc phagedænicum, & postliminio Nomoden produxit.

Corrosivam enim hanc acredinem â corrupta & venenata massa sanguinea, cui vel bilis retorrida, vel salsugo pituitæ, aut cinis atræ bilis fuere admixta, provenisse, nullum dubium est, præsertim cum Patiens anno præcedenti in toto corpore variolarum ulcusculis referta fuerit, & procul dubio aliquæ malignitatis, humorumque corruptorum reliquiæ in massæ sanguineæ penetralibus remanserint, sicque hujus mali causa antecedens extiterint.

Signa. Signa hujus morbi evidentissima sunt, cum non solum caro Ulceris subjecta, sed etiam ossa, â famelico quasi lupo exesa, erosa ac corrupta sint, venenataque, & maligna qualitas per quotidianam dilatationem adaucta fuerit, sicque in Nomodem seu Lupum voracissimum degeneraverit.

Prognostic. Ulcus tale, quia inter maligna recensetur, bilisque atræ ac retorridæ progenies, & cum corruptione ossis conjunctum est, pro difficulter curabili censetur, cum Galenus asserat, quod Ulcera ab atra bile provenientia plerumque sint incurabilia.

Curatio. Quâ verò ratione malignitatem humorum in massa sanguinea existentem, putredinemque ac erosionem in ipso Ulcere Patientis nostræ hærentem, per interna & externa remedia expellere ac deturbare conati fuerimus, idipsum superius allegatum est.

per Curantur autem de Cætero Nemodes & Phagedænæ internis & externis Remediorum præsidiis. Internè, quatuor adminiculis, 1. Victus ratione. 2. Redundantis peccantisque humoris in massa sanguinea existentis expurgatione. 3. Reliquiarum saniei in venis exili-

exilibus partium affectarum exſiccatione. 4. Ipſius Ulceris maligni per topica remedia exſiccatione.

Cibi quapropter ſint euchymi, coctu faciles, bonumque ac laudabilem ſuccum & ſanguinem generantes, qui vitioſis & excrementitiis humoribus careant. Deinde humores bilioſi, retorridi, ſalſuginoſi & atrabilarii per appropriata catharctica remedia, & quidem iteratis vicibus, præmiſſis tamen præparantibus, evacuentur, & ſi corpus ſit plethoricum, ætasque permittat, vena lateris affecti, (& quidem, ſi ulcus ſit ſupra diaphragma, vena cubiti, ſi infra, vena talaris) ſecetur. Et ad reliquias â purgatione vitioſorum humorum & ſaniei ad ulcus fluentes, & in ipſis venis partis affectæ ſtabulantes, exiccandas, ipſaque virulenta ulcera mirificè conglutinanda ac perſananda, Decoctum radicum chinæ, aut Ligni Indici, per tres ſeptimanas, ſingulis diebus manè una libra ebibatur, ſudorque ad ſpatium dimidiæ vel unius horæ moveatur: ſed ſi Ulcus dicta remedia, uſumque hujus Decocti allegati reſpuat, & non coaleſcat, ad Topica, ſine mordicatione tamen adſtringentia & refrigerantia erit confugiendum: Et quidem ſi corruptio ſit ſuperficialis, conferunt ſiccantia mitiora, ut radix peucedani, vitis albæ, iridis, ariſtolochiæ, myrrha: ſi latior ſit carnis oſſisque corruptio, conducunt valentiora, ex æqualibus portionibus ariſtolochiæ rotundæ, iridis, myrrhæ, aloes, ſcoria æris, corticibus pini, &c. Galenus quædam habet compoſita, unum cap. 6. alterum cap. 7. tertium cap. 11. lib. 8. κατὰ γένη: Si adhuc latius ſerpat oſſis corruptio, inter valentiſſima numerantur Euphorbium pulveriſatum, & vitriolum Romanum, item aqua fortis, oleum ſulphuris, vitrioli, ſed muniendæ ſunt partes vicinæ, ne ſimul adurantur.

Internæ.

Externæ.

Inter ea quin etiam, quæ virulenta ulcera egregiè deſiccant, ſanieique reliquias proliciunt, numeratur vapor vini rubri, in candentia ferri excrementa inſtillati & conſperſi, adhuc fervens ex vaſe idoneo & adæquato, cum cautela & inhibitione, ne dictus vapor locum affectum prætereundo, inutiliter ad latera diffluat, in ipſum vulnus exceptus: Talis autem vaporatio per plures dies ad ſpatium unius horæ, (excremento ferri refrigerato ſubinde mutato) continuari debet; Exſiccato tandem loco affecto ſua ſponte, ulcus abluatur aut liquore vitrioli, vel ſulphuris, qui in deſtillatione & præparatione illorum in principio profluxit & emanavit: Vel Nomeda ſeu Phagedæna aqua ſtillatitia plantaginis, vel roſarum, in quibus aliquid aluminis diſſolutum ſit; vel vino ſtyptico & auſtero, cui flores & cortices granatorum, radix plantaginis, folia veronicæ, & ſarmenta ligni Indici incocta ſint, abluatur.

Vaporatio.

Ne

Defensiv. part, vicin. Ne autem virulentus humor cum ulcere latius serpat, vicinasque partes, ambientemque carnem sanam exedendo devastet, cutis Unguento ex bolo armen. ovi album. & pauxillo oleo rosar. confecto, incrustetur.

Exsiccantia. Ad exsiccandam verò Ulceris cavi malignitatem, pulvis Croci Martis, vel antimonii vitrificati, aut mercurii præcipitati, aut florum sulphuris, aut plumbi usti, aut in horum defectu Linteamentum carptum, aut rasi flocci ex linteolis mundis convoluti, & vel Unguento albo Rhasis, vel Ung. diapompholigos, vel Ung. refrigerante Galeni, *Unguent.* imbuti indantur, vel seq. Unguentum imponatur. ℞. *Ol. ros. viol. ana* ʒiß. *Medull. crur. vituli* ʒj. *succi plantag. solani ana* ʒß. *coq. leniter ad consumptionem succi, & coientur, eisque admisce Cerussæ* ʒvj. *Litharg.* ʒj. *& ceræ alb. dissolut.* ʒß. *quæ omnia tam diu in mortario plumbeo cum pistillo plumbeo eousque agitentur, donec formam plumbi acquirant, deinde adde Camphoræ* ʒß. *fiatque Unguentum.*

Ulcere per dicta remedia repleto, Ulceri superimponatur lamina plumbea, foraminibus tenuissimis pervia, vel adaptetur pulvinar ex complicatis linteolis, cum fasciis, & decenti leni constrictione ac deligatione. Quod si inflammatio, durities, vel alia symptomata accedant, & refrigerantibus & emollientibus erunt tollenda.

Ultima Remedia. Ferrum & Ignis His autem Remediis nil proficientibus, & Ulcere maligno virulentoque ab erosione non acquiescente, monente Hippocrate, ad miserabile ultimumque præsidium, ferrum scilicet ac ignem, sive excisionem & ustionem erit confugiendum, ubi scalpro in non profunda, terebra vero in profunda corruptione, utimur. Ferro candenti ossa corrupta â periostio denudata & conspicua, sine cannula, non conspicua vero per cañulam, (ut partes nervorum adjacentes â causticis defendantur,) inurimus, exsiccamus, malignitatem extinguimus, & roboramus. Caustícis quoque Remediis carnem subjectam corruptamque exurimus, nempe per pulverem trochiscorum ex arsenico calcinato, aut Mercurio sublimato, aut per oleum sulphuris, quorum unum alterumve per cannulam infundimus vel inspergimus, sicque nostræ intentioni satisfacimus.

Exstirpatâ denique carne infectâ, Ulcus facili negotio Emplastro de Lithargyrio aut lapide calaminari ad consolidationem deducitur.

CONSILIUM MED. XXVIII.

Tumor colli ſcirrhoſus, cum graviſſimis Symptomatibus, lethalis.

Caſus.

ANno 1686. circa tempus Vernale, Johannes Ulricus Zimmermann, Cacochymicus, Lachanopolæ ſeu Hortulani cujusdam ſervus, ætatis ſuæ anno vigeſimo tertio, tumore ſcirrhoſo colli correptus eſt, ob quam cauſam Conſilium alicujus Medici imploravit, qui, univerſalibus præmiſſis, ipſi Emplaſtrum aliquod emolliens ac diſcutiens præſcripſit, ex cujus uſu melius habuit, dictaque ſcirrhoſa durities detumuit; Cum autem rurſus conſuetis ſuis laboribus operam navaret, & inclinato corpore agrum ligone cæderet, terramque pala foderet, ac everteret, corpusque cum ſanguine per fortiorem motum continuum ferveſaceret, recidivam paſſus, & malum tanto cum impetu reverſum eſt, ut non ſolum collum occuparet, ſed etiam totam faciem, eluſis omnibus adhibitis remediis, in conſenſum traheret, quæ etiam, procedente tempore, ac morbo accreſcente, præſertim verò circa finem, in inſignem molem excrevit, atque penitus monſtroſa facta eſt.

Rebus ſic ſtantibus, & quia ei res anguſta domi, præfatus Patiens, Ampliſſimo Magiſtratu concedente, in No-

ſodochium publicum delatus, ibidemque meæ, chirurgique Xenodochialis Ordinarii, Joh. Bartholomæi Heckhingii, curæ demandatus eſt, quem etiam per quadrans anni legitimis internis & externis remediis decenter ac fideliter tractavimus: Sed his omnibus parum proficientibus, tumor faciei, & extuberatio colli, apexabinem referens, non ſolum indies accrevit, ſed etiam collum in parte tumoris dextra, cum aliquoties iterato copioſo ſanguinis profluvio tentabatur, nec non guttur, (ex cujus foramine aliquot grùmoſæ, nigræ, & corruptæ particulæ manu chirurgi eximebantur,) cum duobus aliis locis vicinis deorſum verſus claviculam, ruptum & apertum eſt, & ſic in dicto collo usque ad claviculam, quatuor foramina conſpicienda erant, quæ adipoſam materiam eructârunt; In cervice etiam durum tuberculum exortum eſt, per cujus baſin ichoroſa ſeroſaque materia transſudavit: Præter hæc, monſtroſa faciei ac colli externa internaque intumeſcentia miſerum hunc, ſed tranquillum moratumque patientem ita divexavit, ut neque oculos aperire, neque præ anguſtia faucium quicquam ſine periculo præſentaneæ ſuffocationis, liquidiſſimis exceptis, deglutire potuerit; Durante autem hoc morbo, ob copiam vaporum frigidorum & narcoticorum, caput cerebrumque replentium, ſemper fermè ſomnolentus fuit, ac, dum ſomno indulgebat, miſeriæ ſuæ oblitus eſt,

Quibus recenſitis, tandem, pauco tempore ante obitum, Cachexia cum ſcroti pedumque tumore oëdematoſo, ex diſcraſia viſcerum ſanguificationi dicatorum, acceſſit,

â quo morbo, ſymptomatumque Syndrome vires tandem defecerunt, & præfatus æger, die 24. Julii, S. V. anni ſuperius nominati currentis, vitam cum morte mutavit.

SCHOLION.

SCirrhum tumorem durum, renitentem, dolorisque inexpertem ſeu indolentem eſſe, tam Medicis, quam chirurgis notum eſt. *Morbi Definitio.*

Diſtinguitur inter Perfectum & Imperfectum. Perfectus eſt, qui â ſolo humore melancholico vel craſſo pituitoſo originem habet; Imperfectus, quando humores â naturali ſuo ſtatu recedentes, alii eidem permiſcentur. *Differentiæ.*

Cauſa, eſt humoris melancholici terreſtrior pars, vel bilis retorrida & aduſta. *Cauſa:*

Procatarcticæ Cauſæ ſunt alimenta craſſa, melancholicum humorem generantia, nec non ictus venenatorum animalium, ſanguinem in humorem melancholicum convertentes & commutantes; Proigumenæ ſunt redundantia humoris melancholici in aliquam partem influxio, Epatis item & lienis facultatis expultricis imbecillitas, dum fecem ſanguinis, ſeu excrementum melancholicum ſegregare negligit.

In hoc noſtro ſubjecto, quod cacochymicum fuit, ſtatuimus, quod cauſa proxima hujus fuerint humores vitioſi ex bile retorrida & pituita ſalſa mixti, in tubulis colli ſtagnantes, fibrillas diſtorquentes circulationem ſanguinis ac ſpirituum impedientes, ac tandem in acidum corroſivum degenerantes, affectam partem replentes, erodentes, vicinasque partes, ſeſe dilatando, lædentes, ac ſimul deſtruentes. Hæmorrhagiæ in collo iteratæ cauſa, eſt fervor ac ebullitio ſanguinis vitioſi & acris, per diæreſin vel anoſtomoſin profluentis.

Signa, ſunt intenſa durities, ſenſus ſtupidus, & dolor nullus, color fuſcus, nonnunquam lividus, humoris ſui naturam referens, & venæ adjacentes craſſo ſanguine turgentes. *Signa.*

Prognoſis. 1. ſcirrhi inprincipio ſunt exigui, & vel piſi, vel fabæ magnitudinem referunt, qui procedente tempore creſcunt, & majores efficiuntur. *Prognoſis.*

2. Scirrhus, qui doloris eſt expers, & cui pili increſcunt, planè incurabilis eſt.

3. Qui colore lividus eſt, periculoſus valdè, & facilè in cancrum degenerat.

4. Exiguus & imperfectus, aliquo modo dolens, nonnunquam, sed rarius, curationem recipit.

5. Scirrhus, nisi maturè curetur, in cancrosum tumorem degenerat, aut in lapideam duritiem concrescit, nec amplius per medicamenta discuti resolvique potest, sed incurabilis permanet.

Curatio. Curatio perficitur 1. Humoris melancholici præparatione, & ex corpore expurgatione. 2. Materiæ melancholicæ in tumore contentæ, discussione. & 3. convenientis Diætæ observatione.

Curationis ordo. Prædicto itaque Patienti ad humoris atrabilarii præparationem, sequens pulviſculus digestivus aliquoties propinatus fuit. ℞. *Crem.* ♀. ℈ iß. *diagryd. corr. gr. v. M.* Ad humoris melancholici expurgationem repetitis vicibus, & quidem semel in septimana, talem potiunculam hausit. *Pot. purg.* ℞. *Elect. diacathol. Confect. Hamech. ana* ʒiij. *Extr. helleb. nigr. gr. vj. Crem.* ♀. ℈j. *diagr. corr. gr. v. Aq. scolopendr. borrag. ana* ʒj. *M.* Quin etiam Apozemate, ex herbis & radicibus alterantibus, & purgantibus melanagogis parato, usus est.

V. S cur omissa fuerit. Venæsectio, quia sanguis bilis præternaturalis & excrementitiæ frenum est, inque hoc affectu rarò cum fructu administratur, ac patiens insuper ad cachexiam dispositus erat, locum non habuit, sed omissa fuit.

Ad sanguinis atrabilarii correctionem, humorumque vitiosorum discussionem, dissipationem, resolutionem, ac alterationem. *Decoctum pro sudore movendo. & Potu ordin.* ℞. *Scob. Lign. sassafr. Guajac. ana* ʒiiß. *rad. chin.* ʒß. *Cinnam. opt.* ʒj. *liquirit. ficuum ana* ʒß. *passul. min.* ʒj. *sem. anis. fœnic. ana* ʒß. *M. & concis. coq. in olla benè tecta cum aq. font.* ℔vj. *vel mensur. duabus ad tertias; Servetur decoctum in peculiari vase pro sudore movendo; & Decocti reliquiæ recoquantur cum mensuris 4. aquæ fontanæ, pro potu ordinario.* Hujus decocti dictus patiens quotidiè ʒv. vel vj. cum antimonii diaphoretici rec. præparati gr. xij. mane, jejuno stomacho, bibit, ac per horam unam, stragulis coopertus, sudavit.

Ad colli, fauciumque ardorem compescendum, ac deglutitionem adjuvandam, sequentis syrupi cochleare unum vel alterum sæpius deglutivit. *Syrupus.* ℞. *Mucilag. sem. Cydonior. cum aq. rosar. extr.* ʒij. *Syrup. violar.* ʒij. *M.* Et ad vires restaurandas, aquâ tali confortante refectus est. *Aq. confort.* ℞. *Aq. confort officin. perlat.* ʒij. *Cerasor. nigr.* ʒiß. *Syr. viol.* ʒß. *confect. Alkerm. incompl.* ℈j. *corall. rubr. præp.* ℈ß. *Man. chr. perlat.* ʒij. *Misc.*

Topica. Cautela. Quoad Topica, cavendum, ne ab impositis vehementius digerentibus & exiccantibus remediis materiæ scirrhi tenuior pars exiccetur, & crassior in lapideam incurabilemque duritiem convertatur, aut nimium emolliendo tumor in cancrum convertatur. Abstinendum

dum igitur à Remediis intensè calefacientibus & exiccantibus, taliaque remedia eligenda, quæ per halitum moderatè digerunt, & ſimul nonnihil emollientis facultatis habent. Quapropter noſtro Patienti aliquoties Cataplaſma ex herbis ac radicibus emollientibus & diſcutientibus, utpote malv. altheæ, ſcordii, flor. chamomill. melilot. fem. lini fœnugr. ol. chamomill. &c. cum lacte coctum, applicatum fuit. Scirrho autem in aliquot locis ſua ſponte aperto, tale imponebatur Emplaſtrum. ℞. *Empl. de melilot. diachyl. ſimpl. ana* ʒß. *M. & malax. cum ol. chamom. fiatque l. a. Emplaſtrum.* Et ſupra hoc, locus affectus, cum partibus circum jacentibus defenſivo Linimenti ſimplicis, muniebatur. *Cataplaſma.* *Emplaſtr.*

Quocirca etiam monendum, quod ſi ſcirrhus in ſuppurationem terminari animadvertatur, ſedulò cavendum ſit, ne amplius calefacientia remedia eidem inponantur, vel etiam ſectione vel inuſtione ſeu cauteriſatione irritetur, ne ſcirrhus in cancrum convertatur. *Cautela.*

Laudantur inter alia, ad ſcirrhum emolliendum atque diſcutiendum, ſequentia. ℞. *Rad. alth.* ʒiij. *iridis* ʒj. *fol. braſſic. parietar. malv. flor. chamom. melilot. ana Mj. ſem lini* ʒij. *coq. ex aq. communi & contuſis adde ſtercor. caballin.* ʒij. *Axung. porci, ol. chamomill. ana* ℥j. *cepar. cottar.* ʒß. *M. f. Cataplaſma.* Et, ℞. *Radic. alth. minutiſſ. conciſ. & cum ſ. q. pingued. anſerin. ſubigantur, ac in formam cataplaſmatis redigantur.* *Cataplaſma.* *Aliud.*

Vel, ℞. *Gumm. Galban. Ammoniac. opoponac., vel bdellii ana* ℥j. *flor. ſulph. myrrh. rubr. ana* ℥ß. *Camphor.* ʒj. *Ol. lil. alb. axung. anatis ana* ʒvj. *Ceræ, q. ſ. M. f. l. a. Emplaſtrum.* *Emplaſtr.*

Quod denique Diætam concernit, 1. Aer ſit purus, moderatè calidus & humidus. 2. Cibi ſint coctu faciles, bonum ac laudabilem ſuccum & ſanguinem generantes, quales ſunt, panis triticeus, juſcula carnis bubulæ & gallinarum, caro caponum, gallinarum, agnorum, hœdorum, pullorum gallinaceorum, ova recentia, ſpinachia, pruna, ptiſana hordeacea, &c. qui cinnamomo & capparibus condiantur; vitentur omnia acria, craſſa, melancholicumque ſanguinem generantia, quales ſunt, piſces & carnes fumo induratæ, vel ſale maceratæ, braſſica capitata ſale condita, caſeus antiquus, fabæ, lentes, aliaque hujus generis legumina, &c. Pro potu confert Decoctum ſuperius allegatum, & vinum generoſum moderatè ſumptum. 3. Motus corporis moderatus erit procurandus. 4. In ſomno & vigiliis teneatur modus, ſomnus enim longus in hoc affectu nocivus eſſe aſſolet. 5. Excrementa alvi reſpondeant naturæ. Et 6. Animi fortiores motus, ut ira, cura, triſtitia, lucubrationes nocturnæ, &c. evitentur. *Diæta.*

CONSILIUM MED. XXIX.

Abscessus, propè lumborum vertebras, in dextro latere, feliciter curatus.

Casus.

ANno 1686. Daniel Löffler / textor Ulmensis, ætatis suæ 26. temperamenti phlegmatici, aliqualem dolorem in dextro latere, circa lumborum regionem sentire cœpit, qui quotidiè incrementum sumsit, ita, ut corpus versus affectam partem inclinare seu flectere coactus fuerit, qui tandem, omni ciborum appetitu dejecto, viribusque prostratis, nullaque quiete, tam diurno, quam nocturno tempore miserum ægrotum refocillante, lancinantis, ferocientisque doloris impatiens, die 21. Maji, circa Festum Pentecostes, Consilium auxiliumque meum imploravit, facilique negotio obtinuit. Medicamentis itaque internis externisque â me, atque Joh. Jacobo Riedlino, stipendio publico conducto chirurgo integerrimo, adhibitis, tumor prægrandis, magnitudine sua caput puerile referens, se prodidit, qui die 14. Junii, postquam emollientibus adhibitis, ad justam maturitatem perveniffet, lanceola vel phlebotomo apertus, unâ vice mensuram Ulmensem, seu quadraginta uncias puris albi & crassi, corrupti sanguinis aliquali portione permixti, & postea quotidiè per septem septimanas, multam, copiosamque talem

lem

lem materiam evomuit, ita, ut toto curationis tempore, usque ad conſolidationem, decem, aut duodecim menſuræ puris, non ſine evidenti atrophia Corporis, certò effluxerint: Et quotiescunque chirurgus manu ſua dextrum hypochondrium, ab umbilico usque ad partem affectam urgebat, & materiam purulentam ex ſua ſede ſeu vomica per ſinum ſuum intercutaneum exprimebát, dicta materia ſemper uberius promanare viſa fuit, quam ob cauſam abſceſſum hunc in infimo ventre, ad latus umbilici dextrum, latitare, atque propè lumborum vertebras infra coſtas ſpurias terminare, ſatis compertum eſt. Dictus autem ægrotus, remediis purgantibus, alterantibus, confortantibus, topicisque infra allegatis legitimè tractatus, indies melius habuit, & poſt ſeptimam ab apertione elapſam ſeptimanam, puris materia profluere deſiit, corpus revertente appetitu ciboque aſſumpto, incrementum ſumſit, & ſpes de abſceſſus conſolidatione concepta fuit. Cum autem æger animo viribusque jamjam proficiens, immaturo Veneris uſu non ſolum partem affectam, ſed & vicinas, per fortiorem attritum, commotionem, & calefactionem labefactaret, ac læderet, de novo dolores acutos pungentesque in loco læſo ſenſit, & hoc ipſo fluxum novum materiæ purulentæ revocavit, quæ omnia medicamentis internis & externis, ac inter illa aquâ peculiari mundificante & conſolidante per ſiphonem injectâ, rurſus ſopita fuerunt: Hoc facto, Patiens cautius mercari didicit, bonamque diætam obſervans, decentibusque remediis tractatus, cutisque (non neglecta convenienti, cum interpoſitione ſpleniorum, ut ſinus faci-

lius

lius coeat & coalescat, deligatione) cum subjecta carne reunita, sicque patiens spatio quadrantis anni ab hoc periculosissimo affectu feliciter liberatus, pristinam sanitatem recuperavit.

SCHOLION.

Onomatologia. HUnc Affectum Abscessus nomine venire, tam tumor & dolor, quam solutio continui inter carnem & cutem, ac contenta materia purulenta, demonstrat.

Græcè dicitur ἀπόστημα, exitura, & tumor præter naturam, Germ. Eine schwürige Geschwulst/oder ein Geschwär.

Definitio. Est autem tumor præter naturam, cum distantia eorum, quæ prius se contingebant, cujus materia collecta vel ob contumaciam, vel ob caloris nativi debilitatem, degenerat aut in pus, aut in saniem. Galeno tumor præter naturam est incrementum alicujus partis corporis, naturalem ejus constitutionem tam in quantitate, quam in qualitate excedens. Hanc Galeni definitionem Hali Abbas, Arabs Medicus ita declarat; Apostema est tumor præter naturam, in quo aliqua materia superflua, humor scilicet, aut flatuosus spiritus, locum affectum replens ac distendens, est collecta & aggregata. Dicitur itaque Apostema seu Abscessus talis alicujus partis dispositio præter naturam, in qua corpora, quæ prius erant continua, â sibimetipsis abscedunt.

Differentia. Alius est cum folliculo, alius sine folliculo. Nostri Patientis abscessum sine folliculo, & sic neq; atheroma, neq; steatoma, neq; meliceridē fuisse, tam materiæ purulentæ substantia, quæ nec pultem, nec sevum, nec mel referebat, quam facilis post materiæ purulentæ evacuationem ac mundificationem, consolidatio idipsum testatur, cum vesica seu folliculo rupto vel dissecto, & post apertionem non extracto ac in cavitate derelicto, ulcus sequatur fœtidum & fermè incurabile. Test. Paul. Barbette, Oper. Chirurg. Anat. part. 1. cap. 12. de abscessuum apertione, pag. mih. 47.

Materia, quæ hujuscemodi tumores excitat, cutemq; â musculosa parte divellit, est vel humoralis, vel flatulenta, vel ex his mixta, nonnunquam virulenta.

Causa. Causa Abscessus est humorum fluidorum copia, tenuitas, & acrimonia, partis item propellentis robur, ut & meatuum pororumque,

que, & quidem potiſſimum venarum arteriarumque laxitas ac amplitudo, quibus mediantibus humores noxii ad affectam partem recipientem debiliorem ablegantur, ibidemque tumorem, duritiem, dolorem, continuique ſolutionem excitant.

Signa, inſolitum videlicet partis affectæ incrementum, eam diſtendens, actionesque ejus lædens, cutisque extuberantiam in ea parte excitans, dolor ingens & pungitivus, &c. per ſe manifeſta ſunt, quæ etiam in noſtro patiente ſatis deprehenſa fuerunt. *Signa.*

Curatio Ad methodicam hujus mali curationen requiritur, ut 1. vitioſi humores è toto corpore, præſertim vero partibus mandantibus expurgentur. 2. Pars affecta roboretur. 3. Materia in tumore contenta maturetur & ad ſuppurationem deducatur. 4. Apertâ cute, pus evacuetur. 5. Ulcus mundificetur 6. Conſolidetur. 7. Cicatrice obducatur, & 8. Conveniens Diæta obſervetur. *Curatio.*

Quapropter Patiens noſter 1. Ad vitioſorum humorum expurgationem die 22. Maji, ſequentes pillulas deglutivit. ℞. *Maſſ. pill. antipodagr. Argent. gr. xxv. Mag. Gialapp. gr. v. M. f. cum aq. Ceraſ. nigr. pill. num. xxvj. aſperg. Cinnam. d. ad pixid. S.* Purgir-Pillulen auf 1. mahl. Die 31. Maji, talem Potiuncul. hauſit. ℞. *Pulv. rad. gialapp. ℈ij. crem. ♆. ℈j diagryd. corr. gr. iiij. Syr. roſ. ſolut. ʒß. Aq. borrag. ʒiß. M. f. potio una vice ſumenda.* Et die 24. Julii alvus tali catapotio ſubducta fuit. ℞. *♆ ii. dulcif. ℈j. Extr. panchymagog. Croll. ℈ß. Mag. Jalapp. gr. v. M. f. pill. cinnam. aſpergendæ.* *1. Purgantia. Pill. purg. Pot. purg. Pill. purg.*

2. Ad intemperiei alterationem, ulterioris affluxus ad partem affectam inhibitionem, partiumq; internarum roborationem. ℞. *Scob. Lign. ſaſſafr. ʒj. rad. chinæ ʒij. herb. Veron. agrim. ana Mß. fic. ping. liquirit. ana ʒß. fol. ſen. el. ſ. ſt. ʒij. Rad. ſymphit. maj. biſtort. tormentill. ana ʒij. paſſul. min. ʒiß. anis. fœnic. ana ʒß. M. & conciſ. coq. cum duab. menſur. vel ℔iiij. aq. fontan. ad tertias, de quo Decocto M. & V. ʒv. calidè exhauriantur.* Ad cordis vero viſcerumque nobiliorum roborationem, & intemperiei calidæ, febrem minitantis, alterationem, ſequentibus remediis refectus eſt, quorum uſum etiam usque ad perfectam conſolidationem continuavit. ℞. *Conſerv. roſ. rubr. ʒiß. conſ. ſymphit. maj. Rob. ribium ana ʒß. pulv. CC. Ocul. ℔. præp. analept. frig. Mynſ. ana. ℈ß. Syr. rub. Idæi. plantag. ana ʒij. f. mixtura, ſæpius avellanæ quantitate uſurpanda.* Et, ℞. *Morſul. è ſucc. citr. berber. ana ʒj.* Externè. ad corporis refrigerationem, & atrophiam compeſcendam. ℞. *Ung. reſumptiv. Fernel. infrig. Gal. roſat. Meſ. ana ʒß. Ol. violar. nymph. ana ʒij. M. f. Unguentum. Spinæ dorſi ac pectori bis vel ter de die, illinendum.* *2. Alterantia. Decoct. & Roborantia. Electuar. Ung pro pector. & dorſo.*

3. Maturantia & suppurantia. Cataplasma.

3. Ad materiæ in tumore contentæ maturationem & suppurationem procurandam. ℞. *Spec. pro Cataplasm. ex herbis ac radicibus emollientibus ʒiiij. f. pulvis pro aliquot vicibus cum lacte coquendus, tumorique ter de die calidè applicandus; Cui Cataplasmati sub finem coctionis admixta fuêre Ol. chamomill. aneth. & hyosciami, ana part. æq. & quantum pro singulis vicibus sufficiebat.* Præter hoc Cataplasma, seq. etiam Emplastrum adhibitum fuit. ℞. *Emplastr. diachyl. simpl. de melilot. ana ʒv. M. & malax. cum Ol. chamomill.* Cujus usus usque ad perfectam maturationem, & mundificationem continuatus; quibus etiam dolore & inflammatione ad huc urgente, Linimentum simplex, panno lineo inductum, superimpositum fuit.

Empl.

Liniment. simplex.

4. Abscessus apertio.

4. Cum autem mollities in medio fermè abscessus percipere-tur, die 14. Junii, ut jam superius allegavimus, tumor lanceola seu phlebotomo apertus, ex quo tota patina, in qua mulieres lac mulctum asservare solent, unica vice pure crasso, aliquali corrupto sanguine intermixto, excepta est, quo facto, ingens dolor statim remisit: Hoc peracto, Chirurgus locum affectum & apertum turunda, Unguento Digestivo Fabric. Hildani illita, & supra hac, Emplastro superius allegato, linimentoque simplici munito, deligavit.

5. Mundificantia.

5. Quia vero materia purulenta per septem septimanas in magna copia, ab hypochondrio dextro per sinum intermedium, inter cutem & carnem musculosam, per tumoris locum apertum effluere non desinebat, nec caro cuti coalescere volebat, ægerque adhuc corporis atrophia laborabat, neque cibum secundum ordinem naturæ appetebat, iccircò, 6. Repetito prius purgante & decocto traumaticis mixto, sequens aqua ex mundificantibus, siccantibus, adstringentibus, putredinem arcentibus, & consolidantibus constans, per siphonem M. & V. injecta fuit. ℞. *Herb. Centaur. minor. scord. flor. ros. rubr. ana Mß. flor. balaust. ʒj. palv. mastic. Myrrh. Oliban. Aloe ana ʒß. rad. ireos florent. aristol. rotund. tormentill. ana ʒj. M. & concis. coq. cum ℥xx. vel mensur. dimid. aq. fontan. & ʒx. vel quartario vini rubri per quadrans horæ unius, in olla benè tecta, coletur, in Colatur. dissolv. Mell. ros. col. ℥j. servetur pro usu jam allegato.* Quibus adhibitis, puris materia effluere desiit, & pars affecta consolidationem recipere visa est. Sed cum Patiens viribus suis bona ex parte jam receptis, corporeque quotidiè incrementum sumente, immaturo conamine ut supra dictum, cum uxore suæ actum venereum exercuisset, recidivam, tam ratione doloris, quam materiæ purulentæ egestionis, ob causas in casus relatione allegatas, passus est, quam ob rationem purgans cum decocto superius consignato, & aqua per siphonem injicienda, reiteratum, accessusque ad

6. Consolidantia.

Aq. per siphonem injicienda.

castra

caſtra Veneris, usque ad perfectam conſolidationem, ſeriò interdictus fuit, quibus obſervatis, benigna Mater Natura, officii ſui memor, ſublato priùs tumore, mediante quin etiam decenti deligatione, cutisque ad carnem ſubjectam per ſplenia interpoſita adaptatione, evaneſcentibus omnibus ſymptomatibus, dictum abſceſſum conſolidavit. Et propterea 7. Cicatrix Emplaſtro albo cocto inducta fuit. Quod tandem 8. Diætam concernit, Aer erat temperatus; cibi coctu faciles, bonumque nutrimentum præbentes, Potus ordinarius, Decoctum, ex CC. uſt. hordeo, ficub. liquirit. paſſulis minoribus, ſem. aniſi & fœniculi paratum: Quies in lecto procurabatur; Alvus erat naturaliter aperta; dolor & vigiliæ ſomnum ob acutiſſimos dolores, usque ad mali correctionem, rarius concedebant; animique fortiores motus coercebantur. A quibus recenſitis Remediis ſæpius jam allegatus Patiens per Dei gratiam priſtinam ſanitatem recuperavit, nobisque in Feſto S. Bartholomei, cum gratiarum actione, valedixit.

7. Cicatrizans

8. Diæta.

CONSILIUM MED. XXX.

Offiículum acutum incautè deglutitum, cum periculoſis Symptomatibus exhibens.

Caſus.

ANno 1686. die 1. Septembr. Honeſta quædam vidua Ulmenſis, inter prandendum, offiículum acutum ſeu mucronatum carni vervecinæ adhærens, ac braſſicæ capitatæ coctæ involutum, caſu & inopinatô deglutivit, quod in principio in faucibus tranſverſim cum ſuffocationis periculo hæſit, poſtea verò magno deglutitionis conamine per œſophagum deſcendit, ibidemque circa orificium ventriculi infixum, punctim læ-

dendo, maximos dolores excitavit, donec idipſum ventriculus, doloris impatiens, inferiori ſui parte contractâ, per vomitum, & quidem tali ſucceſſu rejicere tentavit, ut officulum quidem ad ſuperiora aſcenderit, ſed rurſus in antiquo faucium loco hæſerit, prioraque ſymptomata excitaverit. Rebus itaque ſic ſtantibus, ego vocatus, huic Patienti oleaginoſa, butyroſa, aliaque lubricantia, doloremque ſedantia, propinavi: Cum autem dictum officulum hiſce remediis cedere nollet, chirurgus quoque accerſitus eſt, ut forcipe in ſemicirculum recurvata, dentata, & in apice nodulo donata; vel cannula argentea incurvata, craſſitie pennæ oloris, & longitudine unius pedis cum dimidio, vel circiter, undique perforata, & in ſua extremitate ſpongiam, magnitudine avellanæ novam, firmiterque alligatam habente, (quorum inſtrumentorum delineationem vid. ap. Joh. Scultetum, Armament. Chirurg. Tab. 10. pag. mih. 6.) dictum officulum ſpinoſum extraheret. Interea tamen temporis, quo chirurgus expectabatur, dicta Patiens, tam ratione doloris, quam periculi ſuffocationis, quo ſe vertat, planè neſcivit, meumque auxilium anxiè imploravit, quapropter ego, penna galli Indici, in extremitate plumoſa, oleoque olivarum intinctâ, faucibus ac œſophago aliquoties immiſſa, dictum officulum in ventriculi cavitatem depuli; Quo facto, recenſita ſymptomata remiſerunt, præterquam, quod ſolidiora difficulter, liquida verò facilius deglutire potuerit, & periodicos ex læſione dolores, per biduum, & quod excurrit, circa orificium ventriculi, qui ſimul caput, dextrumque hypochondrium in conſen-

conſenſum traxerunt, ſenſerit, qui tamen bona diæta obſervata, per uſum Remediorum infra deſignatorum, evanuerunt, ita, ut patiens, pauco dierum ſpatio, priſtinam ſanitatem recuperaverit.

SCHOLION.

HUnc Affectum D. Dan. Sennertus Pract. Med. Lib. 2. part. 1. Sect. 1. Cap. 3. pag. mih. 15. inter res alienas deglutitas numerat, ubi varia Exempla rerum talium deglutitarum recenſet. Ita refert Veſalius Lib. 5. d. human. corp. fabrica, c. 3. Hiſpanum quendam Uniones grandiores 40. cum aurea cruce quinque gemmis inſtructa, & fide qua comprehendebantur, meretrici, cujus noctem conduxerat, obdormienti de collo ſuffurata, deglutiviſſe. Quendam urceos vitreos, clavos ferreos, aliaque multa modicâ mercede conductum, devoraſſe. Cardan. de variet. rerum, lib. 8. c. 40. narrat. *Rerum alienarum deglutitar. Exempla.*

Quendam coria, teſtas, & fruſta vitri comediſſe, Amatus Luſitanus Cent 2. cur. 69. in ſchol. commemorat. Keckermannus lib. 3. ſyſtem. Phyſici, cap. 12. ſcribit, Comitem quendam Dantiſci fuiſſe, qui in gratiam cujusdam amici vitrum devoravit, ſed tantos poſtea ſenſiſſe dolores, ut moriendum ipſi fuiſſet, niſi Medicus arte quadam id avertiſſet; Nam coxit frumentum ſarracenicum excorticatum, eique comedendum ita craſſiuſculè dedit, ut nempè particulæ vitri ſeſe immiſcerent pulti ipſi craſſiori, & ita ſimul excernerentur. Mirum etiam illud eſt, quod de Lazaro vitrivorace Realdus Columbus lib. 15. anat. hunc in modum ſcribit: Lazarum vitrivoracem vulgò dictum Patritii omnes Veneti, immò Veneti omnes, omnes Ferrarienſea de facie noverant; Hic nullo prorſus guſtu, dum viveret, præditus erat, nullam in edendo voluptatem, nihil injucundum perſentiebat; inſipida, amara, dulcia, pinguia, ſalſa, aceta, non diſtinguebat; vitrum, ſaxa, lapides, ligna, viva animalia, carbones, piſces è vivario extractos adhuc ſalientes, vorabat. Devorabat lutum, lineos, laneosque pannos, fœnum, ſtipulam, &, ut brevi omnia complectar, quicquid homines, quicquid animantia vorant, quicquid illi edendum, ſeu deglutiendum potius offerebatur, mercede propoſita dictum ac factum ingurgitabat. Teſtis eſt inter reliquos Martinus Aromatarius Patavii ad Angeli inſigne, cui ſacculum carbone refertum, & ſaccum inſuper devoravit: Quo viſo, perſolvit, quod pollicitus fuerat, comminatus, ne ad Pharmacopolium amplius accederet,

veritus, ne ſe cum taberna & vaſis eſitaret. Cum igitur hoc naturæ monſtrum mihi diſſecandum eſſet Patavii, cœpi hujus rei diligenter, quoad ejus fieri potuit, cauſam venari, quam me tandem, Deo duce, ex particulari illius ſtructura aſſecutum eſſe, confido. Nam quarta nervorum conjugatio, quæ guſtus gratia in aliis hominibus producta eſt, in hoc Lazaro vitrivorace neque ad palatum neque ad linguam reptabat, ſed ad occipitium reflectebatur.

Quendam deglutiviſſe enſis mucronem tres digitos longum, duodecimoque poſtea die per anum reddidiſſe, teſtatur Paræus, lib. 24. cap. 19.

Puerum quendam mendicum, quæſtus gratia, lapides quamplurimos, juglandis quoque magnitudine deglutiviſſe, ut eorum mutuo adhærentium ſonitus in ventriculo audiretur, & per alvum ſine labore ejeciſſe, ablutosque rurſum devoraſſe, refert Platerus. Nautam vivam anguillam devoraſſe, integramque & vivam alvo reddidiſſe, ſcribit Geſnerus. lib. 4. hiſtor. animalium. Quendam mucronem cultri, alium lignum digiti craſſitie & longitudine; puerum globum plumbi; alium denique halecem cum cereviſia deglutiviſſe, & per alvum poſtea excreviſſe, narrat Foreſtus lib. 15. Obſerv. 18. in Schol. Et hoc noſtro tempore adhuc multivitrivoraces, alienarumque rerum abſurdarum deglutitores reperiuntur, inter quos, ut relatum habeo, Polderhanß / Caupo Lipſienſis, Brutum Academicum dictus, multis palmam præripit.

Cauſa Morbi & Symptomatum.

Cauſa hujus noſtri Patientis affectus, eſt dicti officuli deglutitio.

Cauſæ vero Symptomatum, utpote periculi ſuffocationis, ſunt laryngis & arteriæ aſperæ compreſſio, ac reſpirationis impeditio; Doloris, continui ſolutio; Rerum ſolidarum difficilis ac doloroſa deglutitio, fibrarum internæ œſophagi tunicæ rectarum ex læſione debilitas; Capitis, hypochondriique dextri dolor conjunctus, partium nervoſarum cum capite, ac inferioris orificii ventriculi cum inteſtinis tenuibus continuitas atque conſenſus; Anxietatis circa præcordia, orificii ventriculi per nervos â ſexta conjugatione inſertos, exquiſitiſſimus ſenſus, triſtisque doloris perceptio atque compaſſio.

Signa Prognoſtica.

Signa referre opus non eſt, quia per ſe manifeſtiſſima fuerunt.

Prognoſtica. Quantum autem periculi officula vel ſpinæ deglutitæ, & œſophago infixæ afferant, & an hoc malum majus minusve periculi portendat, vel facilius aut difficilius curationem recipiat, ex ſequentibus conſtat.

1. Res deglutitæ, pertinacius œsophago inhærentes, asperam arteriam comprimendo, suffocationis periculum induere possunt. Ita refert Wierus, de præstig. dæmon. lib. 4. cap. 1. quendam, dum ovum gallinaceum, integrum deglutivisset, asperâ arteriâ compressâ suffocatum fuisse.

2. Interdum vero ex dolore & longa contrectatione inflammatio excitatur, accedenteque longa inedia & virium prostratione, homo jugulatur, quod cuidam devorando nervosæ carnis bolo accidisse refert Marcellus Donatus, de histor. Med. mirabil. l. 3. cap. 8. Refert quoque Guil. Fabric. Hild. Cent. 5. Obs. 35. juveni cuidam, cum inter cœnandum officulum in gula remansisset, totum collum undique durum, tensum, & supra modum usque ad pectus intumuisse, cum dolore maximo, respiratione difficili, pulsu celeri ac debili, & deglutitione læsa, undè nono morbi die mortuus est: Post obitum inciso collo œsophagum cum vicinis partibus, & eo præcipuè loco, ubi officulum infixum fuerat, planè sphacelo correptum, cum maximo fœtore inventum, officulum vero nuspiam, imò nec in ventriculo. Putatque Fabricius, statim prima nocte in maximis istis conatibus, quos immisso in gulam digito, ad excludendum officulum excitaverat, aut per superiora rejectum, aut in ventriculum vel intestina delapsum, malum vero immissis sæpius à barbitonsoribus instrumentis exacerbatum fuisse. Ante paucos annos, Giengæ, (ubi per 19. annos Physicum ord. egi) textoris cujusdam conjux, quæ ab omnibus Spulburg vocabatur, sub carne pedis vitulini avidius ingesta, occultatum officulum deglutivit, quod ob altiorem in faucibus infixionem, neque per superiora rejicere, neque per inferiora excludere poterat, quapropter illa, balneatoribus ejus loci non confidens, Ulmam se recepit, ubi, nescio â quibus chirurgis vel barbitonsoribus, instrumentis sæpius in œsophagum immissis, frustra tractata, paucorum dierum spatio, procul dubio inflammatione ac sphacelo superveniente, simili modo, ut paulo superius allegatum est, interiit.

Pari modo textor Giengensis, nomine Johannes Launer / cum officulo acuto deglutito œsophagum enormiter læserat, neque maturè consilio Medici, medicamentisque convenientibus sibi prospexerat, accedente exulceratione, cardialgia, anorexia, ac totius corporis atrophia, interiit.

3. Aliquando res deglutita in gula hærens, exitum sibi quærit per vicina loca, ita refert Ambros. Paræus lib. 24. chirurg. cap. 19. studiosum quendam adolescentem graminis ramulum deglutivisse, qui postea integer per intercostale spatium, magno cum adolescentis vi-

tæ pe-

tæ periculo eruperit. Non potuit enim eò penetrare, inquit rectè Paræus, nisi antea pulmonum succingentis membranæ & intercostalium musculorum pertusâ & perruptâ substantiâ. Superstes tamen evasit adolescens. Imò, si in œsophagum fuit illapsus, ipsum etiam in trachæam penetrasse oportuit. Quod si factum fuit, duobus modis per intercostale spatium erumpere potuit caulis ille graminis, vel pertuso statim œsophago, hinc statim pleurâ atque intercostalibus musculis, vel pertusâ gulâ, trachæâ & pulmonibus, quod tamen minus probabile videtur. Quod si statim in asperam arteriam illapsus fuit graminis caulis, Sennerti sententia lib. 2. de rebus in asperam arteriam illapsis confirmatur, ubi asserit, quod interdum res aliquæ sine suffocatione per asperam arteriam in ipsum pulmonem delabi possint.

4. Sæpè quoque accidit, ut res tales deglutitæ per alvum non ejiciantur, sed in corpore retentæ longo post tempore per aliam viam, naturâ exitum moliente, expellantur. Ita refert Arculanus, se vidisse, quod os acutum gutturi infixum, tandem post duos menses per cutim exierit. Ambrosius Paræus, lib. 14. cap. 29. narrat, quendam â prædonibus coactum gladium semipedem longum cum coriacio manubrio deglutivisse, eumque tandem post semestre spatium sub inguine, abscessu oborto, cum magna puris fœtidi copia extractum fuisse. Antonius Benivenius de abdit. morb. & sanation. causis, cap. 20. refert, mulierem quandam acum æneam deglutivisse, quæ post 10. annos & longos cruciatus terebrato ventriculo è parvo foramine prodiit. Nota est quoque Historia rustici, quæ nostra adhuc memoria Pragæ accidit, is enim, cum cultrum brevem, ut aliis ludum faceret, in faucibus occultare posset, accidit aliquando, ut incautè culter in ventriculum delaberetur, qui post longum tempus per abdomen, perforato ventriculo, extractus est.

Acuum deglutitarum, & longo tempore post per urinam excretarum aliquot historiæ â Medicis recensentur. Alex. Benedictus lib. 2. anatom. cap. 9. narrat, crinalem acum (Germ. Haarnadel) quatuor digitos longam â virgine deglutitam, post 10. menses per urinam excretam fuisse.

Ita virgo quædam in aula Ducis Juliacensis, dum ad speculum se ornaret, & quinque acus ore teneret, ab amasio clanculum accedente in scapulis percussa, eas perterrita deglutivit, & post triduum per urinam reddidit. Lang. lib. 2. Epist. 40. Pari modo ante aliquot annos, Conjux mea in massa cocta farinacea globosa (Germ. Knödlin oder Knöpflin) aciculam, quæ ancillæ, dum farinam subigerat, ne-

scienti

ſcienti è mamillari fortè fortuna deciderat, deglutivit, quam deinceps, oleoſis butyroſisque, lacticiniisque affatim aſſumtis, poſt aliquot dies per Urinam reddidit.

5. Interdum vero accidit, ut res tales deglutitæ nullo modo ejiciantur, ſed vel in œſophago ſubſiſtentes hominem longa inedia jugulent, ut teſtatur Marcellus Donatus de hiſtor. mirabil. lib. 3. c. 8. vel alibi hærentes ſint in cauſa, ut homo tandem tabe intereat. Hujus rei Exempla videantur apud Foreſtum lib. 13. Obſ. 23. in ſchol. Obſ. 27.28. Et ſenes ferè omnes, ulcere per officula vel ſpinas in gula excitato, moriuntur.

Curationem quod attinet, res externa, ſi illapſa ſit, vel tuſſi, vel vomitu, quantum poſſibile, rejicienda. Si ſpina inhæreat, eximenda, vel in ventriculum detrudenda, vel dorſum concutiendum, ut facilius in oeſophagum deſcendat. *Curatio.*

Quod ſi vero dictis modis res illapſa dimoveri nequeat, Ol. olivarum dulce, Ol. amygdalar. dulc. oxymel, caſſia, lac recens mulctum cum flore ſuo, vel cereviſia calida multo butyro mixta, erunt exhibenda.

De inſtrumentis chirurgicis, quorum ope res tales illapſæ eximuntur, vel per œſophagum inventriculum ablegantur, ſuperius in caſus noſtri recenſitione dictum eſt, quapropter hic repetere nolumus. Præter hæc, quidam ſpongiolam novam avellanæ magnitudine, eamque compactam, filo longo & forti alligatam, & oleo amygdalarum dulcium inunctam ægro deglutiendam ſuadent, filum chirurgo tenente, ſic enim fieri poteſt, ut ſpongia ab ægro deglutita ſimul ſecum in ventriculum rem deglutitam, gutturi inhærentem, depellat, aut retracto filo eadem ſimul nonnunquam extrahatur, vomituque rejiciatur. Quidam candela cerea ex guttere per oeſophagum ſpinas & officula, in ventriculum deturbant. Alii globum plumbeum filo alligatum deglutiendum atque rurſus extrahendum patienti ſuadent. Comodiſſimum etiam eſt inſtrumentum, quod Guil. Fabric. Hildanus oper chirurg. Cent. 1. Obſ. 36. depingit atque deſcribit, & Sculteti inſtrumento ſuperius allegato, reſpondet.

Noſtræ itaque Patienti, ante & poſt officuli hujus per œſophagum in ventriculum dicto modo ablegationem, oleum olivar. recens. ol. amygdalar. dulcium, aquam mulſam, lac calidum multo butyro mixtum, &c. propinavimus, ſequensque Electuarium, de quo ſæpius avellanæ quantitas ſumenda erat, præſcripſimus. ℞. *Rob acaciar. conſerv. ſymphit. Diacydon. ſimpl. ana* ʒß. *Terr. ſigill. fileſ. Bol armen. præp. ana* ℈ij. *Tripher. magn.* ʒj. *Syr. plantag. papav. err. violar. ana* ʒij. *M.* *Electuar.*

d. ad

d. ad fictile. Hoc ad finem perducto, quia adhuc aliquoties per intervalla dolor pungitivus cum aliquali puris rejectione, in œsophago & circa orificium ventriculi percipiebatur, idcircò dicta patiens ad absterſionem, mundificationem, & conſolidationem, de tali Decocto M. & V. ʒvj. hauſit, & horâ unâ poſt Decocti uſum, ſequentis Electuarii nucis moſchatæ quantitatem deglutivit. Ut, ℞. *Hord. integr.* ʒij. *Rad. conſolid. maj.* ʒvj. *Herb. Veron. agrimon. ſanicul. piloſell. ana* Mß. *Liquir.* ʒj. *Jujubar. ſebeſt. prunor. dulc. paſſul. minor. ana* ʒß. *ſem. Cydon. frigid. 4. major. ana* ʒij. *M. inciſ. & contuſ. coq. in Menſur. 2. vel* ℔vj. *aq. fontan. ad* ʒtias. Et, ℞. *Diacydon. ſimpl. conſerv. roſ. rubr. ſymphit. ana* ʒß. *Pulv. tragacanth. gumm. Arabic. ana* ℈ij. *Bol. armen. præp.* ʒvj. *Diacod. Mont. Syr. è roſ. ſicc. plantag. ana.* ʒij. *M. d. ad ollam.*

Decoct.

Electuar.

Diæta.

Quod Diætam concernit, cibi erant liquidiores, coctu faciles, bonumque ſuccum generantes, ut juſcula gallinarum, carnium, pultes ex lacte & amylo confectæ, ptiſana hordeacea, &c. Potus, Aqua mulſa, Decoctum hordei cum myva cydoniorum, vel melle roſato, & præ allis, ſequens Decoctum. ℞. *Herb. Veron. agrimon. ana* Mj. *Liquirit.* ʒj. *anis. fœnic. ana* ʒß. *M. f. decoct. cum aq. font. menſur. 2. ad tertias. addendo in fine Mell. deſpumat.* ʒij. Ad hæc, ſomnus & quies procurabantur, alvi excrementa naturæ reſpondebant, ac fortiores animi motus coercebantur. Quibus obſervatis, præfata vidua ægrotans brevi temporis ſpatio priſtinam ſanitatem per Dei gratiam recuperavit.

Spec pro potu Ord.

CONSILIUM MED. XXXI.

Volvulus periculoſisſimus, ex malè repoſita hernia.

Caſus.

ANno 1686. Menſe Octobri, Joh. Ulrici Frankii. civis Ulm. & Membranarii Conjux, nomine Catharina, annorum circiter quadraginta, habitus corporis rari, & per aliquot annos hernioſa, in dextro inguine prolapſum inteſtinorum paſſa eſt, quæ Medi-

Medicus quidam, ac balneator reponere tentarunt, eaque impetuoſè in cavitatem abdominis impulerunt, ac ſacculos herbis & radicibus plenos pro fomento calidiſſimos ardentesque repetitis vicibus impoſuerunt, & ſic, referente patiente partem affectam duriter tractatam & inflammatam, ignitis hiſcé dolorum facibus admotis, magis adhuc læſerunt atque uſſerunt, unde volvulus ob nodoſam, ex impetuoſa tractatione, convolutionem inteſtini ilei obortus eſt, quem graviſſima ſymptomata, alvi videlicet conſtipatio, ventris tenſio atque inflatio, ructus, vomitus, vehementiſſimus ardor, dolor, & inflammatio circa partem affectam, ſitis Tantalea, &c. concomitarunt. Quapropter ego die 10. Octobr. legitimè vocatus, & ut miſeræ huic ægrotanti conſilio ac auxilio medico ſuccurrerem, obnixè rogatus fui, quam quidem in periculoſiſſimo & fermè deſperato ſtatu conſtitutam deprehendi, dum non ſolum præfata ſymptomata valdè urgebant, abdomen inſtar tympani inflatum ac inteſtina turgida conſpiciebantur, verum etiam vires admodum dejectæ erant, inque dextro inguine ac hypogaſtrio ejusdem lateris dolor urens & lancinans cum rubore livoreque cutis patientem excruciabat, atque deinceps in dicto inguine ob ingentem inflammationem puſtula nigra, juglandis magnitudine, cum circumferentia ejusdem coloris, & gangrænoſa corruptione exoriebatur, quæ ſecunda die â natura rupta & aperta, magnã copiam fœtidiſſimæ materiæ purulentæ evomuit, & poſtliminio ex aperto & perforato inteſtino ileo & cœco cibi ingeſti in ſua forma, cum ſtercore egrediebantur, ac ſuper loco inguinis affecto & exulcerato in

hypogastrio inter umbilicum & pudenda quoque profunda exulceratio exoriebatur, cujus collecta materia purulenta partim per apertam cutim & carnem, partim vero per dictum dextri inguinis abscessum exonerabatur. Quibus ita se habentibus, ægrota hæc, ob crebras perpessas lipothymias virium lapsum ab adstantibus morti proxima judicabatur; sed quia minimè deserenda erat, & pari affectu laborans mulier Giengensis, Anna Eberhartin, Simonis Martini, textoris Conjux, adhuc superstes, ante multos annos, ut Consilior. ac observation. mear. medicinal. Anno 1683. typis excusar. observatione 48. pag. 474. traditum est, â me feliciter curata fuit, iccircò ut officio meo satisfacerem, ego infra designatis remediorum præsidiis hunc periculosissimum affectum aggressus sum.

SCHOLION.

Onomatologia. Hic affectus Græcè εἴλεὸς, & cum aspiratione ἕιλεὸς aliis ἴλεος; Latinè Ileus, quia est affectus intestini ilei vehementissimus; Item Volvulus, & Miserere mei vocatur.

Definitio. Et est dicta passio dolor intensissimus & acerbissimus intestini ilei, vel etiam (secundum nonnullos) cœci, cum constipatione alvi, dolore ventris chordæ instar tensivo, subsequente etiam secum rejectione per os, aliisque gravissimis symptomatibus, proveniens nonnunquam ab inflammatione gangrænosa, aut alia graviori solutione continui dictæ partis, per sanguinis motum impeditum obortâ, intestinorum motum peristalticum invertente.

Causæ. Causa in hoc nostro subjecto est impetuosa ac violenta intestinorum per ruptum peritonæum dextrumque inguen prolapsorum, in Cavitatem abdominis intrusio, ac mala repositio, per quam intestinum ileon cum cœco ob vitiosam sui convolutionem & atrocem dolorem, peristalticum seu circumpressorium suum motum & coarctandi circumcirca vim amisit, & per consequens nodo quasi constrictum, hoc, cum intestinis cœteris alimentis & excrementis transitum dene-

denegarunt, hinc non ſolum ſuperius in deſcriptione caſus recenſita ſymptomata, ſed etiam ob circularem ſanguinis motum impeditum, gangrænoſa inflammatio, ac ulceroſus hypogaſtrii inguinisque abſceſſus obortus eſt, quæ enumerata ſymptomata ferventia epithemata non parum adauxerunt.

Signa, quia tam in hiſtorica hujus caſus deſcriptione, quam etiam in definitione jamdudum enumerata ſunt, iccircò crambem bis coctam apponere ſuperſedemus. *Signa.*

Prognoſis. 1. Herniæ in infantibus facilè, in ſenibus vero difficulter, vel nunquam curantur. 2. Quodſi inteſtinum flatibus aut excrementis repletum dolor ſequitur, eum, ſi non illicò tollatur, inflammatio, gangræna, & mors comitatur. *Prognoſis.*

In Curatione hujus affectus noſtræ patientis obſervandum. 1. ut inteſtinum ileon in ſuum naturalem ſtatum ſitumque reducatur & aperiatur. 2. Dolor & inflammatio tollatur. 3. Alvi excrementa ſubducantur. 4. Inteſtina læſa ac aperta â ſua intemperie vindicentur atque claudantur & 5. Inguinis ac hypogaſtrii abſceſſus debitè curetur ac conſolidetur. *Curatio.*

Ut itaque 1. inteſtinum ileon in naturalem ſuum ſtatum ſitumque reducatur, ac excrementis liber tranſitus per inteſtina concedatur, alvusque per 6. aut 7. dies adſtricta aperiatur, Patiens primò omnium ex mea præſcriptione ſequentem mixturam unâ vice deglutivit. ℞. ☿ *ii vivi* ℥*iij. Ol. lini ſine igne parat.* ℥*ij. M.* Hoc aſſumptum Pharmacum ventriculus quidem, ut etiam alia, rejicere tentabat, ſed quia nullus Mercurius vivus rejectus cernebatur, idcircò eum ad inteſtina deſcendiſſe probabile videbatur, cujus adminiculo etiam alvus ſecunda die aperta eſt, ubi per repetitas dejectiones materia flava & liquida egeſta eſt, alvusque aperta manſit, ac poſt quatuordecim dies, & quod excurrit, Mercurius vivus cum fecibus per poſteriora excretus, in lecti linteamentis repertus & inventus eſt. *Mixturæ.*

2. Ad dolorem & inflammationem tollendam talem potiunculam hauſit. ℞. *Ol. lini ſmi igne parat.* ℥*ij. Ol. aniſ. ſtill. gutt. iiij. M.* Et ſubſequente nocte hanc emulſionem ebibit. ℞. *ſem. 4. frig. maj. ana* ʒß. *papav. alb.* ʒj. *Amygdal. dulc. excort.* ʒij. *Aq. Cichor. Endiv. ana* ℥iß. *M. f. Emulſio, in qua diſſolve CC. præp. Ocul.* ʘʘ. *præp. Nitr. tabulat. ana* ℈ß. *Man. Chriſt. perlat.* ʒij. *M.* *Potiuncula. Emulſio refrig.*

3. Ad priorem finem aſſequendum, quin etiam ad alvi excrementa ſubducenda ſeq. Enema aliquoties injectum fuit. ℞. *Lact. vaccim.* ℥*vj. in quo diſſolv. Mell. roſ. colat. Ol. Lini ana* ℥*j. Vitell. ovor. num.* 2. *M. f. Clyſter.* Cujus clyſteris tertia vice repetiti in ultimâ applicatione aliqua portio per inguen dextrum ex perforatis inteſtinis in altum *Enema.*

ascendendo quidem prodiit, sed inflammationem ac inflationem intestinorum non sine maximo patientis levamine, delevit: Externè, totum abdomen *Ol. rosar. ʒiij. ac Ol. aneth. ʒj. invicem mixtis*, inunctum fuit.

Ol.

Et, quia etiam de ardore gutturis conquerebatur, idcircò seq. mixturæ repetitis vicibus unum alterumve cochleare deglutivit. ℞. *Mucilag. sem. Cydon. cum aq. viol. extr. ʒij. Syr. viol. ʒij. M.*

Linctus.

Præter hæc, ad cordis viriumque roborationem ac instaurationem hisce confortantibus refecta fuit. ℞. *Aq. confort. officin. perlat. ʒij. Cerasor. nigr. Meliss. simpl. ana ʒj. CC. præp. Ocul. ℈. præp. Corall. rubr. præp. ana ℈ ß. syr. violar. ʒß. Mam. Chr. plat. ʒij. M. Dos. cochl. j. vel alterum.*

Aq. Confort.

Succ. Cordial.

Et, ℞. *Vin. Cydon. ʒiiij. Myv. Cydon. ʒj. M. Usus ac dosis ut Remedii prioris.*

Externè, abscessus inguinis, & hypogastrii inter umbilicum & Pudenda Unguento Digestivo Fabricii Hildani, aliquali portione Unguenti Ægyptiaci mixto, linteamentis carptis inducto, nec non Emplastro Diapalmæ, & supra hoc, Linimento simplici, quotidiè bis deligatus fuit. Post abscessus in inguine mundificationem, ut intestina læsa, ileon & cœcum melius consolidentur, talem pulverem inspergere, consultum videbatur. ℞. *Pulv. aloes. Mastic. thur. mumiæ, sang. Dracon. ana ʒj. M.*

Pulv. inspergendus

Paulus Barbette, Oper chirurg. Anatom. lib. 4. de infimo ventre, cap. 2. de Abdominis partibus internis, pag. mih. 381. & 382. in affectu iliaco, ordinariis mediis nil efficientibus, suadet, ut Cucurbita magna sine scarificatione sæpius parti dolenti apponatur, atque rursum auferatur. Et quærit, annon etiam præstaret, factâ dissectione musculorum & peritonæi digitis susceptum intestinum extrahere, quam morti ægrotantem committere?

Diæta,

Quod Diætam concernit, Aer erat temperatus, & ad calidum inclinans; cibis utebatur euchymis, bonum ac laudabilem succum & sanguinem generantibus, Potusque ordinarius erat seq. Decoctum, ℞. *Herb. agrimon. Veron. ana Mj. Rad. Consolid. maj. ʒvj. Liquirit. ʒj. M. f. decoct. cum aq. fontan. Mensur. duabus, vel ʒxxxx. in colatur. dissolv. Mell. despum. ʒij.* De cætero, in lecto quieta decumbebat, alvi segnities passulis nonnunquam laxativis corrigebatur, in somno & quiete modus observabatur; animique fortiores motus coërcebantur. Et hac curandi methodo dicta patiens, & quidem gravida, (quod nec Medicus, nec ægrota tum temporis sciebat) pristinæ sanitati restituta fuit, ac postea filiolam, adhuc superstitem, peperit.

Pot. ord.

CON-

CONSILIUM MED. XXXII.

Melancholiam hypochondriacam feliciter curatam, exhibens.

Casus.

ANno 1687. menſe Januario, Civis quidam honeſtus, melancholia hypochondriaca correptus, magnum metum, cum vigiliis, curis, & folicitudinibus, concepit, ita, ut ob falſam, ſed fortiſſimam imaginationem rerum adverſarum ac damnoſarum, ſibi futurum interitum ſeu exitium minitantium, præ nimia anxietate cordis ac animi, nullibi manere vel quieſcere potuerit, qui tamen legitimis remediorum præſidiis adhibitis, brevi temporis ſpatio, feliciter curatus, priſtinæque ſanitati reſtitutus fuit.

Reſolutio.

HIc affectus eſt delirium â phantaſmate melancholico exortum, ubi ægrotus uni vel pluribus cogitationibus, absque furore & febre, cum mœrore, metu, ac triſtitia inhæret. *Morbi Definitio.*

Cauſa in hoc ſubjecto eſt tam interna, quam externa. Interna eſt humor melancholicus in venæ portæ ramis aduſtus, in hypochondriis collectus, & per vapores atros atque fuliginoſos emiſſos, capiti ac cerebro communicatus, ſpiritus animales, qui in ſanorum corporibus, lucidi & diaphani, ſubtiles, tenues ac mobiles eſſe debent, inquinans, eosque opacos, craſſos, obſcuros, fixos, atque tenebricoſos reddens, unde omnia objecta ad modum vitioſæ diſpoſitionis ſpirituum ſpeciebus imprimuntur; Externa eſt unius alterius ve hominis ſibi familiaris nuperrimè perpeſſum infortunium, ejusdemque ex com- *Cauſæ.*

compassione fortissima impressio, unde factum est, quod hic patiens, (cui ante decennium similis fermè morbus acciderat) ob aliorum damnum, de propria salute dubitarit, & ne in similes ærumnarum ac calamitatum laqueos incideret, maximo cum angore animo ac corpore trepidans, formidarit, ac proinde minimè sibi constiterit.

Signa. Signa hujus morbi sunt appetitus ventriculi prostratus, dolor ac tensio sinistri lateris sub costis spuriis, circa regionem lienis, mœror, timor, tristitia, falsa imaginatio, depravata ratiocinatio, oculorum inversio, & quæ sunt similia.

Prognosis. Prognostica. Curatio est facilis, quia hoc malum recens est; sed quoniam, ut superius dictum, ad hoc malum dispositus est, iccircò Patiens, de recursu hujus affectus, nisi certis anni temporibus purgantibus melanagogis & venæsectione præcaveatur, certus esse non potest.

Curatio. Curatio perficitur 1. Humoris peccantis melancholici ac atrabilarii præparatione 2. Vacuatione. 3. Roboratione. 4. Diæta.

In quem finem ipsi sequentia Remedia adhibita fuerunt. 1. *Pulv. digestiv.* Ad peccantis humoris præparationem. ℞. *Crem.* ♀. ℈j. *diagr.corr.gr.iij. M.f. pulvis, hora quarta vespertina in brodio carnis sumendus.* 2. Sequenti *Pot. purg.* mane, ad materiam excrementitiam evacuandam, ℞. *El. Diacathol. confect. Hamech. ana* ʒiij. *Crem.* ♀. ℈j. *diagr.corr.gr.v. syr. ros. sol.* ʒß. *Aq. borrag.* ʒij. *M.f. potio. jejuno stomacho una vice haurienda.* *Alia.* Vel, ℞. *Extr. diacitr. Reusn.* ʒij. *Syr. de Rhab.* ʒiß. ♀. ☉*olat.* ℈j. *diagr. corr. gr. vij. Aq. Endiv.* ♀. *Emet.* ʒij. *M.f. potio.* Et, ℞. ♀*ri Emet. Mynsicht. gr. v. sumatur mane jejuno stomacho* *Apozema.* *in brodio carnis.* Hmc tali Apozemate usus est, ℞. *Herb. absynth. Pont. Card. bened. Centaur. minor. scolopendr. Capill.* ♀. *chamædr ana* pj. *Rad. Enulæ, helleb. nigr. præp. garyophyllat. ana* ʒij. ʒ. *aperient. maj. ana* ʒj. *Rhab. ver.* ʒiij. *fol. sen. el. s. st.* ʒvj. *Jalapp. mechoac. alb. Turpeth. el. Agar. trochisc. polypod. quercin. ana* ʒij. ♀. *alb. crud.* ʒij. *Cinnam. opt.* ʒj. *Macis* ℈j. *anis. fœnic. ana* ℈j. *Chalyb. cum* ♀. *præp. & in petia ligat.* ʒiß. *M.f. sacculus in mensura una cum dimidia aquæ mulsæ leniter coquendus, de quo decocto patiens singulo mane* ʒv. *calidè bibat, ac per horas 2. vel 3. â cibo abstineat.* Sequens *Clyster.* etiam Clysma non incommodè potuisset applicari. ℞. *Specier. communes pro clyster. Miß. Herb. rutæ verbenæ, hypericon. ana* piij. *Coq. in S. q. aquæ communis, cui adde in petia ligat. Croc. Metallor.* ℈j. *coq. parumper,* ℞. *De Colatur.* ℥viij *eique adjunge Confect. Hamech. diasen. diacatholicon. ana* ʒvj. *M. pro clystere, & applicetur debito more.* Ut etiam viæ in mesenterio ac circa regionem lienis ab omni obstructione vindicentur, tali pulvere splenetico unâ horâ ante prandium ac cœnam scrupuli unius pondere *Pulv splenet.* in brodio carnis sumendo, usus est. ℞. *Crem.* ♀. *Crystall.* ♀. *ana* ʒij. *Sal.*

tama-

tamariſc. fraxin. ſcolopendr. juniper. ana ʒß. *Olei Macis* ℈ß. *M.f. Pulv. ſubtiliſſimus.* Ad hæc Vena mediana dextri brachii, ac poſt aliquot dies Salvatella manus ſiniſtræ, ſecta fuit. 3. Ad cerebrum, Spiritusque animales roborandos, quietemque nocturno tempore procurandam. ℞. *Syrup. papav. errat. granat. acid. ana* ℥iß. *Margarit. præp.* ℈ß. *Laudan. Julapium.* *Opiat. Croll. gr. ij. Aq. betonic.* ℥iij. *M. f. Julapium, ſub horam decubitus hauriendum.* Vel, ℞. *Syr. papav. ſimpl.* ℥iij. *Laudan. Opiat. Croll. gr. iij. M. pro doſi unâ.* *Syrup.* Tandem, per aliquod tempus mane & veſperi uſum ſequentis Electuarii confortantis continuavit. ℞. *Conſerv. roſ. antiq.* ℥iij. *acetoſ. Citr. flor tunic. ana* ℥ß. *Confect. Alkermes incompl.* ʒj. *Corall. rubr. præp.* ℈ij. *Syr. papav. err.* ʒß. *Diacod. Mont.* ʒij. *M. d. ad. fictile. Doſis avellanæ vel nucis moſchatæ quantitas, manè & veſperi deglutienda.* *Elect. confort.* 4. Quod Diætam concernit. 1. Aer fuit temperatus. 2. Cibi coctu faciles, bonumq; ſuccum & Sanguinem generantes. Potus, Cereviſia benè defecata. 3. Motus modicus de die, noctu verò quies, quantum poſſibile, procurabatur. 4. Somnus & vigilia moderatè ſe habebant. 5. Alvi excrementa reſpondebant naturæ, ac 6. Animi fortiores motus coercebantur, ægerque ad contrariam imaginationem per amicabilem diſcurſum & converſationem ducebatur. Quibus Remediis, & obſervatâ bonâ Diæta, dictus patiens, Spatio quatuordecim dierum, Dia favente gratia feliciſſimè convaluit. *Diæta.*

CONSILIUM MED. XXXIII.

Ancillam ex terrore convulſam, curatamque exhibens.

Caſus.

ANno 1686. die 1. Octobr. media nocte, hora duodecima, duo fures, Civis cujusdam Ulmenſis integerrimi ædes conſcenderunt, ibidemque cantharos patinasque ſtanneas parietibus affixas, cum alveolo, ſitulaque cuprea in culina reperta, com-

portarunt, simul & cistas ac scrinia in ambulacro seu pergula reposita spatha ferrea cubitum longa, alboque manubrio instructa, aperire tentarunt, sicque hi furciferi, iniquique grassatores atque prædones dictas ædes per furtum atque rapinam depopulari, sibi proposuerunt. Cum autem ancilla novendecim annorum, Odontalgia tum temporis laborans, ac proinde vigilans, (quæ ante quinque vel sex septimanas, dum noctu cibos in cella deponere vellet, â simili malè feriato homine in isto loco subterraneo existente, prægrandi alapa excepta, ac in terram prostrata fuit) per integram horam in cubiculo suo hosce fures ante fores stanneis hisce vasis sonoris ludere audiret, illa tandem, ut damnum heri præcaveret, animo recollecto, ex cubiculo suo egressa est, dictosque expilatores aut in fugam compellere, aut Domino suo rem indicare voluit. Quo facto, perversissimi hi nebulones, bipedumque nequissimi, dictam ancillam indusio atque tunica pellicea indutam statim ferociter aggressi sunt, eamque in terram projecerunt, oculos clausserunt, manusque ac femora duobus funiculis strictissimè ligarunt, ac totum os pampinis de vite ante ædes posita decerptis, repleverunt, cultroque longo pectori admoto, illam, si clamorem edat, transfodere comminati sunt, ac ita miseram hancce fœminam toto corpore inhumaniter duriterque tractatam usque ad limen januæ hypocausti, capite una alterave vice parieti limitique januæ allisso, traxerunt, ibidemque deposuerunt: Hæc vero sibi minimè conscia, alta suspiria cum interposito aliquali ejulatu, duxit, quo tandem audito, herus è lecto surgens, adventu

suo

suo hos fures atque latrones, omni supellectili relictâ, in fugam conjicit, lucem in culina accendit, ancillam semimortuam, fermeque suffocatam & toto corpore frigidam in hypocaustum trahit, os arctissimè clausum, conjuge sua adjuvante, clave referat, folia ori intrusa eximit, patientem reficit, auxilium vicinorum implorat, meque cum Pharmacopœo affini in hoc casu tragico & fermè inaudito, ad opem Medicam ferendam per missos nuncios vocat atque invitat.

Indicationes & Curatio.

EGo, casu hoc percepto, eadem nocte, hora secunda matutina, ocius advolavi, hancque patientem planè consternatam, crebrioribusque convulsionibus tentatam, pulsu quoque debili existente, inveni, quæ omnia ex maximo terrore accepto, Spiritibus vitalibus cum arterioso sanguine ad cor, utpote suum principium ruentibus, caloremque nativum opprimentibus ac fermè suffocantibus, quin etiam ex magna perturbatione spirituum animalium proveniebant, quapropter è vestigio & sine mora ad ventilandum sanguinem per chirurgum venam medianam sinistri brachii secari curavi, aquam Cordialem antiepilepticis mixtam repetitis vicibus cochleatim propinavi, incensoque ligno aloes, fumoque in nares immisso, animum & vires revocavi, ita, ut submissa voce ad interrogata rursus aliqualiter respondere potuerit. Insequenti die, motus convulsivi crebriores reversi sunt, quam ob causam sequentẽ potiunculam Bezoardicam, sudoriferam & cordialem hauriendam, cum aqua confortante epileptica, sæpius cochlearis quantitate sumendam, ordinavi. ℞. *Lap. Bezoard. Or. gr. v. pulv. Marchion.* ℈j. *Spec. Cordial. temperat.* ℈ß. *Conf. Alk. inc.* ℈j. *Aq. Cinnam.* ʒj. *aq. borrag.* ℥j. *M. f. potiuncula.* Et, ℞. *Aq. perlat. Officin. Epil. Lang. Meliss. s. ana* ʒj. *hyrund. c. castor. Cinnam. buglossat. ana* ʒij. *Conf. Alk. inc.* ℈j. *pulv. Marchion.* ℈iß. *Man. Chr. perlat.* ʒß. *M. d. ad vitr.* Ex usu horum remediorum patiens melius habuit, sed quia nihilominus adhuc de anxietate cordis conquesta est, iccircò usum dictæ potiunculæ Bezoardicæ summo cum levamine repetiit, aquamque Cordialem & Epilepticam cochleatim sumendam sibi commendatam habuit. Præter hæc, ad capitis dolorem sequenti, Unguento hypnotico usa est. ℞. *Ung. alabastr.* ʒß. *rosat. populeon.* *Pot. Bezoard.* *Aq. Confort. Epilept.* *Ung.*

ana ʒij. *Ol. papav. alb.* ʒij. *Croc. Or. gr. v. Camph. in* ※. *ſambuc. diſſol. gr. iij. M. & S.* **Haupt-Sälblin zum Uberſchlag.** Ad difficilem verò deglutitionem, collique dolorem, quæ procul dubio ex compreſſione colli proveniebant, ſæpius cochleare unum & alterum ſeq. Syrupi deglutivit, collumque ac cervicem tali Oleo bis de die calidè inungi curavit. ℞. *Mucilag. ſem. Cydon. cum aq. Viol. extr.* ʒij. *Syr. Violar.* ʒij. *M. d. ad fictile.* Et, ℞. *Ol. roſar. lumbricor. chamomill. ana* ʒß. *M. d. ad Ollam.* Ut etiam corpus â vitioſis humoribus expurgaretur, ſecundâ die Octobris circa meridiem ſeq. potiunculam hauſit. ℞. *Mag. Gialapp. gr. x. Nucl. pin. num. 2. brod. Cibeb. laxat.* ʒiß. *Aq. borrag.* ʒvj. *M. pro hauſtu.* Die 4. Octobris ad capitis gravitatem, ſenſuumque perturbationem tollendam vena cephalica in pollice pedis ſiniſtri ſecta eſt, quo facto, ſtatim melius habuit, nullaque convulſio Patientem amplius divexavit. Sequentibus diebus rurſus in hypocauſto obambulare, muniaque ſua, quantum fieri potuit, obire cœpit, ſimulac bonam & convenientem Diætam obſervavit. Ultimò, ne ex hoc maximo dolore accepto convulſionibusque ſæpius repetitis, character caducus atque epilepticus Spiritibus humoribnsque altius imprimetetur, infixusque permaneret, præfata patiens ſequentibus octodecim pulviſculis ad prophylaxin in aqua appropriata quotidiè manè jejuno ſtomacho ſumendis', uſa eſt. ℞. *Viſc. quercin.* ʒij. *Corall. rubr. præp. Cranii hominis morte violenta extinct. Cinnabar. antimonii, ana* ʒj. *Stercor. pavon maris* ʒß. *M. f. pulv. ſubtil. divid. in 12. part. æqual. deturque quilibet ſeorſim ad chartam.* Ft, ℞. *Aq. Ceraſ. nigr. flor. til. pœon. ana* ʒiij. *Epilept. Larg.* ʒj. *ſacch. perlat.* ʒß. *M. d. ad vitr.* Quibus remediis adhibitis, hæc ægrota per Dei gratiam, poſtquam è dictorum furum latronumque manibus evaſiſſet, priſtinæ ſanitati feliciter reſtituta fuit.

Oleum pro collo & cervice.

Pot. purg.

Pulv. antiepilept.

Aqua Epil. pro pulviſcul. ſumendis.

CONSILIUM MED. XXXIV.

Αὐτόχειρ in abdomine ſauciatus, reſtituitur.

Caſus.

Casus.

ANno 1686. die Jovis, qui erat septimus Octobris, maleficus quidam nomine Nicolaus Gerber, qui furti causa in carcere publico captivus detinebatur, ex timore mortis contumelioſæ ſubeundæ, nefando ausu, ſibimetipſi cultro, quo aliâs porcos & ſcrofas caſtrabat, intra caligas prius recondito, ac pileolo viridi laneo involuto, poſtmodum vero è vagina extracto atque diſtricto, vitam adimere conatus eſt, ac prædictum cultrum tertio repetito ictu, tranſverſa manu ſupra umbilicum, paulò infra cordis ſcrobiculum, (Germ. **Hertzgrüblin**) ſatis profundè infixit, ac tria Vulnera ſibi invicem vicina reliquit, ita, ut juglandis magnitudine omentum, ventriculi pulvinar, extra abdomen, per vulneris cavitatem prodierit.

QUapropter Ampliſs. Magiſtratu jubente, ego ac Chirurgus Civitatis ordinarius, Joh. Barthol. Hecking / accerſiti nobisque inſpectio & cura hujus malè feriati hominis vulnerum, demandata fuit; Ubi ante omnia Spleniis in lacte calido intinctis & expreſſis locus affectus benè fomentatus, poſteaque omentum partim inſtrumento argenteo ad hanc operationem adæquato, partim vero digitis repoſitum, ſuturaque, ne ulterius excidat, munitum, locoque vulnerato ad inhibendam hæmorrhagiam crepitus lupi, ac Emplaſtrum Stictícum Crolli ſuperimpoſitum totumq; abdomen Oleo roſarum, chamomillæ & lumbricorum calidè inunctum fuit. Internè, quia de cordis & virium imbecillitate, maximoque dolore intraneo conquerebatur, aqua ſeq. confortans, cochleatim ſumenda, cum Decocto traumatico, M. & V. ℥v. vel vj. bibendo, nec non Speciebus pro potu Ordinario, præſcripta fuit. Ut, ℞. *Aq. 4. Cordial. ana* ℥j. *Cinnam. ſtill.* ʒij. *Syr. rub. Jdæi* ʒß. *CC. præp. Corall. rubr. præp. Ocul.* ♋. *præp. ana* ℈ß. *Man. Chr. perlat.* ʒiij. *M. d. ad vitr. S.* **Krafftwaſſer.** Et, ℞. *CC. uſt.* ʒß. *Hord. integr.* ʒiß. *Herb. agrimon. Veron. Alchymill. ſanic, ana* pj. *Rad.* conſo-

Curatio,

Aq. Cordial.

Spec. pro pot. traumat.

consolid. maj. liquirit. ana ʒß. *Spec. pro decoct. pectoral.* ʒiß. *anis. fœnic. ana* ℈j. *M. & concis. d. ad chart. S. Species* **zum Wund-Tranck / mit 1. Maß Wasser/ und einer halben Maß Wein zu sieden.** Ut &, ℞. *CC. ust.* ʒj. *Hord. integr.* ʒiß. *anis. fœnic. ana* ʒß. *M. & contus. d. ad Chart. S.* **Stuck zum ordinari Tranck / mit 2. Maß Wasser abzusieden.**

Spec. pro pot. ord.

His assumptis, patiens sequenti nocte melius habuit, ac circa diluculum dormivit: Altera die, cum vulnera in Xenodochio publico (in quem locum commodioris tractationis causa, delatus est) rursus deligarentur, tumorem partis affectæ evanuisse, nullaque symptomata graviora accessisse, deprehendimus, quapropter partes principaliores, adque vitam simpliciter necessarias intactas ac illæsas esse, judicavimus, ac proinde vulneribus lintea carpta, Unguento digestivo Fabricii Hildani illita, & pro Operculo Emplastrum superius allegatum, cum splenio vino calido madido, & expresso, de die per vices repetendo, imposuimus & applicavimus, partesque vicinas in læsionis circumferentia oleis prædictis calidè inunximus. Quibus ita dispositis, bonum ac laudabile pus secutum est, ad cujus faciliorem exitum, turundæ ex linteis carptis convolutæ, dictoque Unguento digestivo obductæ, immissæ fuerunt.

His itaque remediis, decentique deligatione, adhibitis, quia nullum viscus in abdomine, nec pars ad vitam simpliciter necessaria, sed solum Omentum & pinguedo ex dicto ictu tacta erat, (siquidem omnia alia viscerum abdominis vulnera difficilis & periculosæ curationis esse soleant) allegatus miser patiens brevi quidem restitutus, postmodum verò in carcerem reductus, ac ex sententia Judicis, ob sæpius reiterata furta ac facinora, die Lunæ, qui erat 29. Novembris, capite plexus est, ubi incisis Spatha majori venis colli jugularibus, cum sociis, ac arteriis, vitam suam infausto omine finiit, animamque anno ætatis septuagesimo quinto, in loco carnificinæ exhalavit.

Ad seq. Consil. XXXV.

Literæ â Domino D. Joh. Wernero Zollero, in Casu Asthmatis cujusdam Monialis ad Authorem datæ.

Vir

Vir Nobilissime; Amplissime; Excellentissime, Fautor singulari observantia colende.

INterpellare graviſſima, Excellentiæ Tuæ, Medica negotia, ſuadet ſingularis ante annum Mihi inſinuata humanitas; Et Ecce! occaſio nunc ſeſe offert Talis. Eſt meæ concredita curæ Monialis quædam; annorum circiter viginti, vel unius; Temperamenti pituitoſi, à patre etiam genita ſumme pituitoſo, & catharris obnoxio: Nunquam ante hàc in uſu habuit purgationes, venæſectiones; ſcarificationes, fonticulos &c.: Notandum tamen; ex unica ante annum aſſumptâ purgatione tam malè habuiſſe, idque propter aſthma; ut ex enormibus ad necem fere adacta vomitibus ſuſpicari licuerit; latuiſſe ſpurium aliquod pectoris Empyema; hocque ruptum eſſe: Intravit in Monaſterium ante dimidium annum; utcunque ſana; ſubinde difficili detenta reſpiratione. Ante duos autem Menſes, catharroſo; (ut ego Judicabam) prehenſa fuit aſthmate; cum ſubitanea vocis Interceptione, ſive raucedine inſigni, in hunc usque durante diem, nec ullis ad hanc adhibitis ceſſante remediis. Succeſſerunt nocte quâdam inſignes cordis, & pectoris anguſtiæ, cum terribili, non minus ac mirabili hujus elatione; & coſtarum fragore, ſudores ſyncoptici; convulſiones horrendæ; deliria; ut nil niſi mortem omnes opinaremur inſtare; Adhibitis cordialibus atque antepilepticis multis evaſit paroxiſmis, nil niſi, ad ſuffocationem usque adigentem pectoris anguſtiam ſiniſtri præſertim lateris conquerens. Adhibui multa, imò omnia; quæ quidem expectorationem promovere valeant pharmaca; Apozemata lenientia & ſolutiva; Mixturas, Linctus; pilulas ex ammoniaco; &c. ſed irrito prorſus effectu; cum ne quidem in hunc usque diem; ullum vel pauciſſimum oris ſputum, aut leviſſimam excitare valuerim Tuſſiculam; ſed potius materiam firmiſſimè impactam pulmonibus, vel peculiari concluſam cyſtide intactam relinquere coactus fuerim: Tentavi Topicis, ſcil. unguentis & emplaſtris foras proritare materiam, natura forſan monſtrante viam; apparuit quidem hinc aliquis ſiniſtri lateris Tumor, quem tamen ad ſuppurationem deducere non potuimus; cauterium applicare parti affectæ renuebat ægra; multo minus apertionem permittebat pectoris; utpote terroris plenam apud ejusmodi homines, operationem; obtinui tamen, ut permitteret in dextrum brachium; utpote ex adverſo; ponere fonticulum pro avertendis enormibus capitis defluxionibus, quippe ante iſtam operationem, aliquando; præcedente inſigni capitis dolore; apoplectico; ut ego Judi-

Judicabam, prehensa insultu, magnum siniſtri lateris ad tempus reliquit ſtuporem. Periculum feci etiam Errhinis ſcil. ad nares derivare materiam, ſed vix unam vel alteram aquæ medicatæ guttam atrahere potis fuit, cerebro vix bis aut ter ad ſternutandum concitato. Videns igitur, nec ullis etiam fortioribus contumax cedere malum pharmacis; laboremque meum eludere omnem, defenſivè ſolum; puta cordialibus mixtis becchicis agere mihi reſtabat; quippe ad leviſſimum etiam corporis motum, commotâ nimir. intus putreſcente materiâ; quod ſubinde præſentit, aſtantes monendo; lipothymiæ præſtò ſunt, ad horam unam vel alteram ſæpe durantes; (quæ, an veræ ſint Lipothymiæ explicare ſatis nequeo) quibus recedentibus; ad ſe rediens ægra, ſuſpirioſum ducit ſpiritum, neſcia; quæ contigerint. Dum autem quietè ſe habet ægra, erecto ſedens in lecto cervice; præter anguſtiam ſiniſtri lateris; tactum non ferentem; reſpirationemque miſerè, ad ſudorem, ſufflaminantem; ut hinc multas inſomnes ducere coacta ſit noctes; de functionibus naturalibus nihil accuſat; bene nempè appetit; non ſitit, Ingeſta facile fert, & concoquit alimenta evpepta; nullis infeſtatur ventris aut lumborum torminibus, quæ hyſtericam forſan; (uti aliqui putarunt naſutuli) indigitare poſſent affectionem; quippe & Menſtrua ſine dolore, ſingulis ritè fluunt ſicut eo ipſo die; menſibus; Paucam tamen reddit Urinam; & ſubinde alvum experitur ſtrictiorem; ſuppoſitorio ſtimulandam; Enemata enim vix ſemel ob pudorem admiſit.

Dum igitur deſcripto prorſus ſe habet modô, morbus, & periculum eſt ne ad multos ſit duraturus Menſes; quippe nec ullum convaleſcentiæ ſignum imminet; non mirum; ſi multis & ſupplicibus orent precibus cæteræ Moniales; quæ in gerendâ ſummè defatigantur cura, ut communicato, hoſtem tutius; vel vincendo, vel ſuccumbendo, aggrederer; atque profligarem conſilio; hincque Excellentiæ Tuæ; ſingulariter mihi Inſinuatâ niſus humanitate; Tuam imploro Experientiam; ne dedigneris majoris meæ ſecuritatis gratia; ſive ſolus, ſive cum alio; ſi lubet; & non ægrè feras; Domino Medico; ſuccurrere in contumaci iſto affectu conſilio tuo ſagaciſſimo; an nempe Vomica pulmonum pituitoſa; an potius infarctio totius ſpongioſæ pulmonum ſubſtantiæ ſit indigitandus? an hypochondria in flatubus mittendis aliquid huc conferre queant? an Uterus liber ſit ab hoc malo? uti aliqui negant: Mihique reſcribere prolixius, quæ & in prognoſi ferendâ; & auxilio ſumendo, ægræ meæ; ut piiſſimæ animæ, ſalutaria eſſe poſſint. Hâcque ratione & beneficio ſingulari-

ter

ter; Me Tibi devincies; Excellentiam Tuam ad aram veneraturus atque hunc deprædicaturus favorem; Ex altera verò parte pro solvendo curabo sostro.

Vale Vir Amicissime; quemque ut cœpisti amare; amare pergas; rogat

Excellentiæ Tuæ devinctissimus servus

Dabam festinanter
Ehingæ ad Danub. 28. Novembris,
ann. 1686.

Joh. Werner Zoller, MDr.

Sequitur Responsum.

CONSILIUM MED. XXXV.

Asthma periculosissimum, cum gravissimis Symptomatibus exhibens.

Casus.

ANno 1686. Virgo quædam Monialis, temperamenti pituitosi, annorum 21. ex purgatione prius inconsuetâ, ante aliquod tempus sumptâ, creberrimis, impetuosissimisq; vomitibus, (qui procul dubio etiam huic malo propter vehementem corporis concussionem, aliqualem ansam præbuerunt) divexata, jam per duos menses asthmate periculosissimo, ac raucedine insigni, cum vocis interceptione, affecta, cordis pectorisque angustiis pressa, hujusque mirabili elatione, cum costarum vel potius pleuræ fragore, cruciata, sudoribus syncopticis, convulsionibus horrendis, deliriis, &c.

prehensa, nullis hactenus adhibitis variorum generum remediis sublevata, antehâc, præcedente insigni capitis dolore, magno siniſtri lateris stupore infestata, lipothymiis crebrioribus obnoxia, in siniſtro latere, (præter angustiam) dolorem, tactum non admittentem, & quæ sunt alia, passa est: Cæterum, de læsione functionum naturalium nil conqueritur, menses ordinatè fluunt, alvum tamen duram habet, paucamque urinam reddit, quâ de causa ad sublationem hujus morbi Medici opem ac auxilium implorat atque desiderat.

Resolutio.

Definitio. HIc Affectus Asthmatis nomine jure merito insignitur, cum sit frequens, densa, & anhelosa respiratio, â pertinaci bronchiorum pulmonis tam obstructione, quam compressione, proveniens.

Causa. Causa remota est temperamentum pituitosum frigidum & humidum, ex qua dispositione sanguis frigidior & humidior generatur, cujus particulæ heterogeneæ & excrementitiæ, ad varias cruditates, obstructiones, flatuumque generationem occasionem ac materiam præbuerunt: Causa propinqua, est dispositio ad affectum hypochondriacum, cum nullum dubium sit, Patientem ob chylum in ventriculo non decenter & optimè elaboratum, cruditatibusque permixtum, ex insecuta obstructione venarum mesaraicarum, ramorumque venæ portæ, ad dictum malum dispositam esse, ac simul uterum aliqualiter consentire; ob quam dispositionem præternaturalem non solum vapores crassi & tenebricosi, flatusque in siniſtro latere tumultuantes, dolorem tensivum & fragorem excitant, sed etiam ad caput elevati, arcem Palladis replent, ventriculos cerebri oppilant, obstructioni nervorum, ac insultibus apoplecticis ansam præbent, acres item & virulenti facti, genus nervosum vellicant, nervos versum suum principium contrahunt, motusque convulsivos excitant, ibidemque tandem â calore in materiam catarrhalem resolvuntur: Causa proxima partim est dicta materia catarrhalis in capite resoluta & collecta, ad fauces, arteriam asperam, pulmonisque substantiam, (quæ ex innumeris vesiculis, retis instar, mirabiliter conflata

flata & contexta, ac eapropter ad recipiendum aerem & spiritus, nec non fuliginosos vapores, ac materiam catarrhalem aptissima est) ablegata, fistulasque pulmonum obstruens, & asthmatis hujus concausa materialis existens, quod raucedo, vocisque interceptio satis superque demonstrant. Partim verò est humor serosus, in ramis venæ cavæ majoribus effervescens, & αθρόως, seu confertim, affatim, & cumulatè per dextrum ventriculum cordis in pulmones irruens, ac arterias comprimens, consentiente hepatis atonia, quod temperamentum pituitosum & procul dubio color faciei pallidus indicat, indè periculosissimum hoc Asthma, cum lipothymiis, dirisque suis symptomatibus principalem originem habet, quod etiam tussis absentia, sputi & exscreationis parcitas, è contra vero urinæ paucitas, alvique durities, indicant.

Quod signa concernit, illa superius in definitione sunt expositа, quocirca sine dubio inspiratio exspiratione difficilior solet existere, cum in inspiratione partim ob materiæ catarrhalis præsentiam, partim verò ob arteriarum â materia serosa compressionem, & thoracis imbecillitatem, nec pulmo, nec arteriæ, vel thorax se sufficienter dilatare ac movere possint, sed natura, quiete quasi interpositâ, vires dejectas refocillare conetur. *Signa.*

Prognostica. Hoc malum, quia duplex ejus causa, obstructio videlicet â materia catarrhali ex capite descendente, & compressio, ab humore seroso in ramis venæ cavæ majoribus effervescente, per dextrum ventriculum cordis in pulmones confertim irruente, arteriasque comprimente, concurrit, iccircò eò periculosius solet existere, maximumque periculum est, ne Patiens, præsertim si vires sint imbecilles, accedentibus insultibus Syncopticis, inopinatò ac celerrimè suffocetur. *Prognosis.*

Curatio, quia Affectus hic â duplici causa, obstructione scil. â materia catarrhali, & compressione, ab humore seroso, provenit, idcircò ad unamquamque earum erit respiciendum. Quod igitur 1. materiam catarrhalem in fistulis pulmonum stabulantem attinet, ea per incidentia benigniora cum humiditate conjuncta, sæpius mutata, ne natura assuescat, erit incidenda, & ad exitum ac exscreationem promovenda, qualia sunt Syrupus violar. cum oxymell. squillit. mixtus, sæpiusque cochlearis quantitate deglutitus, Oleum saccharinum Grülingii, Essentia sacchari Beguini, Balss. ♃. anisatus, Balss. ♃. terebinthinatus, guttatim in vehiculo convenienti exhibitus, Aqua asthmatica D. Rabus, & quæ sunt similia. *Curatio.*

Quoad 2. Compressionem, videndum, ut materia serosa beneficio diureticorum per venas emulgentes ad renes ac ureteres in vesicam derivetur, omnes obstructiones in corpore referentur, & præcaveantur, flatus per carminativa discutiantur, visceraq; principaliora, Cor, Epar, ac Cerebrum appropriatis Remediorum generibus roborentur. Purgationes, quia malum aggravant, non sunt admittendæ: Nec Venæsectio in hoc subjecto propter temperamentum frigidum & humidum, viriumque imbecillitatem, locum habebit. Topica quin etiam parum, aut nihil conferunt, cum malum in penitioribus pectoris penetralibus atque latibulis hæreat.

Præ cæteris autem, non neglectis Cordialibus, sequentia huic Patienti Remedia erunt adhibenda. 1. Ad vias obstructas aperiendas. ℞. ♁is ♀ri volatil. ℈ß. *Ocul.* ♋. *præp. Croc. Austr. ana gr. v. M. f. pulv. sic dentur doses 4. de quibus una M. & V. in brodio carnis, aut aqua pectorali, exhibenda.* 2. Conferret Arcanum Brunneri, aliquoties usurpatum, cujus descriptio hæc est. ℞. *Pulv. gumm. ammoniac. ʒj. Aq. byssop. ℥iiij. Vini Rhenan. ℥ij. M. f. potio.* 3. Sequens Decoctum ℞. *Rad. ireos nostr. ℥ß. Scyll. præp. Ebul. ana ʒij. fol. marrub. alb. nasturt. aquat. ana Mß. Cort. rad. sambuc. Ebul. ana ℥ß. Agaric. troschisc. ʒij. Zingib. alb. ʒß. Concisa crassiuscule infund. c. vini Neccar. ℔ij. stent in infusion. per noctem, deinde coq. in vase duplici optimè munito, & tandem f. colatura purissima, de hac M. & V. ℥iiij. vel v. calidè ebibantur.* 4. Talis etiam Aqua, cochleatim sumenda, utilis esse videtur. ℞. *Aq. Cerasf. nigr. byssop. Veron. flor. acac. ana ℥j. asthmat. ℥ß. Spir. anis. Essent. sacchar. ana ʒij. Balsf. ♃. anisat. Balsf. ♃. terebinthinat. ana ℈j. Conf. Alk. inc. ʒß. Extr. Croc. gr. vj. sacch. perlat. ℥ß. M.* 5. Crocus Austriacus ℈j. pondere, in vino malvatico calido quavis urgente necessitate, propinandus.

Pulv. antiasthmat.

Arcanum antiasthmat Brunneri

Decoct. asthmat. & pectoral.

Aq. Asthmat. & pectoral.

Croci commendatio.

Diæta.

Quoad Diætam. Aer sit temperatus: Cibi sint euchymi, bonumque succum & sanguinem generantes, inter quos etiam petroselinum, ac præcipuè raphanus marinus, rasus & tritus, cum brodio carnis, in frequentiori usu habeantur. Potus sit vinum album, vel Decoctum Ligni sassafras, Guajaci, Zedoariæ, rad. ʒ. aper. major. & Specier. pro decocto pectorali: Quies procuretur. In somno & vigiliis modus teneatur: Alvus sit naturaliter aperta: Animique fortiores motus refrenentur, atque coerceantur.

CON-

CONSILIUM MED. XXXVI.

In puncto Discrasiæ Ventriculi, cum Hepatis intemperie calida.

Pro

Reverendissimo Domino, Domino JOHANNE MARTINO, Imperialis Monasterii Zvvifaltensis Abbate vigilantissimo &c. &c.

Casus.

REverendissimus Dominus Abbas, annorum sexaginta, habitus Corporis crassi, ac proinde temperamenti ad frigidum & humidum inclinantis, ante viginti circiter annos, sæpius periculosis colicis cruciatibus divexabatur, qui mutato temperamento, & adhibitis legitimis remediorum præsidiis, ab illo tempore in hunc usq; diem emanserunt. Jam verò per aliquod temporis spatium de Discrasia ventriculi (consistente tamen appetitu) ejusque fermento acido, orificioque stomachi hiante, ructibus interdum acidis, vaporibus ex eo copiosè ascendentibus, caput petentibus, Spiritusque animales perturbantibus, quietemque nocturnam impedientibus, variaque phantasmata excitantibus, arcemque Palladis debilitantibus; nec minus de Hepatis calida intemperie præternaturali, ac nonnunquam, de Asthmate symptomatico (sed sine omni tussi) conqueritur. Sanguis nuperrimo phlebotomiæ tempore missus, ratione

coloris & substantiæ fuit ater, crassus, densus, & viscidus, sero copiosiore in superiori parte permixtus. De cætero, vires adhuc benè constant, ac reliqua legitimo naturæ ordini optimè respondent. Ne itaque dicti affectus procedente tempore ingravescant, vel pejora & periculosiora symptomata invehant, præfatus Reverendissimus Dominus Patiens ad hujus mali ablationem Consilium & auxilium Medici gratioſè requirit arque desiderat.

Resolutio.

Affectus Definitio. HUnc Affectum Discrasiæ seu intemperiei Ventriculi cum materia, hac intemperiei hepatis calidæ nomine ac titulo meritò insigniri, idipsum casus recensitio, ejusque circumstantiæ satis superque edocent.

Discrasia autem ventriculi cum materia est, quando ventriculus â sua temperie propter aliquem humorem vel ibi genitum, vel aliundè delapsum desciscit. Intemperies verò hepatis est ejusdem â temperamento naturali ob causas vel internas vel externas, deflexio.

Causæ Causa verò Discrasiæ ventriculi in hoc subjecto est humor acris & acidus, per vas breve, quod â liene progreditur, ventriculique fundo ac tunicis inseritur, in cavitatem ventriculi eructatus, ibidemque fermentum stomachi naturale inquinans, atque coctionem, (ut Doctiss. Dn. D. Casp. Bartholinus Institut. Anatom. lib. 1. de ventriculi historia, cap. 9. pag. mih. 57. adstipulatur) per ingestionem hujus humoris excrementitii impedit, atque ebullitionem præternaturalem chyli humorumque in ventriculo contentorum excitat; hinc vapores acres, acidi, & mordaces orificium ventriculi impetuosè aperientes atq; penetrantes, è stomachi fundo turmatim in caput elevati, sua acredine genus nervosum vellicant, spiritusque animales perturbant, varia phantasmata objiciunt, atque nocturnam quietem, pro refocillandis ac redintegrandis viribus ac spiritibus â naturâ destinatam, infringunt.

Calida verò hepatis intemperies, partim ab erroribus antehâc in Diæta commissis, partim verò â materia aliqua biliosa, vel calida & sicca in vasis aut parenchymate hepatis collecta, proficiscitur.

Aſthma Symptomaticum, quod nonnunquam dictos affectus comitatur, potius â vaporibus craſſis, â cruditatibus ac imperfectâ coctione excitatis, in infimo ventre tumultuantibus, ad ſuperiora tendentibus, diaphragma ſurſum pellentibus, cavitatem thoracis anguſtantibus, liberumque pulmonum motum inquietantibus, quam â materia catarrhali in arteriam aſperam atque pulmones delabente, (quia nulla tuſſis adeſt) provenire, tam rationi quam veritati conſentaneum eſſe videtur.

Signa Diſcraſiæ Ventriculi, quia tam in Caſus delineatione, quam cauſarum enumeratione poſita ſunt, iccircò in eorum ulteriori recenſitione ſuperſedemus. *Signa.*

Signa verò calidæ hepatis intemperiei, â pulſu duro ac interdum vehementi, ſiti, facili corporis & palmarum, præſertim manuum & pedum exæſtuatione ac madore, carnis, aliorumque certorum ciborum faſtidio, ſanguine fervente, ebulliente, atro, craſſo, & aduſto, (ſicuti nuper poſt Venæſectionem apparuit) deſumuntur.

Prognoſtica Diſcraſia ventriculi, quia depravatam coctionem invehit, quam ſubinde mala chylificatio & ſanguificatio, humorum alimentariorum defectus, atrophia, cacochymia, cachexia, & nonnunquam hydrops inſequuntur, periculo non vacat: Vapores autem in caput elevati, ibidemque idipſum ſua vel copia vel qualitate gravantes, ventriculos cerebri oppilantes, Spiritusque animales perturbantes, omnis generis mala, rheumata videlicet, tuſſim, catarrhum ſuffocativum, vertiginem, paralyſin, atrophiam, &c; Hepatis verò intemperies calida morbos & febres acutas, obſtructiones, jecoris duritiem, aliaque graviora ſymptomata inducere poteſt; Quæ omnia tamen, Dia favente gratia, legitimo remediorum uſu, bonaque obſervata Diæta, aut præcaventur, aut avertuntur. *Prognoſis.*

Curatio conſiſtit in ablatione cauſarum ac Symptomatum. Ad quem ſcopum aſſequendum, 1. Vacuantia. 2. Alterantia. 3. Roborantia. Et 4. Convcniens Diæta, requiruntur. *Curatio.*

1. Vacuationem quod attinet, conferunt hic talia, quæ præter purgandi vim, admixtis etiam roborantibus & corrigentibus, materiam peccantem ſucceſſivè evacuant, in quem finem Morſuli laxativi præſentes, quorum unus integer in curationis principio, ante aliorum remediorum uſum, unâ vice, mane jejuno ſtomacho, reliquorum verò quilibet ſeorſim, in ſeptimana ſemel vel bis, aut obſtructionis vel conſtipationis tempore, aut inter uſum ſeri lactis caprini, vel acidularum, ad eorum operationem promovendam, comedendus,

Morſuli laxativi.

dendus, qui Morſuli ſequenti modo parantur. ℞. *Pulv. rad. gialapp. Spec. pro Morſul. Imperator craſſiuſculè inciſ. Flaved. cortic. citr. recent. ana* ʒj. *ſacch. albiſſ. cum aq. roſar. q.ſ. ſolut.* ʒij. *M. f. l. a. Morſuli 8. æqual. magnitud. d. ad Scatul.*

2. Purgatione abſolutâ, tam ad reliquias cauſæ morbificæ auferendas, obſtructionesque reſerandas, quam intemperiem ventriculi, & hepatis alterandam, fermentumque acidum alterandum & corrigendum, Serum lactis caprini quotidiè jejuno ſtomacho per tres ſeptimanas, quolibet die quartarii unius quantitatem bibendo, continuetur; ſique deinceps uſus ſolus Seri lactis caprini deſideratum ſcopum præter expectationem plenariè non attigerit, tunc legitimus uſus Acidularum vel Egeranarum, vel Griesbacenſium vel Rippelſauenſium, locum habebit. Et ſi præter hæc, calor præternaturalis, ſitis, & exæſtuatio totius corporis urgeat, Julapii ſicci tria vel quatuor cochlearia in menſura dimidia aquæ fontanæ per injectionem ſolvantur, adque ſitim compeſcendam illud Julapium vel per ſe, vel cum vino mixtum, bibatur. Cujus deſcriptio hæc eſt. ℞. *Succi Citri, berberor. ana* ʒiiß. *ſacchar. alb.* ℔j. *ponder. Civil. M. ſuper marmore per agitationem, donec induat formam Julapii ſicci.*

Julapium ſiccum.

3. Pro roboratione partium affectarum, capitis ſcil. ventriculi, ac hepatis, peculiare Electuarium confortans præſcriptum eſt, de quo ſingulis diebus, unâ vel duabus horis anteprandium & cænam, nec non interdiu aliquoties, avellanæ quantitas deglutienda erit, quod talibus ingredientibus conſtat. ℞. *Conſerv. roſar. rubr.* ʒiij. *Conſ. citr. Rob. ribium, berber. ana* ʒß. *Nuc. Indic. condit. Lactuc. Hiſpan. condit. Cortic. mali Citri major. condit. ana* ʒij. *Spec. contr. Apoplex.* ℈ij. *Confect. Alkerm. incompl.* ʒj. *Syrup. papav. errat. Diacod. Mont. ana* ʒij. *M. d. ad fictile.* Et, quo minus orificium ventriculi hiet, atque modicè conſtringatur, ac ſuavis anathemiſis, vel rorida exhalatio per obliterationem vel obnubilationem viæ ſenſus communis, deſideratam quietem inducat ac promoveat, de ſucco cydoniorum inſpiſſato, vel Syrupo ſequenti roborante ſtomachico, ante ingreſſum lecti, duabus horis poſt cænam, unum alterumve cochleare capiatur. ℞. *Vini Cydonior.* ʒvj. *ſucci Cydon. inſpiſſat. Syr. de agreſtâ, ana* ʒj. *M. d. ad fictile.*

Electuar. confortans.

Succus ſtomach. refrig & adſtring.

Præter hæc dicta remedia, ad humores vitioſos è toto corpore educendos, variaque periculoſa ſymptomata, (præſertim capitis) præcavenda, Fonticuli unius vel alterius paratio (ſi hactenus defuêre) deſideratiſſimum uſum habebit. Cætera, pro ratione horum dictorum præſentium operationis & effectus, remedia, ſi de iis certior factus fuero, ſuadebuntur.

Fonticuli paratio.

Tandem

Tandem etiam bona ac laudabilis Diæta observanda veniet, quæ in Observatione sex rerum non naturalium â Medicis ita dictarum, consistit. Sit ergò 1. Aer lucidus, ac temperatus; viteturne- *1. Aer.*
bulosus, turbidus, ac pluviosus, 2. Cibi sint facilis concoctionis, *2. Cibus &*
bonumque succum ac sanguinem generantes, quales sunt, jusculacarnium & gallinarum, capita vitulina, hœdina, vervecina, agnina, capreolorum, aprugna, aviculæ montanæ, pulli gallinacei, capones, gallinæ, perdices, &c. Ex Oleribus, Endivia, Spinachia, asparagi, cichoracea, &c. Ex piscibus, funduli, fariones, truttæ, aliique pisces saxatiles, molli & facilè corruptibili carne carentes. Ex fructibus, Cotonea, Cerasa acida, pyra, mala, sed potius cocta, quam cruda. Econtra vitentur cibi coctu difficiles, salsi, acres, crassi, crudi, fumo indurati, caro suilla domestica, haleces, aselli, fructus horarii & fugaces, legumina, raphani, rapa, caseus, præsertim antiquus, brassica capitata sale condita, & quæ sunt similia.

Potus Ordinarius sit vinum album Nicarinum, & urgente siti, *Potus.*
Julapium ex prædicto pulvere pro Julapio sicco, cum aqua fontana paratum. 3. Motus moderatus, præsertim aere lucido & cœlo sere- *3. Motus & Quies.*
no existente, immoderatæ quieti, (inprimis post sumptum cibum) præferendus. 4. In somno & quiete modus est tenendus, quietique non statim â sumpto cibo indulgendum. 5. Alvus quotidiè sit aperta, cæteræque excretiones naturales consuetæ, si illæ subsederint, arte erunt promovendæ. Et denique 6. Animi fortiores motus, affectus, atque pathemata, ira, mœror, terror, tristitia, nec non intensiores continuæ meditationes, &c. erunt evitandæ. Et hæc sunt, quæ Consilio hoc Medico admonere volui. Deus Ter. Opt. Max. devotissimum meum votum in largienda longæva ac prosperrima bona valetudine, Divina benedictione secundet. Ulmæ, die 6. Maji, anno 1687.

4. Somnus & vigilia.
5. Excernenda & retinenda.
6. Animi affectus.

CONSILIUM MED. XXXVII.

De Pyro monstroso.

ANno 1644. circa Festum Junii, Stuttgardiæ in horto aulico Arbor pyrifer, fructum longioribus pediculis ferens, (Germ. **Langstilerin**) pyrum

notabilis magnitudinis, facie humana insignitum, circa ejus umbilicum octo foliolis, instar coronæ, ornatum, ac exinde duos surculos tenellos in eorundem apicibus efflorescentes, de se in utroque latere sursum spargens effundensque, protulit, quod Pyrum serenissimo Principi ac Domino, Domino Eberhardo, Duci Württenbergiæ & Tecciæ &c. &c. Patriæ Patri, tum temporis clavum regiminis tenenti, oblatum, ac ad manus traditum est, ex cujus communicatione deinceps, ejusdem Amita, Serenissima Anna Christina, Ducissa Württenbergiæ, &c. picturn ac delineatum, Ulmæ (ubi inter Bellonæ strepitus dicto anno & tempore habitavit) accepit.

CAusa hujus effectus, meritò Deo & sic ludenti naturæ attribuitur, cum notum sit, eandem naturam, talia aliaque miranda, non solum in vegetabilibus, mineralibus, & animalibus, lignis, lapidibus, &c. hinc inde supra terram, & in ejus visceribus monstrasse, verum etiam non rarò in cæteris elementis, igne, aere, aqua, imò etiam cœlo & stellis, prodigiosos, monstrosos, atque stupendos tales effectus produxisse; Cujus rei unum vel alterum rarum exemplum afferre placuit.

Grandines mirandæ & prodigiosæ.

Anno 1240. Cremonæ, in Monasterio Divo Gabrieli sacrato, Grando, in quo facies Christi, & posticâ ejus parte crux, in ejusque ambitu nomen JESUS NAZARENUS, expressus erat, cecidit, qui, cum postea in liquorem resolveretur, & hâc aquâ cœci cujusdam oculi abluerentur, ille evestigio miraculosè visum suum recepit. Vincent. Histor. lib. 30. cap. 138.

Cæcus miraculosè visum recipit.

In Suecia, Anno 1395. mirabilis grando, decidit, cujus singuli lapilli naturales viriles ac femininas facies repræsentabant.

Pisces monstrosi.

Piscis mirificè figurati, anno 1563. in Urbe Ceuta Idibus Maji ejecti, & ad littus inventi, cujus Bizartus pag. 303 meminit; Et alii piscis armis bellicis prodigiosi, anno 1623. die 8. Septembr. in Festo B. Mariæ virginis, propè Warsauiam in Vistula capti, historiam & descriptionem, vid. ap. Georg. Stengelium, Soc. Jes. Tractatû suo de monstris, cap. 1. §. 9. & 10. pag. mih. 17. & seqq.

CON-

CONSILIUM MED. XXXVIII.

De Ovis sole signatis.

ANno 1642. ab undecimo die Julii, usque ad vigesimum Septembris, Ulmæ â quinque diversis Gallinis, quinque singulariâ ova conformia, solis imagine, tredecim flammulas de se spargente, insignita, excluſa fuerunt. Et primum quidem undecimo die Julii, inter horam nonam & decimam antemeridianam, ubi alutarii cujusdam gallina tale ovum excluſit in quo Sol, tredecim flammulis circumditus, non aliter, ac si sculpto sigillo impressus esset, cernebatur; hujusque uxor contestata est, ovum hoc, cum ab aliis ovis separasset, talem splendorem edidisse, ut ejus aspectu non parum consternata fuerit; quod ovum etiam quamplurimis petentibus hominibus monstravit.

Sequenti septimanâ, alia mulier, Officinæ promercalium addicta, simile ovum â gallina sua desumptum, sole ac tredecim flammulis notatum, Dn. Parenti meo exhibuit.

Circa Festum S. Jacobi, militis cujusdam Conjux etiam ex gallina sua tale ovum, Solis imagine, tredecimque flammulis effigiatum, accepit.

Nec minus, mense Augusto, in Festo ascensionis Christi Crepidarii gallina simile ovum, Sole, ac tredecim flammulis insignitum, egessit.

Die 20. Septemb. alia ægrota fœmina tale ovum â ſua gallina acceptum, Sole videlicet, tredecimque flammulis (ſed non tam clarè & expreſsè notatum) Dn. Parenti meo donavit. Qui non ſolum hoc, ſed etiam reliqua vidit, ac ocularis teſtis annotationibus ſuis inſeruit.

EX quibus patet, Deum ac providam Naturam, interdum etiam rebus vilibus, certa Signa & characteres, notatu ac perſcrutatione dignos, imprimere conſueviſſe. Cauſa horum ovorum Sole & flammulis notatorum, partim â Gallo, Jovis alite ſingulo mane aureum mundi lumen fixis oculis aſpiciente, cantuque ſuo ſalutante, cumque gallina ſæpius coeunte, characteremque hunc cum ſeminali principio imprimente, partim â gallina ipſa lumina ſua in Solem defixa tenente, ejusdemque effigiem oculis per fortiſſimam imaginationem hauriente, deſumi poteſt.

De cætero, hæc ova nihil mali ſignificare vel portendere potuerunt, quia Sol ſignum Divinæ gratiæ eſt, qui cuncta illuminat, calore ſuo vivificat, calidum nativum inſitum in ſingulis creaturis viventibus excitat, fovet, ac in ſuo ſtatu naturali conſervat.

CONSILIUM MED. XXXIX.

Partus gemellorum monſtroſus.

ANno 1684. die ſeptimo Junii, Styl. vet, nocturno tempore in Pago Stettlen, unum milliare â civitate Zeapolitana diſtante, ſub ditione Ellvvangenſi, ſequens partus gemellorum monſtroſus, maſculini generis, vivus in lucem editus eſt.

Caput duplicatum, in medio unum cum altero coalitum, anteriore ac poſteriore ſui parte, inſtar Jani, faciem humanam habebat, in dextro ac ſiniſtro ejusdem latere,

una

una auris cernebatur, ventres medii ac infimi ex anteriore parte per coaleſcentiam uniti, unum ſaltem corpus repræſentabant, & quatuor ſuis brachiis, quæ habebant, ſeſe mutuò amplectebantur, & quilibet horum gemellorum alteram manum alterius axillæ vel humero imponebat, alteram verò lumbis dorſoque applicabat: Venter unico umbilico, cui vena umbilicalis annectabatur, inſtructus erat, inferioribus verò corporis partibus, ſcil. membris duobus virilibus, nâtibus, ac pedibus, ambo gemelli manifeſtè diſtinguebantur. Et quia hi gemini coaliti per ora ſua ſpirabant, ſonum ac vagitum edebant, & principalibus ſuis membris, viſceribus, omnibusque partibus naturalibus dotati erant, iccircò etiam quilibet eorum â Sacerdote ejus loci baptizatus eſt, ac ambo ſua nomina in ſacra undâ acceperunt.

Cum autem non multo poſt elapſo tempore mundo huic valedixiſſent, Dominus Doct. Joh. Franciſcus Walchius, Phyſicus Reipublicæ Zeapolitanæ meritiſſimus, amicus meus ſingularis, vocatus ac rogatus, hocce cadaver monſtroſum per ſectionem aperuit, ac in ejus capite duplicato, & in medio coalito, duo cerebra cum ſuis vaſis, interſtitio membranaceo peculiariter diſtincta, quin etiam in medio ac infimo ventre viſcera omnia, partesque naturales internas duplicatas, ſed per ſeptum cutaneum in medio ſeparatas, & cuilibet corpori peculiariter loco conſueto inſertas, vidit ac deprehendit, & proinde pro gemellis veris, in utero forſan per fortiorem contactum, locique anguſtiam,

vel ob errorem naturæ in ſuperiori corporis parte coalitis, agnovit atque deprædicavit.

Inter partus monſtroſos etiam ſequentes numerandi veniunt.

Partus monſtroſi.

Anno 998. Roberti, Galliæ Regis Conjux, Filium, caput & collum anſerinum habentem, peperit.

Anno 1313. Mulier quædam Waiblingæ, in Suevia, infantem formâ Leonina in lucem edidit.

Anno 1573. In India Orientali, in Pago S. Laurenzii, infans duo magna cornua in capite gerens, natus eſt.

Anno 1595. Aræ Bacchi (**Bacharach**) mulier infantem, ſuperiori corporis parte hominem, inferiori verò ſerpentem repræſentantem, progenuit.

Pontificis Romani, Nicolai tertii, Amita, quia gravida adhuc ſæpius arma ſua gentilitia, in quibus urſus exprimebatur, penitius contemplando aſpexerat, infantem toto corpore villoſum, & loco digitorum ungues urſinos habentem, enixa eſt.

Teudetii, (**Paderborn**) ex muliere, quæ Sacerdotes Pontificios illudere ſolebat, proles, mitram quadratam, quam alii Piretum nominant, quemadmodum ſacerdotes imponere conſueverunt, capite gerens, in lucem prodiit.

Anno 1625. In Foro Julii, (**Friaul**) in loco Perdonon vocato, nobilis quædam fœmina, quia mendici uxorem, multorum liberorum matrem, malè convitiis tractaſſet, filium ſeptem capita habentem, peperit.

Mogun-

Moguntii, cum duæ mulieres in platea inter se verba faciébant, quarum una utero gestabat, & malè quidam feriatus homo inter loquendum amborum capita collisisset, factum est, ut cum gravida paulò post in partu duas filiolas edidisset, ambarum frontes usque ad nares coaliti cernerentur, quæ etiam in tali miserrimo statu usque ad decimum ætatis annum, supervixerunt.

Ante unum, vel duos annos, latrunculatoris servi (**Steckenknechts**) uxor, infantem superiori corporis parte simiam referentem, (quia sibi circumforanei cujusdam in foro ludentis simiam adhucdum gravida presse imaginabatur,) pariendo egessit.

Et aliæ duæ mulieres notissimæ, ante paucos annos, per fortissimam imaginationem, suis infantibus capita felina imposuerunt.

Ante multos annos in territorio Ulmensi lepus, leporem tergo affixum gerens, captus est, qui hunc gemellum currendo ubivis locorum dorso suo inequitantem, gestavit, quem leporem monstrosum tum temporis Denzelius, aliique pictores Ulmenses delineatum atque depictum, multis hominibus vendiderunt.

Eslingæ, ante aliquot annos, cauponis mihi noti filia, lanioni nupta, & gravida, quia ovem, cujus jugulum maritus inter mactandum cultro punctim feriebat, inspexisset, sibique imaginando altius impressisset, infantem postea, capite ovino, edidit.

In Pourrentrout, (**Brumtrut**) sede Episcopali, in Comitatu Alsgaugensi infans natus est, qui parentis sui nomen

men ponè aures, literis expressum, ex materno utero in mundum protulit, Stengel. P. 2. c. 51.

Anno 1675. die 17. Octobr. in Pago Bergenvveiler, propè Giengam, infans monstrosus, masculini generis, sarcinam magnam, capitis magnitudinem prævalentem, instar falisci tortuosi & anfractuosi, usque ad palpebras extensam, dextrumque oculum claudentem, in capite gerens, nec non nasum obtusum, instar leporini vel canini, & nil nisi pinnas, sine omni cartilagine, ostendentem, cum ore aperto, labiis ad superiora versus nares reductis, gingivisque se indecorè manifestantibus, linguaque brevi, vagitum interdum debilem edente, manibusque ac pedibus itidem monstrosis, nascebatur, quem vocatus inspexi, per sectionem aperui, & fusius in Consiliis & Observationibus meis medicinalibus, anno 1683. editis, Consil. 34. pag. 382. cum enumeratione causarum delineavi, atque descripsi.

In Metropoli Anton. peculiare monstrum ovo inclusum, prodigiosæ formæ inventum, illudque â Barone Senecione statim Regi Carolo nono, tum temporis Metæ (Metz) residenti, transmissum est. Ut Ambros. Paræus, Opere chirurg. lib. 24. fol. 1051. annotavit.

Anno 1687. mense Septembri, in suburbio Zellensi, mulier quædam infantem, oculis, naribus, ac auribus carentem locosque illos carne cuteque ad planitiem usque repletos & clausos, quin etiam nullas naturalis prolis proprietates, præter vitam, neque ullam vocem vel vagitum de se edentem, sed de cœtero humanum caput, corpus, brachia, pedesque, ac loco oris, parvum foramen, per quod

vix

vix lac muliebre instillari potuit, habentem, non sine parentum maximo luctu, & consternatione, peperit.

Et magni nominis Matrona, quam sæpius vidi, cum ab illa tum temporis gravida olim mendicus eleemosynam peteret, & inter rogandum brachium mutilatum, manu carens, impudenter in viâ monstraret, illa ex subitaneo inde concepto terrore, fortiorique imaginatione, postea Filiam manu privatam, in partu edidit, qui defectus manu argentea restauratus est.

CAveant igitur sibi, (curiosæ præsertim, gravidæ mulieres,) ne res monstrosas, prodigiosas, funestas, mancas, vel mutilas aspiciant & penitius examinent; vel si fortè factum est, â fortiori imaginatione animum abstrahant, aliaque meditentur, volam manus propriæ (fœtus sui in utero recordantes) sæpius inspiciant, se cum fructu suo uterino Deo commendent, atque unum alterumve cochleare aquæ roris majalis aliquoties per horas reiterando, statim â concepto terrore vel alteratione capiant. Semen quoque fœniculi, vel ejus decoctum in vino, sæpius calidè assumptum, in hoc casu ab aliquibus egregiè commendatur.

CONSILIUM MED. XL.

Infans ex fortissima matris imaginatione, monstrosâ umbilici relaxatione, ac intestinorum extra corpus propendentium prolapsu, nascitur.

ANno 1643. Villica quædam Berenstattensis, Ulmanæ ditionis, Jacobi Höckeri Conjux, præcedenti messis tempore, sed primis gestationis

mensibus, suburbanis rusticisque operationibus incumbens, & frumenti per agrum hinc inde sparsos manipulos colligens, sub eorundem uno reptantium viperarum acervum subitò animadvertit, harumque & motum & figuram, umbilicali regioni superimpositâ manu, ita strenuè sibi imaginata est, ut toto quidem, quo utero gerebat tempore, utcunque benè habuerit, ac denique circa crepusculum vespertinum filiam, sacrâ mox undâ Barbaram initiatam, quoad reliquas partes vividam, quidem peperit, sed ex radicata illa imaginatione non benè formatam, adeò, ut omnia natæ hujus intestina, aliâs secundum naturam in inferiori ventre occultanda, hic præter naturam per relaxatum umbilicum, extra corpus, tanquam magno in culeo recondita, soloque peritonæo investita, conspicienda se præbuerint, quæ etiam extra jam uterum posita, (materno videlicet & salutari calore destituta, ac circumstante insuper aere frigidiore læsa & coarctata) nec hypocausti calidioris beneficio, non tegumentis, non ullo medico & artificio & auxilio, in suo naturali statu conservari potuerunt, hinc elapso biduo, & sequenti Dominica die, vix hunc ingressa mundum, ad beatorum iterum sedem migravit. Quam filiolam honoratissimus Dn. meus Parens, Joh. Georg. Gockelius, Ph. & Med. D. Phys. Reip. Ulm. Ord. ac Collegii Med. Senior atque Decanus requisitus vidit, ac hæc omnia singulari studio & diligentia observavit.

CON-

CONSILIUM MED. XLI.

De Partu monstroso.

ANno 1685. mense Februario, ad Brigittam, Philippi Bezneri, villici Weiltingensis uxorem, quæ jam per unum mensem utero gestabat, puer, duos lepusculos in sacculo gerens, ex quo amborum capita protensa cernebantur, ex improviso in hypocaustum intravit, & quæsivit, utrum ab ipso hosce gemellos lepores emere vellet? hæc, ex inopinato aspectu capitum leporinorum perterrita, manu sua faciem improvidè tangit & fricat, ac insequente tempore autumnali, circa Festum Divi Martini, infantem masculum, naribus carentem, quin etiam os & labia leporina discissa habentem, vocemque pro more leporum de se edentem, ac insuper herniâ umbilicali laborantem, nec non sex digitis in utraque manu instructum, peperit, qui duobus post partum horis elapsis, sacro prius Baptismate inundatus, cum morte vitam mutavit.

CAusa hujus partus monstrosi, subitaneæ alterationi, terrori, & fortissimæ imaginationi, quæ omnia hæc mulier, ex subitaneo & inopinato aspectu horum leporum concepit; manuque faciem fricans, huncce leporinum characterem Embryonis in utero latentis faciei impressit, meritò adscribitur.

Mirandum sanè est, quod in tali, aliisque casibus, fœtu jam in utero concepto delineato, imò sæpius etiam exornato, per externum aspectum, terrorem, imaginationem, vel desiderium alicujus rei, natura ab inchoato, vel jam ad perfectionem deducto opere, manum quasi detrahat, aberret, factam formationem immutet vel destruat,

ac loco legitimæ & naturalis formæ, monſtroſam aliquam, & planè alienam producat: Notum enim eſt, quasdam mulieres non ſolum primis, ſed etiam ultimis menſibus, quibus fœtus jam perfectè formatus & exornatus eſſe aſſolet, ex repentino concepto terrore, deſideratæ rei fortiori impreſſione, vel preſſâ rerum viſui objectarum imaginatione, varios partus monſtroſos edidiſſe. Exempla hujus varia & fermè innumera commemorantur, & quidem inter alia legitur, quandam mulierem ultimo menſe utero gerentem, cum illa ex curioſitate reum capitis ſupplicio affici vidiſſet, maximè exinde perterritam, pauco poſtelapſo tempore, infantem peperiſſe, cui ſtatim poſt partum caput â trunco, non ſine copioſa ſanguinis profuſione, deciderit.

Et mihi filiola quædam, jam placidè in Domino quiescens, nata fuit, cujus mater, cum adhuc illam utero geſtabat, cancrum majorem unicum â piſcatore piſces ipſi vendente, deſideraſſet, ille verò ex ſtolida ruſticitate illum denegaſſet, maximè exinde contriſtata & conſternata, ſibi per continuam imaginationem, non ſine plurimis effuſis lachrymis cancrum iſtum denegatum indeſinenter ob oculos poſuit, ac poſtea præfatam filiolam, mediis pedis alterius duobus digitis forcipatum brachium cancri referentibus, peperit.

Cauſam horum, aliorumque monſtroſorum effectuum, (ſalvo tamen melius ſentientis judicio) ego Archæo œconominæ microcoſmicæ adſcribo, qui, quamdiu ille in officina uterina formationis & exornationis operi incumbit, ac fœtus ibidem ſub ejus imperio eſt, hic artifex, ad modum cerarii vel figuli, hocce ſuum opus, inſtar ceræ, vel luti, alterare, innovare, mutare, ac quemadmodum ipſi gravidæ fortiſſima imaginatio ſuggerit, efformare ac fingere, copiam & poteſtatem habet, quod experientia, omnium rerum magiſtra, ac mille teſtis, innumeris hactenus talibus monſtroſis naturæ effectibus in lucem productis, edocuit, cui difficulter contradici vel contrariari poteſt.

CONSILIUM MED. XLII.

De Ceraſis acidis, per quadraginta annos incorruptis conſervatis.

Anno

ANno 1646. eo tempore, quo cerasa acida ad maturitatem suam pervenerant, quidam arti pharmaceuticæ addictus, vitrum amplioris orificii, in quo aliâs Syrupi & condita asservari solent, (Germ. **Zucker-Glaß**) cerasis acidis, pampinis per series interpositis & distinctis, replevit, illudque orbe vitreo, mediante cerâ liquefactâ, optimè clausit, dictumque vitrum filo cannabino contorto appensum, in pharmacopolii cella, aquæ puteali immersit, ut sic cerasa illa recentia per aliquod temporis spatium conservarentur.

Cum autem, nescio qua de causa, filum abrumperetur, præfatum vitrum hisce cerasis repletum, submersum est, ac in allegati putei fundo sepultum requievit.

Sed Anno 1686. cum crater ligneus, vel tabulæ ligneæ, quæ puteum in superiori parte circumcingebant, per ætatem putrescentes ruinam minari cœpissent, harum loco, præfatus puteus muro munitus est, ne quis per incuriam in eum delabendo, damnum caperet: Dum verò operarii huic operi perficiendo incumbebant, & inter operandum aliquid lignosi in puteum illum fortè fortunâ decidisset, quod murarius anabathrâ seu scala in aquam demissâ, descendens extrahere tentabat, ecce! hoc vitrum, per quadraginta integros annos in hoc puteo delitescens, & per fortiorem motum â fundo putei revocatum, aquæ puteali supernatans, murarii manibus occurrit, quod statim prehendit, Pharmacopœo, qui ante prænominatum longissimum tempus dictum vitrum huic puteo immiserat, ad manus tradit, qui summè miratus, vitro aperto, Cerasa hæe adhucdum

hucdum integra & incorrupta, ſed ſaporem priorem naturalem non amplius habentia, invenit, quæ deinceps illuſtriſſimæ cuidam Comitiſſæ in noſtra vicinia, ac mihi, monſtravit, & communicavit.

CAuſa tam longæ durationis, ſine dubio eſt aquæ putealis frigiditas adſtrictiva, quæ calorem deſtruentem in ceraſa aliâs agentem, putredinemque molientem atque promoventem coercuit, ac conſequenter ceraſa hæc à corruptione vindicavit.

CONSILIUM MED. XLV.

Uterus prolapſus, tertia demum ſeptimana repoſitus.

ANno 1690. die Lunæ, qui erat vigeſimus quintus Menſis Auguſti, Vietoris cujusdam uxor, (quæ gravida in feria ſecunda Paſchatos è ſcalis prolapſa, ex vehementi corporis concuſſione, uterum aliquo modo exire ſentiebat) cum in partu ad excludendum fœtum magno conamine abdomen comprimebat, uteri ex utroque latere, remanente ſaltem ejus fundo, prolapſum paſſa eſt, qui è muliebribus, inſtar faliſci, verſus poſteriora acuminati, propendebat, cujus vagina etiam propè podicem inverſa conſpiciebatur, per quam infans puerulus vivus ac ſatis corpulentus & validus egreſſus eſt; ſecundina verò, quæ propè fores hærebat, nec puerperæ niſu excludi poterat, per adſtantem Matronam Obſtetricibus præpoſitam, manu exempta eſt.

Hic

Hic uterus fibris rugisque conſpicuus, vivumque cutis colorem repræſentans, tanta duritie intumeſcebat, ut omne repoſitionis tentamen fruſtraneum eſſe deprehenſum ſit; hinc varia ſymptomata, (calor ſcil. præternaturalis cum pulſu celeriori & ſiti Tantalea) oborta ſunt, ad quæ ſedanda, ex meo Conſilio tam potus ordinarius, quam Julapia refrigerantia, non neglectis cordialibus & uterinis, ordinata fuêre. De cætero autem mulier hæc viribus benè conſtitit, nec de ullo peculiari dolore conqueſta eſt, cibumque bono cum appetitu aſſumſit. Externè, ad duritiem uteri emolliendam, varia unguenta, & fomenta & inter alia aqua chalybeata ex officina fabrorum ferariorum (germanicè Löſchwaſſer) alumine crudo permixta cum triplicatis linteis ſæpius calidè applicata fuit, cujus uſu tandem pertæſa, patiens operculum figulinum, quo cacabi majores contegun-tur, ſuper prunis calefactum, linteoque panno in volutum utero prolapſo repetitis vicibus applicavit ipſique identidem inſedit; ex cujus crebriori uſu induratus uterus emollitus, tractabilisque redditus eſt; quod Joh. Bartholomæus Heckhing, Reipubl. noſtræ Ulmenſis chirurgus ordinarius exercitatiſſimus, & ad ferendum auxilium vocatus, animadvertens, die decima ſexta ſeptembris, quæ erat dies Mercurii, manuali operatione adhibitâ uteri vaginam introrſum depellendo, cum reliquo matricis prolapſæ corpore repoſuit, clauſtrumque muliebre, (quod in præternaturali ſtatu formam conſuetam penitus amiſerat) in priorem naturalem ſtatum ac ordinem, (& quidem ſecundâ vice, quia altera die poſt repoſitionem rurſus excidebat) redegit, â quo tempore hucusque in ſuo naturali loco remanſit.

CONSILIUM MED. XLIV.

Fiſtula maxillæ, ex cavo & carioſo dente prognata, feliciter curata.

ANno 1689. Prænobiliſſimus quidam Vir, & *Caſus.* præfectus urbis Neuſol in Hungariâ cæſareus, maxillæ fiſtulâ ex cavo & carioſo dente prognata labo-

laboravit, quæ tantas altas radices egit, ut ossa subjecta carriosa totius maxillæ & adjacentium partium corruptionem minarentur: Cibus & potus, quem capiebat per sinuosa fistulæ atque maxillæ carriosæ foramina effluebat, potulenta per gulam ac œsophagum in ventriculum descendere recusabant, squamæ cum materia sanioſa, amurcam vini æmulante decedebant, appetitus dejectus cum virium prostratione accedebat, & in summa, chirurgi etiam exercatissimi de ipsius Patientis restitutione dubitabant, ac fermè desperabant.

Curatio. AD hujus ergò Curationem Filius meus, Johannes Christophorus Gockelius, tum temporis chirurgiæ in superiori Hungariâ operam navans, nunc verò Legionis Principis Saxonici constitutus chirurgus primarius Castrensis, requisitus manum huic malo desperato adhibuit, & totam Curationis methodum communicato meo consilio ita direxit, ut 1. humores peccantes & noxii aliquoties è toto corpore expurgentur. 2. Dens læsus, si adhuc in ore superſit illicò, & sine ulla mora eximatur. 3. Putredo per lavamenta & injectiones arceatur. 4. Ossium caries vel per appropriata remedia & pulveres, vel per cauteria actualia absumatur, squamæque carriosæ, atque ossicula corrupta forcipe apprehendantur & extrahantur. 5. Foramina fistulæ per turundas amplientur, ac usque ad perfectam mundificationem ulceris aperta conserventur. 6. Post mundificationem siccantia omni acredine carentia usurpentur. 7. Hinc remedia epulotica carnemque generantia adhibeantur. 8. Labia vulneris ad mutuum contactum vel per glutinum, vel per transmissas, filoque transversim obvolutas acus adducantur. 9. Et sic cutis cum subjecta carne per cicatrizantia claudatur, & tandem 10. toto curationis tempore conveniens Diæta observetur.

Ad hunc igitur scopum assequendum Domino Patienti 1. se-

1. Pill purg. quentes pillulas repetitis vicibus propinavit. ℞. *Extr. panchym. Croll.* ℈j. ☿ *ii dulc.* ℈ß. *Mag. Jalapp. gr. vij. M. f. l. a. pillulæ unâ vice de-*

2. Dentis evulsio. *glutiendæ.* Dens carioſus fuit evulsus. 3. Ad arcendam putredinem

3 Lavamentum. tale Lavamentum per siphonem sæpius injecit. ℞. *Herb. Centaur. minor. scordii, agrimon. ana Mj. Rad. tormentill. consolid. major. ana* ℥ij. *M.*

& con-

& concis. coq. in aquæ fontanæ mensura una ad tertias, sub finem addendo, Mell. despumat. ℥iij. alum. roch. ʒij. M. pro injectione. Quocirca etiam Unguento digestivo Fabric. Hildan. cum Ægyptiaco mixto, usus est. 4. Ad Ossium cariem exterminandam, primò squamas & ossicula cariosa volsella successivè extraxit, simulac mercurium dulcem aquâ plantaginis mixtum cum linteamentis carptis fistulæ cavitati usque ad fundum imposuit; postea & pulveres euphorbii, aristolochiæ longæ, & ireos florentinæ, æquali portione invicem mixtos, denudatis ossibus insperfit. 5. Fistulæ foramina per turundas aperta retinuit. 6. Absoluta mundificatione talem pulverem siccantem & simul epuloticum adhibuit. ℞. *Aloepatic. sarcocoll. sang. Dracon. aristol. long. æris usti. ana ʒj. M. f. pulvis.* 7. Qui pulvis & septimæ indicationi, carnis videlicet generationi satisfecit. 8. Labia Ulceris fistulosi emplastris glutinantibus & ligaturis ad mutuum contactum redegit. 9. Unguento Isidis & Emplastro diachalciteos cicatricem induxit. Ac 10. Convenientem Diætam, ratione aeris puri & temperati ciborumque euchymorum suasit; ac pro potu ordinario radicem chinæ, cum ligno sassafras, Cinnamomo, passulis, semine anisi & fœniculi aquæ fontanæ incoxit. De cœtero, somnus & vigiliæ erant moderatæ, somnus modicus, excrementa alvi respondebant naturæ consueto ordini, animique fortiores motus refrenebantur. Quibus ita observatis, prænobilissimus Dominus Patiens cum admiratione omnium, qui hujus gravissimi & penè deplorati affectus notionem habebant, ex integro, (ut ipsius literæ testimoniales edocent) restitutus convaluit.

4. Mixtur. & pulver. cariem absumentes.
5. Turund. immissio.
6. Pulv. sicc. & epulot.
7.
8. Empl. glutinant. & ligaturæ.
9. Cicatrizantia.
10. Dieta.

CONSILIUM MED. XLV.

Mulierem Hydropicam felici successu restitutam designans.

ANno 1687. mense Augusto, Margaretha Reichin, ætatis suæ quadraginta circiter annorum, militis cujusdam conjux hydropica, in Xenodochium nostrum delata, curæque meæ demandata fuit; Venter valdè turgebat, de asthmate, siti, & pe-

dum circa talos tensione ac tumore œdematoso conquerebatur, facies livido ac lurido colore erat tincta, quæ symptomata lassitudo totius corporis concomitabatur, quapropter hæc patiens consilium & auxilium meum medicum anxiè imploravit.

Curatio. His ita consideratis, 1. ad materiæ peccantis ablationem sequenti pulvere purgante aliquoties, & quidem semel in septimana, usa
Pulv. purg. est. ℞. *Spec. diaturb. cum Rhabarb. Pulv. rad* gialapp. *ana* ℈ij. *Crem.* ♀. ℈j. *Diagryd. corr. gr. v. M. f. pulvis unâ vice sumendus.*

Hinc 2. de sequenti Apozemate quotidiè M. & V. ʒv. hausit.
Apozema. ℞. *Herb. absynth. Card. bened. Centaur. min. agrimon. Veron. hepat. nob. ana* Mß. *Cort. Tamarisc. med. fraxin. ana* ʒj. *Baccar. laur. juniper ana* ʒij. *Rad. raphan. marin. bryon. Ebul. asar. helleb. nigr. præp. irid. nostr. Polypod. qu. Gialapp. ana* ʒij. *Rhab. Monach. fol. sen. ana* ʒß. *Zingib. alb.* ʒj. *Crem.* ♀. ʒij. *Chalyb. c.* ♃. *præp.* ʒß. *anis. fœnic. ana* ℈j. *M. & concis. f. l. a. nodulus cum*
Potus Ord. *mensura una ac dimidia vini albi Nicarini infundendus.* Potus ordinarius fuit Decoctum seminis carui & baccarum juniperi.

3. Pro viscerum sanguificationi dicatorum roboratione, quo-
Tragea; tidiè repetitis vicibus de sequenti Tragea assumsit. ℞. *Spec. diacurcum. dialacc. ana* ʒß. *Cinnam. opt. Zingib. ana* ʒj. *Macis, garyophyll. ana* ℈j. *Chalyb. cum* ♃. *præp.* ʒij. *sacch. alb.* ʒiij. *M. f. Tragea.* His itaque remediis spatio unius mensis dicta patiens, per Dei gratiam, pristinæ sanitati restituta, ex dicto Nosodochio publico discessit.

Mulier, prolapsu intestinorum ex hernia laborans, per usum Mercurii vivi, feliciter restituta.

Casus.

ANno 1686. militis cujusdam Conjux, nomine **Schittlerin**/ septuagesimum circiter annum agens, prolapsum intestinorum ex hernia passa est.

Ubi

UBi 1. ad feces emolliendas, inflammationem præcavendam, atque repoſitionem inteſtinorum facilitandam, *duæ maſſæ fili crudi lixivio incoctæ & expreſſæ, alternatim, ſæpius repetendo, parti affectæ calidè applicatæ fuerunt.* Hinc 2. ad alvum lubricandam, ejusque excrementa provocanda, doloremque mitigandum ſequens Enema injectum fuit. ℞. *Herb. ℥. emoll. ana Mß. flor. chamomill. ſummit. aneth. ana Mß. Rad. alth. lilior. alb. ana ℥ij. ſem. lini, fœnugr. ana ʒß. M. f. decoct. cum brodio Carn. q. ſ. Colatur.* ℞. *℥vj. in qua diſſolv. Elect. Lenitiv. Florenz. diacathol. ana ʒvj. Mell. roſ. col. ʒj. Ol. viol. lini, chamom. ana ʒß. Vitell. ov. num. 2. Salis* ʒj. *M. f. Clyſter.* 3. In eundem etiam finem aliquot vicibus Olei lini ſine igne parati, aliquot Uncias hauſit. Cum autem dicta remedia expectationi noſtræ non ſatisfacerent, iccircò 3. in re tam dubia & periculoſa, pravisque ſymptomatibus, (dolore videlicet, inflammatione, conſtipatione, ructu & vomitu) incrementum ſumentibus, tam ad inteſtinorum inflammationem mitigandam, quam ad feces excludendas, ac dein inteſtina prolapſa in priſtinum locum reducenda, dictæ Patienti Mercurii vivi Unciæ tres in Oleo lini propinatæ fuerunt, quo facto, dictus Mercurius vivus ſecundum minimas ſuas particulas fecibus permixtus, viam illis feliciſſimo ſucceſſu aperuit, inflammationem frigiditate ſua coercuit, & ſic alvo in ſuum naturalem ſtatum reductâ, inteſtinorum repoſitioni auxiliatrices quaſi manus præbuit. Quo facto, mulier hæc decrepita priſtinam ſanitatem, præter multorum ſpem ac expectationem recuperavit.

Curatio.

Enema.

Ol. lini.

Mercurius vivus.

CONSILIUM MED. XLVII.

Febris Quartanæ Curationem delineans.

Caſus.

ANno 1687. menſe Octobri, Vir quidam maximè Reverendus, temperamenti Choleïico-Melancholici, ad affectum hypochondriacum pronus, poſt autumnalem purgationem, & adhibitam venæſectionem, febre quartanâ correptus eſt, cujus

paroxysmi vel accessiones præmisso horrore, sine tamen insigni frigore, sed insequenti intenso calore, per horas aliquot durante, maximaque siti Dn. Patientem divexabant: Extra paroxysmos, diebus scil. intercalaribus, præfatus Dn. Ægrotus melius habebat, cibum, (præter carnem, quam aversabatur) capiebat, alvumque apertam habebat; Urina vero erat turbida, ejusque sedimentum farinaceum & crassum; Quam ob causam pristinæ sanitatis cupidus, Consilium & auxilium meum medicum requisivit.

Resolutio.

Definitio. QUartana intermittens est febris ab humore melancholico, in venis mesaraicis putrescente exorta, quarto quovis die ingruens.

Causa. Causa in definitione posita est, quocirca Sylvius Prax. Med. Append. Tract. 10. p. 843. cum recentioribus asserit, Causam ejus â pituita glutinosiore & copiosiore, propter frigus hyemis, veris, vel autumni, acre factâ, nec non diætæ, (aeris præsertim frigidioris) erratis, quæ non parum tenacis pituitæ proventum promoveant ac facilitent, petendam esse. Excitatæ autem â pituita tenaci in pancreatis ductibus lateralibus obstructiones, magis contumaces, solutuque difficiles sunt, unde serius â collecto in ipsis, acriorique ideò facto succo melancholico perforari, novique paroxysmi excitari possunt.

Signa. Signa â pandiculatione, oscitatione, ac insequenti rigore, calore paulatim succenso, paroxysmorum quarto die reditu, pulsu ab initio raro & tardo, sed in vigore paroxysmi veloci ac frequenti, urinâ post invasionem tenui & aquosâ, postmodum vero coloratiore & crassiore, sudoribusque primò paucissimis, postea maximis & copiosissimis, desumuntur.

Prognosis. Prognosis. 1. Febres quartanæ, durante autumno & hyeme plerumque curatu difficiles, vere autem ac æstate, faciliores existunt. 2. In febre quartana, si quivis paroxysmus cum maxima virium debilitate redeat, ac simul urina valdè rubra ac turbida sit, patiens in periculo versatur.

Ad

Ad Curationem requiruntur 1. materiæ peccantis præparatio. 2. Ejusdem evacuatio 3. Venæsectio. 4. Viscerum roboratio. 5. Symptomatum mitigatio. 6. Appropriatorum exhibitio. 7. Diæta. In quem finem præfato Domino Patienti sequentia remedia ordinata fuere. 1. Ad humoris peccantis præparationem. ℞. *Crem.* ♀. ℈ij. *sal. scolopendr. gr. vj. Ol. macis g. j. M. f. pulv. vesperi ante purgationem in brodio carnis sumendus.* 2. Ad ejusdem evacuationem. ℞. ♀. *Emet. Mynsf. gr. v. d. ad chart. S.* **Purgierpülverlin / auf 1. mahl.** 3. Vena salvatella in digito minimo sinistræ manus fuit aperta. 4. Pro viscerum roboratione sequens Tragea singulis diebus post pastum cum pane saccharato & vino fuit usurpata. ℞. *Spec. diarrhod. Abb. diatrionsant. ana* ʒß. *Cinnam. opt.* ʒij. *Nuc. mosch.* ʒj. *Macis, garyophyllor. ana* ℈j. *Corall. rubr. præp. Ocul.* ♋. *præp. ana* ℈j. *sacch. alb.* ℥iij. *M. f. Tragea.* 5. Pro symptomatum mitigatione aliquoties Theriacæ Andromachi avellanæ quantitatem sumsit. 6. Pro remedio appropriato quovis quarto ante paroxysmum die, de sequenti pulvisculo tertiam partem in vino absynthites hausit, ac post sumptionem in lecto benè tectus per unam atque alteram horam sudavit. ℞. *Cor leporis recens in campi aut agri alicujus venatione capti, seca in lata frustula, quæ vino albo odorato probè lava, ac æstivo tempore in sole, hyberno juxta fornacem calefactum paulatim non subitò commodè exsicca, exsiccata frustula contunde, cribra, deinde in tres partes divide, cujus partem unam, præmissis præmittendis in vino albo claro, vel aq. Card. bened. dissolutam brevi ante paroxysmum, vel in initio ejusdem exhibe, & hæc exhibitio ter hoc pacto ante paroxysmum repeti debet.* Sequens etiam pulvis, præmisso vomitorio, duabus ante paroxysmum horis, sumptus commendatur. ℞. *CC. philos. calcin.* ♁*is absynth. Card. ben. fumar. ana gr. vij. M.* Nec minus talis pulviculus cum patientis emolumento præfato tempore exhibetur. ℞. ♁*is Card. bened.* ʒß. *flor.* ♁✱*iac.* ℈ß. *M.* 7. Quod Diætam concernit, aer ad caliditatem inclinet, probaque instituatur victus ratio, cibi sint euchymi cum pulv. garyophyllor. conditi, qui tamen ante paroxysmum vitentur: Conferunt quoque cappares. Vinum sit album dilutum, somnus sit moderatus, alvus respondeat naturæ, fortioresque animi commotiones, perturbationes, atque pathemata evitentur.

1. Curatio. 1. Pulv. præp. 2. Pulv. purg. ℥ V. S. 4 Tragea corrob. 5 Theriac. 6. Remed. appropriata De Corde leporis, &c. Pulv. antifebril. 7. Diæta.

CONSILIUM MED. XLVIII.

Febris, cum cutis efflorescentiis rubris, ac dispositione ad arthritidem vagam scorbuticam curationem proponens.

Casus.

ANno 1687. mense Novembri, Juvenis quidam post unam alteramve alterationem, calorem præternaturalem intensum, cum insequente siti Tantalea, lassitudine membrorum ac totius corporis, ciborum inappetentia, stomachique dolore, somno interrupto, ac dolore vagabundo, præsertim in sinistro brachio ac manu, quin etiam genubus, cum aliquali tumore, nec non corporis maculis rubris, hinc inde efflorescentibus, sensit, cui pulsus durus ac vehemens, urinaque in principio turbida accessit, quapropter ille, rebus sic stantibus, opem ac auxilium medicum requisivit, ut sic mediante legitimo remediorum usu, pristinam suam valetudinem recuperaret.

Resolutio.

Definitio. HUnc affectum Febrilem & arthritico - scorbuticum esse, ex descriptione Casus satis superque elucescit.

Causæ. Causa est ὀργασμὸς seu humorum turgescentia, vel ut alii appellant, ebullitio ac fermentatio sanguinis, in hoc subjecto ad iracundiam prono, cum sale volatili scorbutico, partes nervosas ac membranosas vellicante, ibidemque dolorem excitante.

Signa. Signa sunt, calor vehemens, sitis, pulsus durus ac celer, maculæ scorbuticæ rubræ, dolor ac tumor, & quæ sunt similia.

Progno-

Prognosis. Hic morbus contemnendus non est, sed quia usurpatis remediis morem gessit, pulsus ac urina naturalem statum receperunt, ac symptomata mitiora facta sunt, iccircò salutaris eventus non sine ratione sperandus. *Prognosis.*

Curatio requirit ablationem morbi & symptomatum, quæ consistit 1. in materiæ peccantis evacuatione per remedia appropriata & specifica. 2. Diaphoreticorum usu. 3. Alterantibus & corroborantibus. 4. Topicis anodynis. Et 5. Convenienti Diæta. In quem finem tales remediorum formulæ præscriptæ fuerunt. *Curatio.*

1. Ad materiæ peccantis evacuationem, sequens Apozema. ℞. *Herb. beccabung. nasturt. cochlear. agrimon. Veron. ana pj. Rad. aperient. maj. ana* ʒj. *raphan. marin.* ʒij. *helen. garyophyllat. ana* ʒj. *Rhabarb. ver.* ʒiij. *fol. sen. el. s. st.* ʒj. *Gialapp. polypod. qu. ana* ʒij. *Crem.* ♀. ʒß. *sal. tamarisc.* ℈j. *Cinnam. opt.* ʒj. *Macis.* ℈j. *anis. fœnic. ana* ʒß. *M. & conciss. d. ad. saccul. coq. in* ℔iij. *aq. font. ac.* ℔iß. *vin. alb. ad* ʒtias, *de quo singulis alternis diebus manè jejuno stomacho* ʒv. *bibat, & per horas* 2. *vel* 3. *â cibo abstineat.* *Apozema.*

2. Ad heterogenea massæ sanguineæ per sudorem resolvenda atque eliminanda, circulationemque ejusdem promovendam. ℞. ♁ *ii diaphoret. rec. ex Regulo præp.* ℈ß. ⊖. *CC. volat. gr. iiij.* ⊖. *cochlear. nasturt. ana gr. iij. M. f. pulvisculus, alternis diebus in aqua è typhis cervinis manè jejuno stomacho sumendus;* Quæ duo remedia, Apozematis nempe & Diaphoretici per aliquot dies, alternando continuanda. *Sudorif.*

3. Pro caloris præternaturalis alteratione, ac cordis, viscerumque principalium corroboratione. ℞. *Aq. Cerasor. nigr. CC. è typh. rub. Id. buglossi. Cin. nam. cydoniat. ana* ʒj. *Corall. rubr. præp.* ʒß. *Lap. rubin. præp.* ℈j. *Conf. Alk. incompl.* ℈ij. *Margarit. præp. Lapid. Bez. occid. ana gr. v. sacch. perlat.* ʒij. *M. Dos. cochl. j. vel alterum, sæpius repetendo.* *Aq. Confort.*

4. Pro Topico sacculos furfuribus in sartagine tostis, repletos, partibus dolentibus applicavit. *Topicum.*

Et 5. Bonam ac laudabilem Diætam observavit. Aer erat calidus, cibi laudabiles, coctuque faciles, Potus ex sequenti pulvere paratus. ℞. *Scob. Radic. chin.* ʒj. *Ligni lentiscini, santal. citrin. ana* ʒij. *Cinnam. opt.* ʒj. *Sem. anis.* ʒj. *CC. ust. pulv. Ocul.* ♋. *ana* ʒiij. *M. f. pulv. gross. de quo cochleare unum* ℔iiij. *aquæ fontanæ fervidæ injiciatur, ac urceus statim post injectionem claudatur.* *Diæta.* *Spec. pro potu.*

De cœtero, quies procurabatur, alvus naturaliter aperta servabatur, animique fortiores motus refrenabantur.

Quibus ita observatis, dictus Patiens â febre liberatus fuit.

CON-

CONSILUM MED. XLIX.

Pleuritidis Curationem proponens.

ANno 1687. menſe Octobri, Vir quidam quadraginta circiter annorum pleuritide vera cum inſigni dolore lateris dextri punctorio & febre acuta correptus eſt, quem ſequentibus ac infra deſignatis remediorum præſidiis priſtinæ ſanitati, per Dei gratiam, reſtitui.

Morbi definitio.

UT autem morbum hunc aliquantulum deſcribamus, eſt ille pleuræ & adjacentium muſculorum, ab influxu humoris fervidi, & ſanguine è vena azygos erumpente ac extravaſato, intra pleuram duplicatam irruente, ibidemque ob ceſſantem & denegatum circulationis motum ſtagnante atque putreſcente, exorta affectio, cum dolore lateris punctorio, aſthmate, tuſſi, pulſu duro, inæquali & frequenti, nec non inflammatione, conjuncta.

cum

Cauſis & Signis.

Cauſa & ſigna, quia in definitione expoſita ſunt, iccircò ea repetere ſuperſedemus.

Prognoſis.

Curatio eſt bonæ ſpei, ſi ſputum maturè coctionem recipiat, & facile ac promptè extenuetur, & ſi quarto die æger album, læve, æquale, idque ter vel quater tuſſiendo, reſpuat, &c. Dubiæ, ſi ichores tantum tenues exſpuantur, ſi flava bilis ſputo admodum permixta & multò poſt initia appareat, ſi ſputum ſit flavum ſincerum, & aquoſitati multæ permixtum, ſi æruginoſum, ſpumoſum, & nigrum, ſi exſcreatio tuſſim & ſpirandi difficultatem non ſedet, ſi in Empyema poſt 14. dies abeat, ut Hippocrates 8. aphoriſmor, ſect. 5. monet, dicendo, Qui pleuritide loborant, niſi intra dies quatuordecim ſupernè repurgentur, iis in Empyema fit mali translatio: Si in peripneumoniam faceſſat, ſi ſenibus accidat, ſi in corpora denſa & exercitationi dedita incidat. Nullius, ſi in ea nihil exſpuatur, ſi pulſus ſit durus, parvus, & ob intenſum calorem frequentiſſimus, ſi hæmorrhagia aliqua in morbi principio absque alleviatione contingat, ſi ob morbi gravitatem & dolorem acutum atq; lancinantem epar & ventricu-

triculus in consensum trahatur, & diarrhœa superveniat, si post diuturnum morbum corpus cachecticum aggrediatur, si plurimus in pectore strepitus sonet, vultus demissus sit, oculique aurigine & caligine obducantur, & quæ sunt similia. Remedia, quibus dictus Patiens restitutus fuit, talia fuêre. 1. Pro antipleuritio specifico sequentem potiunculam hausit. ℞. *Spermat. Cet. rec. Ocul. ♋. præp.* *Pot. antipleurit.* *ana* ʒß. *Dent. apr. præp. Mandibul. Lucii. præp. ana* ϑß. *Syr. papav. err.* ℥ß. *Aq. chærefol. Card. Mar. ana* ℥j. *M.* Sequens etiam Remedium sæpè probatum inveni. ℞. *Ol. lini sine igne parat.* ℥ij. *Ol. anis. still. g. v. M. pro una dosi.* 2. Vena mediana in brachio lateris affecti fuit secta. *V. S.* 3. Ad sanguinis extravasati, & materiæ purulentæ exscreationem atque expectorationem, syrupi hujus pectoralis sæpius aliquam portionem cum baculo glycyrrhizino per intinctionem deglutivit. ℞. *Syrup. d. jujub. liquirit. papav. err. violar. ana* ℥j. *Oxym. simpl.* ℥iß. *Tabb. dia-* *Syrup. pect.* *trag. frig.* ʒiij. *M.* 4. Ad æstum febrilem mitigandum, viresque roborandas. ℞. *Aq. confort. officin. perlat.* ℥ij. *flor. acac. scabios. ana* ℥j. *Aq. confort.* *Ocul. ♋. præp.* ϑj. *CC. præp. Corall. rubr. præp. ana* ϑß. *Julap. violar.* ℥ß. *f. mixtura cochleatim sumenda.* 5. Ad dolorem lateris punctorium mitigandum. ℞. *Ung. pector. dialth. ana* ʒß. *Ol. amygdal. dulc.* ʒij. *M. f.* *Ung.* *Unguentum, quo latus affectum ter in die calidè inungatur.* Præter hæc, bona ac conveniens Diæta fuit observata, Aer erat calidus, cibi euchymi, ut jusculæ carnium, ptisana hordeacea, pulmenta ex pomis dulcibus ac redolentibus, pruna Damascena, &c. Potus verò ex sequentibus paratus. ℞. *Herb. hyssop. capill.* ♀. *ana* pj. *flor. papav. err. M*ß. *CC. ust.* *Decoct. pro* ℥vj. *hord. integr.* ℥iß. *Jujub. sebest. ana* ʒß. *fic. ping.* ʒvj. *passul. min.* ℥ij. *potu.* *liquir.* ʒij. *sem. anis. fœnic. ana* ʒß. *M. f. decoct. cum duabus mensuris aq. fontanæ ad tertias.* Quocirca etiam quieti indulsit, alvum apertam retinuit, animique fortiores motus refrenavit.

CONSILIUM MED. L.

Ebrietatis graviora Symptomata, cum decenti Curatione delineans.

ANno 1688. die 1. Januarii, quidam Adolescens, cum in aliquot diversoriis largiori vini potu se ingurgitasset, ac tandem aquam mulsam ex herbis ac aromatibus paratam superbibisset, ob fortiorem sanguinis & humorum exinde concitatam fermentationem, ex improviso in terram decidit, ac postliminio in hypocaustum deportatus, lectoque impositus, aphonus ac omni ratione privatus, magno cum impetu totum corpus ab uno ad alterum latus vehementissimo conamine movit, brachia vibravit, pedibusque calcitravit, ita ut astantes (quamvis sine fundamento) de propinato aliquo toxico suspicarentur, ac de ipsius vita dubitarent.

EGo vocatus, astantibus periculum, in quo Patiens versabatur, proposui, Hippocratis authoritate suffultus, qui aphorismor. 5. sect. 5. dicit. Si ebrius quispiam derepentè obmutescat, convulsus moritur, nisi febre corripiatur, aut ubi ad horam pervenerit, qua crapulæ solvuntur, vocem recuperet,. Statim etiam in principio Theriacam dissolutam propinavi, ac postea sequentia adhibenda remedia præscripsi. 1. Ad saburram materiæ potulentæ ex ventriculo primisque viis eliminandam. ℞. *Syr. Emet. Ang. Sal.* ʒvj. *quo sumpto, per aliquot vices magnam quantitatem dictæ materiæ cum insigni levamine evomuit.* 2. Ad Cordis, capitis, ac ventriculi corroborationem, de sequenti aqua confortante sæpius unum atque alterum cochleare assumsit. ℞. *Aq. confort. Offic. perlat.* ℥iij. *Cinnam. still.* ʒij. *Conf. Alker. incompl.* ʒß. *Lap. Bezoar. occid. Corall. rubr. præp. ana gr. v. Man. chr. perlat.* ʒij. *M.* 3. Mediâ nocte, cum dicta priora symptomata reverterentur, præmissâ venæsectione, talem potiunculam bibit. ℞. *Lap. Bezoar. orient. gr. v. Theriac. cœlest. gr. iiij. Conf. Alk. inc.* ℈j. *aqua. borrag. q. s. ad potiunculam.* A cujus usu melius habuit, quietique indulsit, ac postea pristinam rationem ac loquelam recepit. 4. Ad insequentem maximam sitim compescendam, tali Julapio usus est. ℞. *Syr. acetos. citr. rub. Id. Cerasi. acid. ana* ℥j. *Aq. font* ℔ij *Spir.* ☽*-ol. rectif.* ℈ij. *M. f. Julapium.* Ex quorum remediorum usu præfatus patiens â dicto affectu liberatus, convaluit.

Syr. Emet.

Aq. confort.

Pot. Cordial.

CON-

CONSILIUM MED. LI.

Secundinæ Retentio, ſuperveniente febre acutâ, lethalis.

Caſus.

ANno 1687. circa finem menſis Decembris, honeſta quædam Matrona, annorum 36. cum adhuc gravida uteri hæmorrhagiâ laboraſſet, non multò poſt, fœtum maſculini generis, duas horas ſuperviventem, poſt quintum â conceptione menſem, præmaturo partu, enixa eſt; Secundina autem in utero remorata manus operâ, (ut apud priores quinque partus factum eſt,) procul dubio ob coaleſcentiam, eximi non potuit: Puerpera interim de ſiniſtri inguinis ingenti dolore, in circumferentiâ dimidii imperialis latitudinem non excedente, conqueſta eſt, nec leviorem ibidem digiti tactum admittere potuit.

Curatio.

QUa de cauſa vocatus ad expellendam ſecundinam ſequentem potiunculam, ſæpius in tali caſu expertam & comprobatam præſcripſi. ℞. Troch. d. myrrha ʒj. Cinnam. acut. Teſtic. equi caſtrat. & præp. ana ϑj. Croc. or. ϑß. Borrac. offic. gr. v. Aq. arthemiſ. ʒij. M. pro doſi unâ. Quâ potiunculâ in hoc ſubjecto nihil proficiente ad vapores uterinos malignos putridosque aſcendentes, cor atque cerebrum infeſtantes, arcendos, de ſequenti aqua cordiali ſæpius unum alterumve cochleare aſſumſit. ℞. *Aq. confort. offic. perlat.* ʒij. *Ceraſ. nigr. meliſſ. ſimpl. è typh. Cerv. ana* ʒß. *conf. Alkern. inc.* ʒß. *CC. præp. Ocul.* ♋. *præp. Corall. rubr. præp. ana* ϑß. *Lap. Bezoard. Or. gr. v. Man. Chr. perlat.* ʒij. *M.* Interea autem ſecundina in utero putreſcere atque

Pot. ad expellendam ſecundinam.

Aq confort. Cordial.

que maximo cum fœtore fruſtratim abſcedere cœpit, quæ particularum excretio per aliquot dies, ſine tamen Patientis levamine, aut fœtoris remiſſione & evaneſcentia, duravit. Ad hæc dicta Symptomata febris acuta putrida, acceſſit, quæ tam maximo horrore, quam inſequenti ſqualido præternaturali calore ſeptem horas durante, pulſu celeri & duro, nec non capitis vehementi dolore & inquietudine, ſitique Tantalea, non ſine virium reſolutione atque jactura, quotidiê miſeram patientem divexavit, ad quam expugnandam, ſequentia remedia ſucceſſivè adhibita fuêre. ℞. *Pulv. rubr. Pannon. CC. præp. Ocul. ℔. præp. Corall. rubr. præp. Spec. d. hyacyntho ana ℈j. ſal. acetoſell. ℈ß. M. f. pulv. divid. in 3. part. æqual. dequibus quolibet accedente paroxyſmo una doſis in aqua confortante ſuperius deſcripta, propinetur.* Et ad ſqualidum calorem febrilem compeſcendum. ℞. *Sem. 4. frig. maj. ana ʒß. Amygd. dulc. excort. ʒij. aq. acetoſ. endiv. cichor. ana ℥j. M. f. Emulſio, in Colatur. diſſolv. CC. præp. Ocul. ℔. præp. Corall. rubr. præp. Nitri tabulati. ana ℈ß. ſacch. ℔. gr. v. Man. Chr. perlat. ʒij. M. f. potio. veſperi ſumenda.* Ad hæc, aliquoties grana quatuor vel quinque Theriacæ cœleſtis deglutivit, ſudoremque unum atque alterum movit. In potu quoque ordinario, qui ex decoctione CC. & hordei integri conſtabat, cui nonnunquam Syrupi rub. Idæi, ribium, & Ceraſ. acid. miſcebantur, unâ alterave vice ad calorem præternaturalem alterandum, huncce pulviſculum hauſit. ℞. *Nitri tabulat. gr. xv. ſacch. ℔. gr. v. M. pro doſi unâ.*

Pulv. Cordial. & antifebril.

Emulſio refriger.

Theriac. cæleſt.

Pulv refrig.

Et quia inſuper Lochiæ immodicè, magnoque cum impetu fluebant, ad eas attemperandas & refrenandas, hanc potiunculam ebibit. ℞. *Philon. Perſic. ʒß. Margarit. præp. Corall. rubr. præp. terr. ſigill. Lap. hæmat. præp. ana gr. vij. Syr. granator. acid. ℥j. Aq. burſ. paſtor. ℥iij. M. pro doſi unâ.* Carpis verò manuum Epithema ex fuligine camini & vitellis ovorum, invicem mixtis, impoſitum fuit, â quorum uſu parcius fluxerunt; Alvus, quæ per aliquot dies erat conſtipata, Clyſtere tali emolliente fuit aperta. ℞. *Decoct. hord. ʒvj. in quo diſſolv. Mell. roſ. colat. ſacch. Thom. ana ʒij. Vitell. ov. num. 2. ſalis pauxillum, f. Clyſter.*

Pulv. ſtegnot.

Epithema.

Clyſter.

Quibus remediis dicta febris mitigata quidem videbatur, quæ tamen fraudulentis inſidiis magnoque cum impetu, ac exacerbatis ſymptomatibus reverſa, delirium, ſudores frigidos, lipothymias, cordis tremorem, reſpirandi difficultatem, accedente facie Hippocraticâ, induxit, alvique excrementa atra cum intolerabili fœtore, ex gangrænoſa putredine ſubſequuta ſunt. Ex quibus omnibus funeſtus hujus morbi eventus facilè præſagiri atque dijudicari potuit, quemadmodum venerandus noſter ſenex Hippocrates cuilibet horum

Sym-

Symptomatum peculiare ſuum prognoſticum annotavit, inquiens: Frigidi ſudores, cum febre quidem acuta, mortem, cum mitiore verò, morbi longitudinem ſignificant. Hipp. ſect. 4. aphor. 37. Item, Quibus per morbos acutos atra bilis, aut veluti ſanguis niger ſubierit, poſtridiè moriuntur. Hipp. ſect. 4. aph. 23. Similiter, Excrementa alvi nigra ſanguini atro ſimilia ſponte euntia, ſive cum febre, ſive citra febrem, peſſima; & quanto ipſorum colores pravi fuerint plures, eò deterius. Id. Hipp. ſect. 4. aph. 21. Et, morbis quibusvis incipientibus, ſi atra bilis ſupra infrave exierit, lethale. Id. Author, ſect. 4. aph. 22. Si etiam ad hæc, in febribus non intermittentibus, externæ partes algeant, internæ urantur & ſitiant, lethale eſt, ſect. 4. aph. 48. Ac, ubi in febre non intermittente difficultas ſpirandi & delirium acciderit, lethale, ſect. 4. aph. 50. Et in febre non intermittente, ſi labrum, aut ſupercilium, aut oculus, aut naſus, pervertatur, (quod apud dictam patientem factum eſt) ſi non videat, ſi non audiat, imbecillo jam corpore, quicquid horum acciderit, in propinquo mors eſt. Hipp. ſect. 4. aph. 49. Proinde etiam rebus ſic ſtantibus, dicta patiens, inter preces adſtantium, & domeſticorum lachrymas, animam ſuam ſalvatori reddidit, placidèque in Domino obdormivit, quod factum eſt die primo Januarii, anno 1688.

Prognoſ. ex Hippocr. de excrementis in morbis acutis.

CONSILIUM MED. LII.

Anthrax circa orificium ventriculi periculoſiſſimus, feliciter curatus.

Caſus.

ANno 1682. Matrona mihi conſanguinitate junctiſſima, ex ſubitaneo terrore, eveſtigio, gravitatem, circa orificium ventriculi, cum laſſitudine membrorum totiusque corporis ſenſit, cui, elapſo biduo, dolor in parte affecta punctorius, cum tumore duro, maſſam panis albi minoris, nummum valentis, æquan-

æquante; febre, ac magna inflammatione, nec non crebrioribus lipothymiis, cephalalgia, ac vertigine, ob consensum partium nervosarum cerebri, accessit: Præterea sitis, ac vigiliæ continuæ Patientis hujus vires ita dejecerunt ut de ipsius reconvalescentia valdè dubitaretur. Qui tamen affectus, per Dei gratiam, seqq. Remediorum præsidiis feliciter propulsus, dictaque Patiens pristinæ sanitati restituta fuit.

Curatio.

Pot. lax.

IN principio itaque morbi, Internè, 1. ad causam morbificam exterminandam seq. laxativo usa est. ℞. *fol. sen. el. ſ. ſt.* ʒiij. *Crem.* ♆. *Rhab. ver. ana* ʒß. *Aq. flor. acac.* ʒiij. *M. f. lenis ebullitio, in colatur. dissolv. Mann. Calabr. el.* ʒiß. *clarif. c. album. ovi. fiatque ſ. a. potio una vice hauriendа.* 2. Ad calorem febrilem, inflammationemque exterminandam,

Pot. sudor.

unâ alterave vice sudorem tali potiuncula promovit. ℞. *Pulv. rubr. Pannon.* ℈j. ♆ *ii diaphoret. rec. ex Reg. præp. gr. xij. Lap. Bez. or. gr. v. Syrup. acetoſ. citr.* ʒij. *Aq. Card. bened. è typh. Cerv. ſcorzoner. ana* ʒß. *M.* 3. Ad partes principes roborandas, ac dolorem intolerabilem compe-

Pill. theriacal.

scendum. ℞. *Theriac. cœleſt. gr. iij. Laudan. Opiat. incompl. gr. jß. M. f. c. aq. Ceraſ. nigr. pilulæ num. iiij. una vice deglutiendæ.* 4. Ad alterationem & corroborationem, de seq. aquâ confortante sæpius unum alterumve

Aq. confort. Cordial.

cochleare assumsit. ℞. *Aq. borrag. bugloſſ. Card. Mar. flor. acac. ana* ʒj. *Lap. Bezoard or. Mag. perlar. or. ana gr. v. Corall. rubr. præp.* ℈ß. *Conf. Alk. inc.* ℈j. *Syr. viol.* ʒß. *Man. Chriſt. perlat.* ʒij. *M.*

V. S.

Externè, 1. vena mediana sinistri brachii fuit aperta. 2. Tumori duro, maximeque dolenti tale Emplastrum adhibitum. ℞.

Emplaſtr.

Empl. de melilot. diachyl. ſimpl. ana ʒß. ʒij. *M. & malax. c. ol. chamomill. extend. ſuper panno lineo, ac applicetur.* Præter hoc, partes circumja-

Linim. ſimpl.

centes Oleo rosarum de die aliquoties calidè illitæ, ac insuper Linimentum simplex spithamæ longitudine ac latitudine panno lineo inunctum, atque pro delenda inflammatione, ac defensione partium sub- & adjacentium, fuit impositum: Quibus ita applicatis, anthrax post aliquot dies emollitus ac mitigatus, sua sponte apertus, materiam ichorosam per multa foraminula effudit, sicque mundificatis Ulcusculis, ac per totum decubitus tempus observatâ bona diætâ, præfata Patiens, quæ sitim decocto hordei cum Syr. rubi idæi mixto compescuit, Divinâ favente gratiâ, pristinam bonam valetudinem recepit.

CON-

CONSILIUM MED. LIII.

Anthrax in dorso, cum ingenti carnis subjectæ & partium adjacentium corruptione, feliciter curatus.

Casus.

ANte aliquot annos Senator Giengensis, nomine Johannes Bernhardus Finck, ætatis consistentis, ingentem dolorem in dorso, cum maximo tumore, sarcinam ponderosam æquante, ac insigni inflammatione, viriumque prostratione, concomitante febre acutâ, sitique Tantaleâ, expertus est, quem affectum Anthracem nominare non dubitavi.

SOlet autem Ἄνθραξ etiam carbo accensus vel pruna nominari, vocatur etiam Carbunculus. Et est Tumor præter naturam inflammatorius, â sanguine adusto & crassiore, partem in qua colligitur, depascente, obortus. Dicitur aliâs latinè ignis Persicus. *Definitio & Causa.*

Hic Patiens statim in affectus principio laxativo expurgatus, postea (non posthabitâ venæsectione) sudoriferis, non neglectis alterantibus & Cordialibus, observataque bona ac laudabili Diæta, tractatus, ac refectus fuit. *Curatio interna.*

Remedia Interna fuêre talia. 1. Purgans. ℞. *Elect. de succ. Pot. purg. Rosar. diaprun. solut. ana ʒiij. Crem. ♀. ℈j. diagryd. corr. gr. v. aq. cichor. borrag. ana ʒj. M. f. potio unâ vice haurienda.* 2. Sudoriferum. ℞. *Rob. Pot. sudor. sambuc. Elect. Diascord. Fracastor. ana ʒij. ♃ ii diaphoret. rec. præp. gr. xij. aq. Card. bened. ʒij. M. f. potio unâ vice sumenda, & aliquoties repetenda.* 3. Confortans. ℞. *Aq. 4. Cordial. ana ʒvj. aq. acetos. Tinctur. Rosar. ana ʒj. Lap. Bez. or. gr. v. Margarit. præp. Corall. rubr. præp. ana ℈ß. sacch. perlat. ʒij. M.* *Aq. confort.*

Externa

Chirurgia. Externa Remedia quod concernit, 1. ſtatim Emplaſtrum diachylon ſimplex cum Empl. de meliloto mixtum, & ſupra hoc, Cataplaſma ex herbis, radicibus & ſeminibus emollientibus, cum lacte & oleo roſarum coctum, parti affectæ fuit impoſitum, dictumque cataplaſma ſæpius repetitum, quod Emplaſtrum tam emolliendo, quam maturationem promovendo materiæ incluſæ purulentæ foraminula, quæ procedente tempore in unum foramen coiverunt, exitum paravit. Quia verò dicta materia purulenta propter longiorem in partis affectæ penetralibus moram, aliorumque vitioſorum humorum, ob maximum dolorem ac inflammationem, affluxum & congeſtionem, inſignem acredinem cauſticam acquiſivit, ac ſubjacentem carnem muſculoſam ſub tumoris ſarcina latentem corrupit ac excavavit, iccircò cutem illam cum carne corrupta cultro per ſectionem extirpare neceſſe fuit. Hinc ad Digeſtiva & Mundificantia fuit progreſſum, ac tandem horrenda hujus Ulceris cavitas beneficio naturæ, ac inſperſione ſeq. Pulveris carne repleta, atq; cicatrix, ſuperimpoſitis linteamentis carptis, ac Emplaſtro albo cocto, ſuperinducta fuit.

Pulv. epuloticus. ℞. Aloepat. Sarcocoll. Sang. Dracon. Thuris, Æris uſt. Ariſtoloch. long. ana part. æqual. M. f. pulv. d. ad ſcatulam.

Quod Diætam concernit, Aer erat temperatus, cibi coctu faciles, bonumque ſuccum ac ſanguinem generantes, Potus, Decoctum raſuræ CC. & hordei integri, cum ſyrupo acetoſit. Citr. & rub. idæi permixtum; quies percurabatur, alvus naturæ reſpondebat, animique pathemata refrenebantur.

Hoc modo præfatus Patiens, per Dei gratiam, cum admiratione multorum, qui horrendum Ulcus hoc inſpexerant, priſtinam ſuam bonam valetudinem recepit.

CONSILIUM MED. LIV.

Canis rabioſi morſum feliciter curatum proponens.

Caſus.

Caſus.

ANno 1684. in Oppido Leipheim, ſub Diæceſi Ulmenſi, per canem oberrantem rabioſum, Georgius Mayer, puer quindecim annorum, verſus ulnam ſiniſtri brachii ſuperficialiter, ac ſi ungue fricatus eſſet, ſine profuſione ſanguinis, læſus: Item, Vitus Röſch, puer quatuordecim annorum, in ambobus brachiis, palmam ſupra cubitum; cum profuſione ſanguinis morſus. Et Jacobi **Oefelins**/fabri ferrarii filiola, tres annos habens, in ſiniſtra parte extremitatis narium aliquo modo exulceratarum, â dicto cane lincta, ſicque mediante ſaliva, ut non ſine ratione ſuſpicabatur, hæc venenata malignitas dictæ fœmellæ communicata fuit.

Pari modo & ratione Anno 1685. die 10. Junii, cum canis rabioſus pagum **Aſelfingen** percurrebat, infauſto omine in duos pueros, quorum quilibet undecim annos habuit, nomine Johannem **Riechlin**/& Johannem **Kaſtler** offendit, quorum priorem in exteriori parte ſuræ pedis ſiniſtri, alterum verò in digito minori manus ſiniſtræ, nec minus in brachio ejusdem lateris, ponè carpum, cum multo profluxo ſanguine momordit. Quare univerſis ac ſingulis hiſce patientibus ſtatim poſt morſuram, & quidem intra viginti quatuor horarum ſpatium, incluſivè, tàm externè, quàm internè ſequentium remediorum præſidia adhibita fuêre.

EXternè, primò ſtatim læſorum morſuræ ſcarificatæ, ac ſanguis, ad Neptunum ablegandus vel ſepeliendus, cucurbitulis cum multa flamma applicatis, extractus, poſtea verò locus affectus Oleo *Curatio.*

Vulnerum cauterisatio

sambucino calidissimo, mediantibus linteolis intinctis, usque ad escharæ inductionem cauterisatus, postliminio seq. mixtura cum linteamentis carptis imposita, ac tandem Emplastrum de spermate ranarum pro communi operculo applicatum, vulneraque per quadraginta dies aperta servata fuere. Mixtura autem vulneribus impositа fuit talis. ℞. *Theriac. Androm.* ʒij. *Unguent. Ægyptiac.* ʒj. *Ol. scorpion. magn. Matthiol.* ʒj *M.* Fœmellæ superius commemoratæ nares exulceratæ ac â cane rabioso linctæ, aqua salsa aliquoties ablutæ, postea theriaca ol. scorpion. mixta, quin etiam mixtura commemorata inunctæ fuerunt.

Mixtur. vulnerib. imponenda.

Interně, talia Remedia statim in affectus principio, reliqua vero successivè adhibita fuêre. ℞. *Ciner. Cancror. fluviatil* ʒj. *Rad. Gentian.* ʒß. *M. f. pulv. & hoc modo dentur Doses octo seorsim ad chartas, quarum una statim, reliquæ verò manè & vesperi jejuno stomacho in brodio carnis, vel aqua cordiali, & alexipharmaca sumantur.* Vel ℞. *Pulv. Palmar.* ʒj. *dentur aliquot doses ad thecas chartaceas, quarum una mane & vesperi in convenienti vehiculo sumatur, ac per aliquot dies iterando continuetur.*

Pulv. contr hydrophobiam.

Pulv. Palmar.

Interea temporis aliquoties horis antemeridianis sudor in lecto per assumptionem Electuarii sequentis fuit provocatus. ℞. *Rob. Juniper. Elect. diascord. Fracastor. ana* ʒiß. *Theriac. Androm. Mithridat. Damocr. ana* ʒij. *Terr. sigill. Silef.* ʒj. *Syr. acetos. Citr.* ʒvj. *M. f. Electuar. de quo juglandis quantitas cum aq. scordii vel Cardui benedicti diluatur, ac una vice ante sudorem ebibatur.*

Elect. sudorif.

Reliquo tempore, dictis scil. remediis jam usurpatis, usque ad quadragesimum diem de seq. Electuario appropriato præservativo & curativo manè & vesperi nucis moschatæ quantitas deglutita fuit. ℞. *Cancror. fluviatil. calcinat.* ʒij. *Rad. Gentian. Bacc. lauri, aristoloch. long. & rotund. Diptamn. ana* ʒij. *M. f. cum Mell. despumat.* ʒiiij. *Electuarium.* Apud infantes vel puerulos Dosis dictorum remediorum pro ratione ætatis minuenda ac temperanda erit. Et his dictis Remediis præfati Patientes omnes per Dei gratiam ab hydrophobiæ periculo, dirisque concomitantibus symptomatibus præservati ac liberati, sicque felicissimè restituti fuerunt.

Elect præserv & curatibum.

De natura & proprietate sanorum & rabiosorum canum, item de eorundum discrimine, rabiei causis, symptomatibus, signis, invasionis tempore, prognosticis & curatione, cum annexis Historiis & Quæstionibus vide Tractatum nostrum Germanicum von denen wütenden Hunds-Bissen / Anno 1679. Augustæ Vindelicorum in forma octava Typis excusum. Item, Consilior. & Observationum nostrarum Medicinalium, anno 1683. in lucem editarum, Consilium

19. De Morſu canis rabidi per interna & externa Remedia curato, pag. 207. & ſeqq. ubi forſan Lector benevolus pro ſuo deſiderio hac de materia talia inveniet, quæ mentem & animum adimplebunt.

CONSILIUM MED. LV.

Aſthma periodicum, ſuffocationem minitans, optimo ſucceſſu curatum.

Caſus.

ANno 1687. menſe Julio, ſacerdos & ſubprior Imperialis Monaſterii Zvvyfaltenſis, adhuc-dum juvenis, temperamenti melancholici, ſtaturæ mediæ, habitus corporis tenuis, de magno aſthmate periodico nocturno præſertim tempore accedente & ingraveſcente conqueſtus eſt, cujus acceſſiones ante annum multò graviores fuiſſe aſſerebat, dum ſæpenumero veniente paroxyſmo, concomitantibus ſiniſtri lateris dolore intenſiſſimo, etiam tactui obvio, eumque non admittente, nec non capitis dolore peracuto, pulſu debili, cordisque palpitatione, non aliter putârit, ac ſi cor forcipe comprimeretur. Ad hæc, tumultuantes flatuum borborygmi, ſæpius per dimidiam horam non ſolum cavitatem ventris, ſed etiam totum corpus cum murmure ac ſonitu permearunt, & usque ad ſcapulam ſiniſtram, cum dolore punctorio, ac ſi cultri cuſpis infigeretur, penetrârunt. Jam vero mitioribus factis iſtiusmodi incommoditatibus, quoties dictum aſthma nocturno tempore cubantem in lecto, &

quidem cum membrorum laſſitudine, maximâ anxietate & triſtitia, quin etiam capitis dolore & ſudore, afficit & infeſtat, patiens confeſtim è lecto ſurgere, ac apertâ feneſtrâ, per afflantem aerem externum ambientem liberam reſpirationem procurare cogitur, ut ſic ſuffocationis periculum effugiat.

Curatio.

Spec pro vino medicat,

Pulv aperit anti. aſthmat. Spir. aperit. & antiaſthmat

Aq. pectoral anti aſthmat

Ol. Splenet,

AD hunc igitur affectum, â malo hypochondriaco & flatibus provenientem, curandum, vocatus ſequentia remedia præſcripſi. ℞ *Herb. abſynt. pont. card. bened. hyſſop. veron. Capill.* ♀. *ſcolopend. meliſſ. ana* p*j. rad. helen. ſcyll. præp. calam. arom. gariophyllat. ana* ʒ*ij. pimpinell. Ireos flor. ana* ʒ*j.* Rhab. *ver* ʒ*iij. fol. ſen. el. ſ. ſt.* ʒ*vj. agar. troch. turpeth. opt. Jalapp. polypod. qu. ana* ʒ*ij. Cinnam. opt.* ʒ*j. Macis* ℈*j. Crem.* ♀. ℥*ij. anis fœnic. ana* ʒß. *M. & conciſ. f. cum ſyndon. nodulus cum vini albi* ℔*v. infundendus de quo ſingulis diebus Manè jejuno ſtomacho* ʒ*v. vel vj. bibat.* Hoc vino abſoluto, per tres ſeptimanas ſero lactis caprini uſus eſt, Hinc, ℞. *Sal.* ♀. *volat.* ℈ß. *Ocul.* ♋. *præp. gr. v M. & d. hoc modo doſes 4. ad vitrum bene clauſum, de quibus ſingulis diebus, duabus vel tribus horis ante prandium, una doſis in brodio. carnis aſſumatur.* Et, ℞. *Spir.* ✻ *iac. chalybeat.* ʒiß. *Eſſent. ambr.* ʒß. *Tinctur. arant.* ℈*j. M. De qua mixtura. M. & V. gutt. xij. vel, xv. in aqua ſeq. pectorali aſſumat.* ℞. *Aq. ceraſ nigr. hyſſop. veron. flor acac. aſthmat. D. Rab. ana* ℥*j. Eſſent. ſacch. ſimpl. ſpir. anis. ana* ʒ*ij. ſacch. Cand. alb.* ℨß. *M.* Externè, ſiniſtrum hypochondrium & regionem lienis tali oleo calidè inunxit. ℞. *Ol. chamomill. d. capparib. ana* ℥*vj. M. d. adfictile.* Quibus ita uſurpatis, aſſumptisque remediis, obſervataque bona Diæta, commemoratus Dn. Patiens, aſſiſtente Divino Numine, & cooperante benigna matre natura, â dicto affectu liberatus fuit.

CONSILIUM MED. LVI.

Empyæma, ex intermiſſa Paracenteſi, lethale.

Caſus.

Caſus.

ANno 1688. ſecunda feria Paſchatis, Murarius quidam, triginta circiter annorum, in diverſorio quodam vino indulgens, ac per oſtentationem vitra dentibus maſticans & comminuens, inter potandum cum aliis verba odioſa faciens, rixasque movens, tandem eò deventum eſt, ut pugnis acerrimè dimicarent, dictusque murarius grandioribus verberibus excipere-tur, pedibusque calcaretur, hinc non ſolum aſthmate, cum dolore lateris punctorio correptus eſt, ſed etiam ſanguinem per os & alvum copiosè egeſſit.

Morbi hujus Tractatio.

EGo, poſt aliquot dies vocatus, venam medianam aperire curavi, ac ſequentia remedia ordinavi. ℞. *Sperm. Cet. Ocul.* ♋. *præp. ana* ʒß. *Dent. apr. præp. Mandib. lucii præp. ana* ϑß. *Syr. d. hyſſop.* ʒß. *aq. Card. Mar. chærefol. ana* ʒj. *M. f. potio una vice ſumenda.* Præter hanc potiunculam aliquoties etiam pulveris ad Caſum Aug. ʒj. in brodio carnis deglutivit: Poſtea, una alterave vice ſeq. potionem laxativam bibit. ℞. *Elect. lenit. Florenz. diacathol. ana* iij. *Crem.* ♀. *Ocul.* ♋. *præp. ana* ϑj. *diagryd. corr. gr. v. Aq. hyſſop. ſcabioſ. ana* ℥j. *M. f. potio unâ vice hauriend.* Pro potu ordinario tali decocto uſus eſt. ℞. *CC. uſt.* ʒvj. *hord. integr.* ʒiß. *flor. papav. err. M.* ♂. *herb. hyſſop. agrimon. capill.* ♀. *ana* pj. *Spec. pro decoct. pector. fl. & fr. ana* ʒj. *Sem. anis. fœnic. ana* ʒß. *M. & conciſ. coq. in menſur. 2. aq. font. ad tertias.* Nec minus ad materiam purulentam expectorandam, de ſeq. aqua ſæpius unum alterumve cochleare aſſumſit. ℞. *Aq hyſſop. flor. acac. Loch. ſan. veron. ana* j. *aſthmat. Rab. antiphtyſ. Mynſ. ana* ʒß *Confort. Offic. perlat.* ʒvj. *Ocul.* ♋. *præp.* ϑj. *Syr. d hyſſop.* ʒß. *ſacch. cand. alb.* ʒij. *M.* Externè, *Unguentum pectorale & dialth. cum Ol. amygdal. dulc. calidè fuit illitum*, ac fomenta ex emollientibus & diſcutientibus applicata. His remediis dicto modo applicatis, præfatus patiens aliqualiter melius habuit, ac rurſus in publico obambulavit; ſed paucis præterlapſis diebus ob maximum recurrens aſthma, viriumque imbecillitatem, ſe rurſus in lectum recipere coactus fuit,

Potio anti-pleuritica ſanguin. extravaſ. reſolvens.

Potio laxativ.

Potus Ord.

Aq pectoral.

Ung. pectoral.

cui requisitus dixi, quod materia copiosissima extravasata purulenta in cavitate pectoris contenta sit, quæ, (quia exscreando rejici non possit) nisi per paracentesin via intercluſa aperiatur, funestus exitus expectandus sit, quo audito, â dicta operatione valdè abhorruit, ac hujus operationis admissionem pertinaciter recusavit; hinc factum est, ut 22. die Maji, nocturno tempore vitam cum morte mutârit.

Cadaveris sectio & apertio.

Sequenti die, ex jussu amplissimi Magistratus, cadaver cultro anatomico apertum, & in causam mortis proximam fuit inquisitum, quam sectionem ego, & Chirurgus Reip. nostræ Ord. Joh. Bartholomæus Heckingius seq. modo instituimus. Ante omnia abdomen fuit apertum, ubi singulari studio ventriculum, intestina, hepar, lienem, renes, mesenterium, omentum, vesicam, &c. perlustravimus, nec ullam eorum læsionem, multò minus vestigia in ventriculo ac intestinis vitri alicujus devorati, (cujus rei ab adversariis suis inculparetur) deprehendimus. Postea verò venter medius, cavitasque pectoris fuit aperta, quam præsertim circa dextram partem copiosissimâ materiâ acri ac purulentâ, usque ad diaphragma tendente, repletam & refertam invenimus, illamque spongiis ac vasculis exhausimus: Hoc facto, non solum pleuram, sed etiam totum pericardium circumcirca corrosum, lobumque pulmonum dextrum, (cujus substantia secundum diligentissimam neotericorum Anatomicorum perscrutationem ac investigationem in statu sano innumeris vesiculis, spiritu vivifico vitalique turgidis, inflatis ac repletis, instar retis, mirificè & artificiosissimè contexti ac connexi constat, composita est,) ita flaccidum, tabidum, atque collapsum vidimus, ut nil nisi exigua residua substantia membranacea cum aliquot vasis adhuc restare, reliquam vero substantiæ partem corrosam & consumptam esse, videbatur. Ex quibus recensitis liquet, dictum patientem non solum ob copiosam materiam purulentam in cavitate pectoris contentam, ejusdem verò rejectionis impossibilitatem, & intermissam paracentesin, nullum exitum habentem ac ita insecutam corrosionem & corruptionem dictarum partium, sed præcipuè etiam propter allegatarũ vesicularum, pulmonis substantiam constituentium, subsidentiam, & flacciditatem, ac consequenter inspirationis & exspirationis defectum, liberæque respirationis impedimentum, atque frustrationem, mortis aleam subiisse,

mundoque huic vale

dixisse.

COM-

CONSILIUM MED. LVII.

Scirrhus maxillæ dextræ in Cancrum degenerans, lethalis.

Morbus.

ANno 1687. Menſe Februario, **Anna Schellenbäumin**/ ex pago Baimerſtetten, territorii Ulmenſis, clinicam per aliquot annos apud puerperas, ætatis verò ſuæ annum quinquageſimum circiter agens, in Xenodochium noſtrum Ulmenſe recepta fuit, quæ Scirrhum in maxilla dextra valdè magnum, pugnum æquantem, durum, tactuique renitentem, ſimul ac oculum ejusdem lateris claudentem, maxillamque tam ſuperiorem quam inferiorem occupantem habebat, qui tandem, fruſtra adhibitis remediis internis melanagogis ac alterantibus, externisque appropriatis, in Carcinoma, ulcusque phagadænicum degeneravit, naresque cum ſuperioribus labiis, usque ad interiora oris penetrando, exedit.

CAuſa hujus Scirrhi erat ſucci lymphatici atrabilaris acido - auſteri & congelati ſubſiſtentia atque collectio, qui ſuccus acido-auſterus procedente tempore in acido - corroſivum, vel ſecundum Helmontium in ſal alcalico - corroſivum ſeu cauſticum & ſecundum Paracelſum de Ulcer: C. 3. & in fragment. in Colcothar. Vel Realgar microcoſmicum transmigravit, dictamque miſerrimam patientem, poſt perpeſſos fermè intolerabiles, lancinantesque dolores, menſe Majo ejusdem anni 1687. Jugulavit. *Cauſa*

Anno 1689. die 26. Julii, ex mandato, Magiſtratus, Waltburgam Schaichin, Andreæ Schaleri Conjugem, ſeptuaginta ſeptem annos *Alia hujus farinæ Hiſtoria.*

Cancer ex verrucæ evulsione ortus.

nos habentem inspexi, Cujus maxilla sinistra horrendo ulcere cancroso infecta erat, quod ante annum & quod excurrit, ex hac causa oriebatur, quod patiens, in ea parte obortam verrucam secunda vice, cum dolore & insecuto affluxu sanguinis melancholici adusti, humorumque acido - Corrosivorum evulsisset.

CONSILIUM MED. LVIII.

Cancer in femore dextro versus inguen, lethalis.

ANno 1688. Marcus **Dieterich**/miles Ulmensis, qui cum aliis sui ordinis â Circulo Suevico ante biennium in Hungariam contra Turcam ablegatus fuerat, cancro magno & horrendo, multis nodosis extuberantiis luxuriante, orbemque culinarium, ratione magnitudinis æquante, laborans, circa præfati, hujus anni tempus autumnale, ex Hungaria, ultra centum milliaria (quod summè admirandum) grallis suffultus, Ulmam rediit, ibidemque in Nosodochium publicum receptus est. Hic miles ante decem annos in parte affecta tumorem durum, inæqualem, tactui resistentem, ac scirrhosum in femore dextro, & quidem in interiori ejus parte, versus inguen, pugni instar, consecutus est, quem parvi faciens, floccique pendens ac negligens, per aliquot annos nihilominus castra secutus, in bello circumgessit, donec in ulcus valdè magnum ac cancrosum degeneravit, quod ulcus non solum copiosam materiam putridam & corruptam cum maximo fœtore evomuit, sed etiam sæpenumero multum

multum ſanguinem, usque ad patientis animi defectum, effudit, qui verò manu chirurgicâ, remediisque ſtegnoticis adhibitis, identidem refrenatus fuit: Totus etiam pes, ab inguine usque ad calcem ſcirrhoſus & in magnam molem intumefactus cernebatur, nec quicquam in tali malo deſperato ac deplorato quoad remedia interna melanagoga, alterantia, corroborantia, ac appropriata, ſicuti etiam nec externa refrigerantia, ſiccantia, & adſtringentia profuerunt; imò, ob loci inconvenientiam, ulceris cancroſi magnitudinem, totumque pedem ſcirrhoſa duritie infectum, nulla exciſio vel uſtio locum habuiſſet. Hinc patiens indies magis magisque viribus exhauſtus, tabidaque atrophia corporis confectus, die 25. Novembr. â ſua decennali miſeriâ liberatus, vitam cum morte commutavit.

CONSILIUM MED. LIX.

Phlegmone Eryſipelatodes circa genu dextri pedis, optimo ſucceſſu curatum, exhibens.

Caſus.

ANno 1688. die 6. Auguſti, circa mediam noctem, virgo 30. annorum, mihi ſanguine juncta, in lecto decumbens, quietique indulgens, cum terrore expergefacta, ex improviſo phlegmone eryſipelatode, cum lancinantibus doloribus, ac flam-

mea rubedine, â genu verſus tibiam vergente, cum puſtulâ ibidem exortâ, correpta fuit, quem affectum, febris, ſitis, vigiliæ continuæ, cordis tremor & infirmitas, cibi inappetentia, laſſitudo totius corporis, ac inſignis tumor circa genu, cum motus impotentia, concomitarunt.

Cauſa. Hîc morbus cum ſuis ſymptomatibus, ab efferveſcentis ſanguinis bilioſi portionibus ichoroſis tenuioribus ſubſiſtentibus & efflorescentibus originem duxit. Helmont. Apoſtema maximè igneum appellavit, in quo excandeſcit ſpiritus vitalis â cauſa morbifica lacessitus, & veluti ad iram provocatus.

Curatio.

Curatio per Interna & Externa Remedia ſeq. modo fuit abſoluta. *Purg.* *Internè, ad expurgandum corpus.* ♀*i. Emet. Mynſicht. gr. v. in juſculo bibit, â quo aliquoties evomuit. & per alvum dejecit.* Hinc *Rob ſambucino atque juniperino, theriaca mixto, ac aqua Cardui bened. diluto, ſudorem aliquoties movit*, poſteaque ad cordis tremorem ac infirmitatem M. & V. Theriacæ Andromachi nucis avellanæ quantitatem, cum inſigni alleviatione, deglutivit, & ad ſitim compeſcendam, decocto CC. ac hordei, cum ſyrupo rub. Idæi mixto, uſa eſt: Quocirca etiam ad ventilandum ſanguinem efferveſcentem & ebullientem, vena mediana dextri brachii, ſecta fuit.

Sudorif.

Empl. Externè, ſupra genu *Emplaſtrum de meliloto*, cum *Emplaſtro diachylo ſimplici mixtum*, nec non ſupra & infra idipſum, latitudine trium transverſorum digitorum, poſt inunctionem partium vicinarum cum oleo roſarum, *Linimentum ſimplex* pro defenſione fuit applicatum, itemque pro diſcuſſione ſanguinis, humorumque affluxorum, *pulmentum ex mica panis albi, cum lacte, & cochleari uno vel altero olei roſarum, addito pauxillo croci, coctum, & linteo duplicato involutum, loco affecto calidè fuit adhibitum, ſingulisque diebus tertia vice repetitum.*

Linim. ſimpl *Cataplaſma.*

Quibus ita adhibitis remediis, obſervatâque bona Diætâ, dolor cum inflammatione, remiſerunt, materiaque in parte affectâ contenta, ſine exulceratione, diſcuſſa, motio pedis recuperata, Patiensque, Diâ favente gratia, priſtinæ ſanitati reſtituta fuit.

CON-

CONSILIUM MED. LX.

Cephalalgia bimestris, accedente auris dextræ intolerabili dolore, post ruptum abscessum in cavitate Cerebri, evanescens.

Casus.

ANno 1688. mense Septembri, Matrona quædam antiquâ generis nobilitate illustris, annorum 25. staturæ mediæ, habitus corporis mediocris, temperamenti sanguinei, adhuc gravida, circa medium gestationis tempus febre intermittente laborans, sed legitimis remediorum præsidiis restituta, post enixum optimo successu fœtum masculini generis jucundissimum, spem posteritatis dulcissimam, vaporibus uterinis, cor, atque caput petentibus, infestata fuit, quos diversis rebus fœtidis anxiæ sollicitæque consanguineæ, nec non clinicæ mulierculæ discutere tentarunt, â quorum suscepto fœtore & repletione cerebri dicta Patiens gravitatem capitis, cum subsequentibus maximis doloribus sensit, ita, ut Medici consilium & auxilium exposcere non dubitârit.

Curatio.

EGo vocatus, primis â puerperio diebus, urgens ante omnia symptoma, acutissimum videlicet, capitis dolorem per convenientia remedia, si non statim radicitus tollere, eundem tamen ad minimum oblenire, attentavi, quapropter *emulsionem ex 4. seminibus frigidis, sem. papav. alb. amygd. dulcib. excorticatis, cum aq. lactuc. & nymphææ, intermixtis pulveribus Corallor. & smaragd. præp. paratam; quin etiam oleum papaveris* *Emulsio refrig.* *Ol. papav. alb.*

veris albi, vertici capitis ac temporibus illinendum, præscripsi, quibus parum proficientibus, sequentia remedia ordinavi. ℞. *Aq. confort. offic. perlat.* ʒij. *Meliss. simpl. Cerass. nigr. Epilept. Lang. ana* ʒß. *Margarit. præp. Corall. rubr. præp. ana gr. xv. Lap. Bezoard. or. gr v. Laudan. opiat. simpl. gr. iij. Man. chr. perlat.* ij. *M.* de qua sæpius unum cochleare assumat. Et, ℞. *Theriac. cœlest. gr. iij. Extr. laudan. opiat incompl. gr. j. M. f. cum aq. cerass. nigr. pillulæ obauratæ numero quatuor, sub horam decubitus unâ vice deglutiendæ.* Externè, fronti ac temporibus *Emplastrum hypnoticum Mynsichti* fuit applicatum. A quorum remediorum usu melius habuit, simul ac intensus capitis dolor remisit. Cum autem absoluto puerperii tempore præfatus capitis dolor recrudesceret, ad eundem compescendum atque radicitus tollendum *potio laxativa de Extracto Rhabarbari, Crem.* ♀, *& paucis diagrydii granis, cum aq. appropriata* & deinceps *pillulæ cephalicæ, de extr. panchymag. croll. extr. pill. aurear. ac cochiar. paratæ*, nec non pileolus exfloribus rosar. nymph. herb. betonic. succino, sem. papav. alb. sem cannab. &c. compositus; ac *Electuarium cephalicum de conserva rosar. rubr. confect. Alk. incompl. Corall. rubr. diacod. & syrup. papav. &c.* sæpius avellanæ quantitate sumendum, cum prædicto Emplastro hypnotico Mynsicht. & sacculo baccis juniperi repleto, verticique capitis superposito, aliaque hujus generis remedia, applicata fuerunt; â quorum usu & applicatione dolor quidem remisit, sed non totaliter evanuit, accedente ad somnum propensione, palpebrarum depressione, & quasi unius alteriusve oculi per vices luscositate. Tandem, post duos menses, dolor auris dextræ punctorius, acutissimus, ac fermè intolerabilis accessit, ad quem tollendum, mixtura seq. cavitati auris dolentis cum gossypio, calidè fuit adhibita. ℞. *Pulv. opii gr. iij. Castor. croc. ana gr. jß. Ol. amygd. dulc.* ʒij. *M.* Quocirca etiam auris quadruplicatis linteolis calidis, spleniorum instar, munita, ac usus *pillular. Theriac. cœlest. gr. iij. cum gran. i. Laudan. opiat.* fuit repetitus, his autem non sufficientibus, ac tumore auris vicinarumq; partium prodeunte, *cataplasma ex herbis & radicibus emollientibus, nec non seminibus lini & fœnugræci cum lacte, & cochleari uno vel altero ol. rosar. coctum* sæpiusque illa ipsa die auri dolenti fuit applicatum, quo facto, hora quarta vespertinâ, abscessu in cavitate capitis rupto, & materia purulentâ per dictam aurem copiosè effusâ, dolor omnis cessavit, dictaque Patiens per Dei gratiam pristinæ sanitati restituta fuit.

Aq Cephal. & Cordial.

Pill con fort. & anodyn Empl. hypnot.

Potio laxat.

Pill Cephal.

Elect. Cephal.

Mixtura contra dolorem auris

Pill anodyn Cataplasm emoll. & anodyn.

CON-

CONSILUM MED. LXI.

Dolor hypochondrii ſiniſtri periodicus feliciter curatus.

Caſus.

ANno 1687. Prænobiliſſima quædam Virgo, annorum circiter octodecim, appropinquantibus præſertim menſibus, iisdemque parcè fluentibus, in ſiniſtro hypochondrio, ſub coſtis ſpuriis, circa regionem lienis, procul dubio propter obſtructionem vaſorum atque venarum, ac proinde circulationis ſanguinis aliquale impedimentum, maximos dolores periodicos perpeſſa eſt, ita, ut ſæpius ex improviſo, inter prandendum & cœnandum, atque inter alia negotia domeſtica, correpta, ſtatim ſe in lectum recipere, ibidemque affixa dolorum ferocientium impetum patienti animo ferre coacta fuerit.

Curatio.

CUi, ad hoc malum tollendum, ſequentia remedia præſcripſi. ℞. *Spec pro vino meditato.* *Herb. agrimon. ſcolopendr. capill.* ♀. *abſynth. Card. bened. cent. min. Veron. meliſſ. ana* pj. *Rad. 5. aper. maj. ana* ʒj. *helen garyophyllat. ana* ʒij. *Rhab. el.* ʒiij. *fol. ſen. el. ſ. ſt* ʒvj. *Agaric. troch. Jalapp. Polypod. qu. ana* ʒij. *cinnam.* ʒj. *Macis* ℈j. *Crem.* ♀. ʒß. *ſem. anis. fœnic. ana* ʒß. *M. f. cum ſynd. nodulus, in vin. alb.* ℔iij. *macerandus, de quo ſingulo manè jejuno ſtomacho* ʒv. *vel* vj. *calide bibantur.* Hoc potu abſoluto. ℞. *Sal.* ♀. *volatil. ſal. CC. volatil. ana gr. iij. Ocul.* ♋. *præp. gr. iiij. M. detur ad vitr. benè clauſum, & hoc modo tres doſes, quarum una duabus horis ante cibum in brodio carnis ſumatur.* Et, ℞. *Elix. Propr. Paracelſ. ſpir.* ✱*iac. chalybeat. ana* ℈ij. *M. d. ad vitr. De Pulv. ſolenet. deoppil. Elix deobſtruens & aperitiv.*

tr. De qua mixtura M. & V. guttæ xii. vel xv. in brodio carnis, vel aqua meliſſ. aſſumantur.

A quorum uſu dicti dolores evanuerunt, ita, ut præfata Patiens in hanc usque diem ab iis libera ſit, atque Diâ favente gratia priſtinam ſuam bonam valetudinem recuperârit.

CONSILIUM MED. LXII.

Fœtus monſtroſus, cum ſuperiori maxilla & labio in utroque latere fiſſo.

PRæterita æſtate hujus anni 1688. menſe Junio, militis & hortulani cujusdam conjux fœtum fœminini ſexus in lucem edidit, cujus labium ſuperius cum maxilla in utroque latere, & quidem in illo loco, ubi aliâs canini dentes erumpere ſolent, fiſſum, leporinumque cernebatur. Ego, cum Chirurgo Reip. Ord. Joh. Bartholomæo Heckingio rogatus, dictam infantem inſpexi ac non ſolum labium ſuperius in utroque latere, ſed etiam ſimul maxillam ipſam cum labio fiſſam, ac in anteriori & media inter ambas fiſſuras parte proceſſum ſuperioris maxillæ cum labio firmiter coalito deprehendi, ac inſuper in palati anteriori parte duo foraminula juxta ſe poſita, ſurſumque tendentia, & in cavitatem narium penetrantia, ſtyloque exploratorio pervia, obſervavi: Per quæ foramina pulmentum, præſertim vero potulenta, niſi ori altius ingerebantur, ad nares aſcenderunt, & per illas effluxerunt, ac procul dubio, ſi hæc foramina in penitiori palati loco infixa fuiſſent, dicta fæmella omnia per nares reje-

rejeciſſet, & ſic fame periiſſet. Impoſſibile etiam fuiſſet ob dicti anterioris proceſſus maxillæ cum labio firmiſſimam coaleſcentiam, atque oſſis maxillæ ſuperioris labiique in utroque latere fiſſuram manu chirurgica, incitione videlicet ac ſuturâ os maxillæ ac labium disjunctum unire, ſicque malum vel corrigere, vel penitus tollere. Quæ monſtroſa labii ac maxillæ conſtitutio dictam prolem turpiter & miſerrimè deformavit. Bimeſtris autem facta, commiſerante Deo, ex ſupervenienti morbo vitam cum morte mutavit.

CONSILIUM MED. LXIII.

Venenum gallicum varia moleſta ſymptomata proferens.

Caſus.

ANno 1688. Illuſtris & Generoſus quidam Baro, ac magnæ conditionis Vir, temperamenti ſanguineo - cholerici, annorum circiter 48. ante aliquot annos gonorrhœa virulenta laborans, & poſtmodum induratis maculisque conſperſis cruribus, quemadmodum ſcorbutici habêre ſolent, divexatus, hoc anno de ſcirrhoſo tumore teſticuli, ni fallor dextri, maximoque circa ſcrotum & pudenda pruritu conqueſtus eſt, quæ teſticuli durities neque cataplaſmatibus, nec emplaſtris emollientibus & diſcutientibus, neque fomentis ac inſeſſi-

bus

bus cedebat, donec tandem Dominus Patiens, experientiſſimo quodam Medico ſuadente, repetitis remediis mercurialibus purgantibus, nec non ſudoriferis ex decocto lignorum paratis, per 14. dies uſus eſt, à quorum ſumptione ac uſurpatione dictus ſcirrhoſus teſticuli tumor evanuit. Sed non multò poſt, tumor aliquis in maxilla dextra, ſub orbita oculi incipiens, & usque ad naſum tendens, cum inſigni rubedine, & aliquali dolore, obortus eſt, ad quem Ozæna acceſſit, ac nares circa os cribroſum à materia mucoſa & purulenta fœtida obſtructæ erant, quam Dn. Patiens, prægrandium mucorum inſtar, cum ichore copioſo magno conatu per totam diem emunxit, quam ob cauſam Medici non ſine ratione corruptionem partium ſubjectarum cartilaginearum ac oſſearum narium & maxillæ, nec non temporis progreſſu exoriundum ulcus phagadænicum in dictæ maxillæ parte affecta tumida timeſcebant, illamque legitimis remediorum præſidiis præcavere ſolliciti erant; Ad hæc, columella in diverſis locis aliqualiter eroſa ac exulcerata tantam colluviem & continuum affluxum pituitoſorum ſpumoſorumque humorum, ac ſuperabundantis ſalivæ excipit, ut Dn. Patiens illam continua exſcreatione maximoque conatu, nonnunquam etiam cum vomitu, & periculo ſuffocationis, (quod Germani **das Verkürnen** vocant) rejicere cogatur, quæ ſalivalis materiæ copia, & columellæ ulcuſcula, (quæ etiam hactenus nullo gargariſmo adſtringente nec aqua cauſtica, in tali caſu aliâs expertiſſima, vel fumo appropriato, ore excepto, nec ullo alio remedio exſiccari, ſanari, & conſolidari potuerunt) non

ſolum

ſolum deglutitionem cibi & potus impedit, ſed etiam ob continuum exſcreandi deſiderium omnem quietem, tam diurnam quam nocturnam interturbat, præfatoque Domino Patienti maximam & intolerabilem moleſtiam excitat, viresque non parum diſſolvit, ita, ut ſolummodo ac principaliter hujus ſalivalis materiæ copioſæ ablationem, adſtrictionem, & exſiccationem, quin etiam columellæ conſolidationem deſideret, & collegiale conſilium & auxilium probatiſſimorum Medicorum expectet. Dictus hic morbus cum ſuis ſymptomatibus atrophiam etiam notabilem totius corporis excitavit, ſed vires adhuc non totaliter exhauſit, ita, ut Dn. Patiens ambulare ac progredi poſſit, cibumque ac potum appetat, modò eſculenta ac potulenta ob columellæ relaxatæ & exulceratæ impedimentum, & materiæ ſalivalis continuam exſcreationem, deglutire poſſet.

Morbi Reſolutio.

HIc affectus cum ſuis ſymptomatibus â cachexia ſcorbutica, ac veneno gallico in maſſa ſanguinea & humoribus ſtabulante, propullulat, ad quod radicitus tollendum ſequentia remedia, non ſine levamine Dn. Patientis hactenus applicata fuere.

Curatio. Remedia.

Quod curationem per mercurialia purgantia, & decocta ſudorifera lignorum concernit, illa *remedia ex mercurio dulci, additis pilularum maſſis & extractis, reliqua vero ex ligno ſaſſafras, guajaco, rad. chin. ſarſaparill. addito cinamomo, liquiritia, paſſulis, ficubus &c. conſtabant*, quam curationis methodum Dn. Patiens per 14. dies continuare permiſit.

Poſtea vero cum maxilla atque nares, nec non columella dicto modo afficiebantur, tam ad totius corporis quam principalium partium internarum alterationem & corroborationem, quam ad affectarum partium medelam, talia remediorum auxilia adhibita fuerunt.

1. Ad ſanguinis purificationem, & malignam qualitatem, fomitem veneni gallici redolentem, ê corpore exterminandam, hactenus ſæpius pillulis mercurialibus uſus eſt; ſed ob corporis atrophiam, & virium imbecillitatem purgantia vel ſudorifera continuare, aut remedia calidiora atque exſiccantia applicare non licuit. Nuper vero ſeq. pillulæ, M. & V. num. 7. uſurpandæ, commendatæ fuerunt. ℞.

Pill. ſanguin. purificant. *Extr. lign. guaj. ʒij. Extr. fumar. ℈ij. ſal. ✱iac. Cinnab. ☵ ii ana ʒij. ſal. ſuccin. volat. ♁is viperar. ver. ana ℈j. M. & f. cum terebinth. pillulæ, ex ℈j. num. 15. inaur.*

Elect. alter. & corrob. analept, Syrup. ſangu. purif. Pulv. analept. alter. & corrob.

2. Ad alterationem & roborationem talia aſſumſit. ℞. *Conſerv. roſ. rubr. ʒvj. Troch. de viper. ʒij. pulv. analept. frig. Münder. ʒj. f. mixtura, de qua ſæpius avellanæ quantitas deglutiatur.* Et, ℞. *Syr. ſcelotyrb. ℔j. d. ad fictile, de quo veſpertino tempore, aut duabus poſt cœnam horis, quinque cochlearia capiat.* Et, ℞. *Pulv. analept. frig. Münder. Corall. rubr. præp. ana ʒß. Smaragd. præp. hyacinth. præp. CC. philoſ. præp. Ocul. ♋. præp. ana gr. xv. Margarit. præp. ℈j. ♁is cochlear. fumar. ana ℈ß. Sacch. albiſſ. ʒij. vel ʒß. M. f. pulv. ſubt. de quo mane, meridie & veſperi cum lacte amygdalino vel caprino, quantum tribus cultrorum cuſpidibus capi poteſt, aſſumat:* Præter

Serum lact caprin. hæc, præterito menſe Junio, *quotidiè jejuno ſtomacho ſeri lactis caprini ℥x. bibit*, hujus uſum per 3. ſeptimanas continuavit. Pro potu vero ordinario de ſequenti groſſo pulvere cochleare unum menſuræ aquæ fervidæ, ſtatim poſt affuſionem operculo tegendæ, injecit, ac illam

Spec. pro pot. ord. aquam vel per ſe, vel vino albo permixtam, bibit. ℞. *Scob. lign. Saſſafras, rad. chin. ana ʒß. Cinnam. opt. ʒij. Sem. anis. ʒj. CC. præp. Ocul. ♋. præp. ana ʒiß. M. f. pulv. groſſus.*

3. Ad maxillæ tumorem atque rubedinem, tali linimento ocu-

Ung refrig. & exſiccans. li orbitam, nares atque maxillam inunxit. ℞. *Succi ſolan. ʒiß. Pulv. diapompholyg. ʒß. ceruſſ. aq. roſ. lot. & iterum exſiccat. gr. xv. cum ol. roſar. & cera alb. liquata in mortario plumbeo ad ſpiſſitudinem linimenti ducantur.* In hunc finem etiam *Emplaſtrum de ♄. Mynſichti*, fuit applica-

Empl. de Saturno Mynſ. tum.

4. Ad obſtructas nares reſerandas, atque earundem corruptionem præcavendam. ℞. *Aq. plantag. ʒiiij. ☿ ii dulc. ʒj. Tut. præp. ℈j ſacch. ♄. ℈ß. f. mixtura. de die bis per ſiphonem injicienda.* Et ℞. *Succi geranii, ſolatri, ſemperviv. ana part. æq. Litharg. aur. plumb. uſt. lapid. calamin. ceruſſ. ana ʒj. indantur in mortarium, affuſo cochl. j. ol. roſar. & ſucc. ſemperviv. alternatim, donec in unguentum coeat, quo turundæ naribus indendæ illiniantur.*

Aq. narib. obſtruct per ſiphon. injicienda.

Similiter etiam pro inunctione narium tale Linimentum fuit præ-

Ung. adnares, ſcriptum. ℞. *Plumb. uſt. ceruſſ. lot. Tut. præp. Litharg. ana ʒß. cortic. thur.*

thur. gr. xv. Myrrh. ariſtol. rotund. ℥ ii dulc. ana gr. viij. Ung. Fuſc. Felic. Wirz. ℈ij. Ung. alb. camphor. ʒiij. vel iiij. M. f. Linimentum.

5. Ad columellæ relaxatæ exulcerationem, fauciumque adſtrictionem, & materiam pituitoſam eluendam atque eliminandam, varii gargariſmi mundificantes & adſtringentes per ſiphonem injecti fuere; Inter quos etiam ſeq. decoctum paratum, calideque columellæ cum penicillo applicatum fuit. ℞. *Mell. roſ.* ʒj. ♀. *viv.* ☉ *crud. ana* ʒß. *alb. græc. comar. ſabin. ana gr. xv. comar. ſambuc.* ʒß. *fol. hyperic. roriſm. rut. plantag. ſalv. puleg. ana pj. hæc coq. in vin.* & *aq.* ℔j. *ad conſumpt. digit. transvers. in fine add. æruginis æris* ʒß. *refrigerata colentur ad vaſculum.* Nec minus ſeq. Aqua cauſtica ter de die poſt gargariſationem cum penicillo fuit applicata. ℞. *Flor. balauſt. rad. tormentill. ana* ʒij. ♀. *uſt.* ☉*-ol. uſt. ana* ʒß. *alum. uſt. gr. xv. ſpir. vin.* ℔ß. ☿ *ii ſublim.* ʒß. *M. infund. per 8. dies, ſtet. in loco calido, & filtretur.* Trochiſci vero pro fumo, ore excipiendo, fuerunt tales. ℞. *Lad. pur. hypociſt. Maſtich. Myrrh. ana* ʒiß. *Styrac. rubr. & calamit. cort. thur. ſandarac. auripigm. ana* ʒß. *excipiantur omnia terebinth. & f. trochiſci, de quibus unus alterve manè & veſperi prunis injiciatur, ac fumus ore excipiatur.*

Ad Columell. exulcerat.

Decoctum mundif & adſtring. pro columella & faucibus.

Aq. Cauſtica, pro columell. & amygd. exulcerat.

Troch. pro fumo ore excipiend.

6. Ad corporis atrophiam ordinata fuêre conſerva, roſarum, ſerum lactis caprini, pulvis cordialis ſuperius allegatus, & externè ſeq. Unguentum pro dorſo. ℞. *Ung. reſumptiv. Fernel.* ʒiß. *roſ. Meſ. infrig. Gal. populeon. ana* ʒß. *ol. viol. nymph. ana* ʒij. *M.*

Ad corpor. atrophiam.

Ung. pro dorſo.

Quæ omnia commemoratum affectum cum ſuis ſymptomatibus quidem mitigarunt, ſed non radicitus extirparunt, remanente exſcreationis continuo deſiderio, & deglutiendi ſumma moleſtia, ob relaxatæ & exulceratæ columellæ vitium, quod ſymptoma Dn. Patiens pro moleſtiſſimo & periculoſiſſimo incommodo, nullam quietem permittente, cenſet, & primariò hujus ablationem expoſcit. Quia vero hoc ſine remotione cauſæ internæ morbificæ, præſertim vero veneni gallici, quod jam altas radices egit, partesque etiam ſolidas aggredi atque corrumpere tentavit, difficulter cedit, iccircò quæritur, quid jam corpore extenuato, viribusque defatigatis, quæ neque purgationes neque ſudorifera admittunt, faciendum, & quibus remediis tam morbo, quam dicto moleſtiſſimo ſymptomati, præ cœteris ſubveniendum & ſuccurrendum ſit?

Certus quidam Medicus hiſce diebus ex vicina imperiali civitate requiſitus, ſequentia remedia præſcripſit, ℞. *Rad. alth.* ʒß. *glycyrrh. farfar. ana* ʒij. *Siliq.* ʒj. *Jujubar. num. 3. Sem. anis.* ʒß. *Caric. ping. num. 7. Cibeb. exacin.* ʒij. *hord. ſelect. Mj. conciſ. & contuſ. coq. in ſ. q. aq. font. ad crepatur. hord. Colatur. add. Syr. viol.* ʒiiij. *Spir. ſulphur.* ʒß. *M. pro potu.*

Spec pro potu.

Pulv. cachect Rotulæ sublingual.

potu. Et. ℞. *Antihect. Poter. gr. xv. specif. stomach. ejusd. spec. cordial. temperat. ana gr. v.* ☉ *opt. gr. iij. M. f. pulv. unâ vice sumendus.* Et, ℞. *Sem. hyosciam. alb. sem. papav. alb. ana* ʒß. *Thur. mascul. myrrh. rubr. ana* ℈j. *Croc. opt.* ℈ß. *succ. glycyrrh. inspiss.* ʒj. *sacch.* ʒiij. *gumm. tragacanth. in aq. ros. sol. q. s. f. l. a. rotul. parvæ sublinguales.* Et, ℞. *chocolad. Ind.* ʒß. *conf. Alk. compl.* ʒij. *diacinnam. Reg. Mynf.* ʒj. *spec. diambr. diamosch. dulc. ana* ʒß. *superfund. vin. Hispan.* ʒvj. *aq. nymph.* ʒij. *aq. Cinnam.* ʒj. *extrah. loc. calid. tinctura decantata, cochleatim sumenda.* Et, ℞. *Ol. succin.* ℈ß. *Lavendul. rorism. salv. rut. spicæ ana gutt. iij. bals. apolect. gr. viij. incorpor. cum s. q. sacch. albiss. in form. pulveris sternutatorii.*

Tinctur. corrob.

Pulv Cephal. sternutator.

Assectu autem hoc urgente ac invalescente, dictus Dn. Patiens communicationem hujus mali cum aliis Medicis experientissimis desideravit, quapropter eundem aliquot Practicis felicissimis hujus nostræ Reipublicæ proposui, qui unanimiter contestabantur, quod, nisi causa hujus morbi in lymphâ, peculiari acredine & malignitate gallica infecta residens, extirpetur, frustra omnia alia remedia adhibeantur. Inter hos, Senex Excellentissimus, Medicusque longa experientia summè comprobatus, inter alia proposita remedia, sequentia præscripsit. ℞. *Pulv. sen. Alex. s. st.* ʒiij. *Hermodact. Turpeth. ana* ʒiß. *Lign. sassafr. sanct. rad. sarsaparigl. ana* ʒj. *cum Syrup. de fumar. simpl. q. s. fiat Electuar. molle, d. ad fictile pro multis dosibus.* Et, ad columellæ exulcerationem. ℞. *Mell. ros. col.* ʒiiij. *spir.* ☉*-ol. rectif. q. s. ad manifest. aciditatem, d. in fictili, de quo sumatur cochleare unum vel alterum, aliquoties repetendo:* Inter alia etiam *Electuar. Neapolit. Querc.* item, ☿ *ium diaphoret.* & ☿ *ium præcipitatum* ☉*arem.* Reliqui vero expulsionem hujus veneni ♀ci per blanda remedia purgantia, & decoctum lignor. non neglectis analepticis, quin etiam *Electuar. ex Conserv. ros.* ʒvj. *Troch. de viperis*, ♂*io diaphor. ex Reg. ana* ʒij. *Specif. antihect. Poter.* ʒj. *cum Syrup. viol.* suaserunt.

Elect. laxat. sanguinem purificans.

Linctus ad Columell. exulcerationem.

Electuar. alterans & sanguin. purif.

Ut autem extraneorum famigeratissimorum Medicorum ac decantatissimorum Practicorum in hoc casu sententiam quoque experirer, sequentes literas ad Excellentissimum Dominum Doct. Joh. Jacobum Wepferum, Medicum Scaphusianum dedi.

Magnifice & Experientissime Vir, Fautor ac Domine colendissime.

CElebritas nominis tui, quam Fama publica jamdudum per universum literatorum Orbem ebuccinavit, quin etiam felicissima praxis medica, in Principum aulis, & ubivis, tam inter purpuratos, quam

quam plebejos deprædicata, ac peculiaris favor, quo me ante aliquot annos in perlegendis meis ad te datis duabus literis, ſereniſſimam Principiſſam Brandenburgico-Onoldinam, ac Illuſtriſſimam Comitiſſam Fuggerin, de Kirchberg & Weiſſenhorn, concernentibus, proſequutus es, animumque tuum per reſponſionem deſideratiſſimam, ſimul ac chariſſimam, in ferendis conſiliis & auxiliis explicuiſti, animum meum excitant, T. Excellentiam hiſce præſentibus, perillustris alicujus Domini affectum ſingularem indigitantibus, compellere, obnixè rogans, ut eas, cum incluſo caſu Medico perlegere, tuamque ſententiam, cum annexione remediorum juvantium mihi proximâ reſponſione exponere atque detegere non dedigneris.

Quod favoris ac benevolentiæ argumentum, quavis datâ occaſione, vel pari, vel alio officiorum genere demereri non intermittam. Hiſce T. Excellentiam Divinæ protectioni commendans. Ulmæ Suevor. Quinto Calendar. Novembris. anno 1688.

Excell. T.

addictiſſimus

EBERHARDUS GOCKELIUS, D.

Ad quas acceptas literas Excellentiſſ. Vir, ſequenti modo reſpondit.

Salve plurimum Magnifice & Excellentiſſime Domine

MItto reſponſum ad Caſum Generoſi cujusdam Domini affecti ulcere pertinaci Uvulæ & partium internarum narium: pridem feciſſem, ſed nuperrimè demum Lucernâ domum redii. Quid hâc in re agendum ſit, tantum indigitare, quantum ab abſente in Caſu potiſſimum Chirurgico præſtari poteſt. Similes mihi Caſus in praxi mea occurrerunt aliquot: tum ſolus, tum cum ſociis Chirurgis manum operi admovi, & non rarò felici eventu. Pro viribus me explicui; quia coram id facere non licet, rogo Exc. D. D. Brunnerum Prof. Heidelbergenſem, Generum meum quoque conſcium hujus rei Exc. T. faciat; ille rerum mearum gnariſſimus eſt; dubia enodabit, aut ſi aliqua in re hæſitatis, proximè me certiorem de omnibus faciet.

Rogo incluſas has D. Genero meo tradendas cures; ſin verò

jam abierit, peto proximo nuncio remittas. Vale Magnifice Vir cum tota familia, &c.

Exc. T.

Scaphusii raptim.

Cultor perpetuus

JOH. JACOB. WEPFER, MD.

Sequitur Responsum Medicum Prænobil. & Excellentissimi Dn. D. Joh. Jacob. Wepferi, Medici famigeratissimi ac felicissimi.

APud Generosum Dominum uvulam exulceratam esse oculi fidem faciunt; pharyngem & postica faucium exulcerata quoque esse, si fortè depressa lingua conspici non possent, inde tamen hoc colligere liceret, quia deglutitio est dolorifica, suffocatio intentatur, sive edat, sive bibat, sive saliva linguæ illabatur, undè illa summo nixu excutere cogitur, denique die noctuque largissimè salivat, quod symptoma horum ulcerum ut etiam aphtarum comes est. Narium ulcera produnt mucus purulentus, aliquando in frustula densatus, sæpius toto die emungendus, ac ichor sponte effluens. Ulcera hæc, potissimum verò narium, ab ossium carie foveri propè nullus dubito, quamvis in historia nulla explorationis per stylum factæ, mentio fiat: me persuadent ulcerum diuturnitas, pertinacia, nulla arte expugnabilis, muci ac ichoris copia ac fœtor, atque inprimis me confirmat tumor durus, rubicundus, dolorificus, â limbo orbitæ oculi ad nasum exporrectus. Atque præsentibus his symptomatibus non solum cartilagines, sed quoque vel potissimum Vomerem seu interstitium narium, eorum corpora spongiosa, & os maximum maxillæ superioris, hisque contermina ossa, inveni aliquoties carriosa. Non ita pridem in Fabro lignario simul os seu cœlum palati corruptum fuit, adeò ut ipsi scutum cupreum loco cœli & similis nasus substituendus, ex cupro fuerit, nunc satis commodè cum his vivit, suoque muneri vacat. De humore carnem & ossa corrodente prolixè commentari, nec per temporis nec per pagellarum angustiam licet. In vulgus mirum est, humores hominum & brutorum veneno venereo inquinatos hoc facere. Massam sanguineam Generosi Domini ab hoc inquinamento depravatam esse, admodum virisimile est, Gonorrhœam

hœam virulentam paſſus eſt, poſtea alteruter teſticulorum duritiem quaſi ſcirrhoſam contraxit, quæ quidem antivenereis tollebatur, ac tandem ſequebantur hæc ulcera. Diu hoc venenum deliteſcere ſæpè obſervavi, & crudelius ſævire, quo mitius cum hoſpite ſuo primum egit. De ſupplemento ſcorbutico nihil certi ſtatuere poſſum, cum generoſi Domini victus ratio mihi ignota ſit, nec ullorum ſignorum ſcorbuticorum mentio fiat, Veneream hanc peſtem ad tantam cladem inferendam ſufficere imprimis Noſodochia Gallorum Italorumque probant & teſtantur. Quam curatu difficilis ſit, & quam periculoſus, ſi negligatur, aut malè tractetur, non opus eſt multis remonſtrare, cum res ipſa loquatur. Prognoſtico Generoſum Dominum relinquendum eſſe nullo modo exiſtimo, cum mira hac in re ab induſtriis Chirurgis, Ducibus & quaſi Manuductoribus peritis Medicis præſtita viderim, & viva exempla monſtrare vel nominare poſſem. Verum ut aliquid certi definiatur, & ut ritè remediorum adminiſtratio fiat, omninò requiruntur ante omnia Chirurgus induſtrius præſens, & Medicus peritus, cujus auſpicio & directione potiſſimum res peragatur, certè ſi non exactè ad omnia attendatur, errores inemendabiles committentur. Primaria indicatio eſt totius maſſæ ſanguineæ vindicatio â labe venerea, quibus illa præſtari debeat, dubium eſt,& ubique vel mille impedimenta occurrent. Nam primò curam ſudoriferam quod attinet, virium proſtratio & habitus conſumptus, ceu brevi lethiferam minabuntur, ac proindè omittendam innuent: attamen illam aliquando in ſimili & conclamato affectu auſus ſum: animum addidit Nic. Maſſa, qui in Tractatu de Lue Gallica memoravit, ab hac lue ſummè extenuatos brevi pinguefieri: id factum fuiſſe Patavii vidi in Bidello noſtro Matthia ſummè emaciato, â pluribus ulceribus venereis in perinæo, in dorſo, etiam è renibus plurimum puris fundentibus; nam conſilio Illuſtr. Veslingii, Præceptoris mei 1646. Decocto Guajac. & ſarſaparill. paucis aliis interpoſitis, convaluit. Anno 1667. Monachio Viennam ad Illuſtriſſimum quendam Dominum vocabar, verum dum neceſſarias moras ibi nectebam adverſo flumine Viennâ Ulmam veſtram contendit, indeque domum verſus, comitatus â Medico primario Oenipontano: Quamprimum domi appulit, vocatus cum Domino Medico Oenipontano, poſt varias contentiones, citra jactantiam, ſcribo, eò rem perduxi, ut Diætam ſudoriferam adhibendam mecum ſtatueret; Habitus ſummè extenuatus erat, vivum ſceletum dicebatur, uvula & tonſillæ exulceratæ erant: poſt paucas ſeptimanas impinguebatur, ulcera ſanabantur, & vires reſtaurabantur. Verum ut rem ſine ſuco explicem,

Curationis ordo.

cem, candidè paucis totam methodum exponam. Ante omnia ſcamnum parandum curavi, quale deſcribunt Marc. Aur. Severin. de chir. Effic. & ni fallor Tenzel. in Trin. Bez. Hujus generis ſcamna tunc frequenti in uſu erant Viennæ contra podagram, ut commodè ſudor prolici poſſet. Scamno Lecticæ forma parato, ſacco palea infarcto, conſtrato, & ritè calefacto, Ægrum illi impoſui, ante decubitum hunc dedi. 1. ℥ij. Electuar. Palmar. mixti conf. roſar. p. ij. & pulp. Citr. quia temperamenti erat bilioſi. 2. Addidi hauſtum d. Guajac. etiam ad ejus temperam. accommodat. ſecundum Palmarium. 3. Dum ſcamno incubuit, ſæpè ipſum refocillavi mixtura aq. Alex. Palmar. temperata aq. tarax. borrag. bugloſſ. Syr. de rub. Id. incumbebat prima vice manè ultra horam dimidiam, aſcendendo ſenſim ad horas 2. Ob frequentem hanc refectionem nec vel minimum debilitabatur. Poſt terminum hunc elapſum lectum repetebat, atque amplius in lecto citra ullam moleſtiam ſudavit. Poſtea circa quartam uſum ſcamni repetii, ſed in ſummo gradu non ultra horam. Hanc Diætam continuavi ad 5. ſeptimanas, cum exoptatiſſimo ſucceſſu.

In victu conceſſi carnes, vinum denegavi penitus. Hæc obiter delineare volui, plenius omnia è Palmario obtinebuntur. Nunquam toto curationis hujus ſpacio purgavi, cum hæc venenum hoc non tollere perſuaſus eſſem. Vix unum alterumve clyſterem admiſit, & quidem ægerrimè. Hanc ſerum imminuendi & corrigendi methodum tutam & proficuam in multis affectibus comperi, ſi modo viſcera vel potius glandulæ nondum induratæ, nec pulmones exulcerati ſunt.

Poſtquam aliquot jam annis Praxin Medicam continuavi, ſalivationem per mercurialia concitatam admirari cæpi, quam diu ab Illuſtriſſimo Sylvatico Præceptore meo perſuaſus deteſtabar. Luem hanc ab illa tantum non penitus apud quoſdam exſtirpatam, me quoque authore non ſemel vidi ægro feliciter turpethum minerale, quam fumus cinnabaris, aut inunctio ☿ ii aut ☿. dulcis illam ciebat, & revera aliquoties minore moleſtia. Verum quoniam Perilluſtris Domini oſſa intra nares jam carioſa eſſe penitus perſuaſus ſum, ſalivationem aliorum veſtigiis territus nullo modo commendarem.

Caries Oſſium â Mercurialibus ſalivam moventibus augetur.

Certum eſt, cariem jam præſentem â ☿ialibus ſalivam moventibus, augeri.

Si vero nec Diæta ſudorifera, nec ſalivam promoventia locum habere exiſtimentur, ad emendandam maſſam ſanguineam hoc commendarem, quo citra ullam afflictionem corporis, id eſt, citra irritationem

tionem generis nervosi, dissipationem spirituum, sanguinis coagulationem, nimiam dissolutionem usus sum.

℞. *Lign. sanct.* ʒij.
Cort. Lign. sanct. ʒj.
Rad. sarsaparill. ʒvj.
Chin. ʒij.
Herb. agrimon.
virg. aur.
flor. hyperic. ana Mj.
sem. fœnic. ʒij.
passul. maj. exacin. ʒij. *Incis. & contus. Misc. indantur Nodul. ex synd. vel linteo raro. Huic nodulo indantur frustulorum* ♁ *ii crudi vel ejus mineræ crassiusculè contus. & ab omni polline seu pulvere mund.* ʒij. *Nodulus iste suspendatur in medio capacis recipientis, ut fundum non attingat: ad fundum illius demittantur* ☿. *vivi mundi* ʒij. *Recipiens impleatur aq. fontan.* ℔xij. *benè claudatur, coq. lento calore ultra horam. Colatura servetur in vase terreo aut vitreo, nullo modo in metallico: de hoc Decocto bibat manè hora sexta, & vesperi hora quartâ calide* ʒiiij. In pastu & aliâs bibat frigidè interdiu aut quando lubebit. Vinum penitus omittat, maneat semper in loco temperato. Vescatur cibis boni succi, facilis digestionis, obambulet & frequenter se exerceat; nunquam se ad sudorem cogat, sponte tamen emergentem non impediat. Purgantia nisi alia causa illa exigat, omittat.

Decoctum sanguinis massam emendans, & à Veneno gallico liberans.

Topica quod attinet, illa exprimere nequeo, cum ex præsenti ulcerum conditione temperanda sint. Hoc solum addo, me aliquot vicibus feliciter imitatum fuisse Fabric. Hild. inprimis in obs. 22. Cent. 2. Quandoque etiam Scultet. Vestrum, Tulp. & Borellum. hoc solum moneo, nec linimentis, nec collutionibus, nec gargarismis me unquam addidisse ☿. sive dulcem, sive sublimatum, sive præcipitatum, cum cariem ossium promoveant. Attamen ad ulcera tonsillarum & uvulæ aquam viridem Plateri aut Hartmanni citra damnum & præ aliis cum fructu adhibui. Cavendo deglutitionem. Ossibus in propatulum venientibus, quantum licuit, cavi ne unctuosa aut humida imponerentur, sed turundas aut pulvillos ex filis carptis compactos plures ad cariei situm trusi, certè filamenta sicca superfluum ichorem imbibendo idem præstant quod pulveres siccantes, & quidem minore molestia, si modò filamenta benè compingantur. Os carioſum subinde volsella movendum, sed non fortiter trahendum, quoniam vi adhibita sævum dolorem concitatum, quandoque hæmorrhagiam largiorem acceleratam fuisse, noverim: sublatâ carie ni-

hilominus diu adhuc siccâ deligaturâ pergendum est, & eousque, donec nihil purulenti aut ichorosi ex naribus stillet. Gargarismi post illinitionem uvulæ aquæ viridis necessarii, iique adstringentes & traumatici, quibus cum fructu adderentur rad. Prutannic. ℥j. pro Mens. j. vel ℔iij. aq. fontan. Hanc etiam hoc anni tempore haberi posse ante paucos dies comperi, reperitur in fossis paludosis, egregiè adstringit & mundat. Est Species Lapathi lacustris. Formulas Topicorum studio nullas exhibeo, cum illa apud Fabrit. loc. cit. exstent, cumque pro varia ulceris conditione variandæ, quoque & immutandæ sint; imò detectâ carie tutius omnia omittantur, ac felicius res omnis filamentis siccis peragatur. Ingestionibus intra nares non multum proficietur, nisique frustula mucosa concreta summè exigant, tutius, omittentur, cum caries illarum usu amplius & profundius propagetur, dum inter narium cavernas tortuosas restitans liquor corruptionem contrahit ossibus adversissimum.

De aliorum Clarissimorum Virorum medendi methodo in hoc affectu præscriptâ, judicare nolo, nam ambobus Perillustris Dominus Æger ejusque affectus notior quam mihi, undè teneræ constitutionis conscius alter suasit propè tantum Curam restaurantem, alter verò magis ipsius virbus fidens generosiora remedia suadere audet. Mercurium diaphoreticum Helmontius mirè laudat, eumque Dominus Emericus, junioris Helmontii socius, dum his in oris versabatur, sæpè mihi commendavit. Sed nec ab illo præstitum id comperi, quod prædicabatur: Ille quem hic habemus, adhuc purgat, undè illi nunquam fidi. Non videntur hic magna Arcana conquirenda esse, nam Venenum ♀ eum in massa sanguinea exstirpandum est, & ulcera tractanda ut alia, quæ cum ossis carie juncta sunt: illud remediis longo usu probatis, hoc potissimum exsiccantibus præstandum erit. Sed hæc sufficiant, quæ aliorum censuræ subjicio. Scaphusii d. 29. Nov. 1688.

Summa Curationis in Veneni ♀ ei exstirpatione, & ulcerum legitimâ tractatione consistit.

JOHANN. JACOB. WEPFER, MD.

Postquam igitur Excellentissimi hujus Viri doctissimum ac tersissimum Consilium gratissimo animo accepi, sequentes ad eum literas responsorias dedi.

Magnifice & Excellentissime Vir, Fautor ac Domine colendissime.

Quod

QUod Excell. Tua in perlegendo Casu transmisso Perillustris cujusdam Domini laborem impendere, scriptum meum examinare, responsoque doctissimo ac politissimo, multâ experientiâ comprobato, gratificari non dubitârit, ago & habeo gratias maximas, certè deprædicaturus publicè, â quo ita profecerim, spondens simul officia mea, quamvis tenuia, semper tamen paratissima.

Nec minus Excellentiss. tuo Genero, Dn. Joh. Conrado Brunnero, Fautori ac amico meo summè venerando obstrictum me fateor, qui Casum hunc similiter doctissimo sua calamo enodavit, curandique methodum aperuit, cui nuperrimè literas â T. Excell. ad ipsum datas, meisque inclusas statim ipse ad manus tradidi, nescius, quare responsum suum retardârit.

Ille, in curandis in Nosocomio nostro publico, extra urbem sito, militibus suis Cæsareis sauciatis ac ægrotantibus ipsi concreditis, multum laboris impendit, summamque diligentiam adhibuit, illosque maxima ex parte pristinæ sanitati summâ cum laude restituit; Nunc domum vocatus, animum faciendo itineri applicavit, quem Deus Ter opt. Max. salvum & incolumem ad patrios Lares, dilectissimam Costam, liberos desideratissimos, Consanguineosque suavissimos reducere velit. Hisce, vir Magnifice ac Excellentissime, Divinæ protectioni commendatus, vive ac vale, mihique favere perge. Exarabam Ulmæ Suevorum, inter Bellonæ strepitus, Sexto Iduum Decembris, anno 1688.

Exc. T.

Cultor perpetuus

EBERHARDUS GOCKELIUS, D.

Dictum hunc Casum Medicum etiam Prænobilissimus, Excellentissimus, & Experientissimus Vir, Dominus Johannes Conradus Bronnerus, Ph. & Med. Doctor, antiquissimæ ac celeberrimæ Electoralis Universitatis Heidelbergensis Professor Publ. famigeratissimus, ejusdemque Facult. Med. Decanus Spectatissimus, Academ. Leopold. Nat. Curios. Collega dignissimus, dictus Herophilus, nunc Electoris Palatini Archiater longè meritissimus Fautor & amicus meus honoratissimus, â me rogatus, sequenti modo doctissimè enodavit.

Vir Excellentissime, Experientissime, Fautor & Amice honoratissime.

PErlegi casum (quem remitto) & attentè. Inter perlegendum statim mihi aliquid venerei suboluit. Columellæ exulceratio, narium interiorum exesio, prægresso testiculi tumore, qui non nisi antivenereis tandem victas dedit remediis, non possunt non exercitatis tale quid innuere. Lymphæ viscidæ dum pertinacius inhæret & inerrat venenum venereum lentum est, & quia theculis quasi aut vaginulis ita includuntur spicula salium corrosivorum & obtunduntur, obscura ab initio sui præbet indicia. Tempore autem evolutum & acuminatum sævit, partesque varias & occultè depascit. Uvulam præsertim, & interiora narium communi peritorum suffragio corripit. Dantur nempe circa illas partes glandulæ, quæ serum seu humorem viscidum à sanguine separant ac percolant, simulque involutum huic & immersum venenum secernunt, quod dictas partes exedit atque comedit. A simplici scorbuto talia symptomata pullulasse, me videre, audire, aut legere non memini. At malum est & indicium jam penitissimè massam humorosam imbutam esse & obsessam veneno, quod præter atrophiam maculæ quoque scorbuticæ in pedibus induratis visæ fuerunt. Innuunt enim lympham humorem illum balsamicum planè vitiatum nutriendis partibus modo esse inhabilem. Id quod attendit fortè & intendit Medicus, cujus in calce scripti mentio fit, & neglecta morbi causa & indole tantum effectum ejus, scilicet atrophiam curare satagit, sed vereor, ut parum faustè. Non possum non laudare & probare vestram methodum, cui institistis cum ratione & effectu, sed lenia medicamenta uti nihil aut parum prosunt, ita ferendis fortè non foret æger fortioribus. Utrum proin curam palliativam quam vocant, præferam, an huic illam, ambigo. Venenum enim est, quod ne per sua quidem initia facilè abigitur & propulsatur, admissum nec nisi fortioribus & generosioribus, præsertim in nostris & frigidioribus regionibus (ubi lympha spissior & magis lenta, venenoque huic pertinacius inhæret, & partes sunt adstrictiores) cedit remediis. Sequenti ego & in casibus ceu ἀνελπίστοις usus fui methodo cum successu. Primò monente expertissimo Fabric. Hildano, in suis observationibus, sollicitus fui de mundandis ulceribus & partium affectibus, ne inde ceu ex nidis venenum in massam sanguinis denuò irrepat. In exulceratione Uvulæ cum fructu adhibui aquam viridem Plateri cum penicillo &c. nares autem lavi nasali

Methodus curandi Exc Dn. D. Bronneri.

naſali ex aq. roſar. plantag. addito ſyrupo roſarum ſicco, calidè naribus attrahendo. Quæ dum perficerentur, hypocauſto ægrotantes addixi, ſenſimque calori aſſueſcerent curavi, quem ſine ſenſu intendi.

Decoctum interea propinavi lignorum, quo ſolo impingueſcere obſervavit Wepferus, depuratione ſcilicet ſanguinis. Partibus affectis ita mundatis, poris calore adapertis & humoribus fluxibilibus redditis, modò calcar ☿. corollato addere, & per ſalivationem blandam unà cum humoribus viſcidis, quibus in nidulatur, venenum moliri non reformidavi, blandâ ita ſed protenſiori Curatione tantundem effeci, quantum aliâs forti, ſed breviori: victus conveniens eſto. laterem autem lavi, quandocunque curationem infenſiſſimi & pertinaciſſimi hujus morbi aliter aggreſſus fui. Perſonam illuſtrem poſt tumorem teſticuli obſcœnis variis ulceribus defœdatum & per annos miſerè viventem, fruſtra quoque Decocto lignorum & aliis mercurialibus tractatum, dicta methodo feliciter reſtitutum monſtrare poſſem per urbem ambulantem. Quod ſi dictæ medicationi humeros planè ſubducat ceu impares perilluſtris Dominus Patiens, uſurpatis jam remediis, pilulis inprimis N. i. e. Decocto temperato, ego quidem meliora non novi. Hæc autem te hortante, ut promptitudinem animi tibi monſtrarem poſt lectionem in chartam conjicere animi ſenſa nullus dubitavi, libenter additurus & plura, aut quid facto opus ſit judicaturus, ſi de ægri rebus penitius conſtaret, quare omnia ſubactiſſimo tuo judicio ſubjicio. Vale & fave.

Decoctum lignorum impingueſcit lue gallica infectos.

Excellentiæ Tuæ

P. S. Curâ ſudoriferâ per quatuordecim dies evolutum fuit venenum è lympha craſſiori ſeu ſero ſpiſſiori, ut tunc demum ſævitiam ſuam exercuerit, continuatione autem remediorum procul dubio penitus abactum & eliminatum fuiſſet.

Addictiſſimus

J. C. Bronnerus, MD.

Et quia ad exſtirpandum venenum venereum prænominatus Excellentisſimus Vir Dn. Dr. Brunnerus, Arcani Corallini ſingularem & exquiſitum præparandi modum mihi communicavit, iccircò eundem etiam huic ſuo Conſilio annectere non dubitavi.

Arcanum autem Corallinum tali modo præparatur.

Arcani Corallini præparatio,

℞. ☿. *in deſtillat. Butyr.* ♂. *reviviſcentis* ℥j. *Spir.* ⊖. *opt.* ℥vj. *f. ſolutio & in arena deſtillatio ad ſiccit. adde novi Spir.* ⊖. ℥vj. *procedendo ut ante, & ita tertia vice, maſſam ſiccam in pulverem redige ſuper porphyr. affunde* ♀. *per deliq.* ℥ij. *ſtent. per* ☌ ☍. *poſtea fiat decantatio & affuſa aquâ edulcoratio: abhinc affunde pulveri ſiccato Aq album. ovor. ad 3. digitorum eminentiam, abſtrahatur in arena, cohobeatur ter. Tandem affunde Spir. vin. clarificat. f. digeſtio & abhinc deflagret Spiritus, idque tertia vice. Ita paratum erit Arcanum Corallinum.*

Aquæ viridis Plateri in hoc Conſilio commemoratæ, ac ad Ulcera gutturis & columellæ in Affectu gallico profi- cuæ Deſcriptio hæc eſt.

Aq. viridis Plateri.

℞. *Ærugin. æris* ℥j. *Auripigment.* ℥iß. *terantur ſubtiliſſ. & coq. in vin. alb.* ℥iiij. *ad conſumptionem partis mediæ, ubi refrixerint, adde Aq. roſar. & ſolani, ana* ℥ij. *Miſce.*

CONSILIUM MED. LXIV.

Arthritidem vagam ſcorbuticam periodicam in ſcenam proferens.

ANno 1688. Menſe Novembri, Illuſtriſſima quædam Comitiſſa quadraginta ſeptem annorum, temperamenti ſanguineo-cholerici, quæ nonnunquam unum alterumve errorem in Diætâ commiſerat, diſcraſia ventriculi, cum diſpoſitione ad febrem intermittentem, correpta fuit, quibus tandem dolor arthriticus vagus periodicus acceſſit, (quæ arthritica affectio dolor eſt nervoſarum ac tendinoſarum partium â ſale volatili ſcorbutico ortus) quiplerumque media nocte

cum

cum atrociſſimis doloribus, præſertim circa articulos brachiorum ac pedum accedebat, atque per horas aliquot cum intolerabili moleſtia durabat, ad quem dolorem tollendum varia remedia laxativa, ſacculi purgantes cum ingredientibus antiſcorbuticis appropriatis, quin etiam antifebrilia ſpecifica, ſtomachica, pulveres arthritici, roborantia interna & externa, nec non Topica & anodyna varia, ex ſpiritibus, linimentis, aquis arthriticis, fomentis, ſacculis fumigationibus, cataplasmatibus, &c. â me & tribus aliis Medicis præſcripta & adhibita fuerunt. Quibus omnibus parum proficientibus, vena iſchiadica digiti minimi in pede ſiniſtro ſecta fuit.

INter dicta remedia ſequentia præcipuè â me, ordinata fuêre. ℞. *Maſſ. pill. antipodagr. Argent. gr. xxv. Mag. Gialapp. gr. v. M. f. cum Tinct.* ♀. *pill. num. 21. obauratæ, & unâ vice deglutiendæ.* Et ℞. *Herb abſynth. Card. bened. cent. min. cochlear. beccabung. naſturt. aq. ana pj. rad. gariophyllat. helen. calam. arom. ana ʒij. Rhabarb. ver. ʒiij. fol. ſen. el. ſ. ſt. ʒvj. Agar. troch. Jalapp. Turpeth. opt Polypod. qu. ana ʒij. Macis ℈j. Cinnam. ʒj. anis. fœnic. ana ʒß. M. & conciſ. f. cum Syndon. alb. nodulus cum ℔iiij. ſeri lactis caprini coquendus. Doſis ſingulo mane jejuno ſtomacho ʒv.* Et, ℞. *Extr. pill. cochiar. Extr. troch. Alhand. Extr. Turpeth. ana ℈j. Extr. helleb. nig. gr. xxv. Extr. lign. aloes, Extr. lil. convall. Extr. pœon. ana gr. iij. ♀. Ⓓ olat. ℈j. Ol. nuc. moſchat. rut. ſalv. anis. ana gutt. iiij. M. f. c. aq. Epilept. Lang. & Salv. pill. ex ℈j. num. vj. de quibus tribus diebus ante, vel poſt novilunium primâ die duæ, ſecundâ tres, & tertiâ quatuor, mane jejuno ſtomacho aſſumantur.* Veſperi, ſub horam decubitus ad viſcera roborandâ, atque dolorem præcavendum, ſeq. pillulas deglutivit. ℞. *Theriac. cœleſt. gr. iij. Laud. Opiat. incompl. gr. j. M. f. pill. inauratæ num. 4.* à quarum uſu dolor perbiduum emanſit, ſed poſtea crudelior reverſus eſt, quam ob cauſam deinceps quia opium ferre non potuit, dictas pillulas ſæpius ſine admixtione Laudani Opiati ſumſit. Media nocte, ingruente paroxyſmo de ſeq. mixtura (quam vicinus Medicus præſcripſit,) gutt. xxiiij. in juſculo, aqua chamædris, vel alio convenienti vehiculo aſſumſit. ℞. *Spir. CC. Spir. ſal. armoniac. ana ʒiß. Spir. lumbric. ʒiij. M.*

Pill. antithrit.

Apozema.

Pill antiarthrit. ſingul. menſib. 3. dieb. ante, vel poſt Novilunium ſumendæ.

Pill. anodynæ,

Mixtura ex Ωibus.

Cum

Cum autem dictus dolor nihilominus sævire pergeret, literas ad Excellentiss. Dn. D. Joh. Jacob. Wepferum, Physicum Scaphusianum ac Practicum famigeratissimum dedi, ipsiusque hac in re Consilium expetii, qui per responsorias tali modo scripsit.

Illustrissimæ Comitissæ concatenatos affectus quòd attinet, cum vanè contra Ventriculi discrasiam, febrim, & jam contra arthritidem vagam pugnatum sit, etiam topicis huic occursum fuerit, nolo multa accumulare: In arthritide vaga, si ultra tres septimanas perdurat, nulla amplius purgantia, venæsectionem, nulla topica adhibeo, ipsis strenuè commendo Pulveres hoc in affectu specificos, diu continuandos. ℞. *Lumbricor. terrestr. præp.* ʒß. *CC. philos. præp. Ungul. alc. præp. ana* ʒij. *Sem. aquileg.* ʒj. *Ol. nuc. mosch. expr. gr. iiij. sacch. alb.* ʒiß. *M. f. pulvis. Dosis, summo mane hora quinta* ʒj. *Vesperi horâ quartâ* ʒß. *cum aquâ serpilli lumbricatâ.* Verum, ne hunc pulverem abhorreant, tum ob lumbricos, tum ob molem, hunc suppono. ℞. ♃ *ii diaphoret. cum triplo* ☽. *deton.* ʒiß. ♁ *is volatil. lumbric. aut viperar.* ℈ij. *Cinnab.* ♂. *ter cum Cinnab. nativ. sublim.* ℈j. *CC. phil. præp.* ʒiß. *Ol. Cinnam. g. ij. sacch. alb.* ʒiß. *Dosis, summo mane* ℈j. *ad gr. xxiiij. vesperi horâ quinta* ℈ß. *ad gr. xviij. cum aq. betonicæ pauxillo.*

In arthritide vaga ultra 3. septiman durante, purgatio & V. S locum amplius non habet. Pulv. antiarthrit. specificus. Alius pulv. antiarthrit. specif.

Quoniam vesperi magis ferocit, alternis noctibus horâ 9. do nunc *Emuls. sem. 4. frig. maj. papav. alb. nunc. addo. Pulv. Panegorici* ℈ß. *ad* ℈j. ℞. *Pulv. Marchion.* ℈ij. *Pulv. Analept. frig. Münder. inc.* ℈iiij. *Laud. opiat. perl. gr. ij. Tab. Man. chr. perl.* ʒij. *M. f. pulvis.*

Emulsio refrig. & anodyna, cum pulv. panegorico.

Quamdiu dolores in articulis superstunt, benè faceret, si Illustrissima Domina continuo decumberet, tum ob febrim, tum ob humoris arthritidis pararii indolem. Vinum denegarem: suadeo Decoctum aut chinæ aut sassafras, aut ligni lentiscini, quibus add. passul. maj. aut min. gratiora reddi possunt. Massæ sanguineæ conditio emendari poterit vel acidulis, vel jusculis alterantibus, vel sero lact. alt. Scaphusii raptim.

Joh. Jacobus Wepferus, MD.

Quæ optima singulariaque remedia, quemadmodum multa experientiâ comprobata sunt, ita nullus dubito, quin ea hoc in affectu plurimis salutaria ac utilissima sint evasura.

CON-

CONSILUM MED. LXV.

Convulsiones admirandas, absque sensuum insigni læsione, proponens.

Casus.

ANno 1688. Mense Novembri, puer quidam decem annorum, & filius cujusdam Ludimagistri pagani, in Nosodochium nostrum Ulmense publicum receptus est, qui ante biennium post esum alicujus pyri suspecti â sœmella quadam propinati, (uti Patiens firmiter sibi persuadet, conceptæque suæ opinioni tenaciter inhæret,) cui bacillus seu virgula infixa erat, magnam alterationem in corpore cum terrore variisque phantasmatibus sensit, ac præsertim tempore nocturno in lecto decumbens sibi imaginatus est, ac si aliquid monstrosi ac villosi super lecto suo oberraret, cujus remotionem â parentibus suis vociferando anxiè expetiit, sæpiusque è lecto, ne damnum exinde capiat, prosiliit: Præterlapso autem anno circa Festum D. Andreæ, cum noctu in pago obambularet, â cane mordaci allatratus est, unde ob formidinem morsuræ maximo terrore perculsus, motus convulsivos statim ab illo tempore, usque ad Festum purificationis Mariæ passus est, à quo tempore elevatis sub cute multis tuberculis duris, maculisque postmodum rubris atque purpureis apparentibus à dicto malo, materia nempe peccante à ner-

vis ad venosum genus translatâ, usque ad ferias Divi Jacobi præsentis hujus anni, liberatus fuit. Cum autem dicta morbi causa rursus ad nervos rediret, genusque nervosum acredine sua convelleret, præfatus affectus convulsivus rediit, qui tamen adhibitis aquis epilepticis appropriatis usque ad diem S. Martini refrenatus & mitigatus fuit. Ab illo tempore dictum hoc malum incrementum sumsit, ita ut mœsti anxiique parentes, filii sui miserrimi restitutionem desiderantes Amplissimi Magistratus opem & auxilium implorarint. Hinc dictus puer in præfato Xenodochio decumbens, curæ meæ demandatus fuit, cujus paroxysmos epilepticos & convulsivos, admirandas item pandiculationes, totius corporis in circulum circumrotationes, membrorumque tortuosas inflexiones satis mirari non potui, inter quas histrionicas ac prodigiosas commotiones pectus manibus vehementius ferit, quatit, brachia vibrat, pedibus calcitrat, variosque sonos ore suo profert, dum instar canis latrat, gallum gallinaceum cantu suo æquat, ut bos mugit, caprarum ac ovium balatum edit, aliaque hujuscemodi animalia voce sua æmulatur. Inter ipsos paroxysmos, (quod summè admirandum) utplurimum optimè sibi constat, manus complicat, motis labiis, voce tamen depressa, orat, videt, audit, pudenda â denudatione vindicat, atque astantes novit, quod aliâs in istiusmodi paroxysmis convulsivis ac epilepticis, dum scil. in cerebro & nervis magna humorum ac spirituum animalium perturbatio oritur, fieri non solet, talesque patientes finito paroxysmo, ex alto quasi somno, nescientes quid interea factum sit, expergefiunt.

Unde

Unde hæſito, an in tali morbo, cauſa præternaturalis morbifica, nervis, humoribus, ac ſpiritibus inhærens, vel potius magica accuſanda veniat.

Curatio.

UT autem periculum Curationis hujus mali facerem, hunc hoſtem ſequentibus remediorum præſidiis aggreſſus ſum. 1. Ad ſentinam humorum excrementitiorum è corpore expurgandam. ℞. ♀. *Emetici gr. iij. fiat pulviſculus unâ vice in brodio carnis ſumendus.* Et, ℞. *Mag. Gialapp. gr. vj. Mag. ſcammon. gr. iiij. Nucl. pin. num. 2. Julap. roſ. ʒß. Aq. Ceraſ. nigr. ʒvj. M. f. potio.* 2. Ad paroxyſmos Epilepticos tollendos, ſeqq. Pulveres appropriatos præſcripſi. ℞. *Cinnabar. nativ. Cinnab. ♁ ii. Pulv. Marchion. ana ∋ß. M. f. pulviſculus, dentur tali modo Doſes 12. ſeorſim ad capſulas papyraceas.* Et, ℞. ⊖. ♀. *volat. gr. vj. Ocul ♋. præp. gr. iiij. M. f. pulv. cujus itidem 12. doſes ſeorſim chartis includantur. De his Pulviſculis ſingulis diebus unus, alternando, Mane & Veſperi in aquâ ſequenti fuit propinatus.* ℞. *Aq. Ceraſ. nigr. ʒiiij. flor. tiliæ, pœon. ana ʒij. hyrund. c. caſtor. Epilept. Lang. ana ʒß. ſacch. alb. ʒj. Miſce.* Externè naribus ruta recens viridis, & balſamus rutaceus fuit admotus, & illitus.

Pulv. Tartar Emet. Pot. purg. Pulveres Epilept. appropriat. & ſpecifici.

Aq. Epilept.

A quorum uſu malum aliquoties per octo, & plures dies imò per integrum ſemeſtre ceſſavit, ſed poſtea, magno cum impetu reverſum eſt.

Admiranda imaginatio de monſtroſo animalculo.

Dictus Patiens, cum ſibi optimè conſtaret, in præſentia plurium adſtantium mihi retulit, quod ante paroxyſmum convulſivum animalculum quoddam nigrum, faciem humanam repræſentans, magnitudine ſua ſcarabeum cornutum referens, octoque pedibus inſtructum, inque ſingulorum pedum extremitatibus unguiculis gallinaceis armatum, hypocauſtum percurrat, tandemque corpus ſuum petat, per os ingrediatur, linguam obſideat, deinceps ſe in cavitatem abdominis præcipitet, unde magni dolores excitentur, ac poſtliminio dicti paroxyſmi epileptici ſequantur. An verò idipſum, ex læſa ante hujus mali inſultum phantaſia falſis objectis, & depravata imaginatione, (dum adſtantes nihil vident) proveniat, vel in ipſa rei veritate ita ſe habeat, hactenus penetrare non potui, ſed aliis dijudicandum relinquo. Qui puer tandem, commiſerante Deo, priſtinam bonam valetudinem recuperavit.

CONSILIUM MED. LXVI.

Alopeciæ Curationem proponens.

Casus.

LIteratus quidam, 28. annorum, cum ante annum iter faceret, in illo ipso itinere capillos sibi defluere observavit, quâ de causâ pilos Capitis, (ut aliâs singulis mensibus fieri consueverat) quo pili eò citius ac melius crescant, nec non barbam novacula abradi curavit, à quo detonsionis tempore neque capitis vel barbæ pili recreverunt, sed reliqui etiam, sub axillis, in manibus, brachiis & pedibus, (nescio an etiam in pube) defluxerunt. Eo ipso etiam tempore, cum pilorum defluvium patefieret, ungues quoque fissos, asperos, & scabros fieri observavit. De reliquo, præter excreationem continuam & copiosam, sine tamen fœtore ac tussi, nullum peculiare actionum suarum edendarum impedimentum sentit, cibus item ac potus benè sapiunt, &c.

Resolutio.

Definitio. HIc affectus â Medicis Alopecia, Græc. ἀλωπεκία vocatur, & est capillorum decidentia sparsim facta, ubi vel omnes vel plurimi hinc

Divisio. & inde decidunt. Hoc malum 1. in capillorum decidentiam & defluvium sparsim factum. 2. Calvitiem, quando illi in syncipite decidunt. Et 3. Aream, vel capillorum areatim factum defluvium distinguitur. Area rursus in Alopeciam, quæ in barba & capillis fit, & Ophiasin, quæ plerumque ab occipitio incipit. Et 2. in eam, quæ â leprâ, vel lue venereâ, vel ab aliis mitioribus causis fit, dispesci-

Alo-

Alopecia seu Capillorum defluvium, propter vitiosos humores sic appellata, quod vulpibus frequenter accidat. Celsus Aream vocat l. 6. c. 4. Evenit autem pilis hoc vitii genus eadem ferè cum stirpibus ratione, quæ corrumpuntur, intereuntque interdum penuria nutrimenti ipsius succi, interdum immutatione hujus in alienum contrarium. Solâ figurâ differt ab ophiasi, non generatione, nec solutione. Utriusque causa est succus nutritius pilorum vel deficiens, vel vitiosus, acris, malignus, & postulat eandem sui remotionem, aut correctionem. Alii tres Causas, 1. Alimenti defectum. 2. Humoris pravitatem, Et 3. Cutis raritatem enumerant. *Onomatologia.* *Causa gravis.*

In hoc Subjecto credibile est, causam in aliquo inquinamento & veneno gallico, in succo lymphatico ac massa sanguinea stabulante, humoresque corrumpente, latitare. *Causa specialis in hoc subjecto.*

Pro Prognostico sciendum est. 1. Si locus, ubi capilli defluxerunt, fricetur, & non rubescat. Et 2. si malum hoc â lepra proficiscatur, plerumque pilos nulla ratione renasci, & hunc affectum insanabilem esse. *Prognostic.*

Curatio consistit. 1. In humorum peccantium expurgatione. 2. Malignitatis ♀ eæ per appropriata & specifica remedia exterminatione. 3. Diætæ convenientis observatione, humorisque alimentarii appositione. 4. Topicorum legitima applicatione. *Curatio.*

Ad quem scopum assequendum sequentia remedia ordinata fuere. 1. Pro Purgante tales pillulæ repetitis vicibus erunt deglutiendæ. ℞. ♀ *ii dulc. Extr. panchym. Croll. ana* ℈*j. Mag. Gialapp. gr. v. M. f. cum Tinct.* ♀. *pill. num. 25. obauratæ.* Ut & Apozema sequens. ℞. *Herb. veron. fumar. borrag. scolopend. Dent. Leon. beton. ana pj. Rad. polypod. qu. Enul. camp. cichor. ana* ʒß. *Rhab. el.* ʒß. *fol. sen. Alex. s. st.* ʒj. *Agar. troch.* ʒiij. *Mechoac. nigr.* ʒij. *rad. helleb. nigr.* ʒiß. *sem. cartham.* ℈iiij. *Zingib. Cinnam. ana* ℈j. *Incis. & contus. M. & d. ad saccul. qui per boras 24 infundatur in mensur. major. mellicratis, de quo postea sumat mane 2. horis ante prandium* ʒvij. *Pill. purg.* *Apozema.*

2. Pro malignitatis è massa sanguinea expulsione. ℞. *Scob. Ling. sassafr. Guajac. ana* ʒiiß. *Cortic. ejusd.* ʒj. *Rad. chin. sarsaparigl. ana* ʒß. *Cinnam. opt.* ʒij. *Galang. maj.* ʒj. *M. & concis. macerentur in* ℔ *viij. aq. font. per noctem, deinde fiat decoctio ollâ bene coopertâ, ad tertias, postea coletur. De hâc colaturâ singulis diebus manè jejuno stomacho* ℥*vj. cum* ℥ *ii diaphoret. rec. ex Regul. præp. gr. xij. calidè bibantur, ac sudor per horam unam in lecto promoveatur: Species hujus Decocti residuæ addit. liquir. ficub. & passul. cum mensur. 4. aq. font. pro potu Ord. recoquantur.* De sequenti quoque Electuario Specifico M. & V. quin etiam interdiu aliquoties, nucis moschatæ quantitas assumatur. ℞. *Conserv. borrag.* ʒij. *Enul. campan.* ℥j. *Corall.* *Decoct. sudorif. ex lignis.* *Spec. pro pot. ord.* *Elect. massæ sanguin.*

purif. & corrob. Diæta.

Corall. rubr. præp. Margarit. præp. anâ ʒj. Troch de viper. ʒß. Syr. Corall. q. ſ. pro Condito. 3. Quod Diætam concernit, Patiens verſetur in aere ad calidum inclinante; veſcatur cibis boni ſucci facilisque concoctionis, ſalſedine item, acredine, ac aciditate carentibus; motus ſit moderatus; in ſomno teneatur modus; excrementa, & conſuetæ evacuationes reſpondeant naturæ ordini; animique fortiores motus refrenentur.

Topica Lixibium pro lavaturâ capitis.

4. Topicorum applicatio per ſequentia perficitur. ℞. *Herb. Origan. puleg. ſerpill. abrotan. mȷoran. roriſmar. Lavendul. ana Mj. Rad. bardan. Lapat. acut. Ebul. ana* ℥iß. *ſem. fœnugræc.* ʒj. *flor. chamomill. ſpic. ana Mj. M. & inciſ coq. cum lixiv. quo caput aliquoties abluatur.* Deinceps, fricato prius capite ad rubedinem usque, cum linteis calidis, *caput vel ladano in oleo maſtichino diſſoluto, vel axungia Erinacei, vel pinguedine anguillæ, Oleo lini, vel melle, ſpiritu vini & cinere apum mixto, vel putaminibus juglandum calcinatis vino ac oleo mixtis, ſæpius inungatur.*

Capillos producentia.

Sequens quoque Lavamentum capitis in Alopecia malignitatem veneream peſſundat, capillorumque regenerationem promovet.

Lavamentum capitis capillos evocans.

℞. *Rad. ariſtol. rotund.* ℥iß. *Lapath. acut.* ℥iß. *Chelidon.* ʒß. *Lign. Guajac.* ʒiiij. *herb. beton. ſalv. agrimon. fumar. Origan. puleg. lupulor. ana* Miß. *flor. ſtœchad. Mj. roſ. rubr. M ſ. baccar. laur. num. xvj. liquirit.* ʒß. *M.* Vel,

Aliud.

℞. *Rad. alth. lapath. acut. ana* ʒij. *herb. malv. ſcabios. ana Mj. inciſ. d. ad chartam.*

Pinguedo ſerpentum capillos revocat.

Pinguedinem ſerpentum areis in capite illitam, capillos revocaſſe, experientia teſtatur.

CONSILIUM MED. LXVII.

Colicam biliosam, ac simul flatulentam proponens.

Caſus.

ANno 1689. Reverendiſſimus ac Ampliſſimus Dominus, Dominus Johannes, Abbas Monaſterii Wengenſis, quod Ulmæ eſt, vigilantiſſimus, temperamenti calidi & ſicci, habitus corporis

poris gracilis, annorum quadraginta sex, ventriculi debilitate ac discrasia laborans, sæpius diversisque temporibus colicis doloribus divexatur, ad quem affectum tollendum, varia hactenus remedia, purgantia scil. Clysteres, anodyna, carminativa, stomachica, interna & externa, tam alterantia, quam roborantia, & quæ alia hujus generis sunt remedia, sine tamen peculiari effectu & sublatione hujus morbi adhibuit, simul etiam circa illorum usum observavit, quotiescunque ad causam morbi exterminandam, medicamentis catarcticis seu purgantibus, fermentationem humorum excitantibus usus est, malum hoc semper cum subsequuta alvi constipatione, magis irritatum fuisse.

Resolutio per Causas.

QUapropter non sine ratione judicatum fuit, quod dictus affectus colicus, qui â debilitate & discrasia ventriculi, ac consequenter multis exinde ob debilitatem facultatis concoctricis resultantibus cruditatibus, accedente succo pancreatico & acido melancholico, â pancreate & regione lienis per vas breve in intestinum duodenum & circa fundum ventriculi eructatis atque permixtis, inibique magis magisque acescentibus, acredinemque vitriolatam induentibus, solutionemque continui in intestinis partibusque nervosis erodendo excitantibus, originaliter dependeat, & aliter curari non possit, quam ut ventriculo principaliter prospiciatur, debilitas & discrasia ejusdem alterantibus & roborantibus corrigatur, & vitriolata humorum aciditas præcipitantibus insipidis obtundatur, vernali æstivoque tempore, vel serum lactis caprini, vel acidulæ Egeranæ, ad abstergendos ac educendos, sine vehementia, humores crudos mordaces & noxios bibantur, exquisitaque Diæta, in edendis cibis boni succi facilisque concoctionis, è contra vitandis cibis crudis, intensè dulcibus, salsis, acidis, acribus, & mordacibus, observetur. Ut autem aliorum quoque experientissimorum Medicorum hoc in casu sententiam perscrutarer, ad Prænobilem & Excellentissimum Dn. Doctorem Tobiam Dürren, Illustr. Reip. Augustanæ Physicum ordinarium meritissimum, *Causa.*

tissimum, Collegii Med. Vicarium perpetuum spectatissimum, Practicumque in re medica famigeratissimum, Fautorem ac Amicum ceu Fratrem, honoratissimum & dilectissimum, sequentes litteras dedi, quas, cum tersissimis ejus responsoriis, hisce dictis annectere non dubitavi. Meæ autem ad ipsum datæ literæ fuêre tales.

Prænobilis, Excellentissime & Experientissime Vir, Fautor ac Amice, ceu Frater, honoratissime.

CUm apprecatione boni ac felicissimi novi anni auspicii præsentes ex mandato Reverendissimi Domini Abbatis Wengensis, Domini mei gratiosi, affectum ipsius colicum ac flatulentum concernentes, mittere haud dubitavi. Ille jam per aliquod temporis spatium dicto malo, cum doloribus vagis, hinc inde corpus percurrentibus, procul dubio â flatibus excitatis, divexatur. Si causam consideremus, hic affectus partim ab exæstuatione bilis, partim verò ab acido vitriolato in intestina effuso, ac cruditatibus flatuum prodromis, originem habet: ad quam exterminandam, symptomataque dolorifica præcavenda, Reverendissimus Abbas non solum remediis vomitoriis, sed etiam ex tuo Consilio Essentiâ menthæ usus est, ad quam conficiendam *manipulos sex menthæ crispæ, uncias sex Spiritus vini rectificati, atque drachmas sex Spiritus nitri dulcificati, vel pro infusione, vel pro destillatione*, præscripsisti, quæ Essentia hactenus quidem benè conduxit, sed malum non prorsus sustulit: Dubito autem, an non Spiritus vini in parando hoc remedio major quantitas requiratur, dum, si hæc ingredientia per quatuordecim dies in digestione stant, major Spiritus vini portio â menthæ copiosiore dosi absorbetur, sicque parva liquoris spirituosi portio, vel ad filtrandum, vel ad destillandum, remanet, ad quod dubium solvendum Excell. tuæ responsionem expecto.

Essentiæ menthæ contra colicam præparatio.

Et quia etiam in curando hoc malo Laconici alicujus facta est mentio, quæritur, an in tali subjecto raro ac ad maciem dispositio tali laconico uti consultum, & an non potius exsiccatio corporis ac concomitans febris hectica exinde formidanda ac expectanda sit? quam rem tuæ dijudicationi relinquo. Ego, salvo tuo judicio, quia in hoc Reverendissimo subjecto debilis ventriculus, qui continuâ roboratione indiget, deprehenditur, usum Trageæ stomachicæ, pulveribus insipidis præcipitantibus, Ex. gr. Ocul. ℔. Corall. rubr. præp. permixtæ, suaderem: Purgantia per alvum, quia humores magis exagitant & perturbant, hactenus per experientiam non proficuæ fuere, ac postea molestæ alvi constipationes secutæ sunt. Acidulæ Egeranæ do-

næ dolores colicos Domini Patris Joſephi jam per duos annos refrenarunt, an futuro vere aut æſtate eas etiam Reverendiſſimo Domino Fratri conducibiles ac proficuas æſtimes, aut quid præter has ad fundamentalem hujus affectus valdè moleſti ablationem adhibendum ac uſurpandum ſit, â tuâ Excellentiâ ejusmodi conſilii & auxilii communicatio avidè expectatur. Hiſce vale & fave; Ulmæ Suevorum, die 4. Januar. S. V. anno 1689.

Excell. T.

addictiſſimus

EBERHARDUS GOCKELIUS, D.

Prænobilis, Excellentiſſime, ac Experientiſſime Domine Doctor, Fautor ac Amice ceu Frater colendiſſime.

PRæter reciprocam cordialem gratulationem ad annum modernum 89. num ut is per omnia felix ſit, & pacificus fiat, ex litteris Excellentiæ tuæ affectum colicum & flatulentum Reverendiſſimum & Gratioſum Dominum Abbatem Wengenſem Fratrem meum Germanum longè charilſimum per aliquot temporis ſpatium affligentem ſatis & benè intellexi. Conſiderato itaque & noto Ipſius temperamento; quod nimirùm ventriculus frigidior, & hepatis viſcus plus juſtò calidius ſit, inordinata ſequitur in inteſtino duodeno triumviratus humorum harmonia, dum enim chylus minus ritè elaboratus, aut acidiorem indolem referens paulatim deſcendit, accedente acri & ſalinâ bilis copioſâ tinctura, & ſucci pancreatici vitriolicâ quaſi auſteritate, ſalivalis quoque pituita viſcidior redditur, hinc effervescentia inteſtinalis non ritè procedit, ſed fœculentiæ acres, mordaces, vitriolicæ & partim viſcoſæ, non ſolum in longius & anfractuoſum inteſtinum colon, ſed etiam in alia inteſtina, non rarò in eorum tunicas & fibras, ſubindè omentum, ſæpiſſimè autem in nervos plexus & diſtributiones meſenterii, ut cum Williſio loquar, protruduntur, & ſic pungendo, vellicando, mordicando &c. ſolutionem continui pariunt atrocem, inferendo ſubindè partibus his ſpaſmodicam quaſi criſpaturam ſeu fibrarum corrugationem, quod teſtatur alvi adſtrictio, & flatuum copia.

Affectus iſte in Subjecto hoc, cum non ſit recens, ſed ferè habitualis, adeoque remediis non tam facile cedet, plus temporis requiret, benè tamen ſperare jubet ætas juvenilis calido innato vegeto ad-

huc pollens, modò vitentur omnia nimis acida, ventriculum destruentia, nimis dulcia non modò bilem generantia, sed acidum corrosivum in sinu suo gerentia. In potu commendarem vinum Rhenanum mediocre ventriculo gratum, interdicendo vina tartarea, sulphurata, vappida, acida &c. Cerevisia sit benè cocta, matura, & satis defœcata, & si placet decoctum chinæ cum passulis: somno magis indulgeat quam vigiliis, sit animo tranquillo, hilari, &c. electivè seu fortiora purgantia, ut benè Excell. tua monet, fugiat, cum plus damni, quam emolumenti afferant.

In curatione cum universalia jam satis sint præmissa, nec locus hyemali tempore acidulis detur, consultum mihi videretur, si pro leni bilis subductione, sicut acidi excessivi correctione, lymphæ crassioris attenuatione, obstructorum ductuum & meatuum alteratione, & viscerum roboratione, chalybs in formâ liquidâ arrideret, non neglectis specificis appropriatis dolorem demulcentibus, & flatus discutientibus. E. g. ℞. *Radic. levistici* ʒß. *Rhabarb. nobil. elect.* ʒj. *Chalyb. cum* ☼. *tamarind. præp.* ʒj. ☾*is* ♀*ri* ʒij. *Menthæ crispæ M*ß. *flaved. cortic. arant.* ʒij. *Galangæ minoris* ʒj. *incisa incidenda, & contusa contundenda indantur in vas vitreum, & affundendo vini malvatici* ℔iij. *digerantur loco calido, movendo aliquoties per biduum, factâ dein remotione à calido loco, ne acescat, singulis matutinis bibat uncias tres calidè, leni dein deambulatione corpus movendo, ut Mars in actum deducatur.* Circa vesperas, aut noctu antè ingressum lecti de essentiâ menthæ cochlear unum sumi potest, in cujus præparatione notandum, quod spiritus vini quantitas augeri possit, & sufficiat infusio per 5. aut 6. dies, destillatione enim spiritus nitri dulcificatus alembicum vix ascendet, & sic exiguæ erit virtutis. Tragea stomachica ex præcipitantibus, quam jam ordinasti, summè erit proficua, infringit enim aciditates, & salinam bilis acrimoniam obtundit, fermentumque ventriculi corrigit, & in bono statu servat. Balneum quod attinet, sudatorium omninò rejicio, utpotè certum febris hecticæ promotorium, laconicum autem, cessante hyemali rigore, cum hordeo & aliis specificis emollientibus paratum non dissuaderem, præsertim si corpus benè prius fuerit præparatum. Et hæc sunt, quibus pro hic & nunc intentioni tuæ satisfacere, & in restitutionem seu reconvalescentiam Reverendissimi scribere volui, plura ad relationem ulteriorem Excellentiæ tuæ addens, interea sum & vivo

Infusum chalybeatum attenuans & deobstruens.

Excellentiæ Tuæ

Augustæ Vindel. die 17. Januar. S. N.
Ann. 1689.

addictissimus
Georgius Tobias Dürr/ D.

Ut autem in dicto Colicæ bilioſæ & flatulentæ caſu, etiam Excellentiſſ. Dn. Dr. Joh. Cunradi Brunneri, Med. Profeſſoris P. in Academia Heidelbergenſi celeberrimi ſententiam perciperem, ad illum Epiſtolam, cui prænominati Excell. & Doctiſſ. Viri, Dn. D. Tobiæ Dürrii, Medici Auguſtani famigeratiſſimi, meæque hâc de re communicatæ literæ incluſæ erant, Scaphuſium miſi, qui per reſponſorias mentem ſuam ſeq. modo doctiſſimè explicavit.

VIR Celeberrime,

Fautor & Amice honoratiſſime.

AFfectum Reverendiſſimi Abbatis meritò colicum dixeris, & flatulentum, quia flatus ſunt plerumque tum affectionis colicæ tum hypochondriacæ comites individui. Novi Reverendiſſimum, & temperamentum ejus tum ex facie tum indiciis aliis mihi colligere licuit. Novi fermentum ejus gaſtricum ſeu ſuccos fermentativos, qui in primis viis ex variis organis ad chylificationem affluere ſolent, intemperatos exiſtere: per ſuccos fermentativos autem intelligo laticem glandularum ſalivalium in ore, ſtomachi cavum in ventriculo, glandularum duodenalium in inteſtino, bilis, pancreatis, & aliarum glandularum inteſtinalium, (de quibus olim Exercitationem loco Diſputationis habui) liquores, qui ceu ex diverſis glandulis promanantes, procul dubio diverſi ſaporis & facultatis exiſtunt, ita tamen, ut omnes conſpirent ad chylum perfectum elaborandum, quod quidem negotium facilè ſuccedit, ſi temperati prædicti humores fermentativi exiſtunt.

Quodſi peregrinus ſapor aut intemperies accedat, jam opus labitur, & loco chyli atque ſucci laudabilis ex vitioſa fermentatione tota maſſa alimentaria corrumpitur, & peregrinum induit characterem, unde flatus reſultant & variæ calamitates inteſtina & afflictiones manent. Non malè acido-auſteram quandam ſeu ponticam aciditatem cauſantur nonnulli. Videtur autem temperamentum tales gignere in ſinu humores acidos ſcil. & vitriolicos, ſed & ipſa bilis ferocire videtut. Qui quidem diverſi ſed vitioſi ſucci, ſi aut in plexus nervoſos meſenterii incidunt, aut tunicam nerveam ventriculi aut inteſtinorum laceſſant, quot quæſo & quantæ ærumnæ & ægritudines! de quibus paſſim Auctores. Non mirum igitur ventriculum ſuo munere non rectè fungi, ob vitioſum fermentum quod ipſi affluit, non mirum flatus emergere & vitioſam in inteſtinis fermentationem.

Nihil proin præsidii ab iis expectandum medicamentis, quæ tum ventriculum, tum inteſtina magis vellicant, lædunt & lacerant, magisque turbant, ut purgantia pleraque. Potius ad ea recurrendum medicamenta quæ humorum acrimoniam obtundunt, imbibunt, & ad æquabilem temperiem reducunt, qualia ſunt decantata illa præcipitantia. Nobis in uſu ſunt tales vel pillulæ vel pulveres. ℞. *Ocul.* ♋. *præp. CC. philoſ. præp. corn. Rhinocerot. præp. ana* ʒj. *Antihect. Poter.* ʒiß. *Cinnab.* ♂. *nativ. ana* ℈ß. *Extr. Caſtor.* ℈j. *Extr. Croc. gr. iiij. cum ſolut. tragac. f. pill. vel pulv. Doſis M. & V. gr. xv. ad.* ℈j. Quæ humorum acrimoniam obtundunt, & partes nervoſas incolasque earum ſpiritus demulcent atque ſolantur. Superbibat abhinc horâ juſculum cum pauxillo macis coctum ſed non ſalitum. Vere ſerum lactis alteratum conducit, magis autem proſunt acidulæ, quæ obſtructiones ſolvunt, & totam maſſam humoroſam perluunt. Aliis tum ſpirituoſis tum qualitatibus aliis, atque ſaporibus prævalentibus uſus nunquam fui, ratus, humorum acrimoniam fortè intendi. Quæ quantum per temporis penuriam licuit ad teſtandam animi promptitudinem feſtivo calamo exarare volui &c. Rogo me omnibus ac ſingulis quam officioſiſſimè commendes, & commendatum habeas. Raptiſſimè Scaphuſii die $\frac{2}{12}$. Febr. 1689.

Pulv Contr. colic. ſpecificus, inform. pillular. ſi lubet, redigendus.

Exc. T.

Addictiſſimus
J. C. Brunnerus, D.

CONSILIUM MED. LXVIII.

Abſceſſus abdominis ruptus, ac per medium Umbilici evacuatus, varia periculoſa ſymptomata invehens.

Caſus.

ANno 1689. tempore æſtivo Reverendiſſimus quidam Patiens, Auguſtæ Vindelicorum ex improviſo tantis lancinantibus doloribus colicis

cis (quibus aliâs etiam obnoxius erat) correptuseſt, ut cum illo omnes adſtantes de ipſius vita retinenda dubitarent.

Curatio.

AD quem affectum tollendum per Excellentiſſimos & Experientiſſimos Medicos (inter quos Frater Germanus erat) ipſi varia appropriata remedia lenientia, deobſtruentia, acredinem humorum obtundentia, carminativa, anodyna, & inter alia etiam ſeqq. remedia præſcripta fuerunt. ℞. *Spec. decoct. aperitiv. Carminat. ſummit. aneth. Endiv. ana. Mj. inciſ. coq. in aq. ſ. q. ad. medietatem, colatur. expreſſ.* ℞. ℥vj. *add. ſacch. Thom.* ℥iß. *Ung. Clyſmat.* ℥j. *M. f. Clyſter toties, quoties neceſſitas poſtulat. applicandus.* *Enema ad dolor. Colic.* Externè, inter alia anodyna ventris regioni tale Emplaſtrum impoſitum fuit, cujus beneficio ventris dolor atque durities mitigaretur. ℞. *Emplaſtr. filii Zachar. Malactic. ſine gumm. de Cicut. ana* ℥ß. *M. & malax. cum. Ol. anethi, fiatque l. a. Emplaſtrum.* *Emplaſtr.* Et quia per hoſce acutiſſimos dolores vires admodum dejectæ erant, iccircò Dominus Patiens ad cordis & ventriculi imbecillitatem corrigendam tali aqua confortante uſus eſt. ℞. *Aq. Offic. perlat.* ℥ij. *Cinnam. Cydoniat. Maſtichin. ſtomach. Aug. ana* ℥iß. *Elix. propr. Parac. Elix. & ol. Mynſ. ana* ℈ß. *Conf. Alk. inc.* ʒß. *Man. Chr. perlat.* ʒij. *M.* *Aq confort.* Hinc, ad viſcerum, venarum meſaraicarum, atque glandularum inteſtinalium obſtructionem reſerandam, flatusque tumultuantes avertendos atque diſcutiendos, de Eſſentia ♂ is cum ſucco pomorum præparata, itemque de Eſſentia trifolii fibrini, mane & veſperi alternativè gutt. 40. cum vino vel brodio deglutivit, cujus Eſſentiæ fibrinæ deſcriptio hæc eſt. ℞. *Herb. trifol. fibrin. magnam quantitatem, & præparetur ſec. art. per fermentationem Spiritus,* ℞. *hujus Spiritus* ℔ij. *Herb. trifol. fibrin. exicc. Mij. ſtent in digeſtion. per 14. dies, dein deſtill. Deſtill. iterum ſuperaffundendo recent. exicc. herbæ trifol. fibrin. & iterum deſtillentur, & ita tertia vice, ſed non amplius deſtilletur, ſed exprimatur & filtretur.* *Eſſent. trifolii fibrini deſcriptio & præparatio.* Per hæc igitur uſurpata remedia non ſolum dolor colicus ceſſavit, ſed etiam Dominus Patiens vires ſuas utcunque recuperavit, Ulmamque reverſus, actiones naturales ſine peculiari impedimento (ut Neutri reconvaleſcentiæ ſolent) obire potuit; imò pulſus & urina celeritatem ſuam atque rubedinem in naturalem ſtatum aureumque colorem permutarunt, licet tum temporis adhuc frequens ſalivatio ob humorum ὀργασμὸν & turgeſcentiam remanſerit.

Abscessus.

Quia verò in abdomine durities quædam transversim instar farciminis per tactum observata remansit, Dominoque Patienti magnas molestias excitavit, eapropter prædicti Emplastri usus continuatus fuit, cujus beneficio tandem dictus tumor emollitus, & inopinatus abscessus ad ruptionem dispositus fuit, circa cujus maturitatem tuberculum quoddam in umbilico dolorificum percipiebatur, quod die 25. Octobr. (qui erat dies Veneris) inter quartam & quintam horam vespertinam ruptum, copiosam materiam purulentam evomuit, cujus minutissimo foramini turunda indita, ac Emplastrum de meliloto, diachylo simplici permixtum, impositum fuit; Qui meatus fermè inconspicuus quotidiè plus minusve dictæ materiæ purulentæ per vicissitudines, tam coctæ, quam fœtidæ & nigredine tinctæ, eructavit, ac postliminio fermè occlusus, cum remanente aliqua affectæ partis duritie, dictam materiam excrementitiam retinuit; quem die 22. Novembr. exercitatissimus Chirurgus, Georgius Riedlin / stylo minori exploravit, immissaque turunda minima ex linteis convoluta, postea ex radice gentianæ factâ rursus aperuit & successivè dilatavit, sicque deinceps materiæ residuæ inclusæ per turundam cannulatam exitum paravit, quæ, ut supra dictum, nunc cocta, mox verò fœtida & subnigricans, usque ad diem nonum Novembris, (parcius tamen circa finem) emanavit, dictusque meatus illa ipsa die clausus, postea quæ mediante cicatrice, consolidatus est. Hoc tumore in sinistra abdominis parte, per ruptum abscessum emollito, in dextra ejus parte alia durities, novis Dn. Patientem anxietatibus, pungendo, rodendo, tendendo, vapores ad caput ablegando, hypochondria inflando, asthma, tussiculam, vigilias, apepsiam, atrophiam, aliaque mala & periculosa symptomata inducendo, divexavit, ad quam emolliendam & maturandum, doloremque sedandum, tàm externè superius allegatum Emplastrum, variæque inunctiones & cataplasmata, ex herbis, radicibus, & seminibus emollientibus, cum lacte, & oleo rosarum, chamomillæ & verbasci cocta & imposita, singulisque quaternis horis repetita fuerunt, quæ tamen ob ascensum vaporum & flatuum ad partes superiores, pectus atque caput Dominus Patiens diutius ferre non potuit, sed prioris Emplastri emollientis usum revocavit; quam internè Enemata varia, ac inter alia unum atque alterum ex Olei lini ℥vj. vel viij. usque ad ℔j. cum duobus ovi vitellis, sed omnia frustraneo ferme successu, parata, applicata, & injecta fuêre, dum in externa cute ne minimum quidem vestigium alicujus tuberculi, ulceris vel abscessus apparuit, sedècontra ex materiæ peccantis retentione tumoreque dolente, pessima symptomata ac incommoda,

ex

ex quorum acceſſionibus Dominus Patiens multas inſomnes noctes cum virium jacturâ, duxit, inſequuta ſunt, inter quæ flatus, alvi obſtructiones, aſthma, cum inſequente calore præternaturali, tremore cordis, pulſu celeri, urinâque rubra & lixiviosâ, ventriculi diſcraſiâ & anorexiâ, ut & corporis atrophiâ præcipua fuerunt, quibus ſequentibus remediorum præſidiis ſubventum eſt. 1. Ad flatus diſcutiendos internè *Tinctura aurantiorum, & Spir.* ☉. *dulcis*, guttatim in aqua carminativa Dorncreilii, vel alia Phyſogona ſumendus, externè furfures, itemque ſal cum ſemine carui in ſartagine toſtum, ac in ſacculis calidè applicatum, auxiliatrices manus porrexerunt. *Symptomatum medela. Tinct. aurant. & Spir. nitr. dulc.*

2. Ad alvi obſtructionem corrigendam, ℞. *Brod. Cibeb. laxat.* ℥iß. *aq. Ceraſ. nigr.* ʒvj. *M. f. potio una vice ſumenda*; cujus, ut & Clyſterum, ſacculique ſequentis beneficio alvus feliciter relaxata & aperta fuit. Cujus ſacculi & Clyſteris deſcriptio hæc eſt. *Brod. laxat.*

℞. *Herb. abſynth. pont. Card. bened. Centaur. min. Veron. agrimon. puleg. ſcolopend ana. pj. Rad. fœnic. calam. arom. garyophyllat. ana* ʒij. *Rhabarb. ver.* ʒiij. *fol ſen. Alex. ſ. ſt.* ℥j. *Gialapp. Agar. troch. Turpeth. el. Polypod. qu. ana* ʒij. *Cinnam. opt.* ʒj. *Macis* ℈j. *Crem.* ♀. ℥ij. *Sem. anis. fœnic. ana* ʒß. *M. & conciſ. f. cum ſyndon. alb. nodulus, cum quinque quartariis vel* ℔iiiiß. *vini alb. infundendus.* *Sacculus laxat.*

Clyſter autem fuit talis. ℞. *Flor. chamomill. verbaſc. Malv. cum ſemine ana Mj. violar. menth. ana Mß. ſem. aneth. Dauci ſylveſtr. ana* ℥ß. ☉. *dulcif.* ʒij. *inciſ. coq. in aq. fluvial. q. ſ. ad dimid. in colatur. expreſſ.* ℥vj. *diſſolv. ſacch. Thom.* ℥iß. *pingued. homin.* ʒij. *M. f. Clyſter.* *Clyſter.*

3. Ad ventriculi Diſcraſiam, tam uſus Zingiberis in china conditi, (ſed abſente calore præternaturali,) quam aqua Cinnamomi Cydoniata, & vinum Cydoniorum, itemque Tragemata corroborantia temperata, atque præcipitantibus mixta, conduxerunt. *Stomachum roborantia.*

4. Ad periculoſiſſimum Aſthma corrigendum, ac ſuffocationis periculum avertendum, talia Remedia ordinata fuêre. ℞. *Aq. Ceraſ. nigr. hyſſop. flor. acac. ana* ℥j. *Cinnam. bugloſſat.* ʒij. *Confort. Offic. perlat.* ℈ij. *ſacch. perlat.* ℥ß. *M.* *Aq. aſthmat.*

It. ℞. *Aq. antiphtyſ. Mynſ. Veron. hyſſop. Confort. Offic. ana* ℥j. *Aſthmatic. D. Rab.* ℥ß. *Cinnam. bugloſſ.* ʒij. *Lap. Bez. Or. gr. v. Margarit. præp.* ℈ß. *Conſ. Alk. incompl.* ʒß. *Man. Chr. perlat.* ʒij. *M. d ad vitr.* *Alia.*

Item, ℞. *Aq. antiphtyſ. Mynſ.* ʒij *hyſſop. aſthmat. ana* ℥ß. *Confort. Offic. perlat.* ℥ß. *Conſ. Alk. inc.* ʒß. *Ocul.* ♋. *præp.* ℈j. *Balſ.* ♎. *terebinth.* ℈ß. *flor. Benz. gr. iij. ſacch. Cand. alb.* ℥ß. *M.* *Alia.*

It. ℞. *Aq. antiphtyſ. Mynſ.* ℥iiiiß. *Corall. rubr. præp. Margar. præp. ana* ℈j. *Lact.* ♎. ʒß. *flor.* ♎. *gr. xv. pulv. ſacch. Cand. alb.* ʒij. *M.* *Alia.*

Et, ℞. *Sperm. Cet. rec. Ocul.* ♋. *præp. ana* ℈ij. *Margar. præp.* ℈j. *Lap. Bez. or. gr. v. Man. Chr. perl.* ʒij. *M. f. pulv. Doſ. cuſpis cultri unus M. & V. in aq. pectorali ſumendus.* *Pulv.*

Et, ℞. ♁is ♀ri *volat.* ℈ß. *Ocul.* ♋. *præp.* *Pulv.*

Spir. præp. gr. v. M. pro umâ dosi, propinetur in jusculo. Et, ℞. Spir. ✱ iac. chalybeat. ℈iiij. Essent. Ambr. ℈ß. M. d. in vitro Dos. gutt. 10. mane & vesperi.

Syrup. Ut &, ℞. Syr. d. jujub. viol. ana ʒj. Oxym. simpl. ʒiß. squillitic. ʒvj. Tabb. diatrag. frig. ʒij. M. Dos. cochleare unum vel alterum, sæpius repetendo.

5. Ad calorem præternaturalem totius corporis attemperandum, tremorem cordis tollendum, blandamque quietem inducendam, ℞.

Pill. Ther. cæleſt. Theriac. cœlest. gr. iiij. Extract. Laud. op. compl. gr. ß. M. f. pill. num. 4. vel

Pulv. Bezoard cum Syr. papaver. err. mixtura liquida, una vice capienda. Et, ℞. Lap. Bezoard. Or. gr. iiij. Mag. perl. Or. gr. iij. M. f. pulvisculus mane in aq. Cordiali

Emuls. refrig. sumendus. Et, ℞. Sem. 4. frig. maj. ana ʒß. papav. alb. ʒj. Amygd. dulc. excort. ʒij. Aq. borrag. Cerasf. nigr. ana ℥iß. M. f. Emuls. in Colat. dissolv. CC. præp. Corall. rubr. præp. Ocul. ♋. præp. Smaragd. præp. ana ℈ß. ☉. tabulat. gr. xij. Aq. Cinnam. Cydon. ʒij. Syr. granat. ʒß. M. pro una vel duabus dosibus. Ut & ℞. Tinct. Ros. ℔j. Syr. rub. Id. ℥ij. M. 6. Ad corporis atro-

Tinct. Ros.

Electuar. phiam corrigendam, hecticæque febris invasionem inhibendam. ℞. Conserv. ros. rubr. ℥vj. Pulv. antihect. Poter. ʒj. analept. frig. Miinder. ʒß. Corall. rubr. præp. ℈ij. Syr. rub. Idæi ʒvj. fiat mixtura, de die aliquoties avellanæ quantitate capienda. Externè, spina dorsi M. & V. tali Linimento

Linim. pro dorso. inuncta fuit. ℞. Ung. resumptiv. Fernel. Rosat. Mes. ana ℥j. Ol. Nymph. rosar. ana ʒij. M. &c.

Diæta. Quod Diætam concernit. 1. Aer fuit temperatus. 2. Cibi Euchymi, bonum succum ac laudabilem sanguinem generantes. Potus vinum album Nicarinum, pro diversitate temporis vel per se, vel aqua dilutum, nec non Julapium ex Syr. viol. & papav. err. paratum, vinum Cydon. Emulsiones ex amygdal. dulcib. paratæ, aq. cichorii &c. 3. In motu & quiete tenebatur modus. 4. Vigiliæ nimiæ adhibitis legitimis remediis coercebantur. 5. Alvus obstructa per lenitiva & clysmata subducebatur. Ac tandem 6. animi fortiores affectus decenter refrenebantur.

Quibus ita usurpatis remediis, observataque bonâ Diæta, symptomata bona ex parte sublata & mitigata sunt; quia vero prænominata durities in dextra parte abdominis, sub hepate sita non ex toto evanescebat, nec optata sanitas ex toto redibat, iccircò in tali morbo Chronico & diuturno aerem mutare consultum visum est, in quem finem Reverendissimus Dominus Patiens (antehâc veletudinarius) se rursus præterito vere hujus anni 1690. in Lecticâ Augustam Vindelicorum recepit, ibidemque primò sero lactis caprini, hinc per integrum mensem Spiritu tartari composito, postea cum essentia trifolii fibrini mixto, usus est, & postmodum Acidulas Egeranas bibit: quibus recensitis remediis tandem per Dei gratiam pristinæ sanitati fuit restitutus.

CON-

CONSILIUM MED. LXIX.

Vulnus sclopeto inflictum, scapulam, pectus, & pulmones penetrans, lethale.

Casus.

ANno 1688. die 28. Novembris, qui erat dies Mercurii, cum malè feriati incendiarii milites ac prædones Galli, in territorio Ulmensi, propè Langenavium cum militibus Ulmensibus dimicassent, ac ab his in fugam propulsati fuissent, illi in vicino pago Osterstetten, sibi & equis suis cibo, potu, ac pabulo prospexerunt, ac interea per emissarios excubitores securitatem suam procurarunt; ecce, quadrigarius quidam, nomine Johannes Schmid à Börslingen, adhuc cælebs, ætatis suæ anno trigesimo quinto, Ulmâ domum tendens, ac cum suis vicinis & commilitonibus prædictum pagum præterire cupiens, â tali excubitore gallo magna intensaque voce, ecquis sit? acclamatus fuit, â quo clamore perterritus, â concepto itinere, reversus, fugâ salutem quærere tentavit, quem retrò fugientem dictus excubitor, bombardâ in illum directâ, globo explosо tetigit, eodemque per scapulam dextram penetrante, ac propè sternon inter tertiam & quartam costam erumpente, lobum pulmonum dextrum transfodit, ejusque vasa ac venas, (quod aeris violenta exspiratio cum strepitu & sibilo, sanguisque spumosus magnâ

copia profusus indicavit) dilaceravit: Hoc non obstante, miser ruricola veloci cursu aufugere conatus est, donec tandem ob copiosum profusum sanguinem ab equo decidit, equos suos hosti pro rapinâ reliquit, ac miserrimè nocturno tempore in Oppido Albeck humi repens appulit, ubi tandem receptus, sacra synaxi roboratus, vulneraque ipsius deligata fuerunt: Insequente die Veneris, Ulmam & quidem in diversorium ad aquilam auream translatus, ibidemque meæ ac Joh. Bartholomæi Heckingii, Chirurgi Reip. Ordinarii ac jurati curæ demandatus fuit. Antequam autem usurpata remedia, ac funestum hujus læsionis exitum proferamus, de Pulmonum vulneribus prius, an? & quomodo illa lethalia sint, sequentia in medium proferre non dubitavimus.

Pulmonum Vulnera an? & quo modo ac ratione lethalia sint?

Vulnera pulmon. superficialia absolutè lethalia non sunt.

PUlmones itaque flabellum cordis & culcitra, rarâ spongiosâque sui substantiâ dum attracto aere diducuntur, integrum thoracis replent spatium, & quia continuo simul inspirandi exspirandique munere funguntur, iccircò in nobilium partium ad vitam simpliciter necessariarum censum ac numerum meritò recensentur, quorum operâ & officio nullus viventium carere potest. Et quamvis eorum substantia cum vasis minoribus, præsertim superficietenus vulnerata non statim absolutè lethalis sit, cum sanguis extravasatus per vulnus exitum habere possit, & reliquus, ut in hæmoptysi, vel sponte fluere cesset, vel cohiberi possit, & vulnerato uno pulmonum lobo, alter in ejus locum & officium veniat, quamvis plerumque Empyici fiant, demumque phthisici moriantur: Profunda tamen, & quæ substantiæ vasisque pulmonum majoribus, venæ puta arterioſæ & venoſæ infliguntur vulnera, ea utplurimum, tam ob sanguinis extravasati copiam, motusq; eorum continui impedimentum, quam ob spirituum vitalium dissipationem, & consolidationis impossibilitatem θανατοφόρα & lethalia esse, certum est. Cui sententiæ Hieron. Fabric. ab Aquapend. Opere Chirurg. part. 2. lib. 2. Cap. 43. pag. mih. 324 d. Vulner. pulmon. & diaphragm, adstipulatur. Sic Facultas Med. & Chi-

Vulnera pulmonum eorumque vasorum profunda utplurimum lethalia existunt.

Chirurg. Lipsiens. (asserente Excell. DD. Gothofred. Welschio, in Rationali suo Vulnerum lethalium Judicio, pag. mih. 61.) die 26. Novemb. in tali casu sic judicavit. Und hat sich befunden / daß der Stich unter dem rechten Arm bey der vierdten Rippen durch den rechten Lobum der Lungen die arteriam venosam verletzet/dahero die lebendigen Geister nebenst dem Geblüt entgangen / und nothwendig der Tod verursachet worden.

Franciscus Joel, Chirurgiâ Speciali, de pectoris & pulmonum vulneribus, ratione signorum & prognosticorum, pag. mih. 229. sequentia habet. Pectore ad cavitatem perfosso, flatus per exspirationem erumpit; Pulmone autem simul convulnerato, sanguinis spumosi exspuitio, difficilis & sonora respiratio comitantur, & nisi repentè moriatur æger, phtisi conficitur. Item, de Thoracis vulneribus, pag. 269. inquit, Pulmonem vulneratum esse arguit subflavus & spumosus sanguis è vulnere cum tussi & respirationis difficultate profluens. Etsi autem ex pulmonum vulnere tam repentinum exitium non sequatur, quam ex vulnere reliquarum partium in thorace contentarum: tamen vulneratus pulmo, tum propter motum continuum, tum propter cordis vicinitatem facilè inflammatur, & febrim peripneumoniamque & Empyema aliaque exitiosa symptomata infert, & nunquam aut rarissimè persanari potest, sed aut phtisin aut perpetuum Empyema comites habet.

Franc Joelis sententia de Pulmon. Vulnerib. Pulmon. vulnerati signa.

Pulmon. Vulnera rarissimè sanantur.

Guilelm. Fabric. Hildanus, Oper. Chirurg. german. Cent. 2. Obs. 23. pag. mih. 136. & seqq. Henricum Buscherhovium in medium producit, qui anno 1582. die 20. Septemb. Wittenbergæ ante portam, ex melancholiâ, proprio gladio inter tertiam & quartam costam penetrante & in dorso circa nonam exeunte, semetipsum transfodit, & ex eo vulnere curatus est: Cum autem anno 1583. die 2. Maij. dictus homo ex morbo, & supervenientibus symptomatibus gravioribus ex hâc vita discessisset, ejus cadaver sectum, & deprehensum est gladium per pulmones & diaphragma propè ejus nervosam partem, transiviisse, & in sinistro latere nihil de pulmonum lobo, (extra parvam portionem, quæ costis coalita fuerit) repertum fuisse, & forsan putrefactum cum pure exivisse.

Pulmon. Vulner. curati Exempl.

Idem Fabric. Hildan. dict. libro, Centur. 3. Obs. 33. pag. mih. 281. & seqq. Nobilis cujusdam meminit, qui gladio acuto propè Sternon, inter tertiam & quartam costam superiorem seu veram intrante, & sub scapulâ penes spinam dorsi exeunte, perque cavitatem pectoris ac pulmonum substantiam superficietenus penetrante, perfossus erat, qui tamen legitimis remediorum præsidiis curatus fuit.

Alia hujus rei Historia.

Theophrasti sententia. Theophrastus Paracelsus Chirurgiâ magnâ, Cap. 3. pag. mih. 4. vulnera pulmonum (ea scil. quæ venas vasaque majora non læserunt) pro lethalibus quidem non reputat, nihilominus tamen periculosa symptomata, quæ ipsorum læsionem insequuntur, asthma videlicet, tussim, respirandi difficultatem, putredinem, ac consolidandi impossibilitatem, recenset.

Conclusio. Ex quibus patet, quod vulnera pulmonum, præsertim superficietenus inflicta, modo eorum vasa majora & nobiliora illæsa relinquantur statim lethalia non sint, sed nonnunquam curari & consolidari possint, plerumque tamen mala symptomata post se relinquant; Reliqua verò per mediam eorum substantiam cum læsione venarum vasorumque majorum inflicta, pro incurabilibus ac lethalibus æstimanda veniant.

Curatio. Curationem quod attinet, ea, secundum Paul. Barbette, libr. Chirurg. pag. mih. 265. de vulneribus particularibus. in confortantibus & exsiccantibus, omni tamen acrimonia carentibus, consistit.

Duæ igitur in vulneris pulmonum curatione dantur indicationes, ut scil. sanguinis profusio, (quia pulmo vasis insignibus est refertus) sistatur, & inflammatio, (cui pulmo ob calorem & vitalis sanguinis abundantiam obnoxius est) arceatur, ac vulnus, (quod ob continuum motum non facilè coalescit) glutinetur, Et si sanguis copiosus in cavitatem pectoris descendit, evacuetur, totius corporis maxima ratio habeatur. Ad arcendam itaque inflammationem iterata venæsectio instituí potest, cui & hæmorrhoidum apertio opitulatur.

Topica. Topica quod attinet, uno medicamento, emplastico nimirum & adstringente, quo mediante sanguis sistitur, ac inflammatio coercetur, vulnusque glutinatur, *thure scil. mastice, bolo armen. sanguin. Dracon. ana part. æq. invicem mixtis*, vel per vulnus insufflatis, vel cum vino nigro austero, vel *decocto plantaginis, rosar. rubr. & cortic. granator. in aqua communi per siphonem injecto*, vel si nihil dictorum adest, infusione mulsæ, cum dictis pulveribus mista, in hoc affectu succurritur. Ad glutinandum vulnus Traumatica, *alchimilla videlicet, fragaria, pilosella, pimpinella, tormentilla, garyophyllata, vinca pervinca, virga aurea, sanicula, radix symphiti maj. bistorta, amaranthus purpureus, pulmonaria*, &c. conferunt. Orificium insuper vulneris, vel per turundam, vel cannulam alatam, usque ad materiæ purulentæ absolutam evacuationem, & consolidationis indicium, apertum retinendum. Paulus Barbette Libello Chirurgico de vulnerib. particularibus cap. II. pag. mih. 206. quotidianum usum spermatis ceti recentis Drachmæ dimidiæ pondere pro insigni juvamine commendat, sed cerebrum debilitare asse-

Vulnera pulmon. usque ad consolidationis indicium aperta retinenda.

rit.

rit. In dictum itaque finem præfato noſtro Patienti ſequentia Remedia ādhibuimus. 1. Ad ſanguinem ſiſtendum. ℞. *Sperniol Croll. gr. v. Carneol. præp. Lap. hæmat. præp. ana ℈ß. Syr. papav. err. ℥ß. Aq. plantag. ſcabioſ. ana ℥j. f. potio una vice haurienda.* Et, ℞. *Conſ. roſ. rubr. ℥iß. Loch. ſan. & expert. de pulmon. vulp. ana ʒij. Corall. rubr. præp. Lap. hæmatit. præp. Carneol. præp. Boli armen. præp. ana ℈j. Syr. violar. Corallor. ana ʒiij. fiat mixtura, de qua ſæpius avellanæ quantitas ſumatur.* 2. Ad intemperiei calidæ alterationem, ℞. *Sem. melon. ℥ß. papav. alb. ʒj. aq. fragor. pimpinell. Veron. Nymph. ana ʒij. M. f. Emulſio, cui add. Lap. chryſol. præp. Corall. rubr. præp. lap. hæmat. præp. ana gr. viiij. Syr. vio. ℥j. M.* 3. Ad virium imbecillitatem roborandam. ℞. *Aq. confort. Offic. perlat. Ceraſ. nigr. roſar. plantag. pimpinell. Veron. ana ℥j. Cinnam. bugloſſat. ʒij. Lap. chryſol. præp. hæmatit. præp. Corall. rubr. præp. ana ℈j. Matr. perlar. præp. gr xv. M.* 4. Ad ſitim compeſcendam vulnusque conſolidandum, pro potu ordinario. ℞. *fol. veronic. fragar. ſanic. ana Mß. tuſſilag. Mj. rad. angel. ʒij. liquirit. ʒj. Jujub. num. xx. paſſul. ℥ß. coq. ex aq. hord. colatur. ℔iß. adde Syrup. diacod. ʒiij. M.* In eundem finem *Decocto hordei & CC. cum Syr. d. jujub. viol. & papav. err.* uſus eſt. 5. Ad adſtrictionem & conſolidationem ſeq. Mixtura per ſiphonem fuit injecta. ℞. *Pulv. adſtring. Gal. ʒj. Lap. Chryſol. præp. ℈j. album. ov. conquaſſat. num. j. aq. plantag. ʒiij. M. pro. injectione.*

Remedia noſtro Patienti applicata.

Sanguin. ſiſtentia.

Emulſio refrig. traumatica.

Aq. confort.

Potus ord.

Mixtura pro conſolidatione per ſiphon. injicienda.

Sed hic Patiens, qui toto decubitus tempore neque per ſputum, neque per ſeceſſum, aut urinam ullum ſanguinem egeſſit, indies debilior factus, tandem die 8. Decembr. undecimo ſcil. poſt læſionem die, ex grandiori hâc, tam pulmonum, quam vaſorum majorum læſione, ſupervenientique inflammatione ac putredine, quam inſignis fœtor è vulnere exhalatus indicavit, vitæ ſatur, animam Creatori ſuo reddidit.

CONSILIUM MED. LXX.

Icteri flavi Curationem demonſtrans.

Caſus.

ANno 1689. menſe Februario ad prænobiliſſimum quendam Patientem accerſitus ſum, qui de anguſtiâ circa præcordia, cibi inappetentiâ, mem-

membrorum laſſitudine, & quæ ſunt alia, conquerebatur, cujus urina intensè flava, crocea, ac flammea apparebat.

Curatio.

QUapropter ſine mora bilis copiam convenienti catarctico è corpore expurgandam ſuaſi, atque talem bibendam potiunculam præſcripſi. ℞. *Mag. Gialapp. gr. xv. ♀. Emet. Mynſ. gr. j. Nucl. pin. num. 2. Julap. roſar. ʒß. Aq. Ceraſ. nigr. ʒvj. M. f. potio*, poſt cujus ſumptionem oculi auriginoſi, totumque corpus croceum ac inſigni flavedine tinctum cernebatur, alvique excrementa alba ac livida apparebant.

Potiuncul. purg.

Synonimiæ.

Hic Affectus aliâs Morbus Regius, Arquatus, Aurigo & Icteritia nominatur, ac inter ſymptomata tertiæ claſſis, qualitatum videlicet mutatarum recenſetur.

Cauſa.

Qui ab intemperie viſcerum bilioſa, nec non obſtructione vaſorum & organorum bilis ſegregationi dicatorum, pori nempe cholidochi, vel ductus cyſtici ſeu bilarii, & hinc bilis flavæ retentæ diffuſione factâ provenit. Paracelſus Icteritiæ naturam deducit è triplici ſale in unum commixto, videlicet â vitriolo puro, ſale myſeo, & liquore ſulphuris reſoluti. l. de Icteritiis, C. 1.

Helmontius cauſam Icteri in fermento p. n. ventriculi virulento, quod pylorum ſic malè affectat, ut digeſtiva ſimulque diſtributiva alienentur, collocat, tr. Scholar. Hum. paſſ. decept.

Curatio in quibus conſiſtat.

Curatio in bilis expurgatione, obſtructorum organorum reſeratione, viſcerum alteratione ac roboratione conſiſtit. In quem finem præter ſuperius allegatam potiunculam ſequentia remedia adhibita fuêre. ℞. *Rhabarb. ſel. ʒij. fol. ſen. el. ſ. ſt. ʒiß. Tamarind. Myrobolan. citrin. ana ʒß. ſal. tartar. ℈j. infund. per noct. in ſ. q. aq. Cichor. & borrag. manè ebulliat, Colatur.* ℞. *ʒiß. add. Syr. de Cichor. cum rhabarb. ʒj. Extr. cholagog. Quercet. ℈ß. M. f. potio.*

Potio laxat. cholagoga.

Et ad ductum cyſticum vaſorumque obſtructionem reſerandam. ℞. *Pulv. rad. curcum. Cryſtall. ♀. Croci ♂. aperitiv. ana ℈j. ſalis centaur. min. Crem. ♀. ana ℈j. ſacch. opt. ʒij. M. f. pulvis ſubtiliſſimus.*

Pulv. deobſtruens & aperitiv.

Doſis quotidiè M. & V. quantum duobus cultri cuſpidibus capi poteſt. Venæſectionem baſilicæ Dn. Patiens admittere noluit.

Icteritiæ Curatio mumialis & magnetica

Aliâs quoque ægroti Urina cineribus permixta, inque formam pulmenti redacta, panno involuta, ac in fumo ſuſpenſa; quin etiam fruſtulum carnis in urina ægroti maceratum poſtea cani famelico ad comedendum propinatum; Radix item cichorii effoſſa, urina ægroti huic foveæ injecta, radixque in priorem locum repoſita, terræque mandata, Icteritiam curare perhibetur. Quibus ita uſurpatis

patis remediis, porus bilarius reseratus, alvi excrementa prius livida rursus flavedine tincta fuêre, præfatusque Dn. Patiens â dicto malo feliciter liberatus fuit.

CONSILIUM MED. LXXI.

Volvulum intestinalem feliciter restitutum exhibens.

Casus.

ANno 1689. Mense Februario, Crumenarius quidam, cum noctu in cubiculo suo fenestram ligneam à ventis hinc inde magno cum strepitu agitatam claudere vellet, illamque ægrè manibus apprehendere posset, totumque corpus violentius inflecteret, derepentè maximum dolorem in sinistro abdominis latere cum insequentibus ructibus, ventriculi inflatione, ac alvi constipatione passus est, qui acerbissimus dolor patientem in tantum cruciabat, ut nullibi locorum quiescere potuerit, ac copiosus sudor præ nimia anxietate animi è corpore promanarit.

Curatio.

EGo vocatus sequentia ipsi remedia adhibui. 1. Ad immensum ac intolerabilem dolorem sedandum talem potiunculam præscripsi. ℞. *Tripher. magn.* ʒß. *Macis* ℈j. *Croc. Or.* ℈ß. *Aq. menth.* ʒiß. *M. f. potio una vice haurienda*, â quo sumpto remedio dolor acutissimus cessavit. *Potiuncula anodyna.* 2. Ad convolutum intestinum explanandum & reserandum talis clyster fuit applicatus. ℞. *Mell. ros. solut. sacch. Thomæi ana* ʒij. *Vitell ovor. num. 2. sal. gemm.* ʒj. *Ol. rosar. chamomill. ana* ʒvj. *Lactis vaccini* ʒvj. *M. f. Clyster.* *Clyster.* Quod clysma post injectionem nec alvum movit,

vit, nec rejectum fuit. quapropter Patiens seq. mixturam una vice deglutivit. ℞. ☿ *ii vivi* ʒij. *Ol. amygd. dulc.* ʒiiß. *M. pro hausta*, â cujus usu alvus aliqualiter, sed non perfectè soluta, materiam fecum tenuem & paucam sero permixtam, sed Mercurium vivum non nisi post aliquot dies, excluſit. Hoc facto, ad totum corpus evacuandum talem laxativam potiunculam exhausit. ℞. *Elect. Lenit. Florenzol. Diacathol. ana* ʒiij. *Crem.* ♀. ℈j. *Diagryd. corr. gr. v. Syr. ros. solut.* ʒß. *aq. Cerasi. nigr.* ʒij. *M. f. potio.* â cujus usu aliquoties dejecit, & melius habuit. Quia vero sitis adhuc per aliquot dies aderat, urinaque flava & flammea bilis copiam indicabat, iccircò etiam sequentem cholagogam potiunculam ebibit. ℞. *Mag. Gialapp. gr. xv. Mag. scammon. gr. iiij. Nucl. pin. num. 2. Syrup. de cich. c. Rhab.* ʒß. *Aq. Cichor.* ʒvj. *M.* Externè, lateri dolenti sacculus furfuribus repletus calidè fuit applicatus. De cœtero, Patiens in hypocausto calefacto degebat, cibos boni ac laudabilis succi, facilisque concoctionis, jusculà videlicet carnium, ptisanam hordeaceam &c. comedebat, Decoctum hordei cum liquiritia, ficubus & passulis bibebat, & sic Dia favente gratia pristinam sanitatem recuperabat.

Mercurius bibus cum ol. amyd. dulc.

Potio laxatiba.

Pot. laxat. cholagoga.

CONSILIUM MED. LXXII.

Vulnus sclopeto inflictum, partes aliquot principes lædens, lethale.

Casus.

ANno 1689. die 24. Febauarii, qui erat dies Solis, cælibes quidam Rustici ab Holzschvvang in vicino pago Neuhausen compotârunt, cumque mediâ nocte circa horam undecimam domum se recipere vellent, ac in transitu Sutoris Johannis Reuters ædes præterirent, ob sepimenti impedimentum virgam transversam, nullo obulo æstimandam, fregerunt, sicque viam

viam intercluſam ſibimetipſis aperire conati ſunt. Cum autem ſutor in lecto decumbens hoſce combibones per ſepimentum tranſeuntes, ſimulque baculum ligneum frangentes audiret, è lecto ſurrexit, eosdemque variis convitiis increpavit, à quibus reſpondendo paribus contumelioſis verbis exceptus, ac ab ipſis in arenam provocatus fuit. Hoc audito, dictus ſutor fores ſuas aperit, diſtricto gladio extra ædes furioſus prorumpit, cum hiſce ſuis adverſariis pugnis primum dimicatur, poſtea verò Johannem Blaſchge in dextro inguine & in ſcroti medio ſub membro virili duobus vulneribus punctim ſauciat, qui poſtquam viginti vel triginta paſſus circiter metitus eſſet, ob inſignem hæmorrhagiam vulnerum in terram prolabitur, ac de vita ſua gemebundus deſperat, quem ſodales ſui erigere ac conſolari conantur. Quamprimum autem de acceptis vulneribus certiores fiunt, ebrii hi ac vindictæ cupidi homines ad ſutoris ædes recurrunt, feneſtram ligneam amovent, orbes vitreos pugnis in fruſtula redigunt, atque domûs januam impetuosè frangunt, ac aperiunt, ſuumque adverſarium verbis ignominioſis ſimul ac minacibus petunt, qui cum ipſis gladio armatus obviam iviſſet, ſcalasque deſcendere tentaſſet, ab uno illorum bombardâ manuariâ, per exploſionem glandis plumbei ita exceptus eſt, ut ob vulnus ſupra oſſe coxendicis ſiniſtri lateris accepto, illicò in terram decidere, opemq; chirurgicam anxiè deſiderare coactus fuerit; quem quidem accerſitus Balneator Holzheimenſis deligavit, ac ejus loci Paſtor ſpiritualibus remediis refocillare tentavit, ſed ob ſanguinis vomitum ciborumque rejectionem ſa-

crâ synaxi miser hic patiens refici non potuit, & sequenti die Lunæ horâ duodecimâ, cum tredecim horas post acceptum vulnus supervixisset, animam suam exhalavit.

Cadaveris sectio & inspectio.

CUm autem Amplissimo Magistratui Ulmensi, qui ejus loci jus supremum territoriale possidet, hocce factum innotuisset, mihi ac Chirurgo Reipubl. Ordinario Joh. Bartholomeo Heckhingio tàm defuncti cadaveris, quam prænominati alterius adhuc superviventis patientis vulnerum inspectio demandata fuit. Quapropter dictum cadaver cultro anatomico aperuimus, ac invenimus, quod injectus per tubum minorem pyrium globulus supra osse coxendicis sinistri lateris in cavitatem abdominis (foraminulum vulneris post se ab intra clausum relinquendo) intrarit, prætereundo intestinum aliquod superficietenus tetigerit, nigrâque maculâ notarit, postea intestinum duodenum in utroque latere, quin etiam mediam stomachi substantiam perforârit, simulque hepatis parenchyma penetrârit, ac intra quartam & quintam costam Spuriam dextri lateris, (ab infra numerando) subsederit, ibidemque inter cutem ac carnem hæserit, quem Chirurgus per excisionem exemit. Hinc judicatum est, hanc læsionem per se ac absolutè lethalem fuisse, cum partes ac viscera nobiliora, quæ ad vitam simpliciter necessaria sunt, & sine quibus homo vivere non potest, vulnerata fuerint, atque nullo remedio restitui ac resarciri potuissent. Apud hanc inspectionem hoc mirati sumus, quod domestici vel consanguinei defuncti dextræ manui, cochleare suum, quo cibos capiebat, infixerint, dum nesciremus an amicos vel adversarios suos in altera vita ad convivium invitarit, an verò ex causa magica & superstitiosa factum sit, ne homicida aufugere possit.

Judicium Med. de acceptis Vulnerib.

Defunctus in dextra manu cochleari instructus.

Alterius vero patientis vulnera, quæ in pago Holzshvvang inspeximus, quia non admodum profunda fuêre, si legitimè tractentur ac deligentur, pro curabilibus judicavimus.

CONSILUM MED. LXXIII.

Vulnus femoris sinistri punctim inflictum ex accidenti lethale.

Casus.

Caſus.

ANno 1689. die 13. April. horâ ſecundâ matutinâ, miles quidam Cæſareus Legionis Starenbergenſis, nomine Johannes Adamus Cammerlander, cum in Urbe noſtra divagabatur, non procul à porta Divæ Virginis in alios duos milites offendit, qui poſtquam verbis injurioſis & contumelioſis ſeſe mutuò increpaſſent, à dictis duobus ſuis adverſariis gladio tribus vulneribus in fronte capitis cæſim fauciatus, ac per femur ſiniſtrum punctim transfoſſus eſt, qui in platea decumbens, quoties ſurgere tentabat, ob lapſum virium rurſum in terram decidit, & ob maximam hæmorrhagiam, quâ mediante Spiritus vitales cum ſanguine effudit, omni humano auxilio, decentique deligatione deſtitutus, vitam cum morte mutavit.

Cadaveris ejusque Vulnerum inſpectio.

HOc facto, ex mandato Ampliſſimi Magiſtratus Cadaver illa ipſa die hora prima pomeridiana inſpectum & inventum eſt, quod dictus miles tria vulnera in capitis fronte, & quidem unum in frontis medio, duos vel tres tranſverſos digitos ſub futurâ coronali, per cutim carnoſam usque ad cranium penetrans, altera duo minora nec tam profunda ſupra oculo dextro ſimul ac ſiniſtro, cæſim; in femore verò ſiniſtro, unâ ſpithamâ ſupra genu vulnus per totum femur penetrans punctim gladio duos tranſverſos digitos lato, ac in utroque latere acuto, acceperit, ex quo vulnere duo rami hypogaſtrici â vena cava & arteria magna deſcendentes transverſim diſciſſi fuêre, quod ſtylus major exploratorius per totum femur, labiaque vulneris ſupra infraque tranſmiſſus, minorque cavitati venæ ac arteriæ diſciſſæ ingeſtus docuit.

Hinc judicatum eſt, vulnera frontis in capite lethalia non fuiſſe, ſed femoris vulnus ob diſſectos ramos ab arteria aortâ & vena cava deſcendentes, ac ex illa graviſſima læſione inſequutam uberrimam ac vehementiſſimam hæmorrhagiam, deſtitutumque chirurgi auxilium

& deligationem per accidens exitiale extitiſſe, & per conſequens patientem vitâ ſua privaſſe.

CONSILIUM MED. LXXIV.

Vulnus Veſicæ lethale.

Caſus.

ANno 1689. Menſe Aprili, Puella quædam Langenavienſis octodecim annorum, nomine Agnes Pauluſin, propè dictum Pagum in agro Ulmenſi fortè fortunâ in campo ambulans glande ſclopetario in inguine dextro, palmæ latitudinem juxta os pubis, proximè veſicam, icta fuit, qui globus in cavitatem abdominis penetravit, ex quo accepto vulnere dicta Patiens octavo læſionis die vitam cum morte mutavit.

Cadaveris ſectio & inſpectio.

CAdaver itaque, poſt obitum, cultro anatomico ſectum & deprehenſum eſt, dictum globum per inguen dextrum irrupiſſe, ac tranſeundo ab oſſe pubis ſpinas aliquot abrupiſſe, quarum una ex majoribus ſubſtantiam veſicæ, intra collum & fundum ejus, ita perforavit, ut foramen ejus digitum facilè admitteret, ex quo foramine toto decubitus tempore urina partim per vulnus, partim per pudendum effluxit, reliqua verò in abdominis cavitate reperta eſt; globus verò ulterius in ſiniſtra parte os coxendicis impetuosè tetigit, ſed ob fractum ejus robur poſt alliſionem in pelvim deſcendit, ex eodemque exemtus eſt. De cœtero, nulla læſio aliarum partium vicinarum deprehenſa eſt, niſi quod inteſtina ob viciniam & conſenſum fuſca ac gangrænoſa nigredine tincta fuerint, & proindè mortem huic Patienti accelerarint.

De Vulneribus Veſicæ judicium.

Quid de Vulneribus altius in cavitatem Veſicæ penetrantibus cenſendum ſit, videatur Hippocrates, Galenus, Avicenna, Paræus, Hildanus, Bartholinus, Sebizius in ſuo vulnerum ſingularium Examine,

mine, Gothofred. Welſchius, in rationali vulnerum lethalium judicio, Joh. Nicol. Pfitzerus, in ſeinem Wunden-Urtheil/ & alii, qui hæc vulnera unanimiter, pro ſummè periculoſis, pernicioſis, & lethalibus ſecundum quid, deprædicant atque pronunciant.

CONSILIUM MED. LXXV.

Sphacelus ab internâ causâ, mortem inferens.

Caſus.

ANno 1689. Johannes Laupheimer, miles octogenarius, Xenodochii noſtri alumnus, in pollice pedis dextri propè unguem, de maximo dolore conqueſtus eſt, ad quem compeſcendum Unguenta anodyna, emplaſtra, ac cataplaſmata fruſtraneo ſucceſſu adhibita fuere, quem dolorem progreſſu temporis livor ac nigredo partis affectæ, vicinorumque digitorum excepit, quapropter varia tam interna quam externa contra hunc affectum militantia remedia ex ſudoriferis, theriacalibus, alexipharmacis, cordialibus, &c. parata, nec minus epithemata ex Spiritu vini cum ſale armoniaco, aliaque hujus generis putredinem arcentia, caloremque nativum excitantia localia ſeu Topica adhibita fuerunt, quibus parum proficientibus color lividus pedis ſerpendo ita ſe dilatavit, ut non ſolum pes minor, ſed major quoque ad ſuram usque nigredine tinctus in totalem corruptionem atque putredinem cum horrendo ac cadaveroſo fœtore abiret, ac ſupra

genu duæ lividæ puſtulæ majores oborirentur, quâ parte affectâ ob dictum ſenium viriumque debilitatem nullam amputationem concedente, dicto modo ſideratâ, atque rotaliter corruptâ, caloreque nativo extincto, humoribusque lethali putredine infectis, cor, partesque principes ob conſenſum magis magisque debilitatæ, periculoſisque ſymptomatibus, anorexia, lipothymiis, ſudore frigido, &c. divexatæ, patientem in extremam virium proſtrationem conjecerunt, ita, ut duodecimo die Junii currentis hujus anni, vitam cum morte mutârit.

Caſus conſimilis ſecundus.

Conſimilem affectum ante paucos annos Johannes Heiſs, Vietor, & Mulier quædam vetula, mente capta, das Spitz-Annalin nominata, in noſtro Xenodochio, ab internâ causâ, humorum videlicet malignorum corruptione ac putredine, calorisque nativi extinctione provenientem habuêrunt, quarum Perſonarum prior intolerabilem fermè dolorem in tribus anterioribus digitis dextræ manus ſenſit, quem ſtatim gangrænoſa inflammatio cum inſequenti livido colore ac nigredine inſecuta eſt, quæ totam manum quoad partes molles ac ſolidas corrupit, ſphacelumque induxit, quapropter aliis fruſtra applicatis, extremum remedium adhibitum, manusque amputata, brachiumque decenter deligatum fuit, ita ut ſpes ſanitatis & conſolidationis appareret, quæ vero brevi confuſa cernebatur, dum malum hoc, quod prius amputatam manum occupabat, in brachio jam recrudeſcebat, illud inſigni nigredine tingebat, ac patientem ſupervenienti variorum peſſimorum ſymptomatum congerie in extremum vitæ periculum

culum conjiciebat, neque ullas inducias cum illo iniebat, donec patiens victas manus morbo porrigebat, ac huic mundo valedicebat.

Altera Persona, mulier scilicet stolida, in altero pede ex improviso magnis doloribus correpta, insequente cutis nigredine cum corruptione partis affectæ brevi temporis spatio, ob humorum lethiferam corruptionem, calorisque nativi in parte sideratâ extinctionem, partiumque nobiliorum ob consensum læsionem, pessimorumque symptomatum ingravescentiam, extincta fuit, anno 1688. *Casus tertius.*

Talem quoque Casum ante aliquot annos, apud Restionis filiam quatuordecim circiter annos habentem, cui maculæ nigræ palmam latæ cum insequente Sphacelo, circa regionem hypochondriorum ac lumborum oriebantur, ac longè lateque serpebant, Giengæ vidi, quæ pari ferali exitu, vitam cum morte mutavit. De Sphacelo vid. Foës. p. 603. Keuchen ad Sammon. p. 247. aliosque tam antiquiores quam recentiores Medicos & Chirurgos, qui de hâc materia spripserunt. *Casus quartus.*

CONSILIUM MED. LXXVI.

Vulnus in fronte ex vehementi contusione per accidens lethale.

Casus.

Casus.

ANno 1689. sub finem Mensis Aprilis, Georgius Kugler, miles Ulmensis, nocturno tempore in foro vinario juxta scalam lapideam ex alto in pavimentum decidit, & vulnus magnum, ex vehementi contusione in frontis parte sinistra duos transversos digitos sub capillitio accepit, quod per aliquot septimanas à chirurgo quodam tractatum, sed nec sanatum vel consolidatum fuit.

QUapropter Patiens in Xenodochium delatus, curæque nostræ demandatus fuit; ubi statim primo intuitu non solum cranium in parte læsa carioſa nigredine infectum sed etiam inter cranium & cutim carnosam circumcirca cavitatem purulentâ materiâ imbutam parique nigredine notatam deprehendimus.

Curatio.

Quapropter internè totum corpus per *potionem laxativam* expurgatum, *decoctum pro potu ordinario herbis traumaticis & Cephalicis instructum*, nec non *Electuarium Cephalicum roborans ex Conservâ rosarum, betonicæ, Confectione Alkermes incompleta, &c. cum Syr. violar. ordinatum fuit.* Externè Cranii carioſa nigredo tam derasa, quam etiam ea, quæ altius inhærebat, scalpro malleoque excisa, hinc pulvis Euphorbii insperſus, ac tota cavitas partis affectæ linteamentis carptis expleta, desuperque Emplastro de bethonica cooperta fuit, quæ tamen cranii nigredo, præsertim sub cute carnosa identidem repullulavit: Tandem febris bilioſa cum rigore, oris amaritudine, ciborum inappetentia, viriumque prostratione accessit, ad quam pessundandam *Syrupus laxativus de cichorio cum Rhabarbaro, diasereos Andernaci, & rosatus solutivus, cum pulvere Jalappæ mixtus*, quin etiam ad paroxysmos febriles compescendos, *pulvis antifebrilis Crollii. CC. & Oculor. ℈. cum antimonio diaphoretico* (non omissis Cordialibus) fuit propinatus. Quæ tamen omnia, ob affectus gravitatem, meningum, cerebrique consensum, læsamque facultatem animalem principem, & hinc pessima supervenientia symptomata, parum profuêre, ita ut patiens superveniente Diarrhœa symptomatica, die 14. Junii, inter preces adstantium vitam cum morte mutârit.

CON-

CONSILIUM MED. LXXVII.

Phtiſis incipientis Curationem exhibens.

Caſus.

ANno 1689. Illuſtriſſima quædam Comitiſſa, cum per aliquot ſeptimanas Arthritide vaga ſcorbutica pertinaciſſima, quam febris perniciolo-ſa excipiebat, laboraſſet, poſt dictorum affectuum, curationem, vehementiſſimâ tuſſi, quæ nocturno magis quam diurno tempore invaleſcebat, cum inſigni corporis atrophiâ, lapſuque virium correpta fuit, quâ de cauſâ Medicorum Conſilium & auxilium deſideravit, qui requiſiti collegialiter concluſerunt, quod hic Affectus Phtiſis incipientis nomine inſigniri debeat, ſiquidem pulmones tam à ſanguine calidiore, ſcorbuticam acredinem redolente, quam à catarrhis acidis, peculiari acredine tinctis à capite ad eorum ſubſtantiam defluentibus, ſuâque copiâ & qualitate facultatem expultricem ad expellendum irritantibus, læſi ſint. Quapropter non ſolum huic affectui ſine omni morâ ſuccurrendum, ſed etiam diſpoſitionem cachecticam, ſimulac ventriculi concurrentem diſcraſiam, hepatisque & venoſi generis intenſam caliditatem legitimis remediorum præſidiis alterandam, corrigendam, atque tollendam eſſe, ratum conſultumque habuerunt.

Curatio.

Aq. pectoral & antiphtysica.

AD hujus itaque mali ablationem seq. Aqua pectoralis ordinata fuit. ℞. *Aq. Antiphtysſ. Mynſ.* ℥*ix. Magiſt. perlar. Corall. ana* ℈*ij. Lact.* ♀. ʒ*j. flor.* ♀. ℈*iß. pulv. ſaceh. Cand. alb.* ʒß. *M. d. ad. vitr. De qua manè jejuno ſtomacho, veſperi circa horam quartam, & noctu ante cubitum*, poſt præmiſſam aquæ hujus agitationem duo cochlearia ſumantur, quæ per Dei gratiam ſingulis indicationibus ſatisfaciet.

Diæta.

2. In hujus morbi Curatione legitima, Diæta quoque obſervanda veniet, in quem finem omnes cibi coctu difficiles, vitioſum ſuccum ac ſanguinem generantes, multo pipere aliisque aromatibus conditi, ſalſi, acidi, acres, fumo indurati, cæpe, allium, caſeus antiquus, &c. vitentur.

Pinguedo Canis pulmon. ulcera arcet. Potus in primâ mensâ.

In qualibet menſa, loco juſculi ptiſana hordeacea, vel brodium gallinaceum cui herba numulariæ recens ſit incocta, cum gelatina caponis, nec non vitello ovi unius, & cochleari uno pinguedinis canis non rancidi mixtum, comedatur. Primus hauſtus in menſa ſit de ſequenti Decocto. ℞. *Rad. chin. el.* ʒ*iij. Liquir.* ʒ*ij. Paſſul. min. mund. & major. enucleat. ana* ʒß. *fic. ping. Dactyl. ana num.* 5. *Jujub. Sebeſt. ana num. xij. Sem. 4. frig. maj. ana* ʒ*ij. anis. fœnic. ana* ʒ*j. conciſ. & conquaſſata bulliant in 2. Menſur. aq. font. per hor. dimid. in olla benè cooperta;* Poſtea vinum album Nicarinum ſuperbibatur. Interdiu autem ſitis dicto Decocto reſtinguatur. Ad hæc, aeris mutatio quoque conveniret; Frequentes item purgationes extra neceſſitatem evitandæ, ac animi vehementes commotiones erunt refrenandæ. Deus Ter Opt. Max. hæc præſcripta remedia Divina benedictione fecundet. Signatum die 21. Maij anno 1689.

Ex uſu horum remediorum præfata Illuſtriſſima Comitiſſa (ut ipſius literæ ad me datæ edocent) melius habuit, & vehementiſſima Tuſſis remiſit.

CONSILIUM MED. LXXVIII.

Militum ſauciatorum in conflictu propè Langenavium Hiſtoriam proponens.

Caſus

Caſus.

CUm Anno 1688. die Mercurii, qui erat 28. Novembr. malè feriati incendiarii & prædones Galli in territorium Ulmenſe, ſub Colonello ſeu Ductore Vecquierio iniquiſſimè irrumpebant, ac ob denegatam poſtulatam pecuniam pro evitando incendio, quam contributionem vocant, primò Langenavium flamma devaſtare inque cineres redigere ſibi proponebant, incarnati hi diaboli, reſecandaque mundi carcinomata, ad gehennam & infernales furias ableganda, ex inſperatò propè dictum pagum in ab Ulma emiſſos milites Cæſareos Starenbergenſes & Ulmenſes præſidiarios ipſis obvenientes offenderunt, à quibus hoſtiliter excepti, plures eorum interempti, ac poſtquam inter ſe mutuò acriter dimicaſſent, hi infenſiſſimi nulloque chriſtiano nomine digni hoſtes propulſati fuêre, ita ut locum hunc intactum relinquere cogerentur, qui cedentes & ſubſequente nocte per Diæceſin Ulmenſem tranſeuntes, nihilominus quinq; pagos, duasque villas nefariè flammis cremarunt ac combuſſerunt. Inter dimicandum autem ex parte Ulmenſium militum quatuor ictibus ſclopetorum extincti, novem verò enormiter læſi, & die 30. Novembr. in noſtrum Xenodochium delati fuêre; Ex quorum numero Thomas Rid, natione Anglus per os tibiæ ac fibulæ pedis ſiniſtri; Johannes Rohn per axillam ſiniſtram; Marcus Ladner, per os dextri humeri, verſus cubitum; Andreas Schmid per dextri femoris carnoſam partem; Thomas

Fritſch, per os femoris ſiniſtri; Johannes Schortmann, per dextrum cubitum; Georgius Stipori per cutim ac carnem in ſummitate naſi, in interſtitio palpebrarum; Andreas Löb, per ſiniſtrum cubitum; & Adamus Buſcheck, per pedis dextri carnoſam partem juxta tibiam, percuſſi erant, diraque ſymptomata, ob globos ſine dubio intoxicatos, paſſi ſunt.

Curatio.

His igitur pro communi uſu ſtatim ſequentia Remedia præſcripta fuerunt. 1. Ad calorem præternaturalem ex pulvere tormentario reſtinguendum, gangrænamque præcavendam. ℞. *Sal. nitr. præp. ʒj. ſacch. ℔. gr. v. Camphor. gr. iij. M. f. pulvis pro unâ doſi in aquâ fontana ſumendus.* Et, ℞. *Nitr. tabulat. gr. vij. Ocul. ♋. præp. CC. præp. ana ϑß. ſacch. ℔. gr. v. Syr. acetoſ. citr. ʒß. aq. cichor. ʒij. M. pro doſi unâ.*

Pulb. refrig.

Pot. refrig.

2. Pro potu Ordinario. ℞. *CC. uſt. ʒxij. Hord. integr. ʒxxiiij. ficuum ʒiiij. Liquir. ʒij. paſſul. min. ʒxij. Sem. anis. fœnic. ana ʒß. M. & conciſ. d. ad ſatul.* De quibus ſpeciebus cochlearia viij. cum Menſur. 4. aquæ fontanæ coquantur. Et, ℞. *Syr. acetoſ. Citr. rub. Id. berber. acetoſ. ana ʒiiij. Spir. ⊖ol. rectif. ʒj. M. d. ad Oll. pro Julapiis conficiendis.*

Spec. pro pot ord.

Syrup. pro Julap.

3. Pro Potu vulnerario. ℞. *CC. uſt. ʒj. Hord. integr. ʒij. herb. agrimon. vinc. per vinc. veronic. piloſel. ſanic. alchymill. ana pj. Rad. ſymphit. maj. ʒij. fol. ſen. ſ. ſt. ʒß. Spec. pr. decoct. pectoral. flor. & fr. ana ʒij. ſem. anis. fœnic. ana ϑij. M. & conciſ. coq. c. aq. font. Menſur. 4. ad tertias, de quo Decocto quilibet patiens mane jejuno ſtomacho ℥v. vel. vj. ebibat.*

Pot. Vulnerar.

4. Pro ſudore movendo, ℞. *Rob. Juniper. ſambuc. ana ʒiß. Elect. Diaſcord. Fracaſt. Theriac. Andr. ana ʒß. ſyr. acetoſ. citr. ʒß. Terr. Sigill. ſileſ. ʒj. M. De quo cochleare unum cum aq. Card. bened. è typh. Cerv. & ſcorzoner. diluatur, ac patienti unâ vice ad bibendum. propinetur.*

Elect. ſudorif.

5. Pro confortatione. ℞ *Aq. è typh. Cerv. ſcorzoner. borrag. confort. Offic. ana ʒij. Ocul. ♋. præp. CC. philoſ. præp. ana ϑj. Spec. d. hyacinth. ϑß. ſyrup. acetoſ. citr. Julap. roſ. ana ʒj. Aq. cinnam. bugloſſ. ℥ß. fiat mixtura cochleatim ſumenda.*

Aq. confort.

Tractatio & Deligatio per Chirurg. facta.

Externè, Vulnera â ſordibus repurgata; ſquamæ ſpinæque oſſium ſucceſſivè exemptæ, turundæ Unguento digeſtivo Fabric. Hildani illitæ injectæ, partes circumjacentes linimento ſimplici ab inflammationis

mationis periculo vindicatæ atque munitæ, decentique Emplaſtro, utpote communi operculo ſingula hæc vulnera deligata fuêre.

1. Inter dictos Patientes Thomas Rid, natione Anglus, præ aliis inſigniter læſus erat, cujus pes ſiniſter quoad tibiam & fibulam cum vulnere in multas particulas confractus, verſusque talum & calcem maculis lividis, atris & gangrænoſis notatus, ac ita conſtitutus erat ut ferulis ac ſpleniis circumſepiri, capſulæque ligneæ includi neceſſe habuerit; Et quia fractæ tibiæ proceſſus duos latos digitos prominebat, ille, propter repoſitionis impoſſibilitatem, die 5. Febr. horâ quarta veſpertina à Joh. Bartholomæo Heckingio, Chirurgo Xenodochiali Ordinario ſerrâ ac forcipe majore reſectus & abſciſſus fuit. Cui, ad gangrænoſam putredinem corrigendam, ſphacelumque præcavendum, internè ſeq. pulvis aliquoties in aqua Cardui benedicti propinatus fuit. ℞. *Pulv. Myrrh. el.* ʒß. ♃ *ii diaphor. rec. præp. Lapid. prunell.* *Pulv. puana gr. xij. M.* Et, ℞. *Myrrh. el.* ℈ij. *ſal. nitr. præp. Ocul.* ♋ *præp. ana* ℈j. *Syr. acetoſ. Citr.* ʒß. *Aq. borrag.* ʒj. *Miſce.* Ad hæc, particulæ gangrænoſæ, putridæ & corruptæ tam beneficio naturæ ſeparatæ, quam quotidiè cultello inciſorio reſectæ, locusque affectus decenter & legitimè Unguentis mundificantibus, digeſtivis ac putredini reſiſtentibus deligatus fuit, ita, ut tandem omne periculum gangrænæ ac ſphaceli evaneſceret, ac conſolidationis ſpes optima appareret. Verum enim verò dictus hic Patiens inopinatò febre ac exæſtuante calore præternaturali correptus eſt, ad quam profligandam varia diaphoretica & antifebrilia ſpecifica, quin etiam ſequentem emulſionem alterantem & refrigerantem aliquoties bibit. ℞. *Sem. 4. frig. maj. ana* ʒß. *papav. alb.* ʒj. *Aq. è typh. Cerv. acetos. borrag. ana* ʒj. *M. f. Emulſio, in qua diſſolve CC. phil. præp. Ocul.* ♋. *præp. Corall. rubr. præp. ana* ℈ß. *Nitr. tabulat. gr. xij. ſacch. perlat.* ʒij. *M. pro doſi unâ.* Quibus uſurpatis remediis febris quidem remiſit, ſed paulò poſt Diarrhœa ſymptomatica cum atrophia corporis viriumq; reſolutione acceſſit, ad quam tollendam ſequenti remedio uſus eſt. ℞. *Conſerv. roſ. rubr. Rob. acac. ana* ʒj. *pulv. rad. tormentill. antidyſenter. Croll. Corall. rubr. præp. Croc.* ♃. *adſtr. ana* ℈j. *Syr. è roſ. ſicc.* ʒvj. *M. f. Electuar. de quo ſæpius avellanæ quantitas ſumatur.* Et. ℞. *Theriac. cœl. gr. iiij. Laud. Op. Parac. ſimpl. gr. j. M. f. pill. num. v. unâ vice deglutiendæ.* Ut Et, ℞. *Conſerv. roſ. rubr.* ʒj. *Theriac. Andruom.* ℈j. *Laud. Op. ſimpl. gr. j. M. f. bolus unâ vice ſumendus.* Ad hæc, Emulſionem ex amygdalis cum aq. chalybeata, pulveribusque cordialibus, analepticis, & adſtringentibus paratam bibit, quibus omnibus fruſtra adhibitis, prænominatus patiens die 17. Januarii vitam cum morte mutavit.

Pulv. putrea reſiſtens, & a gangræna & ſphacelo præſervans.

Emulſ. refrig.

Elect. adſtring.

Pill confort. Bol. adſtring.

2. Johannes Rohn, per axillam vulneratus, prægresso horrore febrili, spasmo cynico laborare cœpit, qui verò sequentibus remediis curatus ac postea ab accepto vulnere feliciter liberatus fuit. ℞. ℥ ii *diaphoret. rec. præp.* ℈ß. *sal scord. Card. bened. ana gr iiij. Elect. Diascord. Fracastor. Rob. sambuc. ana* ʒj. *Mithridat. Damocr.* ʒß. *Aq. Card. bened.* ʒiß. *M. pro dosi unâ.* Præterea nucha, collum, & tempora. *Ol. rosar. lumbricor. & chamomill.* inuncta; *sacculique herbis Cephalicis, utpote majoran. rorismar. beton. flor. chamom. & rosar. impleti, in vino cocti, maxillis temporibusque repetitis vicibus impositi fuere*, & denique talem potionem laxativam assumsit. ℞. *Electuar. de succ. ros. diaprun. solut. ana* ʒiij. *Crem.* ♀. ℈j. *diagryd. corr. gr. v. aq. Ceras. nigr.* ʒij. *M. f. potio. una vice haurienda*; â quorum usu pristinam sanitatem recuperavit.

Potio sudorif.

Nuchæ & colli inunctio.

Sacculi cephalici.

Pot. lax.

3. Marcus Ladner, per dextrum humerum versus cubitum cum fractura ossis sauciatus, ante & post consolidationem vulneris, ob malignitatem humorum à globo intoxicato conceptam, & acidum corrosivum nervis communicatum atque inhærens, nervosarumque partium consensum in dextra manu intensissimos & lancinantes dolores periodicos, summo mane venientes, usque ad meridiem durantes, pedemque dextrum in consensum trahentes, passus est, quæ manus digitis intumescentibus & concepto colore livido gangrænæ periculum subivit, quapropter internè alexipharmaca & potiunculæ sudoriferæ theriacales; externè verò varia Unguenta, Olea, Emplastra, fomenta, & cataplasmata, anodynis mista, calidè imposita fuerunt, quæ dolorem quidem ad tempus liniverunt, sed non protinus sustulerunt. Inter alia, sequentia propinata & adhibita fuêre. ℞. *Pulv. lumbric. præp.* ʒß. *Ocul.* ♋. *præp.* ℈ß. *M. f. pulv. subt. unâ vice manè capiendus, ac per aliquot dies repetendus.* Et, ℞. *Lumbric. terr. præp.* ʒß. *CC. philos. præp. Ungul. alcis præp. ana* ʒij. *Lign. aloes* ʒj. *Ol. nuc. mosch. expr. gr. iiij. sacch. alb.* ʒiß. *M. f. pulv. M. & V. drachmæ unius quantitate capiendus.* Ad hæc, aliquoties per pillulas antipodagricas Argentinenses aliaque appropriata catarctica remedia expurgatus fuit, & sumpto Electuario sudorifero, superius pro communi usu commemorato, sæpius in lecto sudavit. Externè, furfures in sartagine tosti, sacculisque inclusi, calidè impositi, ac sequentia Olea, Unguenta, spiritus, fomenta, & cataplasmata applicata fuere. ℞. *Ol. chamomill. lumbric. aneth. lini, hyperic. ana* ʒß. *M.* Et. ℞. *Spir. vin. opt.* ʒiiij. *pulv.* ✻ *iac.* ℈iiij. *M. & applicetur cum linteamentis calidè.* Et, ℞. *Ung. anodyn. dialth. popul. ana* ʒß. *Resin. pin.* ʒij. *Theriac. Andr.* ℈iiij. *Ol. hyperic. terebinth. ana* ʒij. *M.* Et, ℞. *Herb. 5. emoll. ana* Mß. *hyperic. scord. flor. chamomill summit. aneth. ana* Mj. *Sem. lini. fœnugr. ana* ʒß. *M. f. decoct. in aq. font. addendo aliquid lactis*

Pulv. anodynus.

Alius.

Ol. anodyn. Spirit.

Unguent.

Herbæ pro Fomento.

pro

pro fomento. Et, ℞. *Pulv. pro cataplaſm. ex herb. & radicib. emoll.* ℥iij. *ſcord.* ℥ij. *ſem. Lini fœnugr. ana* ℥ß. *M. f. pulv. pro cataplasmate pro aliquot vicibus cum lacte & pauco Oleo roſarum coquendus.* Præter hæc dicta, ſæpius vinum calidum cum intinctis linteis ſeu ſpleniis applicatum fuit; quibus omnibus adhibitis dolor tamen identidem reverſus eſt, ad quem ſedandum, Thermæ naturales ſuaſæ ſunt, quibus tamen ob tempus inopportunum & deficientes nummos, frui non potuit. Poſtliminio tamen, appropinquante vere, dolores mitiores facti, & patiens novam ſpem ſubſequuturæ perfectæ reſtitutionis concepit. *Pulv. pro cataplaſmate.*

4. Andreas Schmid, per vulnus femoris copioſiſſimam materiam ſanioſam per longum tempus egeſſit, quæ verò reiteratis remediis purgantibus & ſudoriferis imminuta, tandem pus album coctumque apparuit, hic quoq; patiens conſolidato vulnere priſtinam bonam valetudinem recuperavit.

5. Thomas Fritſch, cui femur ſiniſtrum à globo plumbeo confractum erat, vulnusque materiam purulentam fœtidiſſimam eructabat, ex repentino aſthmate die 15. Decembr. ſuffocatus interiit.

6. Johannes Schortmann, per dextrum cubitum cum fracturâ oſſium læſus, exemptis ſpinis, & adhibitis remediorum internorum externorumque præſidiis feliciter reſtitutus fuit.

7. Georgius Stipori, de quo in peculiari Obſervatione ſequenti mentio facta eſt, qui globum intra calvariæ tabulas ſupra dextrum oculum infixum habet, à dicto globo, ob extrahendi impoſſibilitatem non fuit liberatus, ſed illo relicto, vulnus carne repletum eſt, qui jam à militia liberatus, in Auſtriam, utpote Patriam ſuam emigravit.

8. Andreas Löb, per ſiniſtrum Cubitum cum fracturâ oſſium ictus, magnos dolores ſuſtulit, qui tandem, ſpinis multis per vices exemptis, liberatus eſt.

9. Adamus Buſcheck, per pedis dextri carnoſam partem propè tibiam vulneratus, optimè ſanatus ac reſtitutus fuit.

Ex quibus recenſitis liquet, duos horum læſorum militum mortuos, reliquos verò ſeptem, poſt perpeſſos acutiſſimos dolores & exanthlata dira ſymptomata, tandem per Dei gratiam priſtinam bonam valetudinem recuperaſſe. Quibus etiam Hiſtoriam de Conflictu Langenavienſi concludo.

CON-

CONSILIUM MED. LXXIX.

Globus plumbeus per bombardam cranio supra dextrum oculum infixus, nullam extractionem admittens.

Casus.

CUm Anno 1688. die 28. Novembr. in territorio Ulmensi propè Langenavium, cum truculentissimis incendiariis atque prædonibus Gallis dimicaretur, inter alios milites Cæsareus quidam Decurio, nomine Georgius Stipori glande sclopetario supra dextrum oculum (qui ex validissima hâc contusione confusus lumineque privatus est) & supercilium versus nasum, in eo loco, ubi cranium aliquo modo naturaliter depressum est, ictus fuit, qui globus, postquam anteriorem cranii tabulam transeundo fregisset, illæsa altera posteriore inter diploem ac utramque laminam, quasi alis per allisionem munitus, ita pertinacissimè hæsit, ut nullo labore nulloque instrumento chirurgico ad extractionem adaptato, extrahi potuerit.

Tractatio & Curatio hujus Vulneris.

VUlnus itaque impositione Balsami Peruviani, hinc linteamentis carptis nec non Emplastro Diapalmæ superimposito deligatum, oculo contuso autem linimentum simplex, partibusque læsis linteum triplicatum vino calido intinctum & expressum fuit applicatum.

Ut autem liberior huic globo exitus pararetur, vulnusque commodius tractaretur, interstitium cavum cutaneum, quod ab ingressu globi in vulnere usque ad interiorem dextri oculi angulum seu

ſeu canthum majorem æquè perforatum penetrabat, die 11. Decembr. ſyringotomo diſſectum, ac ita vulnus ampliatum fuit. Hinc ad extrahendum globum terebra acutiſſima fuit applicata, quæ verò ob duritiem materiæ plumbo permixtæ penetrare noluit: Quapropter aliâ, orbe plumbeo munitâ tornando perforavimus, poſtea majori ac fortiori in foraminuli tornati cavum intravimus, globumque tenaciſſime terebræ affixum diverſis diebus ac partitis vicibus, maximo etiam aliquoties conatu per diverſorum Medicorum ac Chirurgorum manus extrahere tentavimus, ſed fruſtraneum laborem impendimus, ac tandem ob formidinem peſſimorum ingruentium ſymptomatum (quia de graviſſimo capitis dolore conqueri cœperat) manus detraximus, glandemque hunc ſclopetarium dicto loco infixum reliquimus. Interea temporis, caput, pillulis Cephalicis expurgatum, ac Electuario ſeq. roboratum fuit. ℞. *Extr. pill aurear. cochiar. panchymag. Croll. ana* ℈ß. *Mag. Gialapp. gr. viij. M. f. c. aq. Ceraſ. nigr. pill. xxj. unâ vice deglutiendæ.* *Pill. purg.* Et, ℞. *Conſerv. roſar. antiq. betonic. ana* ℥j. *Confect. Alkerm. incompl.* ʒß. *diacod. Mont. Syrup. papav. err. ana* ʒij. *M. de quo M. & V. quin etiam interdiu nucis quantitatem deglutivit.* *Elect. caput roborans.* Fronti ac bregmati, tam ad dolorem ſedandum, quam ad caput roborandum herbæ cephalicæ ſacculo incluſæ, vinoque incoctæ adhibitæ fuêre. *Topica.*

De cœtero, Diætæ convenienti patiens morem gerebat, ad ſitim compeſcendam Decoctum hordei CC. ficuum, liquiritiæ, paſſularum, &c. hauriebat. Quibus adhibitis remediis obſervatâque bona Diæta, globus nullum ulteriorem dolorem neque ſymptomata excitavit, vulnus carne repletum, ſicque Decurio ſanitati reſtitutus fuit.

CONSILIUM MED. LXXX.

Mercurium ſublimatum devoratum, legitimis verò Remediorum præſidiis debellatum exhibens.

Casus.

ANno 1689. die 3. Januarii, Decurio quidam Cæsareus cum vidua ex militari ordine ipsi ducenda à Duce bellico denegaretur, ille ex insano amore lubentius mundo, quam huic amasiæ suæ valedicere decrevit: Ut autem lampadem vitæ eò citius extingueret, frustulum Mercurii sublimati devoravit, reliquamque particulam, avellanam magnitudine æquantem, si hæc portio deglutita non sufficeret, ad acceleran-dum suum funestum & execrandum propositum asservavit.

Veneni hujus insecuta symptomata.

Quamprimum autem hoc erodens, causticum ac lethale venenum, quod aliâs nisi citius remediis succurratur momentaneo molimine vitam rapere assolet, per fauces in ventriculum descendit, statim horrenda symptomata, color nempe faciei lividus & luridus, faucium erosio, anxietas circa præcordia, acutissimus ventriculi dolor cum nausea ac vomitu, lancinantia intestinorum tormina, &c. secuta sunt, ita, ut nullibi locorum quiescere potuerit, sed præ intolerabili dolore fermè rabiosus extiterit. Quapropter miser hic ac vesanus homo in Xenodochium nostrum publicum delatus, ibidemque curæ meæ demandatus fuit.

Curatio.

Syr. Emet. CUi ante omnia ad concitandum vomitum *Syrupi Emetici Ang. Salæ* ℥j. exhibui, à quo aliquoties evomuit: Postea de Electuario nostro usitato ac in promptu prostante theriacali & alexipharmaco ex *Roob sambucino & juniperino, Electuario item Diascord. Fracastorii, Theriacæ Andromachi, Mithridatio Damocratis, terra sigillata, ac Syrupo acetositatis citri composito,* nucis juglandis quantitatem, cum aqua Cordiali dissoluto

Elect. theriacale & alexipharm.

luto exhibui: Hinc partitis vicibus *Lactis vaccini* ℥vj. *vel viij. cum liquefacto butyro* calidè ebibit, ac tandem de ſequenti mixtura ſæpius avellanæ quantitatem per aliquot dies aſſumſit. ℞. *Conſerv. roſar.* ℥j. *flor. viol. Nymph. ana* ℥ß. *Theriac. Androm. Mithridat. Damocr. ana* ʒij. *Cryſtall. præp. & pulver.* ʒj. *Syr. viol.* ℥ß. *M.* *Lac cum butyro.* *Elect. ſpecif. alter. & corrob.*

Quoad Diætam, cibis lenientibus & refrigerantibus, juſculis nimirum pinguibus, panatella, ptiſana hordeacea, pulmentis ex lacte coctis, &c. uſus eſt; Pro potu ordinario *Decoctum hordei cum ſyrupo violaceo alteratum*, ac lac recens mulctum cum ſaccharo bibit. Quibus adhibitis remediis venereâ dementiâ obſeſſus hic homo è Cymba Charontis revocatus, ſicque hac vice tam è diaboli faucibus ereptus, quam à corporis interitu liberatus fuit, *Diæta.* *Potus Ord.*

CONSILIUM MED. LXXXI.

Ventriculi Vulnus, totam ejus ſubſtantiam ex utroque latere penetrans, lethale.

Caſus.

ANno 1689. die 25. April. coctor ſaponis, Civis Ulmenſis, ac miles Cæſareus ex Croatia oriundus in diverſorio quodam compotarunt, ubi miles ob levem & frivolam cauſam rixas ac diſſidias cum cive movit, quæ tandem in funeſtum exitum convertebantur, dum miles latiori pugione (Germ. **mit einem Bajonet**) hunc ſuum adverſarium ita per abdomen punctim percuſſit, ut paucarum horarum ſpatio animam exhalarit.

CAdaver itaque hujus defuncti ſectum & apertum, ac deprehenſum eſt dictum militem miſerum hunc hominem per peritonæum ac mediam ventriculi ſubſtantiam ex utroque latere, non ſine *Cadaveris ſectio & inſpectio.*

pancreatis læsione (quæ stomachi vulnera ob suam amplitudinem Chirurgi manum admittebant) percussisse, sicque ob læsionem visceris hujus nobilis ex nervosa ac membranosa substantia constantis, adque vitam simpliciter necessarii, totumque genus nervosum in consensum trahentis, periculosissimaque & lethalia symptomata inducentis, vitâ sua privasse, defunctique uxorem cum quinque liberis in miserrimum statum posuisse. Hic homicida, qui æquè viduam ac duos liberos post se reliquit, die 8. Maij per portam Beatæ Virginis extra civitatem ad supplicium ductus, globisque plumbeis per bombardas explosis, caput thoracemque transeuntibus, à suis commilitonibus, transfossus est; Ex quo casu Tragico duo viri vitam, duæque mulieres & septem liberi maritos ac patres suos amiserunt.

CONSILIUM MED. LXXXII.

Vulnus propè Oculum punctim inflictum, in substantiam cerebri penetrans lethale.

Casus.

ANno 1689. die 14. Junii, adolescens Joh. Martinus **Fesenmeyer** / textor Ulmensis, media nocte in platea obambulans, in militem offendit, à quo verbis impetuosis inhumaniter adoritur, cui hic defensivè obvians, ab hoc suo antagonista propè oculum dextrum, gladio punctim sauciatus, supinus in terram decidit, ac postea in ædes suas deportatus est, à quo accepto vulnere ex toto attonitus per unam diem duasque noctes, visu, auditu, ac loquelâ orbatus, jacuit, biliosa evomuit, & supervenientibus convulsionibus, mundo huic valedixit.

Qui

QUi affectus poſtmodum cultro anatomico exploratus, cranium apertum, ac deprehenſum eſt, gladium propè oculum per cavitatem ejus penes nervum opticum cum læſione meningum in ipſam cerebri ſubſtantiam penetraſſe, ibidemque venas ac vaſa (quod ſanguis extravaſatus per anteriorem cerebri ſubſtantiam verſus partem affectam copioſè diffuſus docuit) diſſecaſſe, ſimulac ex lapſu in occipitium, ob vehementem contuſionem & concuſſionem, ſanguinem extravaſatum ſe in poſteriori parte cerebri verſus ſpinalem medullam & principium nervorum effudiſſe, vaſaque & organa tranſeundis ſpiritibus animalibus dicata compreſſiſſe, eorumque liberum tranſitum impediviſſe, ſicque tam in anteriori quam poſteriori parte cerebri, circulationem ſanguinis ac ſpirituum animalium ſuſtuliſſe & per conſequens patientem ſuis ſenſibus ac ratione privaſſe, ipſamque mortem intuliſſe. *Cadaveris ſectio & inſpectio.*

CONSILIUM MED. LXXXIII.

Teneſmum, cum aliis pravis Symptomatibus, à retardato & ſuppreſſo hæmorrhoidum fluxu, provenientem, cum exulceratione inteſtini recti examinans.

Caſus.

PAtiens quidam, Vir Conſularis, ætatis ſuæ anno ſexageſimo tertio, ab incunabulis ad ſudorem proclivis, texturæ raræ, ac coloris ſub facie lividi, antehâc ad phtiſin & hecticam pronus, cui varia contra hoſce affectus militantia remedia applicabantur, inter alia etiam obſtructionibus obnoxius, ita, ut magno ſemper conatu, usque ad alvi protuberantiam, non ſine metu prolapſus inteſtini recti feces excernere cogeba-

tur, ex quo magno conamine tandem tubercula in ano, quoad magnitudinem instar avellanarum, vel globulorum lusoriorum puerilium oborta sunt, & post hæc ante 13. vel 14. annos & quidem eo tempore, quo supremi Duces bellici Exercitus Cæsarei hyemali tempore Eslingæ degebant, variique excessus tam compotando, quam gelu tolerando, multaque ardua negotia sine omni quiete perferendo, committerentur, hæmorrhoides magno cum ardore & dolore, erumpentibus multis circa anum pustulis, fluere cœperunt, fluxumque suum procedente tempore, sed inordinatè, nullumque certum tempus observantes, nunc parcius, nunc uberius, nonnunquam sanguinem, alio vero tempore albam, lentam, ac viscidam materiam eructantes continuarunt, cum hoc incommodo, ut de die ob continuam hujus materiæ egestionem corpus ac vestimenta excrementitio hocce humore madida conspurcarentur; noctu verò, cum quieti in lecto vacabatur, omnia hæc incommoda cessârunt, vesiculæ intra corpus se abscondiderunt, totumque corpus ac lassa membra blandienti somno indulserunt, sicque ob hanc exoptatam quietem Patiens noctis adventum identidem avidè expectavit, hilarique fronte lectum ingressus est.

Sed cum ante annum, in die Divi Jacobi Domino Patienti grave ac laboriosum Officium commiteretur, & paulò post ex improviso horrendus ac lugubris rumor Urbem percurrebat, quod malè feriati incendiarii ac prædones Galli in Romani Imperii territorium irrupissent, Philippoburgum obsidione cinxissent, atque vicinos Circulos

culos iniquiſſimo nefarioque auſu infeſtare ſibi firmiter propoſuiſſent, ita ut ad devolvendum malum imminens die noctuque tabellarios curſoresque hinc inde ablegare ſumma neceſſitas exigebat, ac omnium animi præ angore & terrore fermè colliqueſcerent, factum eſt, ut hæmorrhoidum fluxus apud Dn. Patientem planè ſupprimeretur: Quam ſuppreſſionem non ſolum pertinaciſſima ac moleſtiſſima alvi conſtipatio, ſed præcipuè intolerabilis fermè Teneſmus inſecutus eſt, & quemadmodum antea nocturno tempore quieti indulgere concedebatur, ita jam quavis nocte, ob continuum cum maximo conamine dejiciendi deſiderium, decem, quindecim ac octodecim vicibus ſurgere cogitur, & rarò, præter paucam urinam per ſtillicidium excretam, vel minimam fecum quantitatem, avellanæ vel fabæ magnitudinem æquantem, egerere poteſt. In hoc excernendi conatu puſtulæ illæ, de quibus ſuperius dictum, partim turgidæ & duræ, partim conſeſſæ, flaccidæ, inanes & vacuæ, non ſine magno ardore exeruntur ac prominent: Tempore matutino omnia hæc ſymptomata leviora ſunt, poſt prandium & cœnam verò hi dolores ſtato tempore & ad horam quaſi cum incremento redeunt, ubi excrementa non amplius debito modo egeruntur, & proinde magni dolores in abdomine circa umbilicum, lumbos, & extremitatem ſpinæ dorſi excitantur, qui acutiſſimi dolores, Dominum Patientem, id quod præ pudore hactenus conticuit, Doctoribus atq; Chirurgis revelare coegerunt, ubi ad hunc affectum tollendum unus eorum Unguenta; alter olea; tertius Cataplaſmata, Pulveres, Tincturas; quar-

tus clysteres, laxativa, injectiones per alvum, Opiata, pillulas, Theriacam Cœlestem, venæsectionem in brachio, scarificationem in regione lumborum, & quæ alia hujus generis sunt, ordinavêrunt. A quorum, (præsertim Cataplasmatum usu aliquale solatium sensit, reliqua verò vel parum aut nihil conduxerunt.

His itaque nihil proficientibus ad Acidularum Jebenhusanarum usum deventum est, quibus Dn. Patiens jam per quatuor septimanas, sed solum horis antimeridianis, unâ vice quinque vitra, vel tres mensuræ partes exhauriendo, horis verò pomeridianis balneo seu insessu ex aqua communi (forsan herbis alteratâ) utitur, quæ hactenus benè tolerare potuit. Et licet his ita usurpatis hæmorrhoides aliquomodo rursus aperiantur, illæ tamen nil nisi per intervalla materiam rubram, incarnatam, albam, corruptam, ratione formæ & consistentiæ instar succi Cydoniorum, interdum colorem mali citri referentem, mox verò cineream, lentam ac viscidam in forma gelatinæ, cum ineffabili conatu, tenesmo, dolore & ardore, non sine alvi & hæmorrhoidum insigni protuberantia, evomunt, quæ omnia ob loci â pustulis occlusionem & angustiam fermè excerni nequeunt, quocirca etiam plurimi intercluſi flatus, venarumque turgescentium nodi ac tubercula in interiori parte corporis percipiuntur. Et quamvis Dominus Patiens hactenus uno præ altero surgere, obambulare, atque negotiis suis tam publicis quam privatis, invigilare potuerit, hæc tamen præsenti tempore ob continuum tenesmum, tumultuantes flatus copiosos, dolorem, ardoremque fermè intolerabi-

lerabilem, corporis atrophiam, ac virium lapſum ulterius præſtare impoſſibile videtur, nihil magis exoptans, quam ut tandem aliquando ab hoc triſtiſſimo affectu, dirisque ſymptomatibus, utpote cruciante dolore, flatibus, ac inquietudine liberari, ſomnoque ac quiete frui poſſit.

Ad hæc, ſi hæmorrhoides ordinate fluere, atque dictæ veſiculæ ſanguinem antea conſuetum fundere nollent, quæritur, an Hirudinum applicatio, quam præſentes Medici hactenus diſſuaſerunt, & hujus loci haberi nequeunt, ſine periculo applicari poſſent? *Q. 1. An hirudinum applicatio proficeret?*

Tandem etiam quæritur, an Domino Patienti à primis pueritiæ annis cibis acribus veſcendis aſſuefacto, (quos tamen de præſenti non appetit, nihilominus tamen ab eſu Olerum, raparum, &c. abſtinere renuit) uſus moderatè acidorum, videlicet Lactucæ & Endiviæ, cum aceto & multo oleo præparatæ, non conceſſus ſit. *Q. 2. An conſueti cibi moderatè acidi ſint conceſſi?*

In fine hujus deſcriptionis notandum, quod die 16. Julii, hujus anni 1689. Medicus Patientis Ordinarius, Practico & chirurgo cuidam per quadraginta annos exercitatiſſimo hunc affectum ocularitèr inſpiciendum monſtrarit, qui alvi ac tuberculorum ſeu puſtularum numeroſam ſeriem atque protuberantiam admiratus eſt, dicendo, hoc malum jam inveteratum & radicatum non ſolum vitium venarum hæmorrhoidalium, ſed ne fiſtula huic morbo conjuncta ſit, metuendum eſſe. Ex quâ cauſa emollientium uſum, per quæ malum hactenus plus incrementi quam decrementi ſumſerit, diſſuaſit, ſcarificationem circa regionem lumborum tanquam planè inutilem rejecit; econtra clyſterum

lenientium ac abstergentium, ac venæsectionis usum in pedibus, quin etiam Unguentum refrigerans & siccans ad locum affectum inungendum suasit, ac tale excogitare atque communicare promisit.

Sequitur hujus Casus Resolutio & ad interrogata Responsio.

Prolegomena.

AD transmissum Casum enodandum ac resolvendum, respondetur. Dominum Patientem, ut historica hujus morbi relatio docet, à pueritia statim ad Cacochymiam, (quod inter alia macies corporis & color faciei lividus attestatur) & ad procedente tempore insecutum fluxum hæmorrhoidum, cui plerumque cacochymici obnoxii sunt, dispositum fuisse.

Obstructiones à debilitate facultatis expultricis, vel carente stimulo bilis ad intestina ablegatæ, dictamque facultatem irritante, vel crassitie humorum excrementitiorum propullulat, ubi ob magnum & violentum excernendi conatum musculi ani relaxantur, & alvi prolapsus sequitur.

Pustulæ verò, seu potius tubercula, quæ postea magnitudine globulorum puerilium lusoriorum prodierunt, procul dubio hæmorrhoides cœcæ fuerunt, quibus materia acris, sanguisque atrabilarius & adustus, vel secundum Neotericos Lympha acrior, inclusa erat, quæ tandem & copia & qualitate peccans, per commissos excessus, utpote compotationes & assiduos labores lacessitæ, & apertæ, sanguinem profuderunt. Reliquæ verò pustulæ alvum & regionem venarum hæmorrhoidalium obsidentes, à materia acri inter cutem & carnem contenta, musculorumque interstitio inclusa, ibidemque collecta, originem habent, quæ ob sui acredinem & mordacitatem exulcerationem producere semper apta, prompta, ac parata fuit.

Quod insuper fluxus venarum hæmorrhoidalium nullum certum tempus & ordinem observarit, nihil novi est, quia in quibusdam subjectis duorum triumve mensium, in aliis quadrantis anni vel semestris, in reliquis verò anni spatio semel duntaxat fluere, neque solum bonum ac laudabilem sanguinem, sed etiam materiam flavam, incarnatam, pituitosam, albam, cineream, lentam ac viscidam, (prout corpus vitiosis humoribus scatet) fundere consueverunt.

Cum igitur ante annum magno angore ac terrore in singulorum animis, ob iniquissimam detestandorum Gallorum invasionem oborto,

oborto, Dominus Patiens pari anxietate, ſimulac concatenatis laboribus premeretur, dictarum hæmorrhoidum ſanguis in majores venas regurgitans, ac verſus cor, partesque internas cum ſpiritibus revocatus, hæmorrhoidum ſuppreſſionem poſt ſe reliquit, & propterea retenti illi vitioſi acres, mordacesque humores oberrantes, nullumque exitum habentes, in corpore non ſolum hinc inde varias moleſtias cauſarunt, ſed etiam ob eorundem acquiſitum intenſum calorem, excrementorumque aduſtionem & exſiccationem pertinaces obſtructiones, ac cum poſtea viſcida hæc acredo inteſtino recto per ablegationem, communicaretur, eidemque tenaciſſimè adhæreret, intolerabilem fermè teneſmum induxerunt, qui ibidem propter dictorum humorum vitioſorum, non ſine intermixtione bilis, affluxum & congeſtionem, non ſolum incrementum ſumſit, ſed etiam in hiſce puſtulis ob longiorem moram & acquiſitam cacoethen corroſionem & exulcerationem produxerunt, partesque vicinas & adjacentes, ob exquiſitum eorum ſenſum in conſenſum traxerunt, ardoremque vehementiſſimum in parte affecta excitârunt.

Flatuum copia tam à cruditatibus quam ab excrementorum retentione, alvique conſtipatione oboriuntur, & nihil novi eſt, ſi iidem apud eos etiam patientes, qui ſimul fiſtulis laborant, in earundem ſinubus ſtabulantes, quando illæ manibus tractantur, cum ſtrepitu erumpunt ac exeunt.

In Summa, quorſum hæc acris materia in corpore tendit, ſive dorſum, ſive lumbos, ſive umbilicum, ſive alvum & inteſtinum rectum, ſive alias quascunque partes attingat, ſemper magnas ibidem moleſtias excitare ſolet.

Quid circa remediorum uſum ſit obſervandum?

Circa medicamentorum uſum, Internè, ab omnibus acrioribus ac fortioribus purgantibus, quin etiam ab Opiatis & narcoticis, utpote quæ naturam in operando impediunt, ſpiritusque figunt, (niſi ſumma ob dolores acutiſſimos urgeat neceſſitas) Externè verò ab emollientibus, (ut Practicus ille exercitatus qui locum affectum vidit, benè ac laudabiliter monuit) cavendum & abſtinendum, ne pars affecta in periculoſam putredinem cancroſam exulcerationem excreſcat atque degeneret.

Curatio in quibus conſiſtat.

Totus Curationis Ordo ac methodus in hoc conſiſtit, ut 1. ſcatentes in corpore acres mordacesque humores per benignum, lene, laxansque remedium aliquoties expurgentur; 2. viſcoſa acrisque in inteſtino recto hærens, ac teneſmum inducens materia per lenientes clyſteres eluatur & abſtergatur. 3. Poſtea per applicata appropriata ſuppoſitoria abſtergentia & ſiccantia per aliquod tempus continuanda

tinuanda pars affecta obliniatur, ac à dolore vindicetur, nec minus 4. Alvus cum ſuis protuberantibus puſtulis atque tuberculis per præſcripti peculiaris Unguenti uſum refrigeretur, exſiccetur, ac putredo præcaveatur. 5. In pedibus una alteraque vice vena ſecetur. Et 6. Bona Diæta obſervetur, ac à cibis acribus, ſalſis, mordacibus abſtineatur.

Si verò Fiſtula ani cum hoc affectu conjuncta eſſet, tum illa methodicè erit tractanda, ad quam tractationem & curationem ante omnia accuratiſſima ocularis inſpectio, & exquiſitiſſima per ſtylum vel candelam Ceream exploratio requiritur. Reliqua præſens Conſilii Medici in Puncto Teneſmi, reliquorumque peſſimorum ſymptomatum à me elaborati delineatio, docebit.

Quod tandem Acidularum uſum concernit, eæ, ſi adhuc vires conſtant, ac natura eas ferre poteſt, concedi poſſunt. Balnea verò & inſeſſus, quamvis materiam acrem & mordacem abluant, tamen ob inſignem eorum humectationem, & proinde putredinis metum, pro ſuſpectis habentur.

CONSILUM MED. LXXXIV.

Teneſmi Curationem exhibens.

OMnia in præcedenti Conſilio allegatus Dn. Patiens præter dicta, Teneſmi ulteriorem per cauſas expoſitionem & Curationem in formâ Conſilii deſideravit, iccircò ſuo deſiderio ſequentibus ſatisfactum eſt.

Definitio. TEneſmus eſt aſſidua per alvum dejiciendi cupiditas, cum dolore, in quavel nihil, vel pauca mucoſa & cruenta dejiciuntur.

Cauſa. Cauſa eſt facultatis expultricis in extremitate inteſtini recti aſſidua ſtimulatio, plerumque ab humore acri, mordaci, lento, viſcido, ac ſalſo huic parti tenaciter adhærente proveniens. In hoc ſubjecto ſtimulant facultatem expultricem hæmorrhoides, ac materia acris, ſalſa, & ichoroſa ex obortis in extremitate inteſtini recti veſiculis exulcerationem minantibus, continuò tranſſudans.

In

In hoc affectu non rarò inteſtini recti, ob aſſiduum excernendi conatum prolapſus, & urinæ difficultas cum ſtillicidio, ob loci vicinitatem & conſenſum, accidit, teſte Hippocrate, qui 5. aphor. 58. dicit. Ad recti inteſtini & uteri inflammationem, purulentosque renes, accidit ſtranguria.

Signa per ſe manifeſta ſunt, dum patiens indeſinenter alvum exonerare deſiderat, ſed parum aut nihil dejicere poteſt. *Signa.*

Teneſmus facilè tollitur, nec unquam per ſe jugulat, Celſus, lib. 4, cap. 18. Quia tamen ſæpius gravia ſymptomata, eundem concomitantur, periculo non vacat, nam quò cauſa, â qua oritur, gravior, eò periculoſior eſt teneſmus, unde qui ab atra bile excitatur teneſmus, omninò periculoſus eſt, cum quaſi cancer exulceratus ſit; ſæpè etiam ex neglecto teneſmo ulcus ſordidum oboritur, idque in fiſtulam tranſit, quæ ægrè curatur. Quocirca etiam in hoc ſubjecto annus climactericus magnus, nempe ſexageſimus tertius attendendus, viriumque proſtrationis atque atrophiæ corporis optima habenda erit ratio, ne morbus funeſtum exitum conſequatur. *Prognoſis.*

Curatio conſiſtit in ablatione Cauſæ, correctione videlicet ſanguinis acrioris, atrabilarii & feculenti, per remedia laxantia, lenientia & alterantia, apertione venarum hæmorrhoidalium, & promotione fluxus earundem, ac abſterſione humorum ſtimulantium, ulceris ſanatione, partis affectæ roboratione, dolorisque per lenientia ac demulcentia ablatione. Ubi principaliter notandum, quod omnia externa ſeu Topica parti affectæ applicata non ſint multum humectantia, ſed potius ſiccantia & refrigerantia, ne extremitas inteſtini recti in fiſtulam vel cancroſam putredinem, exitialemque exulcerationem inducatur. *Curatio.*

Ad ſanguinis itaque atrabilariam acredinem corrigendam, Interne talis potio laxativa iteratis vicibus erit haurienda. ℞. *Fol. ſen. Alex. ſ. ſt. ʒiij. Rhabarb. ver. Crem. ♀. ana ℈ß. omnia groſſ. mod. conciſ. infund. cum aq. Cichor. & Endiv. ana ʒij. ſtent in infuſione per noctem, manè fiat lenis ebullitio, in Colatur. diſſolv. Mann. Calabr. el. ʒiß. clarif. cum album. ovi, add. Aq. cinnam. buglоſſat. ʒj. M. f. potio pro doſi unâ.* *Pot. laxat.*

Ad materiam verò acrem, ſalſam, & mordacem in parte affecta, eluendam ac abſtergendam, conveniunt ſequentes clyſteres dolorem lenientes & abſtergentes ſæpius iterati. ℞. *Hordei. flor. verbaſc. ana Mj. roſar. rubr. Mß. lumbricor. lotor. & inciſor. ʒj. ſem. pſyllii, Cydonior. fœnugr. ana ʒj. Coq. in lacte recenti, Colatur.* ℞. *℔ß. add. Ol. roſar. ʒij. vitell. ovor. num. 2. M. f. Clyſter.* Sequens quoque Suppoſitorium inte- *Clyſteres.*

Suppoſitor. contra Teneſmum.

ſtino recto applicatum, abſtergit, ſiccat, atque dolorem lenit. ℞. *Sevi Cervini vel hircini* ʒij. *Tut. præp.* ʒij. *Opii Thebaic. gr. iij. M. f. ſuppoſitorium.*

Suffumigia. contra teneſmum

Prodeſt quoque Suffumigium ex reſina alba (Germ. Kübel-Hartz) carbonibus injectâ, inteſtino recto exceptum, ac ſæpius iteratum. Vel paretur in hunc uſum Pulvis pro ſuffumigio ſequens. ℞. *Maſtic.* ʒij. *Thuris, Styrac. calamit. ana* ʒß. *flor. verbaſc. roſar. rubr. ana* ℈ij. *Miſce.*

Linimentum ſiccans & abſtergens.

Inteſtini recti extremitas & puſtulæ in eo obortæ, ſequenti Linimento erunt inungendæ. ℞. *Unguent. pompholygos* ℥j. *de Ceruſſ. d. lithargyr. ana* ʒij. *Ol. roſat. Omphacin. ana* ʒiij. *M.* & agitentur in mortario plumbeo tamdiu, donec colorem plumbi acquirant. Quæ omnia leniunt, abſtergunt, doloremque ac acredinem demulcent.

Venæſectio.

Præter hæc dicta convenit Venæſectio in pedibus adminiſtrata, ac pro ratione circumſtantiarum una vel altera vice repetita.

Fiſtula ani quid & quotuplex, & quomodo exploranda?

An verò Fiſtula ani cum hiſce puſtuloſis extuberantiis conjuncta ſit, abſens ſine prævia oculari inſpectione judicare non poſſum; Et ſi illa adſit, ſtylo, vel candela cerea exploranda, an ſit recta vel obliqua, ſimplex vel multiplex, an in ſola carne hæreat, id quod tangitur, molle ſit, ac pus album, æquale, & copioſum effluat? an ad nervos pertingat, & dolor magnus in explorando cum ſinus profunditate, & pure pingui ac oleoſo prodeat? aut an ad os penetret, ſtyloque aliquid durum ac renitens aut aſperum, cum profuſione puris tenuis nigricantis & graveolentis occurrat? an ad venam pertingat, & pus fæcis inſtar egrediatur? an denique arteriam penetret, & materia tenuior pellucidaque magis cum aliquali ſaltu proſiliat? De quibus omnibus Medicus nonniſi præſens judicare poteſt.

Hæmorrhoides quid, & quotuplices?

Quod Hæmorrhoidum, (quæ vel internæ vel externæ ſunt, quarum illæ à ramo ſplenico venæ portæ oriuntur, & per meſenterium circa colum & inteſtinum rectum extenſæ, in muſculis ani & inteſtino interiore terminantur, eaque eſt unica, ſociamque habet arteriam à meſenterica infra ramos producentem. Externæ verò à ramo venæ cavæ epigaſtrico oriuntur, & in externas recti inteſtini partes, ani ſcilicet muſculos diſſeminantur, ſuntque duplices, utrinque una, & utraque habet comitem arteriam, ab hypogaſtrica derivatam) fluxum antea conſuetum, nunc verò vel ſuppreſſum, vel retentum, vel remoratum attinet, bonum eſſet, ſi ille in priſtinum ſtatum reduci poſſet: Cum enim Natura eorum, quibus hæmorrhoides fluunt, ad generationem vitioſorum humorum ſit diſpoſita, plurimisque excrementis tale corpus ſcateat, facilè colligi poteſt, quod

retenta

retenta tantorum vitioſorum humorum excretio ſanitati maximè noxia ſit, quemadmodum etiam experientia teſtatur, retentas hæmorrhoides non rarò tabem, hydropem, dyſenteriam, aliaque periculoſa mala & morbos excitaſſe.

De hæmorrhoidibus retentis, hiſtoria.

Et hoc in paſſu Amatus Luſitanus, Curat. 3. Centur. 5. commemorat, virum quendam annorum 45. ſingulis menſibus evacuationem ſanguinis per hæmorrhoides paſſum eſſe, quæ cum illi obſtruerentur, ſanguinem ſubflavum & rubrum ac coacervatum per os ſine febre & tuſſi ejeciſſe, cui, cum quatuor hirudines ilicò hæmorrhoidibus apponi juſſiſſet, & Syrupum ex Endivia, fumaria & lupulo earundem herbarum decocto dilutum exhibuiſſet, hinc purgans ex manna Rhabarbaro, & particula Electuarii diaphæniconis propinaſſet, tandemque conſervam fumariæ jejuno, ſuperbibitâ aquâ cichorii dediſſet, conſuetum fluxum hæmorrhoidum rediiſſe, & benè valuiſſe.

Hirudinum applicatio an concedenda, nec ne?

An verò parcus vel planè ſuppreſſus hæmorrhoidum fluxus per applicationem hirudinum ſit provocandus? Reſpondeo, quod, ſi venæ turgeant, hirudines applicandas, ſi verò non, dicta remedia potius uſurpanda, reliquumque opus naturæ committendum eſſe.

Diæta.

Quod denique Diætam concernit, Aer ſit temperatus, Cibi coctu faciles & humectantes, bonumque ſuccum ac ſanguinem generantes, quales ſunt, juſcula gallinarum, ptiſana hordeacea, panatella, pruna Damaſcena, Hiſpanica, ova ſorbilia, caro vitulina, agnina, gallinarum, pullorum gallinaceorum, aves montanæ, borrago, blitum, ſpinachia, braſſica criſpa, paſſulæ, cum cibis ſumpta. Vitentur cibi calidi, coctu difficiles, ſalſi, acidi, acres, braſſica capitata ſale condita, rapæ, legumina, fabæ, phaſeoli, piſa, Caſeus antiquus, & aromata calidiora, acredinemque habentia.

Potus ſit aqua hordei, vel per ſe, vel cum ſyrupo ribium, Cydoniorum, vel acetoſæ mixtum, vel vinum album cum aqua hordei vel paſſularum dilutum; à vinis verò generoſis erit abſtinendum.

Alvus quoque ſervetur laxa & aperta, ne feces indurentur, & in excretione, dum per locum anguſtum & fermè puſtulis occluſum, vi quaſi penetrant, dolorem excitent. Quies motui anteferatur; In ſomno & vigiliis teneatur modus; ac tandem animi fortiores motus atque pathemata coerceantur.

Quibus animi mei ſententiam (ſalvo tamen melius ſentientis judicio) explicare volui. Deum Ter Opt. Max. obnixè efflagitans, ut præſcripta remedia Divinâ ſuâ benedictione ſecundet, ac Domino

Patienti

Patienti priſtinam bonam exoptatamque ſanitatem largiatur atque reſtituat. Ulmæ Suevor. Octavo Calendar. Auguſti, (qui erat dies Divi Jacobi Apoſtoli) Anno reparatæ gratiæ, 1689.

CONSILIUM MED. LXXXV.

Ambulandi impotentiam ob ligamentorum relaxationem feliciter curatam, exhibens.

Morbus.

ANno 1685. die 26. April. Dn. Michael Philippus Kepplerus, Paſtor Ehingenſis in Franconia, Filiam ſuam Cacochymicam, ſedecim circiter annorum, Weiltingam (ubi tum temporis ad Officia Medica Sereniſſimis Ducibus Württembergicis Dominis meis gratioſiſſimis præſtanda me detinebam) rhedâ ad me duxit, & quia illa difficulter ſtare, difficilius verò, hinc inde titubando, progredi poſſet, conſilium & auxilium meum expetiit.

Cauſa.

CUi ſtatim indicavi, quod cauſa hujus mali ab humorum ad partes affectas è toto corpore cacochymico affluxu & congeſtione, ligamentorum humectatione & relaxatione oriatur, ac ex hâc causâ, præſertim ſi ad hæc humor multus, lentus ac viſcidus circa articulationem intra acetabulum & caput oſſis penetret, prolapſum oſſis femoris ac luxationem accidere poſſe, Teſte Johanne Tagaultio, qui Inſtit. Chirurg. lib. 5. cap. 2. pag. 122. ait; Quædam verò luxationes intrinſecus eveniunt, atque ideò internæ dicuntur, ut cum mucoſus aliquis humor & pituitoſus in articulis ſeu junctûris acervatur, qui articulationis ligamenta primum madefacit, deinde laxiora reddit & tandem

Luxationes intrinſecæ unde orian-tur?

ob

ob ejus multitudinem ſua ſede os ipſum protrudit. Item, Joh. Sculletus in Armamentario Chirurgico pag. 22. dicit, Cauſa tertia luxationis eſt, cum humor ad articulum fluit, qui ligamenta laxat. Cui ſententiæ D. Henricus Petræus, Profeſſor. Med. & Chirurg. Marpurgenſis ſubſcribit.

Cum quibus etiam D. Dan. Sennertus Inſtit. Med. lib. 2. part. 2. Cap. 13. pag. 264. Column. 2. conſentit, dicendo; Nonnunquam humiditas articulos reddit humidos, nimirum madefaciendo & laxando totam articulationem.

Quas ſententias Hier. Fabric. ab Aqua pendente Oper. Chirurg. part. 2. lib. 5. de Luxationibus, pag. 1064. confirmat, dum aſſerit. Primum genus luxationis fit tantum à cauſis internis, id eſt à humoribus remollientibus & laxantibus ligamenta. Reliqua duo genera, nimirum hiatus & vera luxatio, fiunt tàm à cauſa interna, ſcil. ab humoribus ad articulos fluentibus, qui cavitatem ſenſim implent, & caput oſſis è ſua ſede deturbant, quàm ab externa, quæ violentia quadam os loco movent, ut ſaltus, caſus ab alto, vehementiſſimus curſus, &c.

Ex quibus dictis facilè patet, quod in hoc ſubjecto ante omnia corpus aliquoties expurgandum, humores ad partem affectam affluentes & congeſti, revellendi, diſcutiendi ac reſolvendi, locusque læſionis exſiccandus & roborandus, bonaque Diæta obſervanda ſit; in quem finem ſequentia remedia ordinata fuerunt. *Curatio.*

Et quidem ante omnia ad totum corpus expurgandum Patiens tales Pillulas deglutivit. ℞. *Maſſ. pill. antipodagr. Argentin. gr. xvij. Pill purg. Extr. panchym. Croll. ℈ß. Mag. Gialapp. gr. iij. M. f. cum aq. Ceraſ. nigr. pill. num. 25. unâ vice aſſumendæ.*

Poſt harum deglutitionem, in eundem etiam finem hoc Apozemate uſa eſt. ℞. *Herb. cochlear. naſturt. aquat. chamædr. fumar. ſcolopendr. beccabung. ana Mß. Rad. raphan. ſylveſtr. filicis ana ʒij. Cort. Tamariſc. Cappar. ana ʒiß. Rhab. ver. ʒiij. fol. ſen. el. ʒj. Turpeth. el. Agar. trochiſc. Jalapp. polypod. querc. ana ʒij. Cinnam. acut. ʒj. ♀. alb. crud. ʒij. anis. fœnic. ana ʒß. M. & conciſ. f. cum ſyndon. alb. nodulus, quinque libris vini albi ſuperfundendus, de quo ſingulo mane ʒv. jejuno ſtomacho ebibat.* *Apozema.*

Quo exhauſto, ſingulis menſibus tribus diebus ante, vel poſt novilunium de ſequentibus pillulis, primâ die duas, ſecundâ tres, tertiâ quatuor, manè deglutiat, ac per tres horas ab omni cibo abſtineat. ℞. *Extract. pill. cochiar. extract. troch. Alband. Extr. Turpeth. ana ℈j. Extr. helleb. nigr. gr. xxv. Extr. lign. aloes. Extr. lilior. convall. Extr. pœon. ana gr. iij. ♀. ☉olat. ℈j. Ol.* *Pillulæ arthriticæ ſingulares, ſingulis menſibus ante vel poſt novilunium ſumendæ.*

℈j. Ol. nuc. mosch. rutæ, salv. anis. ana gutt. iiij. M. f. cum aq. epilept. Lang. & aq. salv. pillulæ ex ℈j num. vj.

His ita usurpatis se ad usum sequentis insessus accommodavit.

Insessus. ℞. *Herb. absynth. arthemis. Origan. hyperic. serpill. Lavend. ana Mij. Rorismar. Majoran. ana Mj. rad alth. asar lilior. alb. ana* ℥ß. *flor. chamom. summit. aneth. ana Mij. Turion. abiet. Conor. seu strobilor. ejusd. ana Miiij. sem. lini fœnugr. ana* ℥ß. *M. & concis. d. ad saccul. pro balneo.* Post insessum singulis vicibus corpus linteamentis calidis tali pulvere fumali carbonibus injecto fumigatis, absterſum est.

Pulv. pro fumo. ℞. *Mastic. elect. Rasur. succin. ana* ℥*vj. pulv. ros. rubr.* ℈*j. Misc.*

Hinc tota coxendicum regio quotidiè bis vel ter tali spiritu illita fuit.

Spir arthrit. ℞. *Bacc. Juniper.* ℥ß. *Mastic. el. piper. nigr. ana* ʒ*ij. M. f. pulv. gross. ind. vitr. angust. orific. superfundendo spir. vin. alcaholis.* ʒ*iiij. Spir. Juniper. opt. & subtilis.* ʒ*ij. stent simul benè clausa in digestione per horas 4. vel 6. postea in colatur. in mortario frigid. dissolv. sapon. venet.* ʒ*ij. d. ad. vitr.*

Ultimò, tale Emplastrum lumborum & coxendicum regioni fuit applicatum.

Emplastr. ℞. *Emplastr. diapalm. diaphoret. Mynsi. ana* ʒ*j. pulv.* ✻ *iac.* ℈*ij. M. & malax. cum Ol. chamomill. d. ad. chart. pro usu.*

Quod Diætam tandem attinet, aer erat calidus; cibi coctu faciles, bonumque succum & sanguinem præbentes, Potus verò ordi-

Spec. pro pot. ord. narius fuit talis. ℞. *Scob. Lign. sassafr. Rad Chin. ana.* ℥ß. *Cinnam opt.* ʒ*ij. Sem. anis.* ʒ*j. CC. præp. Ocul.* ♋. *præp. ana* ʒ*iß. M. f. pulv. gross. De quo Cochleare unum mensuræ aquæ fervidæ injiciatur, & mox contegatur.* Quies motui anteferebatur; in somno & vigiliis tenebatur modus; alvus erat naturaliter aperta ab animique motibus vehementioribus cavebatur. Quibus dictis remediis dicta Virgo patiens totaliter restituta est, pristinamque bonam valetudinem, ac ambulandi potentiam sine omni impedimento, per Dei gratiam acquisivit.

CONSILIUM MED. LXXXVI.

Os femoris infantis cujusdam incurvatum, sed progressu temporis beneficio naturæ correctum.

Casus.

Casus.

ANno 1689. circa finem æstatis, Zytepsa, quidam Giengensis infantem masculini generis, annum circiter natum habuit, qui ob incurvatum os femoris alterum pedem breviorem factum non sufficienter extendere, neque eidem insistere vel stare potuit, quapropter me cum chirurgo aliâs benè exercitato Matthæo Hausmanno, ad dictum affectum inspiciendum, atque eidem salutaria remedia præscribenda ac applicanda, accersivit.

Causa.

NOs infantem hunc, ejusdemque temperamentum pituitosum, (quod lividus faciei color, totusque corporis habitus indicabat) considerantes, hunc affectum partim à mala corporis dispositione, & humida præsertim intemperie, partim verò improvida infantis gestatione provenire judicavimus ex qua causa incurvationis locum Oleis, Unguentis, atque cataplasmatibus lenire, postea verò circumseptis ferulis corrigere, ligamenta verò caput ossis ac articulationis circumcingentia, ad inhibendum ulteriorem humiditatis affluxum Emplastro exsiccante ac roborante firmare tentavimus. Cum autem hic scopus breviori temporis spatio assequi nequiret, ecce meticulosi ac longioris moræ impatientes hi Parentes imberbem tonsorem & non nisi insciticæ ventis intumefactum & obæsum sycophantam ad dandum consilium in cerebrino suo capite excoctum requirunt, ejusdemque consilium & auxilium efflagitant, qui postquam præ nimiâ arrogantiâ instar ranæ apud Esopum inflatus, multos ronchos duxisset, aliumque suæ farinæ sodalem ipsi assistendum è vicinia vocasset, in hanc tandem sententiam erupit, hoc incurvationis malum à fractura femoris malè reposita oriri, ac proindè os de novo fragendum & appositè reponendum esse, dictumq; Hausmannum ob commissum errorem ac negligentiam non solum ad præteritas, sed etiam præsentes & futuras refundendas solvendasque expensas teneri, hinc factum, ut ingrati & creduli Parentes hunc innocentem hominem coram Judice convenirent, hancque sumptuum refusionem ac solu-

Curationis requisita.

Obæsi Rasoris hâc de re rude & incultum judicium.

tionem iniquissimè postularent. Quô facto, insontem hunc accusatum coram Magistratu defendere non dubitavi, certis rationibus demonstrans, & confirmans, os femoris nunquam è sua sede excidisse, multò minus fractum fuisse, ac eapropter neque repositionem, neque temerariam fracturam, ad quam balneator se accinxisset, nisi à consanguineis inpeditus fuisset, locum habuisse, sed hanc incurvationis causam ab improvidâ infantis gestatione, ac ossis intemperie humida, cereaque quasi mollitie provenire, ex quâ causâ non rarò etiam ligamenta laxata ossis luxationem & è sua sede prolapsum invehant, quod hic imperitus sciolus, (qui nil nisi pocula cum commilitonibus suis quotidiano usu in diversoriis exhaurire didicit) ex toto negavit, donec coram Senatu per classicos Authores, Medicos & chirurgos, Tagaultium scilicet, Sennertum, Petræum, Scultetum, Aquapendentem, aliosque probatissimos Doctores, (quorum hâc de re sententia in priori Consilio allegata est) convictus pudore ac rubore suffusus se debellatum profiteri, pœnamque suæ temeritatis luere coactus est. Alter vero absolutus cum restitutione famæ & existimationis discessit, & infans, secundum meum Prognosticum, procedente tempore, cum crescentibus annis, osse nimirum femoris se in longitudinem magis magisque extendente, sic naturæ adminiculo restitutus est, ut jam ad annos adolescentiæ provectus, altiori calceo benè incedere, sutorioque suo opificio sine omni impedimento præesse possit.

CONSILIUM MED. LXXXVII.

Paralysis sinistri lateris, brachii & pedis, nec non vesicæ, feliciter curata.

Casus.

ANno 1688. die 23. Februarii, Johannes Auger, Hortulanus sexagenarius & quod excurrit, cum in horto propugnaculi Ulmensis, per scalam proceram arborem conscendisset, ejusdemque ramulos

ramulos exſuccos atque aridos exſcindere, eandemque purgare & emuſcare voluiſſet, ex improviſo ab alto in terram decidit, ac à conſanguineis ſemimortuus in ædes ſuas deportatus eſt.

CUi ſtatim in principio, poſt uſum ſpiritualium remediorum, à Medico quodam ad illum vocato, *Olei lini Unciæ quatuor, cum Olei aniſi guttis ſex propinatæ*, ac à chirurgo *vena mediana in brachio ſecta*, totumque corpus ac omnia membra, an nihil fractum vel luxatum ſit, inſpecta & examinata fuerunt. Poſtquam verò Patiens ſe aliqualiter recollegit, tam ex lingua balbutiente cum aſthmate & tuſſi, quam brachii & pedis in dextro latere movendi impotentiâ, urinæque ſuppreſſione à me ad illum requiſito deprehenſum eſt, hunc decumbentem affectu hæmiplectico & paralytico laborare, quapropter ipſi ad obſtructionem nervorum reſerandam, ipſumque cerebrum cum ſpiritibus animalibus roborandum, tam internè quam externè, ſequentia remedia, (eorum uſum ultra duos menſes continuando) adhibita fuerunt. *Curatio.*

℞. *Aq. Apoplect. Oſwald. Ceraſor. nigr. Epilept. Lang. confort. Offic. perlat. ana* ʒj. *Cinnam. ſtillat.* ʒij. *ſpir. ceraſ. nigr. lil. convall. ana* ʒij. *ſpir. cephal. Anhalt. compl.* ʒj. *ſacch. perlat.* ʒij. *M.* De qua ſæpius unum vel alterum cochleare propinetur. *Aq. Apolect.*

Vertici capitis & nuchæ de ſequenti ſpiritu gutt 8. vel 10. de die ter inſtillatæ ac illitæ fuerunt. ℞. *Spir. Ceraſ. nigr. lil. convall. ana* ʒß. *Cephal. Anhalt. compl.* ʒij. *M.* *Spiritus Cephal*

Nares vero tali Balſamo fuêre inunctæ. ℞. *Balſ. ſuccin. apoplect. Croll. majoran. nuciſtæ ana* ϑß. *pingued. caſtor. gr. j. Miſce.* *Balſamus Apopl.*

Alterâ poſt lapſum die ſeq. Clyſter fuit applicatus, ac deinceps aliquoties repetitus. ℞. *Decoct. hord. (in quo ebullierint herb. majoran. beton. & roriſmar.)* ʒvj. *in quo diſſolv. Mell. roſ. ſolut. ſacch. Thom. ana* ʒij. *Vitell. ovor. num. 2. ſalis gemm.* ʒj. *M.* *Clyſter.*

Poſtea verò, viribus jam bonâ ex parte recollectis ſeqq. pillulas deglutivit. ℞. *Extr. panchymag. Croll. Maſſ. pill. de caſtor. ana* ϑj. *Mag. Gialapp. gr. v. M. f. c. Tinct.* ☿. *pillulæ num. xxv. Cinnamomo aſpergendæ, & una vice deglutiendæ.* *Pill. purg.*

Hinc partitis vicibus mane jejuno ſtomacho cochleare unum de ſeq. ſyrupo ſumſit. ℞. *Syr. roſ. ſolut. d. cich. c. Rhab. diaſer. Andern. ana* ʒß. *pulv. rad. Jalapp.* ʒj. *Spir. nitr.* ϑß. *M.* *Syrup. laxat.*

Ut autem nervi obſtructi eò melius reſerentur, atque ſpiritibus animalibus via occluſa ad tranſeundum aperiatur, internè, ſudor per hæc remedia ſudorifera multoties promotus fuit. ℞. *Elect. diaſcord. Fracaſt. Rob. ſambuc. ana* ʒij. *Theriac. Androm.* ʒj. *Aq. Card. bened.* ʒij. *Sudorifera.*

M. f. potio unâ vice haurienda. Et, ℞. *Rob. Juniper. sambuc. ana* ʒvj. *Elect. diascord. Fracast.* ʒß. *Theriac. Androm.* ʒij. *Syr. Card. bened. fumar. ana* ʒij. *M. De quo nucis juglandis quantitas cum aq. Card. bened. solvatur, ac ad sudorem proliciendum ebibatur.* Ad hæc, *quotidiè M. & V. Spiritus Cephal. Anhalt. compl. cum æquali portione Spir.* ☿. *gutt. xv. in aq. apoplectica commemorata sumsit.* Externè, membra paralytica, brachium & pes, manè, meridie, & vesperi, post præmissam frictionem cum pannis mastice & succino fumigatis calidis, præsertim circa articulationes fricata fuêre.

Spir. externè illinendus. ℞. *Bacc. juniper.* ʒß. *Mastic. el. piper. nigr. ana* ʒij. *M. f. pulv. gross. indatur vitr. angust. orific. superfundendo Spir. vini. alcaholisati* ʒvj. *stent benè clausa in digestion. per hor. 4. vel 6. postea in mortario frigid. dissolv. Sapon. Venet.* ʒij. *M. d. ad. vitr.*

Tales etiam herbæ, tam pro fomento, quam pro insessu ordinatæ fuerunt.

Herb. pro fomento & insessu. ℞. *Herb. Origan. serpill. hyperic. salv. Lavend. puleg. menth. crisp. ana* Miß. *herb.* ʒ. *emoll. ana* Mj. *Majoran. rorismarin. ana* Mß. *flor. chamomill.* Mij. *Lavendul.* Mj. *Sem. lini fœnugræc. ana* ʒj. *M. & concis. d. ad. chartam.* Ad hæc, *furfures in sartagine tosti, sacculisque inclusi, tam diurno quam nocturno tempore membris paralyticis fuere applicati.*

Sacculi furfuracei.

Aq. pector. & asthmat. Ad Asthma & tussim profligandam. ℞. *Aq. cerasor. nigr. hyssop. Veron. ana* ʒj. *asthmat. Rab. Loch. san. ana* ʒß. *Spir. anis. Essent. sacch. simpl. ana* ʒij. *flor.* ♃. ℈j. *sacch. Cand. alb.* ʒß. *M.* Præter hanc, *Syrupis de jujubis, hyssopo, violar. Oxymell. simpl. & scyllitico. cum Tabb. diatrag. frig. invicem mixtis, nec non liquiritia cocta, trochiscis becch. alb. & nigris, &c. usus est.*

Syrup. pector.

Ad Vesicæ paralysin ac Urinæ suppressionem talem potiuncu-

Pot. diuret. lam hausit. ℞. *Terebinth. Venet. lot. in aq. Alkekeng.* ʒv. *vitell. ovor. num. 2. Mell. despum.* ʒß. *vin. alb. generos. vel Rhenan.* ʒiij. *M. f. potio pro duabus vicibus.* Hâc potione, aliâs in Ischuria & stranguria expertissimâ, parum proficiente, urina, quoties vesica impleta erat, (quod per dolorem tensivum ejusdemque turgescentiam indicabatur) per catheterem educta fuit. In eundem etiam finem talia diuretica præscripta fuerunt.

Aq. diuret ℞. *Aq. Ononid. saxifrag. petrosel. ana* ℥j. *Spir. Juniper.* ʒij. *Ocul.* ♋. *præp.* ℈j. *Balsam.* ♃. *terebinth.* ℈j. *Syr. d. alth. simpl.* ʒß. *f. mixtura cochleatim sumenda.*

Balsam. diuret. Et, ℞. *Spir.* ♁. ♀*ri balsam.* ♃. *terebinth. ana* ℈ij. *Sal. succin. volat. gr. v. M. Dos. M. & V. gutt. 15. in aqua prænominata, vel jusculo.* Venter vero infimus seq. Unguento M. & V. calidè fuit inunctus.

Unguent. ℞. *Ung. Nervin. dialth. ana* ʒiiß. *Ol. terebinth. chamomill. scorpion. simpl. ana* ʒij. *M.* Cœpæ etiam majores sub cineribus assatæ, pannoque lineo involutæ singulis diebus bis vel ter regioni vesicæ ac perinæo calidè

Cœparum assatarum applicatio. impositæ & non sine insigni emolumento applicatæ fuêre. Membrum

brum vero virile cum balano intumefactum tali Linimento fuit inunctum. ℞. *Butyr. rec. in aq. Sperm. ranar. lot.* ʒiß. *Ol. è vitell. ov.* ʒij. *M.* *Linim.* Quibus adhibitis remediis primò urinæ ſtillicidium, poſtea vero legitima urinæ excretio provocata fuit.

Tandem etiam conveniens Diæta fuit obſervata. Aer fuit ca- *Diæta.* lidus, cibi coctu faciles, bonumque ſuccum & ſanguinem generantes ac inſuper nuce moſchatâ Cinnamomo, macere, garyophyllis, majorana, roriſmarino, &c. conditi, quocirca etiam raphanus marinus & petroſelinum in uſum veniebant. Pro Potu, usque dum urina rurſus naturaliter excernebatur ſeq. Decoctum ordinatum fuit. ℞. *Herb.* *Potus ord.* *agrimon. Mj. Rad. liquir. rec.* ʒij. *petroſel.* ʒß. *M. & conciſ. coq. cum 2. menſur. aq. font. ad* ʒtias *in Colatur. diſſolv. Mell. deſpum. cochlear. unum.* Poſtea vero tale Decoctum bibit. ℞. *Scob. Lign. ſaſſafr.* ʒvj. *Guajac.* ʒß. *Rad. chin.* ʒij. *Herb. agrimon. Mß. Liquir. rec.* ʒß. *fic. num. v. paſſul. min.* ʒiß. *bacc. juniper.* ʒß. *Sem. anis. fœnic. ana* ʒß. *M. & conciſ. coq. cum duabus Menſuris aq. font. ad tertias.* Quies motui anteferebatur; ſomnus erat moderatus. Alvi ſegnitiei ſeqq. remediis ſuccurrebatur. ℞. *Brod.* *Brod. laxat.* *Cibeb. laxat.* ʒiß. *aq. Ceraſ. nigr.* ʒvj. *M. pro doſi unâ.* Et, ℞. *Crem.* ♀. ʒvj. *Pulv. laxat.* *diagryd. corr.* ʒß. *M. f. pulvis, de quo unâ vice, neceſſitate poſtulante in brodio carnis, quantum cultri cuſpide capi poteſt, aſſumatur.* Vel decocto aut infuſione foliorum ſenæ alvus obſtructa moveatur. Tandem etiam animus ad benè ſperandum tam à me, quam ab adſtantibus fuit excitatus, Quibus adhibitis remediis, & obſervatâ bonâ Diætâ præfatus Patiens, Diâ favente gratiâ priſtinam bonam valetudinem recuperavit, quâ ex voto fruitur, ſuoque officio in hunc usque diem fungitur.

CONSILIUM MED. LXXXVIII.

Cachexia cum hydrope incipiente, feliciter curata.

Morbus.

ANno 1687. Menſe Majo, Matrona quædam antiquâ generis nobilitate illuſtris, ultra triginta annos habens, temperamenti frigidi & humidi, habi-

habitus corporis crassi, insigni pedum tumore laboravit, ac de asthmate cum tussicula conquesta est, quocirca etiam abdomen valdè crassum ac protuberans cernebatur, quamvis adhuc in ædibus obambulare, atque sua negotia, non tamen sine impedimento perficere potuerit. Hunc affectum, in Consilium vocatus, Cachexiæ ac Hydropis incipientis nomine insignire nullus dubitavi.

Resolutio.

Definitio. HYdrops autem generaliter consideratus est tumor corporis vel partis ejus, ob humoris serosi & aquosi, vel flatus collectionem obortus; secundum Recentiores, est Morbus à sero vel pituita extra sua vasa effusis, ac in loco tumefacto collectis, proveniens. Cum enim humor copiosus vel serosus vel pituitosus stagnans in vasis lymphaticis & lacteis continetur, ibidemque obstructionem causatur, tum dictorum vasorum distensio, ac insequens continui solutio vel ruptio fit, hinc deinceps tales viscidi serosique redundantes humores à dictis partibus mandantibus ad recipientes ablegantur, tumorque ædematosus in illis excitatur,

Signa Signis opus non est, cum tumor partis affectæ visum non subterfugiat.

Quoties autem vasorum lacteorum vel lymphaticorum prius obstructorum ac distensorum, deinceps verò ruptorum ratione legitimæ Curationis habenda erit ratio, toties requiritur, ut aqua loco peccans removeatur, vasa autem rupta consolidentur, & obstructio reseratur.

Curatio. Ego, in hujus Subjecti Curatione consultum duxi, ut 1. Humores vitiosi è toto corpore expurgentur. 2. Obstructio vasorum per aperientia reseratur. 3. Viscera principaliora roborentur. 4. Tumor pedum per discutientia resolvatur. Et 5. Conveniens Diæta observetur.

In quem finem seqq. Remediorum formulas præscripsi. 1. Ad serosos & pituitosos humores è toto corpore expurgandos. ℞. *Syr. laxat.* *Syr. d. Cichor. c. Rhabarb. diaser. Andernac. ana* ℥iß. *Pulv. rad. gialapp.* ʒij. *Spir. nitr.* ℈j. *M. d. ad fictile. De quo Syrupo singulis diebus mane jejuno stomacho unum cochleare post præmissam agitationem capiatur, ac per tres horas à cibo abstineatur.* Hinc, ℞. *Herb. absynth. Card. bened. Centaur. min. hepat.*

Apozema.

pat. nob. Cuſcut. Eupator. agrimon. Capill. ♀. Veron. ana pj. Rad. ς aper. maj. ana ʒj. Calam. arom. garyophyllat. ana ʒij. Cort. tamariſc. med. fraxin. Bacc. laur. juniper. ana ʒj. Rhab. ver. ʒiij. fol. ſen. Alex. ſ. ſt. ʒj. Gialapp. Agar. troch. Turpeth. el. Polypod. qu. ana ʒij. Cinnammom opt. ʒj. Macis. ℈j. Crem. ♀. ʒij. Sem. anis. fœnic. ana ʒß. chalyb. c. ♁. præp. ʒß. M. & conciſ. f. Nodulus cum vini alb. odorif. ℔vj. infundendus, de quibus ſingulis diebus manè jejuno ſtomacho. ʒv. ebibantur. Et, quoties poſt horum uſum alvus p. n. clauſa deprehendebatur, ad illam reſerandam, & reliquias materiæ peccantis exterminandas, de ſeqq. Morſulis laxativis unus jejuno ſtomacho aſſumptus eſt. ℞. *Pulv. rad. Jalapp. ʒij. Spec. Imperator. craſſiuſculè conciſ. flaved. Cortic. Citr. rec. minutiſſ. conciſ. ana ʒj. ſacch. albiſſ. aq. roſar. ſolut. ʒij. M. f. l. a. Morſuli num. 8 æqualis magnitudinis.* *Morſul. laxat.*

2. Ad obſtructionem vaſorum, præſertim lymphaticorum & lacteorum reſerandam talia remedia adhibita fuêre. ℞. *CC. volatil. ♁is ♀ri volatil. ana gr. vj. M. & hoc mod. dentur doſes tres ad vitra benè clauſa, de quibus ſingulo mane tribus horis ante prandium una in brodio carnis ſumatur.* *Pulv. aperit.* Hinc tali pulvere digeſtivo & aperitivo uſa eſt, ℞. *Crem. ♀. Cryſtall. ♀. ana ʒij. Spir. ♁. coagulat. ſalis tamariſc. fraxin. juniper ana ʒß. Ol. macis ℈ß. M. f. pulv. ſubtil. d. ad ſcatulam, de quo ſingulis diebus unâ hora ante prandium & veſperi ante cœnam quantum cuſpide cultri capi poteſt, in brodio carnis capiatur.* *Pulv. digeſt.*

3. Ad Viſcerum principalium roborationem, ℞. *Spec. diarrhod. Abb. diatrionſant. ana ʒß. diagalang. diazingib. ana ℈j. Cinnam. opt. ʒij. Nuc. moſch. ʒj. Macis, Garyophyllor. ana ℈ß. ſacch. albiſſ. ʒiij. fol. ☉. num. j. M. f. Tragea. cujus cochlearis minoris quantitas quotidiè poſt ſumptum cibum vel per ſe, vel cum vino & pane ſaccharato bi; cocto ſumatur.* *Tragea confort.*

4. Externè, ad tumorem pedum reſolvendum atque diſcutiendum, Aqua calcis vivæ cum linteis triplicatis de die aliquoties applicata fuit, quæ ſic paratur. Sumitur fruſtulum calcis vivæ ad quantitatem nucis juglandis, & in aquam ferventem immittitur, donec diſſolvatur, quo facto, calx cum aqua agitatur, & poſtea ſponte reſidere ſinitur, hinc clarior aqua per inclinationem in aliud vas transfunditur, in qua ſpongia nova & quæ nitroſæ adhuc qualitatis particeps, exprimitur, calideq; parti affectæ ſuperligatur. Notandum verò quod pars oleo amygdalarum dulcium, vel axungiâ porcinâ veteri debeat inungi, ne calx in aqua reſidua partem erodere vel mordicare poſſit. *Aq. calc. viv.*

Et, ad reliquias humorum reſolvendas. ℞. *Lixiv. ex cinerib. ſarmentor. vitis mediocr. ℔j. Nitr. ʒiß. ſal. communis ʒj. acet. vin. opt. ℥j. f. mixtura cum triplici ſplenio ter de die calidè applicanda.* Et, ne pedes ulterius *Lixiv. diſcut.*

Ligatura. rius humores è corpore affluentes imbibant atque recipiant, illi faſciæ longioris, (Germ. Rollbinden) arctiori circumvolutione & ligaturâ, à calce ſurſum aſcendendo, muniti fuerunt.

Diæta. Quod tandem ꝛ. Diætam concernit, Aer erat ad calidum inclinans. Cibi coctu faciles, aromatibus conditi, carnes magis aſſæ quam elixæ, &c. Potus in menſa vinum album Nicarinum, vel per ſe, vel ſeq. aquâ permixtum. *Pulv. groſſ. pro pot. ord.* ℞. *Scob. Lign. ſaſſafr. Rad. chin. ana* ʒß. *Cinnam. opt.* ʒij. *Sem. anis.* ʒj. *CC. præp. Ocul.* ♋. *præp. ana* ʒiß. *M. f. pulvis groſſus, de quo cochleare unum menſuræ aquæ fervidæ injiciatur, & mox contegatur.* Motus erat moderatus. Somnus modicus. Alvus vel naturaliter vel artificialiter aperta. Animique fortiores motus coercebantur. Quibus remediis, obſervatâque bonâ Diætâ, dicta Patiens per Dei gratiam feliciter reſtituta fuit.

CONSILIUM MED. LXXXIX.

Oculorum Caligo cœcitatem minitans, per adhibita remedia & ſubſequens puerperium, evaneſcens.

ANno 1685. Georgii Bickereiſin, Curſoris Weilingenſis Conjux, triginta circiter annorum, temperamenti melancholici, ac tum temporis gravida, poſtquam ingentes capitis dolores, cum vertigine perpeſſa fuiſſet, tanta oculorum caligine correpta eſt, ut nil viſu cognoſcere neque diſcernere potuerit, & minimæ ſaltem quaſi ſcintillulæ luminis remanſerint.

HÆc peregrè tranſeuntis cujusdam Ophtalmici Conſilium & auxilium imploravit, qui inſpectis oculis triginta florenorũ ad coemenda pretioſa remedia (ſi credere fas eſt) pro arrhâ petiit, quam pecuniam etiam certò accepiſſet, niſi ego tum temporis eo loci appuliſſem, atque in Conſilium vocatus, hunc affectum neque ab ungue oculi, neque à catarrhacta, ſed à retentione menſtruorum, ac vapo-

ribus

ribus craſſis atrabilariis ac uterinis, à partibus ſubjectis ac inquinatâ maſſâ ſanguineâ ſurſum in caput elevatis, ibidemque Spiritus opticos, humoremque oculorum vitreum & cryſtallinum obfuſcantibus provenire deprehendiſſem, ac dictam Patientem ad uſum alicujus remedii deobſtruentis ac corroborantis adhortatus eſſem, ad ſubſequentemque partum benè ſperare juſſiſſem.

Ad viſum itaque roborandum atque caliginoſos fuligines diſcutiendas ſeq. remediis uſa eſt. ℞. *Viſci querc. Rad. pœon. Valerian. Eryngii ana ʒiij. Herb. beton. Roſmar. ſalv. flor. pœon. cheiri ana pj. Sem. pœoniæ, fœnic. ana ʒj. Macis ʒß. Cubeb. Cardamom. ana ℈j. ſal. juniper. ʒij. M. & conciſ. includ. ſaccul. ex ſyndon. rubr. ſuperfundendo aq. fervent. quartar. iij. & vini albi ſimul cum aquâ mixti Menſur. iß. Sumatur in primâ menſâ quartarium dimidium.* Et, ℞. *Rad. pœon. ʒß. valerian. ʒiij. Sem pœon. ʒij. fœnic. ʒj. ♃is Euphraſ. ziß. CC. philoſ. præp. Ungul. alcis præp. ana ʒj. ♀. cum chalyb. præp. ʒij. ♂ ii diaphoret. ziß. Cinnab. nativ. ʒj. Cryſtall. præp. ʒiij. Man. chr. perlat. ʒiß. M. f. pulv. Doſ. M. & V. ʒj. vel per ſe, vel in convenienti vehiculo.* Externè, pro amuleto ſeq. ſacculum in ſcapularum interſtitio geſſit. ℞. *Rad. Valerian. ʒij. cichor. alb. Oſtrut. ana ʒj. Succin. citrin. groſſ. mod. pulveris. ℈ij. M. f. cum Syndone rubro amuletum collo appendendum.*

Poto.

Pulv.

Amuletum.

De reliquo, à cibis vaporoſis, ſalſis, acribus, coctu difficilibus, utpote leguminibus, cœpis, rapis, &c. abſtinuit, animique fortiores motus refrenavit, quô facto, melius habuit, & poſt enixum fœtum viſum per Dei gratiam recuperavit, quo etiam in hunc usque diem fruitur.

CONSILIUM MED. XC.

Calculus veſicæ ſine inciſione extractus.

Morbus.

ANno 1689. Menſe Septembri, Joh. Jacobi Würmſii, militis cujusdam Ulmenſis filiola duos cum dimidio annos habens, per quadrans anni, & quod excurrit ex calculo veſicæ, ejus-

dem collum fæpius occludente, urinæque excretionem impediente, ingentes dolores die noctuque torquentes, nulloque adhibito remedio cedentes, fenfit ; Quapropter ipfius Parentes mali hujus ablationem anxiè defiderantes, Ampliffimi Magiftratus opem & auxilium in ferendis & largiendis fumptibus implorarunt, quô factum eft, ut mihi ac duobus chirurgis ad tales affectus conftitutis ac falariatis Patientis hujus Curatio demandaretur, quam etiam prævia per ftylum exploratione ac præfentis calculi deprehenfione, fequenti modo aggreffi fumus.

Curatio.

ET quidem primò omnium ad corpus præparandum & faburram vitioforum ac verminoforum humorum, quibus inteftina fcatebant, expurgandam talem potiunculam haufit. ℞. *Pulv. rad. Jalapp.* ℈j. *Syr. rof. fol.* ℥ß. *Aq. flor. acac.* ℥vj. *M. ex cujus ufu aliquoties dejecit.* *Pot. purg.*

Hinc per aliquot dies balneo ex feqq. herbis parato ufa eft. ℞. *Herb. 5. emoll. ana Mij. Naſturt. aquat. flor. chamomill. ana Mij. Rad. alth. lil. alb. ana* ℥iß. *Sem. lini. fœnugr. ana* ℈j. *M.* *Balneum.*

Poft Balneum infimus venter ac pudenda oleis chamomillæ, lumbricor. verbafc. ac anethi invicem mixtis calidè inuncta fuere. *Ol. anodyn.*

Corpore itaque dicto modo ad extractionem calculi præparato, die 13. Septembris manualis operationis negotium per Georgium Riedlinum, & Joh. Jacobum Burrauſium aggreſſum eſt, ubi oleo amygdalarum dulcium per ſyphonem in veſicam ad lubricandam viam prius injecto, ſpeculo veſicæ ejusdem collum, (ut inſtrumentis idoneis ad eximendum calculum via pateret) ampliatum, digito indice ac medio in ani cavitatem intruſo calculus verſus veſicæ collum depreſſus, unco exceptore, cochlearis minoris incurvati, ac in cavitate aſperi formam habente apprehenſus ac extractus eſt. Hoc facto, infimi ventris regio ſupradictis oleis inuncta, ac pudendum cum perinæo ſpleniis vino albo madidis & expreſſis calidè deligatum fuit.

Inter operandum dicta patiens ſeqq. aquis cordialibus ac odoriferis refecta eſt. ℞. *Aq. 4. Cord. ana* ℥ß. *confort. offic. perlat.* ℥ij. *Cinnam. buglofſ* ℥ij. *Coralt. rubr. præp.* ℈iß. *Julap. roſ.* ℥vj. *f. mixtura cochleatim ſumenda* *Aq confort.*

da. Et, ℞. *Aq. odorif. Fuchs. rosar. fragrantiss. ana.* ʒvj. *acet. moror. rub. Aq. odorif; Idæi ana* ʒij. *M. pro narium illinitione.*

Pro potu ordinario tales species duabus aquæ mensuris incoquendæ ordinatæ fuerunt. ℞. *CC. ust.* ʒß. *Hord. integr.* ʒiß. *herb. agrimon. Veron. pilosell. ana pj. fic. num v. liquir.* ʒß. *passul. min.* ʒiß. *sem. 4. frig. maj. ana* ʒj. *anis. fœnic. ana* ʒß. *M. & concis. d. ad chart.* *Spec. pro pot. ord.*

Ad ani exitum talia remedia adhibita fuêre. ℞. *Ung. de linaria* ʒj. *Lap. Calamin. præp. Lytharg. ana* ℈iiij. *Cum Ol. ros. q. s. f. l. a. Unguentum, quo pars affecta calidè inungatur.* Et, ℞. *Myrrh. el. Mastic. CC. ust. ana* ʒij. *M. f. pulv. parti affectæ inspergendus.* *Ung. ad ani exitum.* *Pulv. inspergend.*

Tenesmo, præter Clysteres abstergentes seq. suppositorium medetur. ℞. *Sevi Cervin.* ʒij. *Tut. præp.* ℈j. *Opii Thebaic. gr. ij. M. f. suppositor.* Resina alba (Germ. Kübel-Hartz) prunis injecta, ac fumus ano aliquoties exceptus, inane dejiciendi desiderium, seu Tenesmum corrigit. *Suppositor. contra Tenesmum.* *Fumus ex Resinâ alb. ano excepto.*

Et sic præfata patiens per Dei gratiam à dicto calculo quidem feliciter liberata, sed postea, accedente Diarrhœâ symptomaticâ biliosâ, die 1. Octob. horâ prima matutinâ ex hâc mortalitate ad Jubilæa cœlestia emigravit.

CONSILIUM MED. XCI.

Natta è dextræ mammæ papilla, funiculo alligata, instar Uvæ dependens.

Casus.

MUlier quædam Ulmensis, quinquaginta circiter annorum, massam quandam conglomeratam glandulosam funiculo digitum longo alligatam, ac è papilla dextræ mammæ dependentem, & secundum externam faciem uvam repræsentantem mihi monstravit, quæ præteritis annis, quoties menstruorum tempus imminebat, grandior ac intumefacta cernebatur,

ſimulque dolores cauſabatur, quam ob cauſam patiens, ut ab hoc onere liberaretur, quodam tempore filo eam arctè conſtrinxit, ſed ob inſecutum aſthma & ſuffocationis periculum protinus filum ſolvere coacta fuit, & poſtea amputandam ſeu reſecandam ſibi propoſuit, niſi à cujusdam Lithotomi & chirurgi practici diſuaſione detenta fuiſſet; Quam abſciſſionem & ego, ob formidinem peſſimorum ingruentium ſymptomatum ac forſan inſecuturæ mortis diſuaſi.

Reſolutio.

HIc affectus ſynonymicè dicitur Nata, Natta, Naſa, Naſda, Napta, quod omne excreſcentiam magnam carnoſam, diverſæ quidem magnitudinis, ſed dolore carentem, ſignificant. Vid. Guido, Foreſtus lib. 3. Chir. Obſ. 7. Schol. Rul. Dorneus & alii. Parac. ſcripſit, quod ſit incrementum præternaturale partibus diverſis corporis adnaſcens, qui etiam errorem naturæ vocat. Hinc tot ſpecies Nattæ conſtituit, quot partium ſolidarum differentiæ reperiuntur, verbi gratia, carnoſam, glanduloſam, cartilagineam, ligamentoſam, &c. l. de Ulcerib. & Apoſtem. c. 12. & alio lib. ejusd. tituli, c. 51. Deducit verò à ſucco nutritio illius partis aberrante, ibidemque collecto.

Paracelſi ſententia.

CONSILIUM MED. XCII.

Nasda glanduloſa in inteſtino recto prognata periculoſam hæmorrhagiam excitans.

ANno 1678. Menſe Auguſto Civis quidam Ulmenſis mihi optimè notus ac quondam amicus ſingularis, (cujus memoria jam ſit in benedictione) magnam excreſcentiam glanduloſam

in

in inteſtino recto, venis ac arteriis hæmorrhoidalibus adhærentem ſenſit, quæ tandem à natura ſeparata, Unciarum quatuor cum dimidia pondus ſuperavit, quam ingens ac periculoſiſſima hæmorrhagia periodica, cum totius corporis atrophia viriumque lapſu, creberrimisque lipothymiis inſecuta eſt, ita ut omnes de ipſius vita & reconvaleſcentia deſperarint. Hic patiens tanta debilitate ex inopia Spirituum vitalium cum ſanguine profuſorum laborabat, ut ſi quis fortiori greſſu ad illum appropinquabat, ille ſtatim ex copioſioris aeris commoti in ſemetipſum alliſione & impulſu, cui ferendo non par erat, ſuffocationis periculum incurrebat, ex quâ cauſa omnes ad eum venientes de leniori greſſu ac inceſſu adhortabatur.

Curatio.

HIc Patiens præter omnium ſpem ſeqq. Remediis ſtegnoticis, adſtringentibus, Cordialibus, analepticis ac inſtaurativis, obſervatâque bonâ ac laudabili diætâ feliciter reſtitutus fuit. ℞. *Myrobol. Citrin.* ʒij. *Rhab. el.* ʒj. *Spec. diarrhod. Abb.* ℈j. *Conciſ. infund. cum aq. plantag.* ℥iiiß. *per noctem, in Colatur. diſſolv. Syr. roſ. ſolut. aur.* ʒvj. *f. potio.* *Potio laxat.*

Ad ſanguinis profluvium in inteſtino recto compeſcendum ſequentes adſtringentes Clyſteres applicati fuêre. ℞. *Herb. plantag. Mj. fol. querc. Mß. ſem. plantag. ſumach. ana* ʒij. *Rad. tormentill.* ʒiij. *conciſ. & conquaſſat. coq. cum aq. hordei chalybeata q.ſ. in Colatur.* ℥iiij. *diſſolv. ſev. Cervin.* ʒvj. *Ol. Verbaſc.* ℥ß. *Vitell. ov. num. j. pill. d. Cynogloſſ.* ℈iß. *M. f. Clyſter.* *Clyſteres adſtring.*

Item, ℞. *Flor. Ros. rubr. Mj. conciſ. coq. cum cremoris hordei* ℔j. *in colatur. diſſolv. Theriac. Andron. rec.* ʒij. *vitell. ov. num j. f. Clyſter.* *Clyſter.*

Et, ℞. *Santal. rubr. Granor. Kerm. ana* ʒß. *flor. roſ. rubr. Mß. conciſ. coq. cum Cremor. hord.* ℔j. *in Colatur. diſſolv. ſacch. roſat. tabulat.* ʒj. *confect. de hyacint.* ʒß. *vitell. ov. num. 2. f. Clyſter. pro duabus vicibus.* *Clyſt.*

Ut &, ℞. *Flor. roſ. rubr. verbaſc. hyperic. ana Miß. herb. agrimon. plantag. ana Mj. Sem. plantag.* ʒj. *ſumach.* ʒij. *conciſ. & conquaſſat. coq. cum lactis vaccini* ℔j. *ad medietatis conſumptionem, in Colatur. diſſolv. Sevi hircini, Ol. Cydon. ana* ℥j. *vitell. ov. j. albi græc.* ʒj. *f. Clyſter.* *Clyſt.*

Stegno-

Pot. adstr. cordial. Stegnotica verò seu sanguinem sistentia per os sumpta fuerunt talia. ℞. *Lapid. Chrysolit. præp. gr. xv. Conf. Alk. incompl.* ℈ij. *Syr. rib.* ʒiij. *aq. Ceras. nigr. plantag. ana* ℥ß. *M. f. pot.*

Puls. adstr. & cordial. It. ℞. *Unicorn. Grönlandic.* ℈j. *Lap. Carneol. præp. Smaragd. præp. Bezard. or. ana* ℈ß. *M. f. pulvis Cordialis.*

Talibus etiam Electuariis roborantibus atque stypticis dictus noster Patiens magno cum levamine usus est. ℞. *Conserv. rosar. rubr. veter. Rob de Cornis ana* ℥j. *pulv. rad. tormentill.* ʒij. *Croc.* ♂. *adstr.* ʒj. *cum Syr. è ros. siccis. q. s. fiat. Electuarium molle.* Item, ℞. *Rob. de Corn.* ij. *Confect. de hyacinth.* ʒij. *pulv. rad. tormentill.* ʒiß. *Nuc. mosch.* ℈iß. *cum Syrup. Myrtin. f. Electuarium.* It. ℞. *Conserv. ros. rubr. veter. Myv. Cydon. pulp. passul. ana* ℥j. *Diascord. Fracastor.* ℥ß. *Spec. diatrionsant.* ʒiß. *CC. ust.* ʒj. *Croc.* ♂. *adstr.* ℈ij. *cum Syr. Cydon. & myrtin. ana q. s. f. Elect. robor. stypticum.* Item, ℞. *Cons. ros. rubr.* ℥j. *Rob. de Corn. rib. ana* ℥ß. *Condit. Cydon. Myrobol. Citrin. condit. ana* ʒiij. *Spec. aromat. rosat. Ebor. sine igne calcinat. ana* ℥j. *cum Syrup. Cydon. q. s. fiat Electuar.* Et, ℞. *Cons. ros. rubr.* ℥ij. *pulv. sem. rosar. acetos. plantag. portulac. ana* ℈j. *Gumm. Arabic. tragacanth. ana* ℈iß. *Corall. rubr. præp. CC. ust. ana* ʒj. *cum Syrup. Cydon. q. s. fiat Electuar. molle.*

Pro alterante, refrigerante, confortante ac simul adstringente Remedio seqq. etiam Emulsionibus usus est. ℞. *Amygd. dulc. rec.* ℥ß. *Sem. melon. excort.* ʒij. *aq. plantag. fol. querc. semperviv. ana* ℥j. *f. l. a. Emulsio. add. Magist. dentis Hippopotami, sangu. Dracon. ana gr. xv. pulv. adstring. Gal. gr. vij. Syrup. portulac.* ℥ß. *M.*

Emulsiones alterant. & confort.

Alia Emulsio. Et, ℞. *Amygd. dulc. exc.* ℥ß. *Sem. papav. alb.* ℥j. *aq. Ceras. nigr. tormentill. ana* ℥iiß. *aq. Capon. compos.* ℥j. *Cinnam. Cydon.* ʒiij. *M. f. l. a. Emulsio, in qua dissolv. Lap. Carneol. præp. Smaragd. præp. ana* ℈ß. *sacch. perlar.* ʒij. *M. pro dosi unâ ad noctem.*

Emulsio, ad simil. usum. Et, ℞. *Amygd. dulc.* ℥j. *Conserv. ros. rubr.* ʒvj. *Decoct. Lign. Lentiscin.* ℥xij. *f. Emulsio, add. Aq. Cinnam. Cydoniat.* ℥ß. *M.*

Aq. confort. Ut & tales aquæ potionesque Cordiales ac confortantes. ℞. *Aq. borrag. bugloss. ana* ℥iß. *Cordial. temperat.* ℥ß. *Cinnam. Cydon.* ʒij. *Spec. de gemmis frig.* ʒj. *Confect. Alkerm. inc.* ʒiß. *Syrup. granat. dulc.* ℥ß. *M.* Et,

Potio cordialis. Alia. ℞. *Theriac. cœlest. gr. iij. Lap. Bezoard. Or. gr. iiij. Chrysolit. præp. gr. vj. Conf. Alk. inc.* ℈j. *Syr. granat. dulc.* ʒij. *aq. Cinnam. Cydon.* ʒj. *M. f. pot. confortans.*

Spec. pro pot ord. Pro potu Ordinario, ℞. *Rad. pimpinell. pentaphyll. tormentill. ana* ℥ß, *scorzoner.* ʒvj. *filipendul.* ℥ß. *Cichor.* ℥ij. *fol. ros. plantag. cichor. pimpinell. acetos. ana* Mß. *sem. 4. frig. maj. portulac. ana* ʒij. *coq. in decoct. hord.*

Mensur.

Menſur. 2. in Colatur. diſſolv. ſyrup. granat. dulc. ℥iij. arantior. acid. ℥j. Spir. ℧. parum.

Et, ℞. *Maſtic. elect. ℥ij. coq. cum aq. font. Menſurâ unâ in ollâ benè te-* Et
ctâ, ſub finem adde Cinnamom. integr. minut. confract ℥ij. flaved. Cort. Citr. rec. q. ſ. pro. aromatiſatione. Et, ℞. *Vin Cydon. ℥ij. Syr. Cydon. ℥ß. Aq. Cin-* *Julapium.*
nam. Cydon. ℥ij. M. pro Julapio, ſæpius reiterando.

Externè, ad ani hæmorrhagiam refrenandam tale Unguentum fuit uſurpatum. ℞. *Lap. Calamin. præp. ℥iß. Rad. ſcrophular. ℥j. Croc.* *Unguentum pro ano illinend*
℧. adſtr. ℈iß. M. & cum mucilag. tragacanth. f. Unguent.

Tandem, verò, viribus jam iterum conſtantibus tale vinum medicatum bibit. ℞. *Herb. abſynth. Mx. Card. bened. Mvj. ſcolopendr.* *Vin. medicat.*
agrimon. Centaur. min. ana Mij. Rad. Enul. ℥iiij. Cichor. ℥ij. Cortic. Citr. arantior. ana ℥ß. Inciſ. & contuſ. M. pro vin. medicat. aliquot. Menſuris conficiendis. A quibus dictis Remediis præfatus patiens priſtinam ſuam bonam valetudinem recepit, ac per aliquot ſequentes annos in exoptato ſanitatis ſtatu vitam ſuam tranſegit.

CONSILUM MED. XCIII.

Ebullitio ac effervescentia ſanguinis ſcorbutici cum maculis in toto corpore copiosè erumpentibus, accedente hæmorrhagia variarum partium, lethalis.

Morbus.

ANno 1690. die 12. Martii, Virgo quædam honeſtiſſima, octodecim annorum; derepentè ac ex improviſo, nullo prius incommodo antecedente, totius corporis membrorumque laſſitudine, variisque illicò maculis livido-purpureis in toto corpore uberrimè erumpentibus, nummique magnitudinem plus minusve æquantibus, cum inſequente ſanguinis ponè aures, è gingivis, oculorum canthis majoribus, dentiumq;

acetabulis profluvio, correpta fuit: Quod profluvium paulò poſt, ob ὀργασμὸν, ſeu ſanguinis humorumque turgeſcentiam, impetuoſiſſima narium hæmorrhagia, cum virium proſtratione, pulſu celeri ac debili, ſiti, ac calore præternaturali excepit, ad quod malum atque ſymptomata compeſcenda, ſequentia remediorum præſidia adhibita fuêre.

Curatio.

ET quidem primò ad acredinem ſcorbuticam totius maſſæ ſanguineæ corrigendam Patiens ſtatim in principio talem potiunculam
Pot. laxat. melanagogam hauſit. ℞. Elect. diacathol. Confect. Hamech, ana ʒiij. Crem. ♃. ℈j. Diagryd. corr. gr. v. aq. borrag. ʒij. M. f. potio una vice haurienda, eâ cujus remedii uſu aliquoties dejecit. Poſt hanc, ad ſanguinem ſcorbuticum alterandum, de ſeq. ſacculo, tribus quar-
Sacculus. tariis ſeri lactis caprini incoquendo, quotidie ʒv. bibit. ℞. Herb. cochlear. beccabung. naſturt. acetoſ. plantag. ana pj. Radic. Cichor. ʒß. Rhabarb. ver. ʒiij. fol. ſen. el. ſ. ſt. ʒvj. polypod. qu. ʒij. Cinnam. ʒj. ſem. 4. frig. maj. ana ʒß. M. & conciſ. f. cum ſyndon. alb. nodulus.
Oris collutio. A quorum remediorum uſu, ut ipſi videbatur, melius habuit. Quocirca etiam ad ſanguinem è gingivis prorumpentem coercendum, ſalis nitri ac aluminis crudi ana partes æquales in aqua fontana diſſolutas, mediante crebriori oris collutione adhibuit, ac poſtliminio ſeq.
Mixtura. mixturâ gingivas illinivit. ℞. Mell. roſ. col. ʒiß. pulv. rubric. fabril. Bol. armen. præp. ana ʒß. pulv. alum. roch. ℈j. M. quibus mediantibus ſanguinis è gingivis ſtillicidium aliqualiter refrenatum fuit. Hinc, ad narium hæmorrhagiam compeſcendam ſeqq. remedia ſucceſſivè
Aq. ſtegnotica. tàm internè, quam externè applicata fuêre. Internè, ℞. Aq. plantag. fol. querc. burſ. paſtor. Centinod. ana ʒiß. Lap. hæmatit. præp. Corall. rubr. præp. Carneol. præp. hyacinth. præp. ana ℈j. Sperniol. Croll. ℈ß. Syr. Corallor. papav. err. ana ʒß. M. Doſ. cochl. j. vel alterum, repetitis vicibus propinandum.

Potio ſtegnot. Item, ℞. Sperniol. Croll. gr. v. Croc. ♂. adſtring. ℈j. Syr. Corall. ʒß. aq. plantag. ʒj. M. f. potiuncula una vice ſumenda. Cavitati narium lanugo Cydoniis adhærens indita, nuchæ autem ac cervici pulvis adſtringens Galeni cum albumine ovi conquaſſato mixtus, fuit applicatus; quibus remediis narium hæmorrhagia cohibita ac refre-

nata

nata fuit. Et quia calor totius corporis præternaturalis intenſus cum ſiti tantalea accedebat, ad utrumque alterandum ac tollendum hiſce remediis ſubventum eſt. ℞. Sem. 4. frig. maj. ana ʒß. papav. alb. ʒj. amygd. dulc. excort. ʒij. aq. plantag. burſ. paſtor. centinod. ana ℥j. M. f. Emulſio, in Colatur. diſſolv. Corall. rubr. præp. ℈ij. nitri tabulati gr. xij. ſacch. perlat. ʒij. M. pro doſi una. *Emulſ. refrig.* Externè, quia caput ſimul dolebat, fronti atque temporibus ſequentia Unguenta atque Epithemata adhibita fuerunt. ℞. Ung. alabaſtrin. ʒiß. roſat. populeon. ana ℥ß. Opii Thebaic. gr. v. Ol. papav. alb. ʒj. M. *Frontale.* Et, ℞. Sem. 4. frig. maj. ana ʒj. papav. alb. ℈ij. Nucl. perſicor. ʒij. aq. plantag. ʒiiij. M. f. Emulſio, in colatur. diſſolv. Camphor. in acet. roſar. diſſol. Croc. Or. ana gr. v. M. f. Epithema cum intinctis linteis fronti atque temporibus adhibendum. *Epithema.*

Vertici & temporibus oleum papaveris albi quoque fuit inunctum.

Pro ſtomacho nauſeabundo roborando. ℞. Empl. de cruſt. panis, ʒß. de Tacamahac. ʒij. M. & malax. c. Ol. maſtichino, fiatque Emplaſtrum regioni ventriculi applicandum. Et, ℞. Theriac. cœleſt. gr. iiij. Magiſter. Corall. gr. iij. M. f. pill. num. v. unâ vice deglutiendæ. *Empl. ſtomach. Pill. cordial. & ſtomach.*

Ad vires proſtratas refocillandas; ℞. Aq. confort. Officin. perlat. Cordial. temperat. borrag. bugloſſ. ana ℥j. Cinnam. cydoniat. ʒij. Corall. rubr. præp. Margarit. præp. ana ℈j. Confect. Alkerm. incompl. ʒß. Syr. granator. ʒß. Man. Chriſt. perlat. ʒij. M. Item, ℞. Aq. confort. Offic. perlat. ℥ij. Cinnam. Cydoniat. ʒij. Cordial. frig. Mynſ. ℥j. Conf. Alk. incompl. ℈j. Corall. rubr. præp. Margar. præp. ana ℈ß. Syr. acetos. Citr. ʒß. Man. Chr. perlat. ʒiß. M. Et, in ſumma virium debilitate. ℞. Lap. Bezoard. Or. gr. iij. Corall. rubr. præp. Margarit. præp. ana gr. v. Syr. acetos. Citr. ʒß. aq. confort. Offic. perlat. ℥j. M. pro doſi unâ. Naribus aqua ſeq. odorifera cum linteolis vel pluma fuit illita. ℞. Aq. odorif. Fuchſ. roſar. fragrantiſſ. ana ʒß. acet. rub. Id. ʒij. M. *Aq. confort. Aq. odorif.*

Pro potu ordinario decoctum Ligni ſaſſafras & radic. chinæ cum CC. præp. & pauco Cinnamomo; nec non Julapia ex Syrupo granator. Citri. Cydonior papav. err. parata; nec non aq. fontan. cum ſequenti pulvere mixtam hauſit ℞. Sal. nitr. præp. CC. præp. ana ʒß. ſacch. albiſſ. ℥j. M. f. pulvis cum unâ menſurâ aq. fontan. optimè permiſcendus. Reliqua Diæta fuit morbo profligando conveniens. Deus verò, qui omnia ſecundum ſuam voluntatem ac beneplacitum diſponit, prædictam patientem die 18. Martii, hora nonâ *Pot ordin. Potus refrig.*

vespertinâ ex hoc miseriarum valle ad Jubilæa cœlestia avocavit, ubi nunc æterna felicitate cum omnibus cœlicolis fruitur, cujus memoria sit in benedictione.

CONSILIUM MED. XCIV.

Arthritis vaga scorbutica.

Casus.

ANno 1690. Generosus quidam Baro & Magister Equitum me vocavit, ac de hinc inde in toto corpore, brachiis, manibus & pedibus oberrantibus doloribus, imbecillitate membrorum, aliisque molestiis conquestus est, meumque consilium & auxilium imploravit.

Resolutio.

Morbi Definitio cum Causa. & Signis.

HIc affectus nil aliud est, quam arthritis vaga scorbutica, à lympha acriori & sale volatili scorbutico, partim à Dn. Parente in prima statim generatione, partim à vitiis in diæta commissis concepto, partes tendinosas, ligamentosas, membranosas ac nervosas vellicante, proveniens, quodipsum dolores vagi, cervicem, juncturasque brachiorum, manuum, lumborum, genuum & pedum infestante satis superque denotant atque testantur. Huic affectui ante aliquod tempus nephriticus dolor, cum dispositione ad morbum gallicum conjunctus erat, cui tum temporis per appropriata remedia subventum est. Dictum verò arthriticum morbum simul etiam cacochymia viscerumque principaliorum intemperies concomitatur, quod dejectus appetitus, leucophlegmatia, luridusque faciei color, pedum atrophia, aliaque hujuscemodi indicia designant, quæ, nisi legitimis remediorum præsidiis tollatur, arthritico malo remederi non potest.

Prognosis.

Hic affectus, quia malum hæreditarium & simul radicatum est, Herculeo etiam labore difficulter ex fundamento curabitur, quapropter eò solummodo intendendum est, ut per accommodata remedia observatamque bonam diætam crebrioribus accedentibus paroxysmis

xysmis manibus auxiliatricibus obviam eatur, corpus ab impuritatibus per leniora purgantia vindicetur, lympha acrior per alterantia & præcipitantia ſpecifica corrigatur, ac obtundatur, nec non principaliora viſcera cum partibus læſis ac affectis roborentur & confortentur. Ad quem ſcopum aſſequendum tam præſervationis, quam curationis, accurata erit habenda ratio.

Præſervativè, ante omnia maſſa ſanguinea ab acri, ſalſa, acida, & ſcorbutica intemperie per ſeqq. Catapotia erit. expurganda. ℞. Extr. panchym. Croll. Maſſ. pill. antipodagr. Argent. ana ℈ß. Mag. Gialapp. gr. v. M. f. c. aq. Ceras. nigr. pillulæ num. xxv. obaurandæ. *Curatio per remed. præſerv. Pill. purg.*

Vel, ℞. ☿ ii dulc. Extr. panchym. Croll. ana ℈j. Mag. Gialapp. gr. v. M. f. c. aq. Ceras. nigr. pill. xxv. unâ vice deglutiendæ. *Pillulæ.*

Aut, ℞. Herb. Cochlear. naſturt. Chamædr. fumar. ſcolopend. beccabung, ana pj. rad. raphan. ſylv. filicis, helleb. nigr. ana ʒij. Cortic. tamariſc. Cappar. ana. ʒj. Rhab. ver. ʒiij. fol. ſen. el. ſ. ſt. ℥j. Gialapp. Turpeth. opt. polypod. qu. ana ʒij. Cinnam ʒj. Crem. ♀. ʒij. ſem. anis. fœnic. ana ʒß. M. f. c. ſyndon. alb. nodulus, cum ℔v. vini albi infundendus, cujus cottidie jejuno ſtomacho ℥v. hauriantur. Ut & ſequentes præſervantes pillulæ ſingulis menſibus uſurpandæ, ℞. Extr. pill. cochiar. Extr. trochiſc. alhand. Extr. ſcammon. Extr. turpeth. ana ℈j. Extr. helleb. nigr. gr. xxv. Extr. lign. aloes, Extr. lilior. convall. Extr. pœon. ana gr. iij. ♀. ⊖olat. ℈j. Ol. nuc. moſch. rut. ſalv. anis. ana. g. iiij. M. f. cum aq. Epilept. Lang. & aq. ſalv. pillulæ, ex ℈j. num. vj. de hiſce pillulis tribus ante vel poſt novilunium diebus, primâ die duæ, ſecunda tres, & quarta quatuor ſumantur, ac uno quovis appropinquante novilunio repetantur. *Pill. præſerv.*

Sequentes etiam pillulæ arthriticæ & antipodagricæ à quibusdam tàm ad præſervationem quam curationem magni æſtimatæ, ac pro ſingulari arcano habitæ fuerunt. ℞. Ariſtol. long. ℥ß. ariſtol. rotund. ʒij. Rad. polypod. qu. ʒij. Cranii hominis calcinat. & pulver. ʒij. Gumm. tragacanth. ℥ß. aq. roſ. ℥iiij. ſtent infuſa per horas 24. Syr. roſ. q. ſ. f. pillulæ ex ʒj. num. xvj. Doſis, quotidiè ʒß. per integrum annum, & ſingulo menſe quatuor dies ante novilunium laxativum aliquod de rhabarbaro, vel aliud ſumatur; anno ſecundo & ſequentibus hæ pillulæ bis in ſeptimana, laxativum verò poſt duos menſes ſemel aſſumatur; ſunt etiam pillulæ ſcorbuticæ ad nos ex Hollandia allatæ. *Pill. præſerv & curat ſingular Hollandica.*

Alii has pillulas ita præparant, ℞. Radic. ariſtol. rotund. ver. ℥j. ariſtol. long. polypod. qu. ana ʒij. Cran. hominis philoſ. præp. ʒj. M. & cum ſ. q. Syrup. roſat. ſolut. & mucilag. tragac. f. maſſa pillular. ex cujus ʒß. fiant pillulæ num. xvj. *Pill. ſimiles.*

Serum lactis caprin. herb. anti-scorb. alterat.

Ad præservationem hujus morbi quoque proficuum esset, si ineunte vere herba recens cochleariæ, beccabungæ & nasturtii minutissimè concisa vel contusa cum sero lactis caprini tàm diu quam ovum sorbile, ebulliret, per pannum exprimeretur, & de hac colatura quotidie manè jejuno stomacho ℥v. biberentur. Cui scopo obtinendo acidularum quoque usui ultimus locus non erit assignandus.

Acidulæ.

Remed. Curativa.

2. Curativè, si nempè dolores lancinantes, sæviunt, præmissâ purgatione per superius enumeratas pillulas purgantes vel sacculum laxativum, sequentes pulveres sudoriferi, & deinceps arthritici specifici præcipitantes, scorbuticamque acredinem obtundentes & imbibentes erunt saluberrimi. ℞. ♁ ii diaphoret. gr. xij. salis cochlear. nasturt. ana gr. iiij. M. f. pulviſculus manè ante sudorem in brodio carnis vel aqua card. bened. sumendus, & aliquoties repetendus.

Pulvis sudorif.

Pulv. arthrit. specif. Dn. D. VVepferi.

Hinc, ℞. Lumbric. terrestr. præp. ℥ß. CC. philos. præp. Ungul. alcis præp. ana ʒij. Ol. nucis mosch. expr. gr. iiij. sacch. alb. ℥iß M. f. pulvis, de quo quotidiè manè hora quinta ʒj. & vesperi hora quarta ʒß. in aquâ serpilli lumbricatâ, vel brodio gallinæ sumatur. Vel, ℞. ♁ ii diaphoret, cum triplo ☉. detonat. ʒiß. ♎is volat. lumbricor. aut viperar. ℈ij. Cinnab. ♁ ii ter cum Cinnab. nativ. sublim. ℈j. CC. philos. præp. ʒiß. Ol. Cinnamon. gutt. ij. M. f. pulv. subtil. de quo manè horâ quintâ ℈j. ad gr. xxiiij. ac vesperi horâ quartâ ℈ß. ad gr. xviij. in priori, aut alio convenienti vehiculo capiatur. Iuxta hos pulveres âd magnos & fermè intolerabiles dolores sopiendos talis etiam pulvis panegoricus magno cum levamine usurpatur. ℞. Pulv. Marchion. ℈ij. pulv. analept. frig. Münder. incompl. ℈iiij. Laud. Op. perlat. gr. ij. Tabb. man. Christ. perlat. ʒij. M. f. pulvis; De hoc pulvere alterna quavis nocte circa horam nonam ℈ß. ad ℈j. in lacte amygdalino cum seminibus frigidis parato, bibatur.

Pulv. panegoricus & anodynus.

Ad hoc molestissimum malum tollendum sequentia etiam remedia, non semel, sed multoties per experientiam comprobata fuerunt. 1. Ad massam sanguinis expurgandam. ℞. ☿ ii dulc. ʒj. Magist. Jalapp. gr. iiij. Conserv. rosar. ʒij. sacch. q. s. M.. f. bolus, unâ vice comedendus. 2. In eundem finem, & ad nervos roborandos,

Bolus purg.

Pulv. arthrit.

℞. Crystall. præp. Oculi ♋. præp. ana ʒij. Cornu alcis philos. calcin. Ungul. alcis præp. ana ʒiß. sem. aquileg. ʒij. cran. hominis philos. calcin. vel hujus loco, CC. philos. calcin. ʒiiß. Corn. Rhinocerot. ʒiß. Cinnab. nativ. ʒj. M. f. pulv. De quo M. & V. ʒß. ad ʒj. in aqua Cerasor. nigr. vel alio superius allegato vehiculo, sumatur. 3. In similem usum, ℞. Rasur CC. ʒiiß. rasur. Eboris ʒiß. aq. fontan. ℔iij. stent infusa per noctem in loco calido, mane add. Rad. scorzoner. recent. vel sicc.

Gelatina.

ſicc. num. vj. fol. borrag. Mj. flor. 4. Cordial. ana pj. paſſul. min. ℥ij. coq. ad gelatinæ conſiſtentiam, ſub finem coctionis adde Conſerv. roſar. ℥ij. add. Confect. Alk. compl. ʒiß. De hac gelatina manè horâ 8. & veſperi hora 4. duo, ad tria & quatuor cochlearia capiantur. *Eſſent. ſang. purif.* Quibus ad ſanguinem purificandum annumerari poteſt. ℞. Eſſent. fumar. Eſſ. aquileg. Eſſ. ♂is liquid. ana ʒiij. Doſ. gutt. 30. vel. 40. in juſculo. 4. Pro ſpecifico anthritico. ℞. Lumbric. terr. præp. ʒij. ♁ ii diaphoret. ʒiij. Cryſtall. præp. Corn. alcis philoſ. calcin. Cinnab. nativ. ana ʒj. Tabb. Man. Chr. perlat. ℥ß. M. f. pulv. divid. in doſ. 18. De' quibus Mane & veſperi una in aliquo congruo vehiculo deglutiatur. *Pulv. arthrit.* Vel, ℞. Corn. alcis præp. Uugul. alcis præp. ana ℈j. ♁ ii diaphor. ʒj. Cryſtall. præp. ʒß. Cinnab. nativ. ℈j. M. f. pulv. in 5. doſes dividendus, ſimilique modo aſſumendus. *Alius.*

Vel, ℞. Pulv. lumbr. terr. ℥j. ♁ ii diaphor. ʒj. Ocul. ☋. pulv. ℈iß. rad. Aron. præp. ʒij. CC. raſpat. ʒiß. Cryſtall. ♂is præp. Matr. perlar. pulveris. ana ʒiß. M. f. pulvis M. & V. ʒß. vel ʒj. pondere in aquâ betonicæ ingerendus. *Alius.* 5. Pro Cerebri atque nervoſi generis emolumento. ℞. Lumbric. terr. vino mund. num. xxx. vel exiccat. ʒiij. Herb. beton. agrimon. majoran. ana pj. flor. paralyſ. pij. ſem. milii ℥ij. paſſul. maj. exacinat. ℥iij. inciſ. coq. cum aq. font. ℔iij. in vaſe duplici vitreato, per horam unam, coletur citra expreſſionem. De quo decocto interdiu unus vel alter cyathus hauriatur. *Decoct. ſpecif.* 6. Pro virium roboratione. ℞. Aq. perlar. Offic. Card. bened. ſcorzoner. rub. Id. ana ℥iß. ♁ ii diaphor. ʒj. Syr. flor. tunic. ʒvj. Conf. Alkerm. compl. ʒj. M. Doſ. cochleare unum vel alterum. *Aq. confort.* Et. ℞. Sem. 4. frig. maj. exc. ana ʒj. papav. alb. ʒij. Amygd. dulc. exc. ʒvj. aq. Ceraſ. nigr. flor. til. viol. ana ℥ij. Ocul. ☋. præp. ℈j. Bezoard. Miner. ℈ß. Cinnab. nativ. gr. iiij. Tabb. man. chr. perl. ʒij. M. Doſ. cochleare unum vel alterum. *Emulſ. confort.* 7. Pro doloris mitigatione. ℞. Extr. papav. rhead. ʒj. Caſtor. gr. vj. ♎is volatil. CC. vel ſuccin. gr. iiij. Cinnab. nativ. ℈ß. Laud. op. gr. ij. M. f. pill. num. 40. Doſ. pill. v. vel. vj. ad ℈ß. Et, ℞. Theriac. cœleſt. gr. iij. Extr. papav. rhead. gr. iiij. M. f. pill. num. vij. unâ vice deglutiendæ. *Pill anodyn.* *Aliæ.*

Externè, membrorum dolori in affectus principio ſequentibus remediorum præſidiis medebitur. *Topica.* ℞. Pulver. tragacanth. in aq. roſar. macerat. & in pultis formam redacti, pulv. alum. roch. in album. ovi conquaſſato macerat. ana ℥ß. vel ℥j. M. f. cum linteo Emplaſtrum, affectis partibus applicandum. *Epithema.* Vel pars dolens de die aliquoties oleis anodynis, utpote Ol. lumbric. terr. verbaſci, hyoſcyami per deliquium, chamomillæ, anethi &c. inungatur. *Ol. anodyn.* Vel Emplaſtrum *Emplaſtr.*

Cataplasma. ſtrum d. meliloto, d. talpa. Mynſichti, d. Sperm. ranarum, vel Linimentum ſimplex, vel aliud anodynum, vel mucilago panis albi vel pulv. pro cataplaſmate malvarum, aliarumque herbarum & radicum emollientium, cum lacte cocta, addito oleo roſarum & pauco croco calidè imponatur; vel membrorum dolor per impoſitionem ſacculi furfuribus toſtis ac calidis impleti, vel ſeq. fomentum quod ſimul nervos ac membra roborat, mitigetur. ℞. Herb. betonic. majoran. Roſmarim. Lavend. Origan. ſerpill. ana Mj. fl. chamomill. Mij. flor. melilot. verbaſc. ana Mj. Rad. alth. lil alb. ana ℥j. ſem. lini fœnugræc. ana ℥j. M. & conciſ. coq. cum. aq. pluvial. q. ſ. addendo vini albi Menſur. unam vel duas.

Fomentum.

Tragea confort. Ad corrigendam Cacochymiam, & roboranda viſcera de ſeq. Tragea quotidiè finitâ menſâ cochleare unum vel per ſe, vel cum pane toſto vel ſaccharato & vino ſumatur. ℞. Spec. diarrhod. Abb. diatrionſant, ana ℥ß. diacurcc. dialacc. ana ℈j. Cinnam. opt. ʒij. Nuc. moſch. ʒj. Macis, Garyophyll. ana ℈ß. Corall. rubr. præp. Ocul. ♋. præp. ana ℈ij. ſacch. finiſſ. ℥iiij. M. f. Tragea.

Dieta. Quod Diætam concernit. 1. Aer ſit temperatus & ad calidum inclinans. 2. Cibi coctu faciles, bonum ſuccum & ſanguinem generantes, è contra craſſi, crudi, ſalſi, acres, acidi, fumo indurati, &c. evitentur. Potus ſit Decoctum radic. chinæ, ligni Lentiſcini, & paſſularum, vel per ſe, vel cum vino mixtum. Vel pulvis ſeq. cochlearis unius majoris quantitate menſuræ aquæ fervidæ injiciendus, ſtatimque operculo tegendus. ℞. Scob. Lign. faſſafr. Lign. Lentiſc. rad. chin. ana ℥ß. Cinnam acut. ʒij. ſem. anis. ʒj. CC. præp. Ocul. ♋. præp. ana. ʒiß. M. f. pulvis groſſus. Quocirca largior vini & cereviſiæ ingurgitatio exulet. 3. in motu & quiete, ut & 4. in ſomno & vigiliis teneatur modus. 5. Excernenda ac retinenda conſueto reſpondeant naturæ ordini. Et tandem 6. fortiores animi motus refrenentur. Exarab. die 25. Januar. anno 1690.

Pulv pro potu ord.

CONSILIUM MED. XCV.

Oſſis femoris dextri ultra ſemeſtre antror- ſum luxati ac deorſum prolapſi repoſitionem exhibens.

Anno

Casus.

ANno 1689. Mense Augusto, Illustrissimus Comes ac Dominus Dn. Bonaventura Fugger, Comes à Kirchberg & Weissenhorn, &c &c. sedecim annos habens, temperamenti sanguinei ac raræ texturæ, cui os dextri femoris ante semestre & quod excedit, luxatum, & ex suo acetabulo antrorsum ultra spithamam usque ad os pubis prolapsum erat, ac proinde pes dexter longitudine sua palmam excedebat, Ulmam delatus, ibidemque in Ordinis Teutonici ædibus meæ, nec non alterius cujusdam Medici, duorumque fratrum chirurgorum curæ demandatus fuit.

Causa.

CAusa hujus luxationis erat sequens. Cum præfatus Dominus Patiens ante duos ac dimidium annum Augustæ Vindelicorum tempore Bacchanaliorum in platea Sannionum ac sycophantarum nugivendulorum lusus ac gesticulationes contemplaretur, celerique pede progrederetur, inter currendum ex improviso in terram decidit, femurque dextrum cum genu illius pedis validissimè contundendo tam enormiter læsit, ut ab illo tempore cum continuis perpessis doloribus aliquantulum claudicârit, & proinde chirurgi auxilio, tam ad dolorem demulcendum, quam ad atrophiam auferendam, necesse habuerit; Et quamvis exinde dictorum symptomatum mitigatio secuta sit, liberæ tamen in genu motionis aliquale impedimentum cum dolore nonnunquam recurrente & periodico, remansit.

Cumque ante annum hyemali tempore fœdifragi incendiarii ac prædones Galli in Sueviam sævientes irrupissent, ac ad Danubium in Tilingæ confiniis, ad emungendas svevorum gazas ac marsupia appropinquassent, prænominatusque Dominus Patiens, ne horum Barbarorum manibus incideret, fugâ sibi prospicere, ac rhedâ Augustam ire decrevisset, ille in itinere cum rhedâ in terram dejectus est, ex quo lapsu, (quem duo simul cum illo prostrati ipsique incumbentes, mole sui corporis aggravarunt) dextrum femur cum genu de novo enor-

miter conquaſſavit,& ab illo tempore difficulter ambulare potuit. Ad quod nova contuſio acceſſit, dum præteritâ æſtate in Feſto corporis Chriſti, cum Illuſtriſſimus Comes publicæ Proceſſioni intererat, rurſus in terram tremulo ac infirmo lubricoque pede decidit, dextrumque latus validiſſimè contudit, ac per hunc caſum os femoris dextrum luxavit, & ex ſuo acetabulo depulit, à quo tempore ſine ſcipionis adminiculo, & poſtliminio absque grallarum ope, progredi non potuit.

Rebus itaque ſic ſtantibus hinc inde apud varios Medicos & Chirurgos auxilium quæſitum fuit, qui balnea, fomenta, Unguenta, Emplaſtra, cucurbitulas, aliaque remedia, ſed omnia ſucceſſu fruſtraneo, (quia os femoris à luxatione per legitimam repoſitionem non vindicabatur) præſcripſerunt ac adhibuerunt.

Et cum denique Medici & Chirurgi de oſſis luxatione per ocularem inſpectionem ac ſigna diagnoſtica certiores facti erant, ſtatutum eſt, repoſitionem tam multo poſt luxationem præterfluxo tempore fruſtraneam, & eapropter ob formidanda peſſima ſymptomata non tentandam, ſed Dominum Patientem prognoſticis relinquendum eſſe: Quia verò dolor ac tumor in coxâ, femore ac genu quotidiè accrevit, totumque pedem ad progrediendum inhabilem reddidit, iccircò Dominus Patiens, cum Illuſtriſſimi Domini Parentis, Alberti Fuggeri conſenſu (ſi aliter per multos annos vitam miſerrimam tranſigere nollet) manualem Chirurgi operationem eligere, ſeque repoſitionis actui ſubmittere non dubitavit.

Præparatio ad repoſitionem per Balneum.

In quem finem prænominatus Dominus Patiens, ut os luxatum ad repoſitionem habile redderetur, Menſe Julio ad aquas minerales Geislingenſes (Germ. Rötelbad) in Lecticâ delatus eſt, per quarum virtutem & efficaciam, calefactionem ac roborationem, humores ad partem affectam affluxi, ibidemque congeſti, magna ex parte cum tumoris dolorisque evaneſcentiâ conſumpti ac reſoluti ſunt, ac conſequenter os luxatum ad reponendum optimè diſpoſitum fuit.

Poſtquam igitur Dominus Patiens in ædes Teutonicas deportatus, ac per paucos dies balneo ex herbis emollientibus parato, uſus eſt, Repoſitio oſſis femoris die 16. Auguſt. Styl. vet. (qui erat dies Veneris) horis antimeridianis inter nonam & decimam in præſentiâ magni nominis Virorum ſequenti modo tentata fuit.

Repoſitionis modus.

Illuſtriſſimus itaque Dn. Patiens, cum prius Dei adminiculum invocaſſet, ac per ſpiritualia remedia cum Divino Numine complacatus eſſet, ſupinus ſupra menſam ſeu tabulam oblongam collocatus eſt, cui ex utroque latere per femorum interſtitia duo mantilia ſeu habe-

habenæ, pro retinaculis, (ne corpus in extensione femoris deorsum delabatur, ductæ, ac supernè, propè caput, duobus clavis trochleatis alligatæ fuere; Hoc facto, alia fascia lata & longa supra genu ossi femoris luxato annexa fuit, cui uncus ferreus funi tractorio adhærens injectus, sicque extensionis operatio inter verba adstantium consolatoria, cooperante Deo, inchoata fuit, quod non sine acutissimi doloris perceptione fieri potuit, dum caput ossis femoris, quod usque ad os pubis in inguen delapsum erat, sui amotionem pertinacissimè recusabat, ex quâ causa factum est, quod inter trahendum ex vehementi impetu superior clavus trochleatus retinendæ habenæ dicatus, tabulatoque propè caput dextrorsum infixus, è pariete inflexus cesserit, inferior verò uncus, itidem trochleatus, funiculoque tractorio alligatus confractus fuerit, ac eapropter aliud in promptu instrumentum tractorium (Germ. Flaschenzug) substituere oportuerit. Hoc non curato, novum tractionis periculum factum est, ubi non multò post exercitatus Chirurgus Georgius Riedlin / suppetias ferente suo fratre Johanne, magno labore & industria os femoris extrorsum devolvit, & dum huic conatui Medicorum monitu calcaria adderent, post unum alterumve præcedentem strepitum atque stridorem, caput ossis, assistente Divino Numine, cum applausu & congratulatione omnium, in pristinum naturalem locum, suumque proprium acetabulum repositum fuit, postquam totus repositionis actus & operatio fermè per unius horæ spatium duravit; Quæ omnia Illustrissimus Dominus Comes singulari heroico ac patienti animo, non sine cunctorum admiratione toleravit. Hoc facto, locus affectus linimento simplici, ad evitandum inflammationis periculum, & post aliquot dies Emplastro Santalino, deinde Catagmatico Felicis Würzii munitus & deligatus, ac insuper fascia lata coriacea, quæ caput ossis femoris in suo acetabulo detineret, instructus, totusque pes alteri associatus, in lecto concinnè depositus, sicque toto repositionis actui in extendendo, reponendo, deligando & deponendo, satisfactum fuit.

Post repositionem deligatio.

Repositionis requisita.

Die 21. Augusti ligatura prima vice soluta, emplastrumque renovatum, totusque pes à chirurgis sursum deorsumque leniter flexus, viciissimque deligatus est: Succedentibus deinceps etiam aliis visitationis diebus identidem pes cum genu à chirurgis flexus atque motus fuit, sed quia exinde non solum dolor, sed etiam prolongatio pedis oriebatur, iccircò totus quidem pes prolongatus cum osse femoris relaxato sursum in acetabulum suum repressus, ac repositus, sed extra prolongationis animadversionem per aliquot dies, me monente,

nente, in quieto depoſitionis ſtatu relictus fuit, ne aliâs extenſa & prolongata ligamenta, nervi, muſculi, ac tendines per haſce motiones & flexuras præmaturas magis magisque extenderentur, ſicque ad novum oſſis prolapſum anſa atque occaſio præberetur, ſed potius caput oſſis femoris repoſitum, ſuoque acetabulo aſſociatum per mutuum contactum, dulciſſimamque quietem in perpetuo naturali ſtatu repoſitum conſervaretur, partesq; præternaturaliter extenſæ contraherentur, roborarentur, inque priſtinum ſuum ſtatum reducerentur.

Os repoſitum ex relaxatione ligamentorum & tendinum, ac immaturâ flexurâ, è ſuâ ſede facilè iterum excidit,

Ex relaxatione etenim ligamentorum ac tendinum iteratis vicibus os repoſitum è ſua ſede rurſus excidere viſum eſt, ita, ut die 29. Auguſti, hora ſeptima antimeridiana de novo reponi, Emplaſtro Catagmatico muniri, faſciâque aliquot ulnas longâ aliquoties lumbis ac femori circumvolutâ, ſurſumque protensâ ac conſutâ in ſuo loco detineri neceſſe habuerit: Ex quo factum eſt, ut os ab illo tempore in ſuâ ſede remanſerit, Dominusque Patiens poſtliminio ambobus pedibus inſiſtere, ſuffultusque in hypocauſto aliquot greſſus metiri potuerit: Et quando Dominus Patiens in lecto ſecundum lineam rectam protenſus ac ſupinus decubuit, tum ambo pedes, genua ac tali in æquali ordine ſeſe mutuò attigerunt, neque ulla inæqualitas ratione longitudinis obſervata fuit, quamvis os ilium ſeu innominatum ſiniſtri lateris aliquo modo elevatum fuerit, quod procul dubio ex hac causâ evenit, quia Dominus Patiens luxato antehâc femore gralis ſuffultus incedere, firmiter easdem manibus tenere, totumque corpus verſus partem affectam deorſum inflectere, ſicque latus ſiniſtrum inter ambulandum in altum extollere conſuevit. Poſtmodum autem Illuſtriſſimus Dominus Comes propria vi pedem attollere ac deprimere potuit, facultasque motrix in affectâ parte indies accrevit, ita, ut ſoli pedi læſo inſiſtere potuerit. Ne verò os femoris tam ſtando quam movendo & ambulando ulterius è ſua ſede prolabatur, vel excidat, inſtrumentum ſeu Lamina ferrea tres ſpithamas longa, ac tres vel quatuor tranſverſos digitos lata, introrſum excavata & goſſypio interpaſſata, pannoque ex eadem materia contexto obducta, in medio circa regionem capitis oſſis femoris patellam circumcirca mobilem habens, caputque femoris in ſua ſede acetabuloque conſervans, ac ab axilla usque ad genu dextrum ex porrecta, tribus latis joris coriaceis, pectus, femur, ac genu ambientibus inſtructa, parti affectæ applicata fuit.

Inſtrumentum ferreum os repoſitum in ſuâ ſede conſervans

Re itaque dicto modo diſpoſitâ, prænominatus Dominus Patiens de nullo magis incommodo, quam quod genu, per præcedentes aliquot contuſiones ex humorum influxu & congeſtione læſum ac intu-

intumefactum inter movendum intensè doleret, conquestus est, ad quam molestiam tollendam vel epithema exsiccans, vel post usum alicujus cataplasmatis emollientis ac discutientis calidè applicati, pulverem tragacanthi in aqua rosarum, & pulverem aluminis crudi in albumine ovi seorsim maceratum, ac post solutionem invicem mixtum, pannoque spathulâ inductum, applicandum suasi, quod tamen reliquis non arridebat, sed potius thermas Geislingenses (das Rötel-Bad) non solum ad hunc dolorem in genu sopiendum, sed etiam tendines & ligamenta firmanda, ac roboranda, caputque ossis femoris in suo loco retinendum repetendas magnis laudibus extulerunt, certò asseverantes & assecurantes, quod hoc in passu unicus balnei insessus omnia Emplastra, cataplasmata, Fomenta ac Unguenta sit superaturus, quia hæ thermæ axungiam solis, subtilemque terram bolarem & simul cretaceam in se contineant, quorum mineralium virtuoso adminiculo varii affectus pessimi, deplorati ac desperati variorum tumorum, apostematum, ulcerum cavorum, sordidorum ac cacoethe conspurcatorum, nec non fungorum, aliorumq; malorum aliâs prorsus incurabilium, (cujus rei varia exempla attulerunt) curati ac restituti fuerint. Quibus argumentis ego amicabiliter opposui, quod magna subjectorum, morborum, affectuum, causarumque detur diversitas atque differentia, ex qua causâ etiam diversa in suadendis curationibus ac remediis sit habenda ratio; Quod autem harum Thermarum usum concernat, concedi quidem 1. illas ante repositionem ossis luxati femoris tam calefaciendo quam virtutes minerales imprimendo atque communicando, nervos, ligamenta, tendines & musculos roborasse, humores ad partem affectam affluxos & congestos cum tumore consumsisse, discussisse ac exsiccasse, osque luxatum ad repositionem optimè disposuisse. Quam ob rationem 2. dictas thermas post factam repositionem non rejiciendas, sed, post ligamentorum, tendinum, musculorumque laxatorum ac extensorum contractionem & firmationem (quod vero spatio 6. vel 8. septimanarum fieri non possit) futuro vernali appropinquante tempore commodè repeti posse. Quod autem 3. præsenti statim tempore (dum post ultimam repositionem quinque saltem septimanæ præterfluxerint) haud tentandum, ob formidinem, ne vehiculum aqueum, cujus virtutes minerales instanti hoc sero autumnali & ad hyemem appropinquante tempore ob circumstans frigus ac repressos spiritus tam vigorosæ non sint, per nimiam humectationem antehâc & in hanc usque diem plus justo extensa ac relaxata ligamenta, nervi ac tendines de novo emolliantur, magisque relaxentur, & sic denuò ad novam

Thermæ Geislingenses (Germ. Rötelbad) undè & ex quibus mineralibus suam efficaciam nanciscantur?

Thermar. Geislingens. post repositionem immaturi usus dissuasio, ob allegat. rationes.

ossis prolapsum ac luxationem ansa & occasio præbeatur; Quocirca nullum exemplum dari possit, quod ullus Medicorum aut Chirurgorum tam pauco post repositionem tempore balneum suaserit. Cum etiam 4. hoc sero autumnali tempore acidularum ac thermarum virtutes minerales per circumstans frigus repressæ, versus Centrum terræ, focum scil. ignis subterranei retrocedant, ac demum adveniente Vere prolifero, revertantur, & ab antiquo observatum sit, hujusce-modi thermas nullo alio, quam vernali vel æstivali tempore in usu fuisse. Quemadmodum etiam 5. Illustrissimus Dominus Patiens tam brevi post repositionem tempore non sine magno incommodo, molestiâ, atque periculo per montes & valles iter hoc facere ac sustinêre posset. Et tandem 6. præfatus Dominus hoc sero anni tempore in suscepto itinere cœli atque aeris injurias perferre cogeretur, ex quibus, alterato toto corpore, varii periculosi morbi ac symptomata enasci possent. Quibus dictis meis rationibus quinque famigeratissimi Medici, & experientissimi Practici subscripserunt, thermarumque usum rebus sic stantibus, disuaserunt. Quæ tamen omnia ab altera parte acerrimè & pertinacissimè, non attentis dictis rationibus, impugnata sunt, usque dum, deprædicatâ suâ Experientiâ, variisque in medium allatis exemplis, licentiam ad dictarum thermarum usum extorserunt. Quâ obtentâ, Illustrissimus Dominus Comes, die Jovis, qui erat 24. Octobris in Lecticâ Geislingam rursus delatus est, ubi prænominatis thermis quidem uti cœpit, sed in primo statim insessu in affecto femore (ut Physicus ibidem ordinarius fusè per literas testabatur,) molestissimum pruritum, postea vero sequentibus insessibus acutissimos ac lancinantes in femore & genu dolores usque ad malleolum tendentes sensit, qui tamen statim post egressum identidem evanuerunt. Et cum balnei hujus usus nihilominus, & quidem de die per dimidiam saltem horam continuaretur, magna alteratio in toto corpore, cum anxietate circa præcordia, asthmate, calore præternaturali cum deliriis, febrem acutam minitante, pulsu celeri, urinâ rubrâ ac lixiviosâ, pedisque luxati insigni prolongatione insecuta est; quibus symptomatibus præscripta ac adhibita stomachica, alterantia, antifebrilia, præcipitantia, roborantia, aliaque remedia parum utilitatis contulerunt: Quapropter ad evitandum majus malum Dominus Patiens, qui balnei hujus usum ferre non poterat, communi adstantium suffragio (quia ex juvantibus & nocentibus optimè de quolibet remedio judicatur,) huic thermarum usui valedixit; ubi Dominus Comes, jubente Illustrissimo Domino Fratre Josepho, ac curante Domino Præfecto Kirchbergensi primario, die Mercurii, sexto No-

Acidulæ & thermæ autumnali & hyemali tempore, æquè ut vernali & æstivali tempore efficaces non sunt.

Optimi hujus Consilii ab adversariis rejectio.

Tristis eventus ex immaturo thermarum usu.

Dominus Patiens ex balneo semimortuus per Ulmam ad Patrios lares deducitur.

Novembris in dictâ lecticâ Ulmam in domum Teutonicam, & sequenti in arcem Kirchbergensem deportatus est, ubi pristinæ sanitati recuperandæ invigilavit, ac etiam per Dei gratiam restitutus est. Ulmæ, die 6. Novembr. 1689.

CONSILIUM MED. XCVI.

Morbi sporadici, & partim maligni, per appropriata remedia debellati.

Casus.

ANno 1690. sub anni hujus principium usque ad æstatem hic Ulmæ, & in nostra viciniâ morbi sporadici, utpote pleuritides, febres biliosæ acutæ, Hungaricæ, & Petechiales quamplurimos homines, sine discrimine sexus, ordinis, ac ætatis; quin etiam tumores colli puellas adultas in Oppido Albeck; nec non tumor & inflatio totius corporis, cum ulcusculis scabiosis hinc inde in corpore erumpentibus, dirisque insequentibus symptomatibus, puerulos simul ac puellas, in Pago Neenstetten, infestârunt, quibus amovendis morbis sequentibus remediorum generibus subventum est.

ET quidem 1. Pleuritici ante omnia hanc vel alteram potiunculam antipleuriticam hausserunt. ℞. *Sperm. Cet. rec. Ocul. ☉. præp. ana* ʒß. *Mandibul. lucii præp. Dent. apri præp. ana* ∋ß. *Syr. papav. err.* ʒß. *aq. Card. Mar. chærefol. ana* ℥j. *M. pro dosi unâ.* Vel ℞. *Ol. lini sine igne expr.* ʒij. *anis. still. g. v. M. pro dosi unâ.* Hinc, vena mediana brachii lateris affecti secta & aperta fuit: Quocirca etiam ad purulentam materiam expectorandam tale vel simile Decoctum pro potu ordinario; itemque Syrupus pectoralis cochleatim lambendus, fuit ordinatus. ℞. *CC. ust.*

Pleuritid. Curatio. Pot. antipleurit. Alia pot. antipleurit. V. S.

Pot. ord. CC. ust. ℥j. Hord. integr. ℥iß. Herb. hyssop. Veron. Capill. ♀. flor. papav. er. ana pj. Spec. pro decoct. pector. flor & fr. ana j. M. & concis f. decoct. cum 2 mensur. aq. fontan. in olla benè cooperta ad tertias. Item, ℞. Syr. viol. d. ju-

Syrup. pector. jub. papav. err. ana j. Oxym. simpl. ℥iß. Tabb. diatragac. frig ℥j. M. f. Syrupus pectoralis cochleatim sumendus.

Unguent. Externè, regio dolentis lateris de die bis vel ter Unguento pectorali & althææ ana partibus æqualibus, admixtis Oleis amygdal. dulc. ac anethi fuit inuncta.

Febrium Curatio. Ad febres autem tàm acutas biliosas, quàm malignas Hungaricas ac petechiales debellandas, ipso statim invasionis tempore judicatum est, an apud Patientes cacochymia vel plethora, (quod ex suis signis cognoscebatur) prædominetur? ubi in priori passu statim purgatio, in altero verò Venæsectio adhibita, sed præterlapso jam post invasionem triduo tàm purgatio, quàm venæsectio intermissa fuit. Hinc, pro communi usu sequentia tàm purgantia simul ac diaphoretica, quam etiam alterantia atque corroborantia alexipharmacis mixta remedia præscripta fuêre. Exempli gratia. Pro Purgante. ℞. ♀.

Purgantia. Emet. Mynsi. gr. v. f. pulvisculus pro dosi unâ. Et, ℞. Syr. Emet. Angel. Sal. à ℥vj. ad ℥j.

Sudorif. Pro Sudorifero communi. ℞. Rob. Juniper. Sambuc. ana ℥iß. Elect. diascord. Fracastor. Theriac. Androm. ana ℥ß. Terr. sigill. Silesi. ℥j. Syr. acetos. Citr. ℥ß. M. De quo Electuario singulo manè nucis juglandis quantitas vel per se, vel cum aqua Cardui benedicti diluta in forma potiunculæ sumatur, ac per unam horam sudor in lecto promoveatur.

Ad sitim restinguendam, si nulla tussis aderat, seq. pulvis duabus mensuris aquæ probè fuit permixtus.

Potus ord. ℞. Nitr. tabulat. CC. usti vel præp. ana ℥j. sacch. alb. ℥ij. M. f. pulvis subtilis. Vel, tussi adsente, ℞. CC usti. ℥j. Hord. integr. ℥iß. Spec. pro decoct. pector. flor. & fr. ana ℥j. M. f. Decoctio cum 2. mensur aq. fontanæ ad tertias. Præter hæc dicta, Julapia quoque ex syrup. acetos. Citr. ribium, berber. Ceras. acid Rub. Idæi, & similibus, cum aqua fontana, additis aliquot guttulis Spir. vitriol. pro grato acore conciliando, fuere parata. Ad hæc, mala citria, aquæ fontanæ saccharatæ incisa, optimè conduxerunt.

Alterantia & Roborantia Pro alteratione & corroboratione. ℞. Aq. 4. Cordial. ana ℈j. è

Aq. Cordial. Electuar. typhis Cervin. scorzoner. ana ℥ß. Cinnam. buglos. ℥ij. Corall. rubr. præp. CC. præp. ana ℈ß. Syr. acetos. Citr. vel granator. ℥ß. Man. Chr. perlat. ℥ij. M. Et, ℞. Conserv. citr. acetos. Rob rib. ana ℈j. Corall. rubr. præp. ℈ij. Syr. rub. Id. ℥ß. M. f. Electuarium In quem finem etiam ceraſa acida condita, berb. cond. rib. cond. Rob rib. Item, Morsuli è succ. citr. vel berber. fuêre propinati.

Ad

Ad prunam linguæ præcavendam *os quotidie bis vel ter aqua nitroſa collutum*, vel gargariſmus conveniens per ſiphonem fuit injectus. Ac ad dolorem capitis demulcendum, ℞. *Ung. alabaſtr. ℥j. roſar. popul. ana ʒij. Ol. papav. alb. ʒj. M. pro epithemate.* Vel *vertex, frons, ac tempora oleo papaveris albi illinantur.*

Oris collutio ad prunam linguæ præcavend. Frontale, ad capitis dolor. demulcend

Puellæ, quibus derepentè colla intumuerunt, peractis aliquot ſudoribus, in lecto, poſtquam ſe inſuper per aliquot dies in hypocauſto calido detenuiſſent, quinto vel ſexto ab invaſione die ſanæ atque incolumes evaſerunt.

Colli intumeſacti per ſudorif. cur.

Liberi verò certi cujusdam pagi, utriusque ſexus, in annis pueritiæ conſtituti, diverſorum annorum, nec annum decimum quartum excedentes ex improviſo ſtatim & confeſtim (nullo infirmitatis ſigno præcedente) tumore totius corporis, cum dolore capitis, aſthmate, nauſea, ventris dolore, calore præternaturali cum inſequente ſiti correpti, illorumque facultates principes uno quaſi ictu, non ſine evidenti malignitatis indicio, læſæ fuerunt, quorum aliqui, ſi ipſis primis ſtatim diebus legitimis remediis non ſubventum eſt, quarto vel quinto ſtatim die occubuerunt. Reliqui verò in temperato calore detenti ſeqq. Remediis curati ac refocillati ſunt. ℞. *Electuarii ſudoriferi & alexipharmaci ſuperius in Curatione febr. acut. & malign. memorati, quantitatem avellanæ vel nucis moſchatæ, quæ cum aqua cardui benedicti diluatur, ac quotidiè mane jejuno ſtomacho ad ſudorem provocandum bibatur.* Vel, ℞. *Mixtur. prophylact. Tinctur. Bezoard. ana ℈ij. M. Cujus gutt. x. vel xij. quotidiè ante ſudorem in aqua ſudorifera vel cordiali vel brodio carnis propinentur, ſudorque in lecto per unam horam fundatur. Potus fuit Decoctum CC. cum hordeo, vel Decoct. lign. ſaſſafr. cum radic. chinæ, pauco Cinnamomo, CC. & Ocul. ♋. paratum.* Pro alteratione & corroboratione, *aquæ Cordiales, Julapia, conſervæ, & morſuli ſuperius in curatione febrium malignarum recenſiti, fuerunt propinati.* Ac omnibus hiſce patientibus conveniens Diæta fuit præſcripta. Quorum dictorum remediorum adminiculo, per Dei gratiam, maxima pars decumbentium, (exceptis præſertim iis, qui ſudores reſpuebant) ab hiſce malignis ac periculoſiſſimis morbis liberati fuêrunt.

Tumoris repentini totius corporis apud puerulos atq; puellas Curatio.

Sudorif. & ſimul alexipharm. Potus Ord.

Alterantia & corroborantia. Diæta.

CONSILUM MED. XCVII.

Partus monstrosus, idolum Ethnicorum referens.

ANno 1690. die 19. Junii, mulier quædam Maria Schvvindingin, ex sylva Brigantina oriunda, in Xenodochio nostro Ulmensi filiam mortuam peperit, quæ cranium ad oculos usque depressum habebat, nec ullum frontis vestigium conspiciebatur; præter hoc, capitellum axillis & scapulis ita presse inhærebat, ac nullius fermè colli indicium apparebat, oculi magni ac spatiosi, malæ pendulæ & bucculentæ, reliqua membra naturaliter disposita fuerunt. In summa, hic fœtus quoad caput, collum, ac faciem idolum Ethnicum, (quòd aliâs Fizle Puzle vocatur) repræsentabat. An verò natura, facultasque formatrix in producendo hoc monstro ob horrendum alicujus monstri vel picti vel sculpti objecti aspectum, & exinde conceptum subitaneum terrorem, vel præconceptam fortissimam imaginationem, vel aliam quamcunque causam à recta consuetaque naturali efformationis via aberrarit, hoc mihi notum non est, quapropter filum ulterioris relationis abrumpo.

CON-

CONSILIUM MED. XCVIII.

Memoriæ læsionem exhibens.

Casus.

ANno 1690. Vir admodum Reverendus, M. Zinck, Decanus in Wassertridingen, in Franconia spectabilis, & Pastor vigilantissimus, annorum sexaginta quinque, cum circa Festum Pentecostes hujus currentis anni, intensioribus studiis & continuis lucubrationibus animum dedisset, & ob ægrotam dulcissimam Conjugem, sibimetipsi curas domesticas ac sollicitudines struxisset, nec non ex vicini fabri ferrarii resultatione soni crebrioris & vehementioris per malleum excitati, quin etiam cornuum ad induranda ferramenta ex adustione ingenti ac intolerabili fœtore magnas molestias accepisset, factum est, ut ejus memoria sibi concredita neque recipere, neque retinere potuerit, sed magnum etiam ac repetitum laborem in meditando & memorando eluserit, quam ob causam Dominus Patiens suggestum conscendere, verbumque Dei prædicare, ex necessitate intermisit, suæque restitutionis sollicitus, inter alia etiam meum consilium requisivit, quod ipsi denegare non potui.

Resolutio.

MEmoriam sensuum internorum operum, notionum primarum ac secundarum, ut & ratiocinationum, sive causarum per inge- *1. Memoria quid sit?*

nium inventarum, atque decisionum & decretorum à judicio factorum Pronum Condum esse, nemo Medicorum negabit. Et Memoriæ munus est, omnium prædictorum sensuum opera admittere. 2. Eadem conservare. 3. Ea ipsa, ubi opus est, reponere. Quapropter ea Memoria laudanda, 1. quæ sibi concredita facilè admittit. 2. Quæ eadem firmiter retinet. Et 3. quæ concredita fideliter ac promptè reponit. Ita econtra culpatur memoria. 1. Quæ difficulter aut minimè admittit concredita. 2. Quæ non diu admissa conservat, sed eadem mox aut paulò post, amittit, & oblivioni tradit. 3. Quæ infideliter aut quocunque modo mutilata, vel segnius & cum difficultate admissa & conservata reponit.

2. Memoriæ munus.

3. Memoriæ laudabilis conditiones

4. Memoriæ illaudabilis ac læsæ conditiones.

Causæ generales.

Causæ vero generales memoriam lædentes vel à corpore, vel ab anima desumuntur. Quæ à corpore promanant, sunt omnes illæ, quæ siccitatem cerebri cum moderato calore conjunctam ad memoriã necessariam lædunt, & sic Spiritus animales vel nimis torpidos, vel nimis mobiles reddunt, undè memoriæ vel imminutio vel abolitio resultat. Memoriæ vero læsionem atque oblivionem ex mera cerebri humiditate & siccitate provenire non satis credibile est, sed non negandum, quemadmodum ad excedentem humoris pituitosi in humano corpore copiam sensus omnes tam externi quam interni non parum læduntur; ita tunc memoriam utplurimum affici, & quidem quatenus animales spiritus tunc existunt minus puri ac mobiles, minusque ad functiones animales apti, quamvis & tunc simul cerebrum humidius parandisve ac producendis spiritibus animalibus purioribus ineptius, noxium censendum.

Causæ speciales.

Speciales causæ memoriam lædentes, vel calorem nativum obtundunt, & quidem vel Externè, ut venenata & narcotica cervici ac collo applicata; Vel Internè, intemperies frigida humida, quæ vel pueros vel senes afficit; vel esculentorum & potulentorum humidorum ac frigidorum excessus; Vel eundem dissolvunt, qualia sunt externè, philtra, vigiliæ nimiæ, meditationes, medicamenta intensè calida; internè, morbi calidi, cerebri abscessus, bilis abundantia, &c. Vel eundem exaltant, qualia sunt, intemperies calida & sicca, quæ inordinatum spirituum animalium motum causatur; Vel spirituum animalium motum impediunt, ut sunt, conformatio capitis & cerebri minor, crassities ejusdem, &c.

Causæ oblivionis ab anima proficiscentes.

Animæ vero ratione difficulter admittit sensuum internorum opera Memoria, ob mentem cogitationum multitudine pressam & oppressam, ideoque singulis memoriæ mandandis minus attentam.

Non

Non satis firmiter retinentur, quin citius tardiusve memoriæ concredita excidant, ob animam oscitantem rariusve ipsa recolentem, adeoque negligentem.

Infideliter, ac quibusdam suis circumstantiis mutilata reponuntur mentis opera memoriæ concredita, tùm ob ea negligentius & festinanter tantum à mente observata, tùm ob eadem secundum aliquot duntaxat circumstantias subindè reculta. Segnius ac cum difficultate reponit concredita sibi memoria, ob neglectas ferè loci temporis, personarum, & similium circumstantias, sine quibus arduum & difficile est ipsarum rerum satis meminisse.

Causæ speciales in hoc subjecto.

In hoc subjecto est causa complicata, quæ, præsertim jam instante senio, ab intemperie cerebri frigidâ & humidâ quin etiam fœtore ab incensis cornubus concepto, calorem nativum aliqualiter obtundente; partim verò à continuis studiis, lucubrationibus, curis, & inquietudinibus ex malleorum pulsu & resultante molestissimo sonitu, calorem spiritusque dissolventibus, originem habet.

Signa.

Signis opus non est, cum omnia tàm ex relatione, quàm ex aliis circumstantiis clara & perspicua existant.

Prognosis.

Quod Prognosticum concernit, quandò natura adhuc in suis operationibus valida existit, ac medicamentorum appropriatorum vires atque ἐνέργειαν in actum deducere potis est, non dubitandum, sed potius sperandum, (quia malum inveteratum non est, & Dominus Patiens adhuc senex decrepitus non audit) hunc affectum Divinâ adjuvante gratiâ tolli, ac lapsam memoriam in pristinum naturalem statum revocari posse.

Curatio.

Quod vero ipsam Curationem concernit, generaliter notandum, quod quoties in memoriâ quovis modo læsa in corpore existens vitium observatur, toties ante omnia idipsum corrigendum sit; Sublato enim corporeo vitio, si quod tunc concurrat, emendanda etiam sunt animæ errata, & assuefacienda ipsa sensim attentiori, eidemque sæpius iterandæ operum suorùm considerationi atque repositioni.

Quod autem hujus subjecti curationem specialiter attinet, eò diligenter erit intendendum, ut 1. humores pituitosi frigidi & humidi è capite, totoque corpore expurgentur. 2. Intemperies cerebri frigida & humida, per calefacientia & moderatè siccantia alteretur & corrigatur. 3. Caput, spiritusque animales tàm per interna, quàm externa remedia roborentur. Ac tandem 4. bona ac laudabilis Diæta observetur.

Curationis Ordo. Internè.

Primò igitur, Internè, ad humores pituitosos frigidos & humidos è toto corpore eliminandos tale proficuum erit 1. Apozema. ℞. *Herb. 1. Apozema.*

Herb. abſynth. Pont. Card. bened. Betonic. ſalv. meliſſ. puleg. majoran. roriſmar. ana M ß. Rad. pœon. calam. arom. ireos Florent. Caryophyllat. ana ʒij. flor. tiliæ. pœon. anthos. ſtœchad. ana pj. Rhabarb. ver. ʒiij. fol. ſen. el. ſ. ſt. ʒj. Gialapp. agaric. troch. Turpeth. opt. polypod. qu. ana ʒij. Cinnam. opt. ʒj. Macis, Nuc. moſch. ana ℈j. Cubeb. Cardamom. ana ℈ß. Crem. ♀. ʒij. Sem. anis. fœnic. majoran. ana ℈j. M. & concis. f. cum Syndon. alb. nodulus, menſuræ unæ cum dimidia, vel ℔vj. vini albi odoriferi immergendus, de quo ſingulo mane jejuno ſtomacho quartarium dimidium, vel ʒv. aut vj. ebibantur.

2. Ad intemperiem frigidam & humidam per calefacientia & ſiccantia alterandam & corrigendam. Ut & 3. ad caput ſpiritusque animales roborandos, ſequentia remedia ſucceſſivè uſurpanda conferent.

2 Aq. Magnanimitatis.

℞. *Aq. magnanimitat. compoſ. Schröder. ℥vj. Spir. noſtr. Cephal. ʒij. M. d. ad vitr. de quâ mixturâ mane & veſperi cochleare unum cum aliquot guttis ſpiritus cephalici capiatur.*

3. Spir. Cephal.

℞. *Spir. Cephal. Anhaltin. compl. Spir. ♀. compos. ana ʒij. M. d. ad vitr. Cujus manè & veſperi gutt. 20. in aqua Cephalica modo commemorata deglutiantur*

4. Tabulæ.

℞. *Spec. diambr. compl. diamoſch. dulc. ana ℈ij. ſuccin. alb. præp. ℈ß. Confect. Alkerm. compl. ℈j. Ol. carui ℈ß. Ol. ſuccin. gutt. v. ſacch. albiſſ. in aq. Lavend. diſſol. ʒiij. M. f. l. a. Tabulæ. d. ad ſcatulam, de quibus interdiu aliquoties una vel altera comedatur.*

5. Confect. ſapientum.

6. Confect. Anacardina.

7. Liquor Lunæ.

8. Tabb. Horſtii.

Conferunt etiam alia appropriata, videlicet *Confectio ſapientum Mercati*, cujus deſcriptio in ejusd. Pract. lib. 1. cap. 19 quærenda.

It. *Confectio anacardina, cujus quotidiè manè jujuno ſtomacho drachma* dimidia, vel quantitas minoris avellanæ deglutiatur.

It. *Liquor. Lunæ, & pulvis Trithemii, in aqua liliorum convallium ſumptus.*

It. Tabulæ ad confortandam memoriam Horſtii, quarum deſcriptio hæc eſt. ℞. *Confect. anacardin. ʒj. Thuris elect. ʒij. piper. Zingib. ana ʒß. ſacch. in aq. majoran. diſſolut. ℥xij. Ol. Cinnam. g. vj. Ol. roriſmar. g. iiij. f. tabulæ, cujus ʒij. dentur. matutino tempore.*

9 Condit. Horſtii.

It. Ejusdem Conditum, quod ſic paratur. ℞. *Zingib. Indic. cond. ℥ß. Myrobol. Chebul. Emblic. Indor. conditor. ana num 2. Conſerv. anthos. ℥j. Spec. diagalang. ℥iß. Cubeb. Galang. ana ʒß. ſacch. roſat. ʒiij. Cortic. citri condit. liquoris q. ſ. Miſce.*

Externè.

Externè, conferunt ſequentia 1. ℞. *Balſ. Apoplect. Croll. ℈j. majoran. ſuccin. ana gr. v. pingued. caſtor. gr. ij. Ol. ſuccin. gutt. ij. M. f. Balſamus, vertici. capitis, naribus atque temporibus illinendus.*

1 Balſamus.

2. Pul-

2. Pulvis Cephalicus sternutatorius seq. ℞. *Herb. anthos, majoran. ana* ℥ß. *Sem. Nigell.* ʒij. *rad. helleb. alb.* ℈ß. *Mosch.* ℈ß. *Ambræ gryss. gr. v. Ol. ligni rhod.* ℈ß. *Ol. majoran. Ol. Cinnam. ana g. v. Ol. Caryophyllor. g. iij. Balsam. Apopl. Croll. gr. v. Zibeth. gr. j. M. f. pulv. d. ad scatul.* 2 Pulv Cephal. sternutat.

3. Cucupha. ℞. *Flor. rosar. rubr. Lavendul. Herb. menth. meliss. majoran. puleg. rorismar. salv. beton. ana* Mß. *Nuc. mosch.* ʒß. *Thur. Mastic. rad. ireos flor. Cort. Citr. sandarac. ana* ℈j. *Caryophyll. maceris, Cubeb. Cardamom. ana* ℈ß. *Spec. diambr. compl.* ʒiß. *Sem. Coriandr. nigell. ana* ʒß. *succin. citrin.* ℈iß. *Moschi gr. vij. ambr. gr. v. M. & pulver. f. cum syndon. rubr. Cucupha interbassata.* 3. Cucupha.

4. Spiritus Cephalicus pro inungendo vertice & temporibus. ℞. *Spir. Ceras. nigr. lil. convall. ana* ℥ß. *Spir. Ceph. Anhalt. compl.* ʒij. *M. d. ad vitr.* 4 Spiritus Ceph. illinendus.

5. Item, ad inungenda tempora & occiput. ℞. *Myrrh. pulver. q. s. coq. ova dura exempto vitello, imple cavitatem hoc pulvere, & resolvetur myrrha in oleum, quod in cellis sub arena servetur ad usum.* 5. Oleum ad inungenda tempora & occiput.

6. It. ℞. *Cubeb. cardamom. Croc. anacard. ana part. æqual. pulverisentur & infund. in spir. vini per 14. dies, pro inunctione ad tempora & verticem.* 6. Spiritus ad inung. tempora & verticem.

7. It. ℞. *Herb. majoran. rorism. beton. meliss. Lavend. puleg. ana* Mß. *flor. ros. rubr. anthos, Lavendul. ana* pj. *Rad. ireos florent. sem. nigell. ana* ʒij. *Ciunam opt. nuc. mosch. ana* ʒiß. *Macis, Caryophyll. ana* ℈ij *Cubeb. Cardamom. ana* ℈j. *M. & concis. f. cum linteo alb. pur. Cucuphæ duæ vino albo odorifero incoquendæ, & alternatim, antequam altera frigescat calidè capiti imponendæ, sæpiusque repetendæ.* 7. Sacculus Cephal.

8. It. *Sacculus ex Syndon. rubr. pulvere grosso vel rasura succini Citrini impletus, spiritu cerasor. nigror. speciebus diambr. compl. imprægnato, imbutus, verticique impositus.* 8. Sacculus vertici applicandus.

9. Hic quoque ad derivationem è capite humorum & eductionem vel evacuationem eorundem conferunt *cauteria, atque fonticuli, in capite vel brachiis parandi.* 9. Cauteria & fonticuli.

Quartò, quod tandem Diætam attinet, 1. Aer sit purus, temperatus, ac ad calidum inclinans. 2. Cibi sint boni succi & facilis concoctionis, ac condiantur Cinnamomo, macere, majorana, caryophyllis, nuce moschata, Zingibere, & rorismarino; vitentur coctu difficiles, crassi, crudi, flatulenti, acidi, & fumo indurati: Potus sit vinum album Nicarinum mediocre, non valdè generosum, & vitetur crapula atque ebrietas. 3. In motu & quiete. Nec non 4. in somno & vigiliis teneatur modus. 5. Excernenda & retinenda consueto Diæta.

ſueto reſpondeant naturæ ordini. Et tandem 6. animi fortiores motus atque pathemata refrenentur.

Et hæc ſunt illa, quæ de hoc curando affectu monere volui. Deus Ter. Opt. Max. dictorum remediorum vim & efficaciam in hoc malo auferendo, priſtinamque ſanitatem conferendo & reſtituendo, divina ſua benedictione ſecundet. Exarabam, ſexto Nonarum Octobris, anno reparatæ gratiæ 1690.

Hic Patiens, (quem poſtea vocatus viſitavi) hiſce remediis per Dei gratiam feliciter reſtitutus fuit.

CONSILIUM MED. XCIX.

Vertiginis, & hæmorrhagiæ narium à ſanguine ebulliente, & humore acido-vitriolato atrabilario effervescente prvoenientis Curatio.

Caſus.

ADmodum Reverendus Dominus P. Prior vicini Monaſterii de Vertigine ac humore acido-vitriolato atrabilario effervescente, ac linteamenta humore atro tingente conqueritur, quem affectum nonnunquam narium hæmorrhagia comitatur.

Reſolutio.

Cauſa: CAuſa eſt ebullitio ſanguinis, ac humoris atrabilarii acido-vitriolati effervescentia, vapores ad arcem Palladis ablegans, nervos ac ventriculos cerebri oppilans, ſpiritus animales perturbans, naturalem eorundem motum invertens, ac vertiginem, nonnunquam etiam narium hæmorrhagiam inducens.

Signa, Signa tam ab ipſo temperamento, corporisque habitu ſanguineo, quam â ſupradictis ſymptomatibus deſumuntur.

Progno-

Prognosticon. Hoc malum, nisi legitimis remediorum præsidiis curetur, tam Apoplexiam, (cujus vertigo prodromus est) quam discrasiam viscerum, ac tandem Cachexiam, cum insequente tumore hydropico, (præsertim ratione crebrioris narium hæmorrhagiæ) inferre potest. *Prognosis. Vertigo est prodromus Apoplexiæ.*

Curatio 1. Humorum peccantium evacuatione. 2. Sanguinis & humoris atrabilarii acido - vitriolati ebullientis ac effervescentis præcipitatione. 3. Capitis spirituumque animalium roboratione. 4. hæmorrhagiæ narium per appropriata refrenatione. 5. Viscerum calidiorum sanguificationi dicatorum alteratione. Ac 6. Convenientis Diætæ observatione, absolvitur. *Curatio.*

1. Ad humores itaque peccantes evacuandos convenit Syrupus sequens, in anno bis, ter, vel quoties necessitas postulat, cochlearis unius quantitate (præmissâ ejus agitatione) sumendus. ℞. *Syrup. rosar. solutiv. de cichor. c. Rhabarb. Diaser. Andern. ana ʒj. Pulv. rad. Jalapp. ʒij. M. d. ad fictile.* *Syrup. laxat.*

2. Ad humores atrabilarios acido - vitriolatos effervescentes præcipitandos. ℞. *Corall. rubr. præp. Ocul. ☋. præp. Corn. Rhinocerot. præp. ana ʒj. Antihect. Poter. ʒiß. Cinnabar. antimon. nativ. ana ∋ß. Extr. castor, ∋j. M. f. pulvis, de quo singulo manè ac vesperi, quantum cuspide uno alterove cultri capi potest, in aqua Lunæ, vel alio appropriato vehiculo sumatur.* *Pulv. præcipit. specif.*

3. Ad Vertiginem eliminandum, caputque roborandum. ℞. *Conserv. rosar. rubr. ℥ij. majoran. betonic. ana ʒß. Confect. Alkerm. incompl. ʒß. Spec. contr. Apoplex. Corall. rubr. præp. ana ʒß. Syr. è ros. sicc. Corallior. ana ʒij. M. De quo interdiu aliquoties avellanæ quantitas sumatur.* *Electuar.*

Externè, vertex, nares, ac tempora balsamo apoplectico vel succini illiniantur. *Narium ac temporum inunctio.*

4. Ad narium hæmorrhagiam compescendam confert in ipso paroxysmo potiuncula sequens. ℞. *Sperniol. Croll. gr. v. Corall. rubr. præp. ∋j. Laudan. op. s. gr. ij. Syr. papav. err. ʒß. Aq. burs. pastor. Centinod. ana ʒj. M. f. potio unâ vice sumenda, sique necessitas postulat, repetenda.* *Pot. stegnotica in narium hæmorrhagia.*

Quocirca etiam nuchæ atque cervici argilla figulina cruda aceto subacta superq; linteo extensa, itemque scroto linteum aqua plantaginis frigida madidum applicandum, nec non venæsectio medianæ ad revellendum ac ventilandum sanguinem adhibenda. *Cataplasma, nuchæ & cervici imponendum.*

5. Viscera calidiora sanguificationi dicata sequenti aqua alterantur ac attemperantur. ℞. *Aq. Lunæ ℔j. Julap. ros. ℥ij. fiat mixtura, manè & vesperi cochleatim sumenda.* *Epithema scroto applicandum. Aq. alterans & refrigerans.*

Quod Diætam concernit. 1. Aer sit temperatus ac ad frigidum inclinans. 2. Cibi boni succi facilisque concoctionis & ad in- *Diæta.*

frigidationem diſpoſiti, inter quos frequens uſus Cichorii maximè conducit; abſtineatur ab acribus, vaporoſis, leguminibus, ac omnibus craſſis & crudis, malum ſuccum & ſanguinem generantibus, Potus ſit vinum album Nicarinum vel per ſe, vel aqua dilutum, & tempore paroxyſmorum Julapia alterantia atque refrigerantia. 3. Motus ſit temperatus. 4. In ſomno & vigiliis teneatur modus. 5. Alvus ſit naturaliter aperta. Et tandem 6. Animi fortiores motus coerceantur. Exarab. die 26. Maji, 1690.

CONSILIUM MED. C.

Capitis dolorem periodicum, nec non pedum tumorem examinans.

Caſus.

PRænobiliſſimus & Excellentiſſimus Dominus Patiens, annorum 56. temperamenti ſanguinei, habitus corporis mediocriter craſſi, de doloribus capitis vagis periodicis, plerumque tribus horis à ſumpto cibo (præſertim ſi extra menſam aliquid vini vel generoſioris potus aſſumitur) divexantibus conqueritur, qui dolores ſæpius in collum atque cervicem penetrant, ac usque ad Spinæ dorſi medietatem pertingunt, qui tandem præterlapſis duabus vel tribus horis iterum evaneſcunt: Ad hæc, non rarò circa veſperam pedes circa talos cum tenſione intumeſcunt, qui verò manè rurſus ſubſident, & in naturalem ſtatum reducuntur. De cœtero, cibus cum appetitu capitur & concoquitur, omnesq; cor-

poris

poris functiones ac facultates principes secundum requisitum naturæ ordinem sunt constitutæ.

Resolutio.

HIc Affectus meritò Cephalalgiæ nomine insignitur, & dolor est, qui nec diuturnus, nec cum magna capitis imbecillitate conjunctus est, sed dispersis ac resolutis vaporibus humorosis, præterlapsâ unâ vel alterâ horâ, rursus cessat atque quiescit. *Morbi Definitio.*

Causa est vapor humorosus tàm â venoso genere & sanguine efferveſcente, quam viſceribus calidioribus ad arcem Palladis elevatus, humores ac Spiritus occasionaliter inquinans, fibrasque partium internarum lacessans, cerebri meninges aliqualiter distendens, dictumque dolorem invehens; qui humorosus vapor, quando deinceps mediante intraneo capitis calore in materiam catarrhalem lymphamque acriorem resolvitur, per calvariæ futuras trans sudat, interque cranium cutemque carnosam per collum atque cervicem ad spinæ dorsi medietatem delabitur, ibidemque partes membranosas ac nervosas rodit & vellicat, sicque continui solutionem moliendo, tristem hunc sensum atque dolores excitat. Et quemadmodum dicti vapores humorosi ad caput ablegati commemoratos dolores causantur; sic humores lymphatici vaporosi copia peccantes in tertia concoctione residui, & ad assimilationem inepti á naturâ ad partes ignobiliores expulsi, hinc ad pedes ac talos devecti, tumorem ac tensionem producunt, quæ tamen incommoda à calore interno aggrediuntur, ac cum tumore evanescente in nihilum rediguntur & resolvuntur. *Causa.*

Signa tam Cephalalgiæ, quam tumoris pedum, quia per se evidentissima sunt, iccircò in ulteriori eorundem enumeratione supersedemus. *Signa.*

Hæc incommoda, quia à nulla evidenti Cacochymia, multò minus Cachexia in subjecto tam florido & sanguineo, sed saltem à causa accidentali præsertim abundantiori lympha, proveniunt, omnesque facultates principes naturali modo se habent, cooperante Divinâ gratiâ, facili negotio legitimis remediorum præsidiis exterminari possunt. *Prognosis.*

Ipsa verò Cephalalgiæ curatio in sanguinis calidioris 1. expurgatione. 2. Viscerum sanguinisque calidioris alteratione. 3. Vaporum humorosorum ascendentium præcipitatione. Et 4. Capitis roboratione, non neglectis anodynis & topicis, consistit. *Cephalalgiæ Curatio.*

Pedum vero tumor per remedia discutientia, resolventia, siccantia, atque roborantia tollitur.

Quibus omnibus conveniens Diæta erit adjungenda.

Hisce indicationibus sequentia remedia satisfacient.

Pot. laxat. 1. Ad sanguinis calidioris repurgationem, ℞. *Fol. sen. el. s. ſt. ʒiij. Rhab. ver. Crem. ♀. ana ʒß. M. & concis. infund. c. aq. Cichor. ʒiiij. stent in infus. per noctem, manè f. lenis ebullitio, postea in colatur. dissolv. Mann. Calabr. el. ʒiß. (vel Syr. de Cichor. c. Rhab. ʒj.) f. potio laxativa unâ vice hauriendа, & tempore vernali ac autumnali repetenda.*

Alterantia & Refrigerantia. Acidulæ. Electl. alter & refrig. 2. Ad alterationem & refrigerationem medicamentum palmarium sunt acidulæ Egeranæ, æstivo tempore decenter potæ. Hinc, ℞. *Conf. ros. rubr. ʒij. Citr. acetosæ, ana ʒj. Rad. cichor. cond. Lactuc. Hispan. cond. ana ʒß. Confect. Alk. inc. ℈ij. Corall. rubr. præp. ℈iiij. Syr. papav. err. diacod. Mont. ana ʒiij. M. f. Electuarium, de quo manè & vesperi, nec non interdiu repetitis vicibus avellanæ quantitas deglutiatur.*

Pulv. alter. & præcip. 3. Ad vaporum humorolorum præcipitationem. ℞. *Hyacinth. præp. Corall. rubr. præp. Ocul. ♋. præp. ana ℈ij. Pulv. antihect. Poter. analept. frig. Münder. ana ℈iiß. Cinnab. nativ. ℈j. Crystall. acetosell. ℈ß. M. f. pulv. subtilissⁱ. de quo horâ nonâ antimeridianâ, & secundâ vel tertia vespertinâ, quantum cuspide cultri capi potest, vel per se, vel in aqua Lunæ sumatur.*

4. Ad capitis corroborationem vel superius Electuarium alterans, vel seq. Tragea erit usurpanda. ℞. *Spec. diarrhod. Abb. Diatrionsant. ana ℈ij. flor. ros. rubr. sem. papav. alb. ana. ʒß. Corall. rubr. præp. Spodii. præp. ana ℈ij. Cinnam. ℈ij. Nuc. mosch. ʒj. sacch. albiss. ʒiij. M. f. Tragea. de qua parvi cochlearis quantitas post prandium & cœnam vel per se, vel cum pane albo tosto vino albo madido capiatur.* Externè, capiti sub vesperam ante somnum vel placenta rosarum, vel nympheæ imponatur, vel vertex capitis ac tempora Oleo papaveris albi guttatim instillato illiniantur.

Tragea Cephal. confort.

Topica anodyna & refrigerantia.

Pedum tumoris Curatio. Emplastr. Mixtur. Ad pedum tumorum abigendum. ℞. *Empl. diaphor. Mynſ. ʒiß. Oxycroc. ʒß. M. & malax. c. Ol. chamomill. extend. super linteo alb. cum spatula, pedibusque applicetur.* Vel ℞. *Spir. vin. opt. rectif. ʒx. pulv. ✻ iac. ʒj. M. d. ad vitr. in qua mixtura linteola intingantur, ac parumper expressa pedibus tumefactis circa noctis horam imponantur ac circumvolvantur.*

Diæta. Quod Diætam concernit, 1. Aer sit temperatus, ac ad frigidum inclinans. 2. Cibi sint euchymi, coctu faciles, bonumque succum & sanguinem generantes; crudi, crassi, fumo indurati, salsi, acidi, acres, caseus, pisces molles, fructus horarii, legumina &c. ad Garamantas & Indos ablegentur. Potus in mensâ sit vinum album Nicarinum mediocre, vel per se, vel cum aquâ dilutum, vel cerevisia alba optimè defe-

defecata; à vinis generoſis, ſpiritibus, aliisque liquoribus & potulentis crapulam inducentibus abſtineatur. 3. In motu & quiete; ut & 4. in ſomno & vigiliis teneatur modus. 5. Excrementa reſpondeant naturæ conſueto ordini. Ac tandem 6. fortiores animi affectus atque pathemata refrenentur. Exarat. Ulmæ Idibus Julii, anno 1690.

ADDITAMENTUM.

In gratiam Lectoris Curioſi.

RONDASSE

Animal quadrupes ex India Orientali oriundum.

ROndaſſe, animal Indiæ Orientalis, magnitudine corporis vulpeculam æquat, habet os acuminatum, caudam longam inſtar vulpis, ſquamis diſtinctam, ſed pilis carentem, in imo ventris ſub antro muliebri utriculum ſeu ſarcinam gerit in quam pullorum plerumque ſeptem vel octo poſt partum deſcendunt, in ea reconduntur, & ex illo utriculo rurſus pro lubitu aſcendunt, uterumque per genitale ingrediuntur, ſicq; multoties ab uno loco in alterum currunt atque recurrunt, donec procedente tempore ob augmentum corporis amborum locorum introitus ipſis denegetur.

Hæc animalia etiam Cerigones appellantur, ac in America in Regione ſeu diſtrictu Yzalcos reperiuntur, quæ nocturno tempore alto pede ædificia perreptant, at-

que gallinas pullosque gallinaceos prædantur. Et quando ipsis ab hostibus suis insidiatur, illicò proceras arbores ascendunt, caudam instar hami incurvant, ac extremitati ramorum altissimorum corpus suspensum concredunt, & sic suspensa manent, donec persecutores abiverint, ubi deinceps uno saltu in terram prosiliunt, sicque per infestas manus adversariorum suorum effugiunt.

INDEX

CONSILIORUM CENTURIÆ PRIMÆ.

CONSIL. I. MOrbum complicatum, Affectum ſcil. hypochondriacum cum diſpoſitione ſcorbutica, Cachexiam, Tuſſim vehementiſſimam cum Phtiſis periculo, ac continuum ſomni deſiderium, lethargum minitans, oſtendens. p. 1.

II. Morbum complicatum cachecticum, Ictericum ſcil. atque ſcorbuticum deſignans. 6.

III. Dolores vagi hypochondriaci, cum oris ſalſedine, feliciter curati. 10.

IV. Aquarum Mineralium Ilerbergenſium, in Comitatu Kirchbergenſi probationem delineans. 12.

V. Puerum decennem, ex dentitione febricitantem, convulſum & ſyncopticum, ac per integrum biennium, & quod excurrit lecto affixum, denotans. 16.

VI. Affectum quendam hypochondriacum & uterinum, cum moleſtiſſimis ſymptomatibus proponens. 24.

VII. Puerum novem annorum à Dæmonio ſylvatico perterritum, per duos menſes, & quod excurrit, aphonum, convulſum, pedibusque contractum repræſentans. 27.

VIII. Nobilem puerperam, ardore maximo, & intolerabili venæ hæmorrhoidalis in ano cœcæ laborantem, feliciterque reſtitutam, monſtrans. 32.

IX. Aſthma, accedente ſingultu & catarrho ſuffocativo, lethale exhibens. 34.

X. Diſcraſiam ventriculi, cum defluxionibus catarrhoſis à capite ad pulmones, ac aſthmate, repræſentans. 39.

XI. Catarrhus cum auditus gravitate, aſthmate, & anorexia feliciter curatus. 41.

XII. Cauſum in tertianam mutatum, feliciterque curatum, exhibens. 46.

XIII. Diſcraſia ventriculi, cum anorexia, corporis atrophia, & diſpoſitione hectica, lethalis. 49.

CON-

Index Consiliorum

CONSIL. XIV. Adolescentem scabie perversa atque psoradica laborantem, feliciterque restitutum, exhibens. 59.
XV. Vulnus capitis, cum fractura cranii, lethale. 61.
XVI. Febris tertiana syncoptica feliciter curata. 63.
XVII. Valida contusio & concussio capitis & Cerebri, cum magna perturbatione spirituum animalium, lethalis. 65.
XVIII. Miles in Diribitorio quadringinta plagis ad necem usque fustibus stipatus, feliciter restitutus. 67.
XIX. Oculi vulnus cum maximo dolore conjunctum mucrone gladii inflictum atque curatum exhibens. 69.
XX. Pila, seu globus cupreus, magnitudine sua ovum anserinum longè superans, per octodecim annos gestatus, sordidus & curruptus, partes vicinas exulcerans, pruritum doloresque excitans, è vagina uteri feliciter extractus. 71.
XXI. Vulnera colli, globulis seu frustulis scissis plumbeis per tubum pyrium inflicta, lethalia. 76.
XXII. Asthma periodicum cum motibus convulsivis brachiorum, præsertim sinistri, aliisque gravissimis symptomatibus, feliciter curatum. 81.
XXIII. Puer decennis ab Ægylope cum Phlictænis sinistri oculi, liberatus. 86.
XXIV. Facies Infantis & Ancillæ uno ictu pulvere tormentario ambusta. 89.
XXV. Varum prospero successu restitutum delineans. 93.
XXVI. Valgorum curationem exhibens. 95.
XXVII. Phagedæna in maxilla sinistra lethalis. 98.
XXVIII. Tumor colli scirrhosus cum gravissimis symptomatibus, lethalis. 105.
XXIX. Abscessus propè lumborum vertebras in dextro latere feliciter curatus. 110.
XXX. Ossiculum acutum incautè deglutitum cum periculosis symptomatibus exhibens. 115.
XXXI. Volvulus periculosissimus ex malè reposita hernia. 122.
XXXII. Melancholiam hypochondriacam feliciter curatam exhibens. 127
XXXIII. Ancillam ex terrore convulsam, curatamque exhibens. 129.

CON-

CONSIL. XXXIV. Αὐτόχειρ in abdomine ſauciatus reſtituitur. 132.
XXXV. Aſthma periculoſiſſimum cum graviſſimis ſymptomatibus exhibens. 134. & 137.
XXXVI. In puncto Diſcraſiæ ventriculi cum Hepatis intemperie calida. 141.
XXXVII. De Pyro monſtroſo. 145.
XXXVIII. De Ovis Sole ſignatis. 147.
XXXIX. Partus Gemellorum monſtroſus. 148.
XL. Infans ex fortiſſima matris imaginatione monſtroſa umbilici relaxatione, ac inteſtinorum extra corpus propendentium prolapſu naſcitur. 153.
XLI. De partu monſtroſo. 155.
XLII. De Ceraſis acidis per quadraginta annos incorruptis conſervatis. 156.
XLIII. Uterus prolapſus tertia demum ſeptimana repoſitus. 158.
XLIV. Fiſtula maxillæ ex cavo & carioſo dente oriunda feliciter curata. 159.
XLV. Mulierem hydropicam felici ſucceſſu reſtitutam deſignans. 161.
XLVI. Mulier prolapſu inteſtinorum ex hernia laborans, per uſum Mercurii vivi feliciter reſtituta. 162.
XLVII. Febris quartanæ curationem delineans. 163.
XLVIII. Febris, cum cutis efflorescentiis rubris, ac diſpoſitione ad arthritidem vagam ſcorbuticam curationem proponens. 166.
XLIX. Pleuritidis Curationem proponens. 168.
L. Ebrietatis graviora ſymptomata, cum decenti Curatione delineans. 169.
LI. Secundinæ retentio, ſuperveniente febre acuta, lethalis. 171.
LII. Anthrax circa regionem ventriculi periculoſiſſimus, feliciter curatus. 173.
LIII. Anthrax in dorſo, cum ingenti carnis ſubjectæ corruptione, feliciter curatus. 175.
LIV. Canis rabioſi morſum feliciter curatum proponens. 176.
LV. Aſthma periodicum, ſuffocationem minitans optimo ſucceſſu curatum exhibens. 179.
LVI. Empyæma ex intermiſſa Paracenteſi, lethale. 180.

Index Conſiliorum

CONSIL. LVII. Scirrhus maxillæ dextræ in cancrum degenerans, lethalis. 183.

LVIII. Cancer in femore dextro, verſus inguen, lethalis. 184.

LIX. Phlegmone Eryſipelatodes circa genu dextri pedis optimo ſucceſſu curatum. 185.

LX. Cephalalgia bimeſtris, accedente auris dextræ intolerabili dolore poſt ruptum abſceſſum in cavitate Cerebri evaneſcens. 187.

LXI. Dolor hypochondrii ſiniſtri periodicus feliciter curatus. 189.

LXII. Fœtus monſtroſus cum ſuperiori maxilla, & labio in utroque latere fiſſo. 190

LXIII. Venenum Gallicum varia moleſta ſymptomata proferens. 191.

LXIV. Arthritidem vagam ſcorbuticam periodicam in ſcenam proferens. 206.

LXV. Convulſiones admirandas absque ſenſuum inſigni læſione, proponens. 209.

LXVI. Alopeciæ Curationem proponens. 212.

LXVII. Colicam bilioſam ac ſimul flatulentam proponens. 214.

LXVIII. Abſceſſus abdominis ruptus, ac per medium umbilici evacuatus, varia periculoſa ſymptomata invehens. 220.

LXIX. Vulnus ſclopeto inflictum, ſcapulam, pectus, & pulmones penetrans, lethale. 225.

LXX. Icteri flavi curationem demonſtrans. 229.

LXXI. Volvulum inteſtinalem feliciter reſtitutum exhibens. 231.

LXXII. Vulnus ſclopeto inflictum, partes aliquot principes lædens, lethale. 232.

LXXIV. Vulnus Veſicæ lethale. 234

LXXV. Sphacelus ab interna cauſa mortem inferens. 237.

LXXVI. Vulnus in fronte ex vehementi contuſione per accidens lethale. 239.

LXXVII. Phtiſis incipientis curationem exhibens. 241.

CON-

CONSIL. LXXVIII. Militum fauciatorum in conflictu cum Gallis propè Langenavium Hiſtoriam proponens. 244.

LXXIX. Globus plumbeus per bombardam cranio ſupra dextrum oculum infixus, nullam extractionem admittens. 248.

LXXX. Mercurium ſublimatum devoratum, legitimis verò remediorum præſidiis debellatum exhibens. 249.

LXXXI. Ventriculi vulnus totam ejus ſubſtantiam ex utroque latere penetrans, lethale. 251.

LXXXII. Vulnus propè oculum punctim inflictum, in ſubſtantiam cerebri penetrans, lethale. 252.

LXXXIII. Teneſmum cum aliis pravis ſymptomatibus à retardato & ſuppreſſo hæmorrhoidum fluxu, cum exulceratione inteſtini recti provenientem, examinans. 253.

LXXXIV. Tenesmi Curationem exhibens. 260.

LXXXV. Ambulandi impotentiam, ob ligamentorum & nervorum relaxationem feliciter curatam exhibens. 264.

LXXXVI. Os femoris infantis cujusdam incurvatum, ſed progreſſus temporis beneficio naturæ correctum, proponens. 266.

LXXXVII. Paralyſis ſiniſtri lateris brachii & pedis, nec non veſicæ feliciter curata. 268.

LXXXVIII. Cachexia cum hydrope incipiente feliciter curata. 271.

LXXXIX. Oculorum caligo cœcitatem minitans per adhibita remedia & ſubſequens puerperium evaneſcens. 274.

XC. Calculus veſicæ ſine inciſione extractus. 275.

XCI. Natta è dextræ mammæ papilla funiculo alligata inſtar uvæ dependens. 277.

XCII. Nasda glanduloſa in inteſtino recto prognata periculoſam hæmorrhagiam excitans. 278.

XCIII. Ebullitio ac effervescentia ſanguinis ſcorbutici cum maculis in toto corpore copiosè erumpentibus, accedentibus hæmorrhagia variarum partium, lethalis. 281.

Index Conſiliorum Centuriæ Primæ.

CONSIL. XCIV. Arthritis vaga ſcorbutica. 284.
XCV. Oſſis femoris dextri ultra ſemeſtre antrorſum luxati ac deorſum prolapſi repoſitionem exhibens. 288.
XCVI. Morbi ſporadici & partim maligni per appropriata remedia debellati. 295.
XCVII. Partus monſtroſus, idolum Ethnicorum referens. 298.
XCVIII. Memoriæ læſio. 299.
XCIX. Vertiginis & hæmorrhagiæ narium à ſanguine ebulliente & humore acido vitriolato atrabilario efferveſcente provenientis Curatio. 304.
C. Capitis dolorem periodicum, nec non pedum tumorem examinans. 306.

CENTURIA SECUNDA.

CONSILIUM MED. I.

Efflorescentia scabiosa scorbutica faciei, aliarumque partium feliciter curata.

Casus.

ANno 1690. Persona quædam ex magno Heroum stemmate prognata, temperamenti sanguinei, habitus corporis crassi, ætatis suæ anno vigesimo, per aliquod tempus debilitatem stomachi, cum virium imbecillitate sensit, & aliquoties maculas rubras in cute hinc inde dispersas observavit; nuperrimè verò in utroque latere menti, nec minus in fronte, supra supercilia, non sine deformitate faciei, itemque in manu & femore dextro efflorescentiæ scabiosæ scorbuticæ cum pruritu eruperunt. Proinde quæritur, qualis hic affectus, & quâ ratione & modo ipsi succurrendum sit?

Resolutio.

HIc affectus nil aliud est, quam impuri & scorbutici sanguinis, alio- *Morbus.*
rumque humorum excrementitiorum, per venulas capillares & tubulos intra cutem & carnem effusorum, postea suâ acredine cutem cum epidermide corrodentium & exulcerantium, eruptio, quæ nomine scabiei scorbuticæ insigniri potest.

Cauſa. Cauſa hujus morbi, ſanguis falſus, aduſtus, ſcorbuticus, & peculiari acredine tinctus eſt, quâ mediante præternaturali diſpoſitione tota maſſa ſanguinea inquinatur, acida impuritate tingitur, ac per modum fermentationis ad exteriora cutis expellitur; Quocirca etiam cauſa procatarctica, inconveniens videlicet hactenus obſervata Diæta, uſusque variorum acrium, ſalſorum, acidorum, multoque pipere conditorum ciborum, meritò accuſatur.

Signa. Signa hujus mali ſunt tàm puſtulæ & cruſtæ ſcabioſæ, quam maculæ & efflorescentiæ ſcorbuticæ quæ hinc inde in cutis ſuperficie obſervatæ ſunt, quæ ſanguinem impurâ, ſalsâ, & ſcorbuticâ acredine tinctum indicant & oſtendunt.

Prognoſis. Hic affectus, ſi ipſi legitimis remediorum præſidiis in tempore non ſuccurreretur, ob ventriculi debilitatem ac imperfectam concoctionem, inſequentemque vitioſam ſanguificationem, temporis progreſſu in cacochymiam & leucophlegmatiam, poſtea verò in cachexiam hydropicam, vel etiam in ſcabiem perverſam, malignam, & fermè incurabilem degenerare poſſet.

Curatio. Hujus morbi curatio 1. in humorum acrium & ſcorbuticorum expurgatione. 2. In acrioris ſalſique ſanguinis edulcoratione. 3. In Viſcerum ſanguificationi dicatorum alteratione & roboratione. 4. Externorum refrigerantium & ſiccantium remediorum applicatione. Et 5. in convenientis Diætæ obſervatione, conſiſtit.

Curationis ordo. Ad quem finem aſſequendum ſequentia remedia conducibilia ſunt. 1. Ad humorum acrium & ſcorbuticorum expurgationem, quæ jam in præſenti per aliquot vices ac in poſterum, tam ad præſervationem, quam curationem, ſpatio quadrantis vel dimidii anni ſemel repetendo, promovenda & procuranda eſt, tales parentur Pillulæ.

Pill. purg. ℞. *Extract. panchymag. Croll.* ℈j. ☿ *ii dulcif. Magiſter. mechoac. nigr. ana* ℈ß. *M. f. cum aq. Ceras. nigr. pillulæ obauratæ num xxv. unâ vice deglutiendæ.*

Sacculus laxat. Vel, ℞. *Herb. abſynth. Card. bened. Centaur. min. Cochlear. beccabung. naſturt. fumar. ana pj. Rad. Cichor. Cappar. raphan. marin. enulæ, Garyophyllat. ana* ℥ij. *Rhabarb. ver.* ℥iij. *fol. ſen. el. ſ. ſt.* ℥j. *Agar. troch. Turpeth. opt. Jalapp. ana* ʒij. *Cinnam. acut.* ʒj. *Macis* ℈j. *Crem.* ♀. ʒij. *Sem. anis. fœnic. ana* ʒß. *M. & conciſ. f. cum Syndon. alb. nodulus, in quinque quartariis, vel* ℔v. *vini alb. macerandus, cujus vini quotidiè manè jejuno ſtomacho quartarium dimidium, vel* ℥v. *bibantur.*

2. Ad ſanguinem acrem, ſalſum atque ſcorbuticum purificandum & edulcorandum, præ aliis remedia diaphoretica ſpecifica; quin etiam ſequentes ſpecies pro Decocto ſudorifero, conducunt.

Decoct. Sudorif. ℞. *Scob. lign. ſaſſafr.* ℥vj. *Guajac.* ℥j. *Rad. chin. ſarſaparill. ana* ℥ß. *Cinnam. opt.*

opt. ʒij. Sem. anis. fœnic. ana ʒß. M. & concis. coq. cum aquâ fontanâ in olla benè coopertâ ad tertias, de quo decocto quotidiè manè jejuno stomacho ℥v. vel quartarium dimidium tepidè bibatur, ac per horam integram sudor in lecto promoveatur; in quo decocto etiam indies de sequentibus pulvisculis unus sumendus. ℞ *℥ ii diaphoret. rec. ex Regulo præp. gr. xij. d. ad chartam, & hoc modo Doses duodecim.* Præter hæc, tam ad præservationem quam Curationem, *Essentia trifolii fibrini*, utpote nobile & insigne antiscorbuticum, confert, cujus manè & vesperi guttæ viginti in brodio carnis assumantur. *Pulv. sudorif. Essent. trifol. fibrin.*

3. Ad viscerum sanguificationi dicatorum alterationem & corroborationem, proficit Electuarium sequens. ℞. *Conserv. rosar. antiq. ʒij. Cochlear. Enulæ, ana ʒiß. pulv. trochisc. de viperis ʒß. Syrup. scelotyrb. ʒvj. M. d. ad fictile. De quo interdiu sæpius avellanæ quantitas capiatur.* Et, ℞. *Aq. confort. offic. perlat. ʒiiij. Cordial. temperat. ʒij. è typh. Cerv. scorzoner. ana ʒj. Lapid. Bezoard. or. ϑß. Margarit. præp. Corall. rubr. præp. ana ϑj. Confect. Alkerm. incompl. ʒj. Syr. acetos. Citr. granator. ana ʒß. Man. Chr. perlat. ʒij. M. d. ad vitrum. Dosis cochleare unum vel alterum, sæpius repetendo.* *Electuar. confort.*

5. Externe, ad exulceratæ ac defœdatæ cutis refrigerationem & exsiccationem, confert tale Unguentum. ℞. *Ung. alb. d. Ceruss. ʒiß. d. lytharg. ʒj. ☿ ii dulcif. ʒj. Ol. rosar. ʒij. M. d. ad. fictile.* Quo Unguento partes affectæ manè & vesperi inungantur. *Unguent.*

Quod Diætam concernit, 1. Aer sit temperatus & ad calidatem inclinans. 2. Cibi sint boni succi, facilisque concoctionis, quales sunt, caro vitulina, agnina, vervecina, caponum, gallinarum, pullorum gallinaceorum, avicularum montanarum, &c. Ex piscibus, lucii, truttæ, fariones, funduli &c. Ex fructibus, pruna Damascena & Hispanica, pulmenta ex pomis redolentibus, vel passulis parata, &c. ex aliis esculentis, juscula gallinarum, ptisana hordeacea, &c. E contra, cibi crudi, salsi, acres, acidi, coctû difficiles, quales sunt, caro porcina, fumo indurata, aselli, haleces, sardelli, brassica capitata concisa & sale condita, caseus antiquus, &c. evitentur. Pro potu ordinario, supradictæ species pro potu sudorifero, altera vice, cum additamento sequenti recoquantur. ℞. *Ficuum ping. num. v. Glycyrrh. ʒß. passul. min. ʒij. Sem. anis. fœnic. ana ʒß. M. & concis. d. ad chartam.* Præter hunc potum, ad confortandum stomachum, in mensa etiam poculum vini Nicarini, vel Mosellini concessum est. Adhæc, 3. Corpus etiam modicè moveatur. 4. in somno & vigiliis modus teneatur. 5. Alvus ab excrementis retentis liberetur. Et tandem 6. fortiora animi pathemata refrenentur. *Diæta.* *Additamentum specier. decocti sudorif. adrecoquend pro potu Ord.*

Quibus ita obſervatis, & adhibitis remediis, præfatus Dominus Patiens menſis ſpatio, per Dei gratiam feliciter reſtitutus fuit.

Dabam, die 21. Decemb. 1690.

EBERHARDUS GOCKELIUS, D.

CONSILIUM MED. II.

Sterilitatem examinans.

Caſus.

MAgnus quidam ex antiquiſſima Heroum proſapia ortus JULIUS, ætatis anno trigeſimo nono, ſtaturæ mediæ, ad frigidam & humidam intemperiem pronus, in novendecim ſui matrimonii annis nullum hæredem progenuit; Et quamvis hactenus cum dilectiſſima ſuaviſſimaque ſua Coſta ſecundum conſuetum naturæ ordinem actum venereum exercêre potuit, ac ſemen in uterum immiſſum optimè retentum fuit, illud tamen ſemper infœcundum manſit, nec ſcopum generationis attigit, ſed potius animadvertit, quod ſperma virile tam voluntariè quam involuntariè emiſſum, imperfectæ fluidæ & aquoſæ ſubſtantiæ fuerit, Gonorrhœa quin etiam interdum acceſſerit, alvique excrementa fluida apparuerint; Quibus ita conſtitutis, quæſtio movetur, ex quibus cauſis ſterilitas hæc oborta ſit? & quibus remediorum præſidiis illa corrigi ac emendari poſſit?

Reſo-

Resolutio.

HIc affectus sterilitatis nomen meretur, quæ in hoc Subjecto à frigida & humida intemperie, præsertim vero à semine non substantifico, inelaborato, fluido, aquoso, tenui, crudo, & imperfecto, ac proinde ad generationem inepto proficiscitur, ad quam intemperiem nimia in tenerrimo adolescentiæ flore libido, & crebriores congressus venerei, (quibus mediantibus calor nativus cum humido radicali & balsamico valdè labefactatus, ac vasa deferentia & spermatica generationi dicata, folliculique semen continentes relaxati, facultas retentrix debilitata, ac per consequens semen non sufficienter coctum, maturatum & elaboratum fuit.) ansam & occasionem præbuit; Unde etiam evenit, ut ob fluidum & inelaboratum semen ac facultatis retentricis debilitatem Gonorrhœa insecuta sit, & sperma ante justum tempus imperfectum crudum & inelaboratum effluxerit, sicque hactenus ad veram & legitimam conceptionem ac hæredis generationem ineptum fuerit. *Affectus Definitio & Causa.*

Signa per se clara ac evidentia sunt, quæ & per dictam voluntariam simul & involuntariam seminis crudi, aquosi, & tenuis profusionem nec non molestam Gonorrhœam sese sufficientissimè manifestarunt, deque seminis ad generandum inhabilitate testimonium perhibuerunt. *Signa.*

In hoc affectu, quia Dominus Patiens in optimo juventutis flore consistit, modò in usurpandis remediis & observandâ bonâ Diæta obsequium præstet, restitutio sperari potest, quæ tamen temporis spatium requirit, quia intemperies frigida & humida, ac relaxatio vasorum spermaticorum in affectu hoc chronico, non nisi successivè corrigi ac curari potest. *Prognosis.*

Curatio autem hujus Affectus in sequentibus consistit. 1. Ut corpus certis temporibus per appropriatum catarcticum expurgetur. 2. Frigida & humida intemperies internorum viscerum sanguificationi dicatorum tollatur, partesque affectæ vivificentur ac roborentur. 3. Vasorum spermaticorum atque folliculorum semen continentium laxitas & lubricitas corrigatur & adstringatur. Et 4. Bona ac conveniens Diæta strictissimè observetur. Quibus observatis, ad hunc scopum sanitatis assequendum, sequentia remedia optimo, ut speramus, successu, maximum emolumentum conferent. *Curatio.*

1. Ad corpus singulo semestri vel quadrantibus anni expurgandum. *Purgantia.*

gandum. ℞. ♀ii *dulcif.* ℈j. *Extr. panchym. Croll.* ℈ß. *Mag. Jalapp. gr. v. M. f. c. aq. fragor. pill. obauratæ num xxv. unâ vice deglutiendæ.*

2. Ad frigidam humidamque viscerum, totiusque massæ sanguineæ intemperiem corrigendam. ℞. *Conserv. rosar. antiq.* ʒiij. *Elect. de gemmis* ʒij. *Confect. Alkerm. compl.* ʒij. *Corall. rubr. præp. Succin. alb. præp. ana* ℈iiij. *Macis, Cubeb. ana* ℈j. *pulv. trochisc. de viper.* ʒß. *Syr. myrtin. Corall. ana* ziij. *vel. q. s. ad Electuar. mollior. consistentiam d. ad fictile. De quo Electuario manè jejuno stomacho, & vesperi sub horam decubitus nucis moschatæ quantitas capiatur.* Vel, ℞. *Conserv. rosar. rubr.* ʒiiij. *Elect. de gemmis* ʒij. *Cort. citr. cond.* ʒß. *Nuc. Indic. cond.* ʒß. *Conf. Alk. compl.* ziß. *Corall. rubr. præp. Spodii præp. Margarit. præp. succin. alb. præp. ana* ℈j. *Troch. de viperis* zij. *Spec. diatrionsant. Diamarg. calid. ana* ℈j. *Syr. Myrtin & Corallior. ana* ziij. *vel q. s. ad Elect. moll. consistentiam. Dosis M. & V. avellanæ quantitas.* Et, ℞. *Spec. Diarrhod. Abb. Diatrionsant. Diaxyloal. Diazingib. ana* ℈ij. *Cinnam. opt* ʒß. *Nuc. mosch.* zij. *Macis, Caryophyllor. Cubeb. Cardamom. ana* ℈j. *Corall. rubr. præp. Margarit. præp. ana* zj. *Spod. præp. succin. alb. præp. ana* ℈j. *sacch. alb. finiss.* ʒviij. *fol.* ⊙ *num.* 2. *M. f. Tragea, de qua quotidiè bis, sub finem mensæ cochleare minus pani albo tosto vel saccharato vino madido aspergatur ac comedatur.*

Electuar. confort.

Aliud.

Tragea.

Juxta hæc dicta probè observandum est, ne venerem stimulantia, utpote quibus materia spermatica atque facultas expultrix ad expellendum irritatur, atq; retentrix labefactatur, sicq; malum malo aggravatur, propinentur vel assumantur, quia causa morbi non in defectu seminis vel materiæ spermaticæ, sed in vitiatâ qualitate consistit.

3. Ad lubricitatem & laxitatem vasorum spermaticorum atque folliculorum semen continentium corrigendam & adstringendam. ℞. *Boli armen. Terr. sigill. sangu. Dracon. Corall. rubr. spod. santal. Citrin. ana ij. Acac. Thur. Mastic. ana* ʒß. *Terebinth. Cer. ana* ʒj. *Ol. myrtin.* ʒij. *M. f. Emplastrum, spithamarum duarum ongitudine, uniusque latitudine corio albo illinendum, lumbisque per aliquot dies, donec sponte decidat, applicandum.* Penès hoc, pudenda, scrotum, & perinæum tam ad calefactionem, quam ad maleficiorum & incantationum (si aliquid horum adesset) aversionem & extinctionem Oleo sequenti inungantur. ℞. *Ol. formicar.* ʒj. *hypericon.* ʒß. *M. d. ad fictile.*

Emplastr.

Oleum.

Thermæ piperinæ in Helvetiâ.

Juxta hæc dicta & allegata remedia pro satisfactione omnium indicantium & indicatorum seu juvantium proximo vere vel æstate *Thermæ piperinæ in Helvetiâ* maximè prodessent.

Diæta.

Quod Diætam concernit, 1. Aer sit temperatus & ad caliditatem inclinans, frigidus verò fugiatur & evitetur. 2. Cibi sint coctu faci-

faciles, bonum ſuccum ac ſanguinem generantes, qui Cinnamomo, garyophyllis, nuce moſchata, macere, roriſmarino, majorana, &c. condiantur. Præ aliis verò ad fertilitatem conciliandam carnes viperarum in montibus Euganiis in Italia captarum, abjectis caudis & capitibus minutiſſimè conciſæ, cum farinâ vel pane comminuto permixtæ & ſubactæ conferunt, ſi capones hâc maſſa ſaginantur, illorumque caro quotidiè comeditur, quâ mediante tota maſſa ſanguinis corrigitur, omnis malignitas expellitur, atque fertilitas promovetur. Pro potu ordinario vinum album generoſum, ut & longo tempore conſuetum Hungaricum confert; Intemperantia verò & ebrietas, (quibus mediantibus cruditates cum ſemine imperfecto & inelaborato generantur) evitentur. *Carnes viperar. Italic. Specif. fertilit. remed.*

3. Quemadmodum motus modicus ſpiritus ac ſanguinem excitat & recreat, ſic motus immodicus totum corpus cum detrimento debilitat.

4. In ſomno & vigiliis talis modus tenendus, ne per largiorem ſomnum Spiritus cum ſanguine torpidi & ad circulationem tardi & inepti reddantur, è contra per vigilias immodicas diſpergantur & conſumantur.

5. Alvus quin etiam ſit naturaliter aperta, vel ſi conſtipata ſit, Clyſtere laxativo vel ſuppoſitorio ſubducatur. Et tandem

6. Omnes fortiores animi motus, ira, pavor, mœror & triſtitia (quæ omnia humores & ſpiritus perturbare & confundere poſſunt) refrenentur atque coerceantur. Alma Trias votis noſtris ſalútiferis annuat, atque dicta Remedia Divina ſua benedictione ſecundet. Exarabam, die 11. Novemb. 1690.

CONSILUM MED. III.

Sterilitatis, & ſimul affectus hypochondriaci juvamina, cum legitimo uſu carnis viperarum explanans.

CUra carnis viperarum Italicarum, in montibus Euganeis captarum, â me nuper propoſita, ac à famigeratiſſimis duobus Medicis approbata, quâ *De Curâ per carnem viperinam,*

(quâ mediante tota maſſa ſanguinea corrigitur, renovatur, & tam ratione ſubſtantiæ quam qualitatis ad vigorem ſuum naturalem perducitur) ſequenti modo inſtituenda erit. Et quidem unâ vice aliquot viperæ capite ſuſpendantur, clavoque capiti transfixo affigantur, pellis detrahatur, inteſtina eximantur, caput & cauda amputentur, poſtea caro, (quæ præſtantiſſimâ balſamicâ & bezoardicâ vi pollet, omneque malignum ſanguinis ac humorum inquinamentum corrigere & expellere potis eſt, nec non ut præcipuum ingrediens theriacæ baſin conſtituit) minutiſſimè concidatur, poſtea cum farinâ hordei vel panis albi ſubigatur, ex quâ mixturâ globuli minores formentur, iisdemque ſolùm, nec ullo alio cibo capones & gallinæ infarciantur ac ſaginentur. Qui capones & gallinæ deinceps vel elixentur, vel brodio & aromatibus condiantur, vel aſſentur, Dominusque Patiens iisdem præcipuè, (ſepoſitis aliis eſculentis) cibetur, à largiori vini potu, ut & crebriori veneris uſu abſtineatur, bona Diæta obſervetur, atque hâc viperarum curâ tam diu continuetur, donec omnes viperæ, (quarum numero centum hac vice ex Italia allatæ ſunt) à caponibus & gallinis illis ad hanc curam deſtinatis, conſumptæ ſint. Singulis ad hoc etiam ſeptimanis ſemel ſcrupulus unus ſalis viperini manè jejuno ſtomacho in brodio gallinæ vel vino malvatico ſumatur, tribusque horis à cibis abſtineatur. Per hanc curam Magnæ & Illuſtriſſimæ quædam Domus, antehac ſteriles, fœcundæ ac prolificæ factæ ſunt.

Modus utendi & præparandi.

Ad

Ad affectum verò hypochondriacum curandum, & ad venarum meſaraicarum ramorumque venæ portæ ab humore atrabilario, feculento, & aduſto, (ex quo vapores tenebricoſi ad arcem Palladis aſcendunt, ibidemque ſpiritus animales diſturbant, & obnubilant, phantaſiam lædunt, ac falſa objecta communicant,) obſtructionem reſerandam, ante vel poſt viperarum curam *Acidulæ Deinacenſes*, (præparato & purgato prius corpore) conferunt. Inter acidularum uſum, (ſi illæ per ſudorem, urinam, vel ſeceſſum non operarentur) Morſuli laxativi ad acidulas ſuperius commemorati proficui ſunt, quorum dimidius vel integer mane inter bibendum comedatur. *Curatio mali hypochondriaci.* *Acidulæ Deinacenſes.*

Nec periculum eſt, quod harum acidularum uſus ſtomacho læſionem afferat, quia Spiritus minerales, qui vehiculo aqueo permixti ſunt, teſt. D. Melch. Sebizio, Prof. quondam Publico Argentoratenſi, in Tract. ſuo de Acidulis, (cui etiam ipſa Experientia adſtipulatur) eundem cum viſceribus nobilioribus roborant, & confortant.

Sequitur De Cura viperarum.

Ut autem Cura viperarum, de quâ ſuperius mentio facta eſt, earumque verus uſus & applicatio melius eluceſcat, ea, quæ Joh. Zvvelferus, Med. D. in ſuis Animadverſionibus in Pharmacopœam Auguſtanam pag. mih. 215. & ſeq. de ineſcatione & ſaginatione gallinarum ac caponum cum carne viperinâ ſcripſit, hic in medium proferre placuit, cujus verba formalia hæc ſunt. *De Curâ Viperarum ex Zvvelfero.*

Tandem, ne quicquam intactum, quod ad viperas

ſpectat, & uſui medico inſervire poſſit, ſilentio prætereamus, è re fore judicavi, dum de iisdem nobis adhuc ſermo eſt, ut paucis tantam ubivis gentium deprædicatam caponum & gallinarum viperinis carnibus factam ſaginationem attingamus; Quomodo nimirum illa, (cum nonnulli magni Germaniæ Principes, eâdem ſagina nutritis caponibus & gallinis, non ſine inſigni emolumento veſcantur;) legitimè peragenda ſit; Ne, ſi fortè quidam nauſea detineantur, & propterea medicamenta ex viperis parata, in ſubſtantiâ aſſumere abhorreant, viperarum præclaris virtutibus penitus deſtituantur.

Quanquam verò vulgò receptam capones jam adultos & gallinas ſaginandi conſuetudinem non improbem; attamen ratio & experientia multò conſultius ſuadent, ut qui intenſiores viperarum facultates per hujusmodi ſaginationem ſibi comparare ſatagit, gallum & aliquot gallinas in cohorte, ovis pariendis deſtinata, viperina enutriat ſubſtantiâ. Quæ ſic enutritæ mirum eſt, quam evadant fœcundæ & ſalaces. Hinc ova taliter epulantium Conjugum excluſioni ſubjicienda, & pulli, quamprimum è teſtis eruperint, eſcâ è viperis parata, ſunt educandi.

Modus ſaginandi capones & gallinas carne viperar.

Modus autem prædicta animalia ſaginandi hic eſt: Viperæ, ut ſuperius dictum, mundatæ in fruſtula conſcindantur, ac in vaſe idoneo, affuſa ſ. q. aquæ fontis, decoquantur, adjecto modico ſalis communis, usque dum ſufficienter carnes emollitæ ſint; Hinc cochleari perforato eximantur viperæ, in mortario contundendæ, ut oſſa comminuantur; quibus ſic contritis adde farinæ ſaginationi aptæ,

aptæ, & juſculi decoctionis viperarum q ſ. miſce, fiant paſtilli, quibus gallinæ, capones, & adultiores pulli ſaginentur. Sed cum recenter excluſi pulli paſtillis hiſce paſci non poſſint, alia via eos cibare oportet: Caro videlicet cocta & ab oſſibus ſeparata minutim conſcindenda, ovis ad duritiem coctis ac ſimiliter inciſis permiſcenda, & pullis nuper excluſis in eſum porrigenda eſt. Atque hoc cibo tam diu pulli paſcendi, donec ſaginationem præſcriptis paſtillis celebrandam ſuſtinere tandem queant; Quibus deinde ultrò ſuſtententur, donec partim pingues & jugulationi accommodati; partim fœcundi pariendis ovis, & ex illis aliis excludendis pullis apti videantur; denique toto vitæ tempore ſimili pabulo alantur, ut, quantum fieri poteſt, tota gallinaceorum natura, tum quaſi per ſemen in ipſa generatione, tum per alimentum in vitæ decurſu, Viperarum viribus alteretur & imbuatur. Hucusque Zvvelfferus.

Sequitur Itali cujusdam Medici de uſu viperarum inſtructio, quam Magnæ Duciſſæ de Toſcana italico idiomate communicavit, ac latinè ſic ſonat.

Itali cujusd. Medici de uſu viperar. inſtructio.

Sequitur jam modus ac genuina ratio, quomodo venenatæ hæ viperæ legitimè præparandæ & utendæ ſint, non quidem per ſe & in naturali ſubſtantia, quod facilè fieri poſſet, ſed in & cum aliis cibis, qui à quibusvis hominibus longam vitam deſiderantibus, cujuscunque etiam conditionis, qualitatis, ſexus, ac ætatis ſint, ſine omni noxa vel detrimento uſurpari poſſunt. Antequam verò rem ipſam, & quomodo viperæ præparandæ ſint, aggrediamur, prius unam vel alteram de ipſis naturalem proprietatem indica-

De Viperar. naturali proprietate.

bimus. Et quia Primo viperæ tam masculini quam fœminini sexus reperiuntur, ad nostrum usum fœminas eligemus, quia mares venenum suum per totum corpus diffundunt, quod difficulter ex toto separari potest, fœminæ verò idipsum in dente solum & capite recondunt, quod cum capitis amputatione extirpatur, ac reliquum ab eo immune redditur.

Quænam viperæ sint eligendæ?

Secundò, quia fœminæ colore differunt, illæ quæ sub flavedine rutilant, præ aliis eligendæ, quod si verò tales in sufficienti quantitate haberi non possunt, eæ, quæ cineritio & simul flavo colore tinctæ & variegatæ sunt, sumendæ.

De collectionis & capturæ viperarum, tempore.

Tertiò, justo quin etiam & debito tempore, vel sub finem veris, vel circa vindemiam in autumno, & quidem tales quæ carnosæ & corpulentæ sunt, nec illæ, quæ in locis cœnosis & paludosis degunt, sed quæ in locis montanis, saluberrimo aeri perviis stabulantur, capiendæ, Econtra oviparæ, quæ ovis refertæ, & gravidæ, optimoque succo substantifico privatæ, pessimam qualitatem ac indolem induerunt, summo studio fugiendæ sunt.

Captæ ad hoc viperæ, (quod benè notandum ac observandum est,) sine longiori mora ad usum adhibeantur, quo diutius enim asservantur, eò magis virtute & efficacia suâ destituuntur. Si autem eas ad tempus retinere oportet, melius est, si in horto aliquo muro circumdito, quam in cistis & capsulis detinentur.

Quodsi ergò debita & sufficiens quantitas viperarum dictis qualitatibus præditarum præstò est, capita & caudæ, in ossea sua parte, usque ad carnosam substantiam, (quod Pharmacopœis, qui iis ad parandam Theriacam utuntur, optimè

optimè notum eſt) abſcindantur & amputentur, poſtea pellis detrahatur, inteſtina eximantur, nec abjiciantur, ſed ut Theſaurus, (quia in diverſis eorum partibus raræ ac ſalutiferæ virtutes continentur) ſerventur, ac retineantur: Detractâ deinde pelle, & ſeparatis à viperarum carnoſa ſubſtantiâ inteſtinis, illæ vaſi aqua tepida repleto injiciendæ, & quamdiu ſe in gyros movent ac circumvolvunt, in eo relinquendæ ſunt, quia quo diutius moventur, eò vivaciores & efficaciores ſunt.

Ut autem ad earum ſubſtantiam ac uſum perveniamus, ſciendum, quod veteres Græci, multique eorum poſteri viperas poſt dictam præparationem ſine omni metu alicujus damni in aquâ cum Oleo & ſale inſtar anguillarum coctas, iis, apud quos neceſſitas poſtulavit, in ſimplici ſuâ ſubſtantia pro cibo comedendas dederint.

Licet autem pro cibo dictarum viperarum in ſimplici ſubſtantia uſus per ſe ſalutaris ac utiliſſimus eſt, & à multis celeberrimis & experientiſſimis Medicis maximis laudibus extollitur atque ſuadetur, nihilominus tamen harum uſus multis, præſertim verò tenerioribus & delicatis, quia formam ſerpentum retinent, horrendus eſt, quâ de cauſa alia ratio ad earundem uſum, quæ hominibus tam nauſeabunda non eſt, inventa fuit, quæ in hoc conſiſtit, ut omnis viperarum bezoardica atq; balſamica virtus & efficacia in alienam ſubſtantiam, oculis & palato gratam & acceptam tranſmutetur ac tranſportetur, quod ſequenti modo fit, ſi videlicet alia animalia, gallinæ, columbæ, pulli gallinacei, phaſiani, præcipuè verò capones, qui ad hunc ſcopum utiliſſimi

lissimi sunt, præparatarum harum viperarum carne sequenti modo nutriuntur & saginantur.

Caponum & gallinarum saginatio cum carne viperar.

Cape quindecim vel viginti capones juniores, da cuilibet eorum quotidiè, (per duodecim dies continuando) viperam unam dicto modo præparatam, & concisam devorandam, reliquum cibi sit hordeum, triticum, vel aliud pabulum hujuscemodi cohorti gallinaceo accommodatum, sique hoc modo quotidiè, usque dum sufficienter infarcti & pinguefacti fuerint, saginati sunt, tum quotidiè unus eorum collum & caput distorquendo, sine profusione sanguinis suffocetur, post deplumationem & mundationem exenteretur, lavetur, & in aqua salita, instar aliorum hujus generis volucrum, coquatur, & quotidiè in prandio & cœna dimidia pars ejus comedatur, ex brodio verò juscu-lum vel alius cibus palato gratus & acceptus præparetur; Pro potu ordinario vinum album generosum cum aqua mixtum bibatur; ab aliis interim cibis, donec capones consumpti & comesti sunt, abstineatur.

Et hic cibus tam efficax est, ut virtus & substantia in Persona ejus, qui eo utitur, operetur, dictamque utilitatem conferat; Quicunque etiam in anno bis, sub finem scilicet jucundissimi veris, ac in autumno vendemiæ tempore utitur, is maximum exindè commodum capiet, & quidem eo majorem, si hâc cura & cibandi ratione quotannis continuatur.

Utile quoque esset, si viperæ in aquâ insulsa coquerentur, ac postea triticum vel hordeum in illâ aquâ vel brodio apud lentum ignem ad intumescentiam usque coque-

retur,

retur, & deinceps caponibus, juxta viperarum eſcam comedendum daretur.

Dictum hoc remedium contra ſterilitatem utile, ac fœcunditatem inducens tam à multis aliis excellentiſſimis Medicis, quam à meipſo variis Patientibus, præcipuè illis, qui temperanter vixerunt, corpusque lenitivis purgantibus à vitioſis humoribus liberârunt, magno cum fructu adhibitum & uſurpatum fuit. Et hæc de hac materia dicta ſufficiant.

CONSILIUM MED. IV.

Affectum hypochondriacum, moleſta ventriculi dyſcraſia, & alvi conſtipatione concomitatum elucidans.

Caſus.

MAgna quædam Julia, Primò de ventriculi debilitate cum coctionis inperfectione, ſalvo tamen appetitu. Secundò, de tenſione, inflatione, & pulſatione ſiniſtri lateris ſub coſtis ſpuriis. Et Tertio, de frequenti alvi conſtipatione conqueritur; De cœtero, facultates principes, utpote naturalis, vitalis, & animalis, (ut omnia ſigna diagnoſtica, & relatæ circumſtantiæ idipſum demonſtrant) tam validæ & robuſtæ ſunt, ut ex Dominæ Patientis parte de facultate concipiendi & generandi nullum dubium exiſtat.

Reſo-

Resolutio.

Morbus. Dictus hic morbus affectus complicatus, inprimis verò hypochondriacus est, quo mediante 1. Ventriculus discrasia & intemperie incommodatur. 2. Lien ejusque regio vitiosis humoribus gravatur, & 3. alvus, quia natura officium suum negligit, constipatur.

Causæ. Causas dictarum molestiarum quod attinet, 1. Discrasia ventriculi & imbecillitas facultatis concoctricis à plurimorum inutilium & non necessariorum adhibitorum remediorum usu ac ingestione, per quæ tota natura sensibiliter & enormiter labefactata, ac per consequens tonus & fermentum stomachi cum insigni detrimento disturbata fuerunt, proficiscitur, hinc fit, si in prima coctione ventriculi cibus non rectè alteratur & concoquitur, chylusque secundum naturæ ordinem non sufficienter elaboratur, quod exinde variæ cruditates generentur, & consequenter in secunda & tertia concoctione, sanguificatione videlicet & assimilatione seu in corporis substantiam transmutationi, insignis error oboriatur, sicque varia pessima symptomata atque molestiæ producantur.

2. Tensio, inflatio, & pulsatio in sinistro latere sub costis spuriis, partim à cruditatibus, humoribusque atrabilariis, acribus & adustis, nec non iisdem intermixtis flatibus circa regionem lienis stabulantibus, venas mesenterii, ramosque venæ portæ obstruentibus ac obsidentibus, sanguinis circulationem, & humorum alimentariorum transitum in suis vasis, viis, ac tubulis impedientibus, oboriuntur.

3. Alvi constipatio â calida intestinorum intemperie & sanguine atrabilario circa regionem lienis effervescente & ebulliente, locique viciniam in consensum trahente, causatur.

Signa Signa dictarum molestiarum, quia tam ex relatione Dominæ Patientis, quam ex enumeratis circumstantiis clara sunt, iccircò in eorum ulteriori recensitione supersedemus.

Prognosis. Quodsi huic morbo cum suis symptomatibus legitimis remediorum præsidiis non succurritur, varia ex mala & præternaturaliter ventriculi ac lienis dispositione incommoda, utpote leucophlegmatia, cachexia, totius ac partium tumor, flatus, lienis affectus, atrophia cum virium lapsu, aliaque pessima accidentia oboriri possent, quibus verò in tempore, mediante Divina gratia, per convenientia & salutaria pharmaca remederi potest.

Curatio. Curatio in sequentibus consistit, 1. ut ventriculi discrasia corrigatur, stomachusque roboretur. 2. Obstructio venarum mesaraicarum

raicarum reſeretur, humoresque atrabilarii, acres & aduſti alterentur & emendentur. Et 3. Inteſtina calidiora temperentur, feces alvi ſubducantur, bonaque Diæta obſervetur.

In quem finem ſequentia remedia per Dei gratiam magnam utilitatem afferent.

Et quidem 1. ad ſtomachi corroborationem & concoctionis promotionem de ſequenti Tragea poſt prandium ac cœnam cochleare minus cum pane albo toſto in vino albo macerato ſumatur. ℞. *Spec. diarrhod. Abbat. Diatrionſant. ana* ℈ij. *Cinnam. opt.* ʒij. *Nuc. moſch.* ʒj. *Macis, Caryophyllor. ana* ℈ß. *Corall. rubr. præp. Margarit. præp. ana* ℈ij. *ſacch. finiſſ.* ʒiiij. *fol.* ⊙. *num.* 2. *M. f. Tragea. d. ad ſcatul.* *Tragea.* *Elapſa etiam poſt cœnam hora particula cydonii conditi capiatur, regioque ventriculi Oleo nuciſtæ inungatur.*

2. Ad Venarum meſaraicarum & ramorum venæ portæ obſtructiones reſerandas, ſanguinemque atrabilarium, acrem & aduſtum alterandum ac corrigendum, pulvis talis ſpleneticus hâc inſtante hyeme ac vere, quadrans horæ ante menſam in brodio carnis uſurpandus convenit. ℞. *Crem.* ♀. *Cryſtall.* ♀. *ana* ʒij. *Spir.* ⊖*is coagulat.* *Salis Tamariſc. fraxin. juniper. ana* ʒß. *Ol. macis* ℈ß. *M. f. pulv ſubtiliſſ. d. ſpleneticus ad ſcatulam.* *Pulv. ſplenetic.* Externè, inunctio ſiniſtri lateris cum oleo ſplenetico, vel impoſitio hujuscemodi Emplaſtri confert. ℞. *Ol. chamomill. d. capparib. ana* ℥j. *M. d. ad fictile.* *Ol. ſplenet.* Vel ℞. *Emplaſtr. ſplenet. Fabricii, Cerat. de ammoniac. ana* ʒvj. *M. & malax. cum Ol. de capparib. extend. ſuper aluta, d. ad ſcatulam.* *Empl. ſplenet.*

His uſurpatis, proximâ æſtate tam ad viarum obſtructarum apertionem, quam ad atrabilariorum, acrium ac aduſtorum humorum alterationem & expurgationem, nec non principaliorum viſcerum corroborationem, *uſus Acidularum Deinacenſium* per inſignem mineralem virtutem & efficaciam magnam utilitatem ad recuperandam bonam valetudinem conferet. In quâ verò quantitate vel menſurâ bibendæ ſint, hocipſum ob diverſitatem Perſonarum, naturarum, & temperamentorum certò determinari non poteſt, ſed eò reſpiciendum eſt, quantum unum alterumve ſubjectum tolerare poſſit. Plerumque autem à dimidia menſura inchoatur, ac prima ſeptimana quotidiè ad unum vitrum quantitas augetur, donec ad quartaria tria vel unam menſuram perventum ſit; ſecundâ ſeptimana, & quod excedit, ad dies videlicet decem vel duodecim majori hâc quantitate in bibendo continuatur, poſtea ſingulis ſequentibus diebus unum vitrum, usque ad remanentiam dimidiæ menſuræ, ut in principio inchoatum eſt, detrahitur, ſicque acidularum potatio finitur. *Acidulæ Deinacenſes.* Scien-

dum autem, quod ante dictarum acidularum usum corpus per remedium laxativum præparandum sit, Exempli gratia. ℞. *Extract. Diacartham. Diacitr. Reusn. ana ℈ij. Crem. ♀. ℈j. diagryd. corr. gr. iij. vin. malvat. q. s. ad potiuncul. purg. unâ vice sumendam.* Et si inter bibendum vel alvus constipatur, vel acidulæ per secessum, urinam, aut sudorem non operantur, de sequentibus morsulis secunda vel tertia quavis die, vel ad minimum in septimana semel dimidius vel integer erit assumendus. ℞. *Pulv. rad. Jalapp. ʒij. flaved. cortic. citr. rec. minutiss. concis. spec. pro Morsul. Imperator. minut. concis. ana ʒj. sacch. albiss. in aq. Ceras. nigr. & Cinnam. dissolut. ʒij. M. f. Morsuli 8. æqualis magnitudinis, d. ad scatulam.*

Pot. laxat.

Morsuli laxat ad acidulas.

3. Ad calidam intestinorum intemperiem temperandam, alvique feces decenti tempore excludendas, ab acrioribus purgantibus vel aloeticis, utpote calefacientibus & siccantibus abstinendum, è contra alimentis medicamentosis, lenientibus & lubricantibus, utpote passulis, Cibebis, prunis, malis assatis vel in pulmentum redactis, spinachia & atriplice butyro coctis, itemque exigente necessitate foliis senæ in aqua mulsa vel fontana maceratis, passulis, prunis & cibebis laxativis utendum erit; nec consultum est, ut alvus extra necessitatem medicamentis laxativis vel clysteribus identidem subducatur, cum experientiâ teste, natura hisce remediis assueta, postea sponte suum officium facere recusat.

Alimenta medicamentosa constipatam alvum lubricantia.

Cautela in alvo subducenda.

Diæta.

Quod tandem Diætam concernit, 1. Aer sit temperatus. 2. Cibi facilis concoctionis, bonumque succum & sanguinem generantes, quales sunt jusculæ gallinarum, gelatinæ caponum, carnesque vitulinæ, agninæ, aprugnæ, pulli gallinacei, aviculæ montanæ, ova sorbilia, Lucii, funduli, fariones, pruna Damascena, &c. eligendi, è contra verò cibi coctu difficiles, crudi, multo sale conditi, fumo indurati, caseus antiquus, poma cruda, cucumeres, limones, legumina, lentes, fabæ, phaseoli, &c. fugiendi. Pro potu vinum album Nicarinum vel aliud generosum confert. 3. In motu & quiete, ut & 4. in somno & vigiliis modus tenendus. 5. Alvus aperta servanda, & congressus, ut ad fœtus generationem semen maturum beneque elaboratum generetur, non multoties ac supra modum repetendus. Et tandem 6. animi perturbationes ac vehementiores motus, ira scilicet, timor, mœror, tristitia, terror, (quibus mediantibus tota massa sanguinea, humores & spiritus inquietantur, confunduntur, & perturbantur) temperandi ac refrenandi erunt. Det Deus omnipotens, ut hæc remedia ita salubriter operentur, ut Magna Domina Patiens exoptatum finem pristinæ bonæ valetudinis assequatur. Die 12. Decembr. 1690.

CON-

CONSILIUM MED. V.

Duorum Consiliorum antecedentium de sterilitate & affectu hypochondriaco combinatio, eorundemque ulterior elucidatio.

FActâ cum Excellentiss. Medicis communicatione, responsoriæ eorum literæ confirmant, quod 1. ad Magni nostri Patientis sterilitatem tollendam, sanguinemque renovandum atque purificandum, Cura viperarum ante omnia sit maturanda. *Methodi de signatæ medendi per Excellentiss. Medicos confirmatio.*

2. Quod usum thermarum piperinarum concernit, Nobile par Medicorum Dn. D. Lœlius, Archiater Marchio-Brandenburgico-Onolzbacensis, & Dn. D. Fabricius, Physicus Noribergensis, arbitrantur, quod illæ, si in insidendo modus teneatur, reliquaque circumspecta sint, nullum quidem singulare damnum causentur, sed formidandum sit, ne illæ ratione mali hypochondriaci plus nocumenti quam emolumenti adferant. Cui sententiæ & ego subscribo, quia ante Curam viperarum, & purificationem ac renovationem sanguinis thermæ, ut externum remedium, non solum nil peculiare in morbi hujus profligatione efficere possunt, sed etiam corporis præternaturalem. incalescentiam per longum iter & subsequentes thermas actu & potentia calidas, magnamque ebullitionem ac effervescentiam in visceribus & massa sanguinea excitarent, qua

ante vapores ad caput elevati, in eodemque reſoluti, multam materiam catarrhalem ſuppeditare, ad partes ſubjectas ablegare, & periculoſiſſima ſymptomata excitare poſſent. Si verò cura viperarum jam abſoluta eſt, tunc ad corpus calefaciendum, vaſa ſpermatica roboranda, ac gonorrhœam ſedandam, Thermæ Carlinæ vel Embſenſes utiliter uſurpari poſſent.

Affectus hypochondr. undè in hoc ſubjecto oriatur?

Quod affectum hypochondriacum cum ſterilitate conjunctum attinet, cum ſupradictis Dominis Medicis in hac ſto ſententia, quod ille à ſanguine craſſo & glutinoſo, ipſiusque particulis fluidis ab aciditate condenſatis, ſicque ad circulationem ſanguinis diverſimodè inhabilibus factis, originem ſuam habeat; ad quem tollendum, talia remedia proficua ſunt, quæ vim attenuandi, volatiliſandi, penetrandi, aciditatem vincendi & obtundendi, ſuccos fluxiles reddendi, ac circulationem reſtituendi habent, qualia ſunt, Spiritus cochleariæ, Spir. tartari, Tinctura Tartari, Tinctura aperitiva Zvvölfferi, Eſſentia trifolii fibrini, juſcula item & vina herbis & radicibus antiſcorbuticis, ſanguinem mundificantibus & obſtructiones reſerantibus alterata, qualia ſunt, Carduus benedictus, ſcolopendrium, cochlearia, Naſturtium, Beccabunga, chærefolium, Acetoſa, Pimpinella, Fragaria, Veronica, Fumaria, Item, Radices aſparagi, fœniculi, petroſelini, garyophyllatæ, &. Quibus Exc. Dn. D. Lœlius addit, quod in ſuo Conſilio principaliter rationem ſeminis profluvii habuerit, & propterea moderatè adſtringentia balſamica, aromatica, & roborantia ſuaſerit.

Ut

Ut autem meam quoque ſententiam explicem, ego conſultum duco, ut prænominatæ herbæ antiſcorbuticæ, addito chalybe præparato, cum vino infundantur, de his quotidiè jejuno ſtomacho dimidium quartarium, vel quinque aut ſex Unciæ bibantur, ac poſtmodum veſperi, duabus horis poſt cœnam, de Eſſentiâ trifolii fibrini cum ſpiritu Tartari miſtâ, viginti guttæ, vel in brodio carnis, vel in dicto vino medicato ſumantur, atque conveniens Diæta obſervetur. *Authoris in hoc morbo curando ſententia.*

Quod verò Sereniſſimæ Conjugis malum hypochondriacum cum conjunctis ſuis incommodis concernit, nos unanimiter ſtatuimus, quod talia Remedia adhibenda ſint, quæ internas viarum obſtructiones reſerant, concoctionem promovent, humorum acredinem obtundunt, & viſcera roborant; Ad intenſum corporis calorem temperandum, Pulvis analepticus frigidus Müdereri, Pulvis antihecticus Poterii, ac ad menſes decolores corrigendos, *Thermæ Zellenſes in Ducatu VVürttembergico* ſalutiferæ cenſentur. *Mali hypochondr. curandi Medicor. unanimis ſententia.* *Thermæ Zellenſes in Ducatu VVürttenb.*

Ad hæc, 1. ad ventriculum roborandum, & coctionem promovendam, *Pulvis Stomachicus Birckmanni.* 2. Ad menſes in conſuetum naturalem ordinem redigendos, fluoremque album corrigendum, Pulvis hepaticus Dreſdenſis, Pulvis Cachecticus Quercetani, Balſamus Indicus cum vino ſumptus, ac flores arborum hoc tempore vernali in vino macerati. 3. Ad mali hypochondriaci eradicationem, Elixir proprietatis Paracelſi, cum ſpiritu cochleariæ paratum; quin etiam ſpiritus ſalis armoniaci cum ſuccino & aniſo *Pulv. ſtom. Birckmann.* *Pulv hepat. Dreſd Pulv. cachect. Querc & Balſ Indic. Elix. Propr. Parac. cum Spir. cochlear. it. Spir ſal. armoniac & Tinct. Tart. crocat.*

Pill. Tartareæ Zvvelfferi.

& aniso paratus; Tinctura Tartari crocata. 4. Ad alvum apertam servandam, Pillulæ Tartareæ Zvvölfferi, cibique emollientes cum quotidiano jusculi gallinacei, cui luteum ovi permixtum sit, usu. Et 5. ad calorem præternaturalem corporis pessundandum, Aqua Lunæ, multum commodi & utilitatis adferre possent. Acidularum usum Dn D. Fabricius quidem non rejicit, sed monet, ut bona ejusdem ratio habeatur, ne dispositio cachectica augeatur.

Aq. Lunæ.

Acidulæ.

Author. sententia, ratione morbi & symptomat.

Ut autem & ego meam sententiam exponam, conducibile mihi videtur, ut 1. ventriculus per dictum Pulverem stomachicum roboretur. 2. Menses inordinati cum fluore albo, per Elixir Proprietatis Paracelsi, cum spiritu Tartari mixtum, ac Trageam hepaticam, chalybe mixtam, corrigantur. 3. Malum hypochondriacum per usum acidularum Deinacensium ac Tincturas obstructiones mesenterii, ramorumque venæ portæ aperientes, tollatur. 4. Alvi segnities per usum ciborum lenientium & laxantium, utpote spinachii, butyri, passularum, prunorum, vitellorum recentium ovorum cum jusculo gallinaceo dissolutorum, Cremorem Tartari, in prima mensa cum brodio sumptum, passulas laxativas, pruna laxativa, &c. ad statum naturalem reducatur. Et 5. Calor præternaturalis totius corporis per Aquæ Lunæ usum temperetur.

Acidulæ Deinacenses.

Juxta hæc commemorata remedia dictæ *Acidulæ Deinacenses* præ aliis maximam contra affectum hypochondriacum utilitatem conferent, nec frigidum ipsarum vehiculum aqueum formidandum est, quia copiosi spiritus minerales,

nerales, quibus hoc vehiculum imprægnatum eſt, viſcera roborant, omneque damnum avertunt; ſed ante illarum uſum corpus legitimè præparandum, ac inter uſum remedia roborantia & aperientia, cum obſervatione legitimæ Diætæ, non negligenda ſunt.

Et hæc eſt noſtra ſententia, atque remediorum contra dictos affectus militantium enumeratio, quæ Deus Ter Opt. Max. Divina ſua benedictione ſecundet. Exarabam, die 15. April. 1694.

CONSILIUM MED. VI.

Gangrænoſa brachii ſiniſtri inflammatio, lethalis.

Caſus.

ANno 1691. die 25. Martii, Magni cujusdam hominis Matrona, ætat. 76. temperamenti melancholici, ob ſingularem virtutum congeriem atq; haud vulgarem prudentiam æterno encomio digna, ſed per multos annos periodicis capitis doloribus, aliisque moleſtis ſymptomatibus, à liene & utero obortis, divexata, circa veſperam ſubitaneo frigore & horrore correpta eſt, quibus dolor & inflammatio ſiniſtri brachii cum ejusdem movendi imbecillitate acceſſit, cui ad prætenaturalem calorem extinguendum, Emplaſtrum de ſpermate ranarum impoſitum fuit, cui tamen inflammatio non obtempe-

temperavit, sed potius graviora symptomata ab internis causis prognata, supervenerunt.

Morbi examinatio atque Curatio.

His ita constitutis, ego die 29. hujus mensis vocatus, equis cursoriis ad dictam Dominam Patientem advolavi, quam viribus valdè destitutam, ipsiusque brachium gangrænosa inflammatione, gravissimisque doloribus affectum, maculisque duabus lividis notatum inveni; ad quam inflammationem tollendam, sanguinemque atrabilarium & adustum, nec non humores pravos, corruptos excrementitios, ac noxios è toto corpore suaviter eliminandos, statim sequentem clysterem injicere curavi. ℞. *Decoct. hord.* ʒvj. *in quo dissolve Elect. lenitiv. Florenz. Diacathol. ana* ʒj. *Mell. rosat. colat.* ʒiß. *Ol. chamomill.* ʒj. *rutac.* ʒß. *Vitell. ovor. num. 2. M. f. Clyster.* Manè verò, talem potiunculam laxativam propinavi. ℞. *Fol. sen. Alex. s. st.* ʒiij. *Rhabarb. ver. Crem.* ♀. *ana* ʒß. *Aq. Ceras. nigr.* ʒiiij. *M. f. lenis ebullitio, in Colatur. dissolv. Mann. Calabr. el.* ʒiß. *clarif. cum album. ovi, fiatque potiuncula, unâ vice sumenda.* Cui deinceps usus *Theriacæ cœlestis, Bezoardicorum,* & aquarum Cordialium & confortantium accessit, Exempli gratia. ℞. *Aq. confort. Offic. perlat. Cordial. temperat. Ceras. nigr. meliss. s. ana* ʒj. *Epilept. Lang. è typh. Cerv. scorzoner. ana* ʒß. *Cinnam. cydoniat.* ʒij. *Lapid. Bezoard. or. Magist. perlar. orient. ana gr. v. Corall. rubr. præp. Lap. Chrysolit. præp. ana* ℈ß. *Syr. granator.* ʒß. *Man. Chr. perlat.* ʒij. *Dosis, cochleare unum vel alterum, sæpius repetendo.*

Clyster.

Potio laxativa.

Theriac cœlest. & Bezoardica.

Aq. Cordial.

Topica. Linim. simpl Scultet. Aq. fusca contr. gangræn. & sphacel. Aq. fuscæ descriptio.

Externè, inflammato brachio, â Daniele, Röbero, & Abrahamo Eberspachero, Rerumpublicarum Noribergensis & Zeapolitanæ Chirurgis exercitatissimis, Linimentum simplex Sculteti, emplastra refrigerantia & defensiva imposita, & ad Sphacelum præcavendum Aqua fusca vel nigra, (Germ. das schwartze Wasser) intinctis linteis manè & vesperi calidè applicata, fasciaque longiori circumvoluta contra decidentiam firmata fuit; cujus aquæ descripto hæc est. ℞. *Herb. rutæ, absynth. Salv. Sabin. Fol. querc. ana M℞. Rad. aristol. rotund.* ʒvj. *Enul.* ʒij. *Boli Roman.* ʒj. *Sal. armoniac.* ʒiß. *Gallar.* ʒß. *Bacc. lauri* ʒj. *Liban. Mastic. ana* ʒij. *Cerus. lithargyr. alum. crud. ana* ʒiij. *boli armen.* ʒß. *Cortic. nuc. jugland. virid.* ʒvj. *Camphor.* ʒß. *concis. & gross. mod. pulverisat. Misce. De quibus speciebus cochleare unum cum vini albi mensura dimidia, vel* ℔ij. *coquantur, & cum intinctis spleniis, vel linteis triplicatis vel quadruplicatis calidè applicetur.* Quibus adhibitis remediis inflammatio expugnata, caroque superficietenus corrupta & emortua sub ulna reperta, forfice abscissa fuit. Postea *Unguenta maturantia & mundificantia* imposita fuerunt,

Unguenta maturantia & mundificantia.

runt, quorum adminiculo locus affectus exulceratus materiam purulentam edidit, & bona caro à corrupta ſeparata fuit; Quocirca etiam ſiniſtra manus & digiti à materia incluſa maligna & acri intumefacti, & poſtmodum ſponte ſua aperti, eorundemque quidam nervi ac tendines læſi & currupti, inciſi & exempti, ſicque à totali corruptione vindicati & conſervati permanſerunt. His omnibus acceſſit anorexia, nauſea, & ſingultus, ad quorum ſublationem ſtomachica confortantia, Theriaca cœleſtis, Cataplaſma contra ſingultum Mynſichti; Item fermentum piſtorium, cum Theriaca Andromachi & pulvere nucis moſchatæ, tàm externè uſurpata, quam etiam ventriculi regioni impoſita fuere. His ob naturæ debilitatem viriumque lapſum parum proficientibus, Domina Patiens omnes planè cibos abhorruit, & ſpatio tredecim dierum, cum admiratione cunctorum, nil quicquam, quod nummo etiam, vel obulo conſtaret, comedit, & potulenta Julapium, lac amygdalinum, &c. difficulter deglutire potuit. Naſus, & extremitates pedum identidem frigidæ deprehendebantur; mens tamen ſemper ſibi benè conſtitit, de ſpiritualibus ſolatiis piè & chriſtianiſſimè locuta eſt, ſomno plurimos dolores oblinivit, tandemque elapſis ſeptem ab invaſione hebdomadibus, die videlicet 16. Maji, horâ octavâ antimeridiana, placidiſſimè obdormivit, animamque Salvatori ſuo reddidit.

Peſſima morbo ſupervenientia ſympto-mata. Theriac. cœleſt. Cataplaſm. contr. ſingult. Mynſicht. &c. Dn. Patiens per 13. dies nil quicquam comedit.

CONSILIUM MED. VII.

Colica convulſiva cum aliis moleſtiſſimis ſymptomatibus concomitata.

Caſus.

MAgnus quidam *Fridericus*, ætatis ſuæ 36. temperamenti ſanguinei, habitus corporis craſſi, tertia die Dominica Adventus, poſtquam finitâ cœnâ choreâ animum recreaſſet, ac poſtea exæſtuante corpore per aliquod temporis ſpatium exutâ toga

pro refrigerio è feneſtra proſpexiſſet, ac ſe deinceps in lectum recepiſſet, ſomnoque indulſiſſet, poſt horam expergefactus atrociſſimis doloribus colicis, cum flatibus ac tenſionibus ventris correptus eſt, qui poſtea ventriculum incommodantes in dextro latere circa hypochondrium & lumbos ſe inſinuarunt, ibidem tumultuarunt, vomitumque excitârunt; Et quamvis Dominus Patiens conſueto ſuo Oleo carminativo, ac poſtea ex Conſilio Medici vicini vomitivo, nec non aliis internis & externis remediis anodynis, cum aliquali levamine uteretur, nihilominus dolor ille lancinans colicus identidem reverſus eſt, cui etiam horâ unâ ante cibum oris ſalſedo, ac ſi illud muriâ repletum eſſet, accedebat, cui affectui & concomitantibus ſymptomatibus internè Oleo carminativo ad gutt. xij. vel xv. in convenienti vehiculo ſumendo; externè v. Oleis anodynis invicem mixtis, regionem doloris expertem inungendo, ſubventum eſt. Poſtmodum verò à me ſequentia remedia tranſmiſſa fuêre.

Curatio.

Potio laxat. 1. AD alvum lubricandam, ℞. *Fol. ſen. el. ſ. ſt.* ʒiij. *Rhabarb. ver. Cremor. ♀ri ana* ʒß. *Aq. Ceraſ. nigr.* ʒiiij. *M. f. lenis ebullitio, in Colatur. diſſolv. Mannæ Calabr. elect.* ʒiß. *clarificetur cum album. ovi, addendo aq. Cinnamom. ſtillat.* ʒij. *M. f. potio una vice ſumenda.* 2. Ad tormina ventris

Aq carminativa. compeſcenda, ℞. *Aq. Cinnam. ſtillat. Phyſogon. Carminativ. Dorncreil. ana* ʒiß. *Tinctur. arant.* ʒiß. *Laud. Opiat. Croll. compl. gr. vij. M. d. ad vitr. S.* **Schmertzen-ſtillendes Wind-Waſſer/ davon auf ein mal 1. oder 2. Löffel voll zu nehmen.** 3. Ad humorum fermentum acidum

Pulv. præcipit. præcipitandum. ℞. *Ocul. ♋. præp. CC. philoſ. præp. Corn. Rhinocerot. præp. ana* ʒj. *Antihect. Poter. Cinnabar. antimon. Cinnab. nativ. ana* ℈ß. *Extr. Caſtor.* ℈j. *Croc. gr. iiij. M. divid. in xij. part. æqual. detur quælibet Doſis ſeorſim ad capſulam chartaceam, de quibus una doſis mane & veſperi in vino malvatico*

vatico sumatur. Ex horum remediorum usu dirus hic affectus cum suis symptomatibus cessavit.

Præterito vere anni 1690. Domino Patienti, præmisso usu pillularum extracti panchymagogi Crollii, usus seri lactis caprini, ad eluendas & reserandas obstructiones mesenterii, renum ac ureterum, communi Consilio suasus est, ex cujus potu, (quia ejus inconcinna separatio, loco coaguli ex ventriculo vituli cum aceto vini facta est) post biduum circa vesperam magni & fermè intolerabiles dolores in inguinibus, ac circa regionem renum & lumborum, simul ac in interstitio scroti & ani sequuti sunt, qui per superius dictum Oleum carminativum, & applicata externa anodyna obliniti fuerunt, quibus remediis etiam sequentia Ulmâ transmissa accesserunt. 1. Internè, ad alvum aperiendam, vitiososque, salsos, & acres humores è corpore suaviter expurgandos, *potiuncula de manna*, cujus jam superius mentio facta est. *Potiunc de manna.* 2. Ad dolores sedandos, mixtura sequens, una vice bibenda. ℞. *Ol. amygdal. dulc.* ʒiß. *Philon. Rom.* ℈ij. *Sperm. Cet. rec.* ℈j. *Syr. papav. errat. de alth. Fern. ana* ʒij. *aq. flor. chamomill.* ʒvj. *M. f. potio.* *Mixtur. anodyna.* 3. Pilulæ anodynæ, ℞. *Theriac. cœlest. gr. viij. Extr. laudan. opiat compl. gr. ij. M. f. l. a. pilulæ num. x. obaurentur, quarum quinque una vice deglutiendæ* *Pill. anodynæ.* 4. Externè, ad loca dolorifica mitiganda. ℞. *Herb.* ʒ. *emoll. ana* M℔. *flor. chamomill.* M℔. *Rad. alth. lil. alb. ana* ʒij. *Sem. lini fœnugræc. ana* Ʒij. *M. & concis. coq. cum lactis vaccini s. q. postea lac colatum vesicæ bubulæ inda. tur, partique affectæ calidè imponatur.* *Topica. Epithem. anodyn.* Et, ℞. *Ol. lil. albor. Scorpion. simpl. amygdal. dulc. lumbricor. ana* ʒij. *pingued. anser. capon. ana* ʒiß. *f. mixtura, cum qua partes dolentes & circa genitalia calidè inungantur;* *Liniment. anodyn.* à quibus adhibitis remediis dicta symptomata cessarunt.

Postquam vero nuperrimè dictus affectus pari ferè modo ac ratione recruduit, Domino Patienti à vicino Medico remedium emeticum, (quod magnam bilis & pituitæ copiam cum vehementia per aliquot dies eduxit) nec non Oleum carminativuu superius allegatum, guttatim propinatum, externaque dolorem sedantia applicata fuere. Interea vero temporis, sitis, (qui vini quartario sedatur) tempore nocturno, sub horam decubitus urget, manè verò ventriculi debilitas, ac ad vomitum inclinatio persentitur.

Causa hujus morbi, dictorumque symptomatum à fermento acido vitriolato gastrico, è pancreate, nec non glandulis duodenalibus & intestinalibus eructato, partesque nervosas tam ventriculi quam intestinorum vellicante proficiscitur, ex cujus vitiosi fermenti ebullitione postea ventositates, aliaque dolorifica symptomata excitantur, quæ venis deinceps mesaraicis varios in gyros conglomeratis *Causa hujus morbi & symptomatum.* *Causa passion. Colicæ.*

nervoſisque earundem partibus, vel etiam ventriculo communicata, magnos dolores & inquietudines cauſantur.

Cauſa oris ſalſedinis.

Oris quoque ſalſedo pari modo à ſalſo fermento, lymphaque acriori, per glandulas ſalivales tranſeunte, cumque ſaliva ſe permiſcente, originem habet, cui ſuperius notati, fermentum acidum præcipitantes pulviſculi medentur. Dicta hæc vitriolica aciditas, quæ tales cruciatus colicos, doloresque in corpore excitat, identidem per inconvenientem Diætam, largiorem cibum & potum, fortioresque animi motus provocatur & in actum deducitur.

Fortiora purgantia in hoc affectu noxia. Eontra blanda remedia ſunt eligenda.

Huic malo nullis fortioribus purgantibus, utpote majorem fermentationem, flatus & tormina excitantibus, doloresque augentibus, ſed blandis laxativis, anodynis, carminativis, itemque præcipitantibus, acredinemque peſſundantibus ſpecificis ſupra recenſitis remediis, decentique Diæta, ſubveniendum eſt, inter quæ inprimis Rhabarbarum, vel quotidiè in demorſæ particulæ quantitate, aut certis temporibus in forma pulveris vel extracti ſumptum commendatur.

Pilular. Emanuel. & Francofurt. Commendatio.

In hoc etiam affectu, tàm ad alvum aperiendam, quam etiam ad flatus doloresque diſcutiendos & profligandos, præſervativè ac curativè Pilulæ Emanuelis vel Francofurtenſes, ſingulis hebdomadibus ſemel ante cibum, numero 5. 7. aut 9. ſumptæ, magnam utilitatem afferunt.

Et quia de cœtero Dn. Patientis temperamentum laudabile, & neque ex urina aurea, ſanorumque ſimilima, neque ex aliis ſignis & indiciis aliqua læſio vel corruptio viſcerum principaliorum perſpici poteſt, iccircò de ipſius reſtitutione, modo hiſce monitis obtemperet, bonamque Diætam obſervet, dubitandum non eſt.

Quod ipſam Diætam concernit, aer calidus eligendus; cibi crudi, coctu difficiles, acidi, acres, & flatus excitantes, varii & copioſi, cum potu frigido & ſuperfluo, vitandi; Sitis ſub horam decubitus urgens, vel aqua, vel Julapio, (ſi ventriculus tolerare poteſt) reſtinguendus; Corpus moderatè movendum; quies exceſſivo motui præferenda; alvus aperta ſervanda; fortioresque animi motus compeſcendi ac refrenandi erunt. Quod Conſilium Deus Ter Opt. Maximus Divina ſua benedictione ſecundet. Exaratum, die 5. Novembr. 1690.

Et quia hic affectus ex mandato Magni Dn. Patientis cum Prænobiliſſimo & Excellentiſſimo Domino Doctore Joh. Jacobo Wepfero, Medico Scaphuſiano famigeratiſſimo, communicatus, ipſiusque Conſilium deſideratum fuit, ille ſequenti modo animum ſuum explicavit.

CON-

CONSILIUM MED. VIII.

Colicam convulsivam concernens.

Morbus.

MAgni FRIDERICI affectus est Colica convulsiva, aut species Colicæ, in qua fibræ intestinorum circulares diversis in locis contrahuntur, flatuum exitus impeditur, & hinc ob flatuum inter unum alterumve intestinum remoram, lancinantes & fermè intolerabiles dolores colici excitantur; Quando enim fibræ rectæ contrahuntur, subintratio intestinorum accedit, quæ malum summoperè auget; Et quia intestina distinctis in locis contrahuntur, causa mali non in intestinis, sed in plexibus eorundem quærenda est, ex qua causa etiam Lumbago oritur, quæ nephritidi non adscribenda, quia Dominus Patiens urinam claram & auream, sine omni sedimento arenoso hactenus excrevit.

Causa movens & irritans, acris & salsa lympha, vel vitriolicus & alcolicus humor est, qui plexus intestinorum occupavit, ambo etenim hæc salia nervos irritare possunt; dicta autem humiditas facilius in hos plexus effunditur, si nervosæ ventriculi ac intestinorum tunicæ per purgationes crebriores, vel alias ob causas, (quæ futuro tempore post meliorem informationem fusius indicari poterunt) denudantur. *Causa.*

In hoc affectu eò invigilandum, ut intestinorum constrictio sine mora solvatur, stomachique ac intestinorum nervosæ tunicæ obliniantur. *Curatio.*

In quem finem 1. in doloris ferocientis principio, & per totum durationis tempus, singulis duabus horis Olei amygdalar. dulcium recenter expressi uncia una vel duæ, cum brodio gallinæ non salito (omissâ permixtione syruporum, vel Oleor. destillatorum) exhibeantur. 2. Summo dolore urgente, singulis sex vel octo horis Enema seq. injiciatur. ℞. *Lactis vaccini recenter mulcti, vel ptisanæ hordeaceæ* ℔j. *in qua dissolve vitell. ovor. conquassator. num. 2. Ol. lini* ℥iij. *M. & in decenti calore adhibe.* Clysteribus in hoc affectu purgantia, sal, nitrum, *Ol. amygd. dulc. cum brod. gallinæ insulso sumptum.* *Enema anodynum.* *Clysterib. purgantia.*

Vel acria non sunt admiscenda

nitrum, mel, saccharum, vel alia acria & irritantia remedia admiscere, inconsultum est, quia malum augent & protrahunt, imò sæpius contracturas excitant. 3. Pari quoque utilitate *hypochondriorum & ventris regio Oleo aliquo anodyno, intinctis quatuor digitis, à dextro hypochondrio versus sinistrum, & illinc ad sinistrum hypogastrium, ac ulterius, usque ad inguen sinistrum pergendo, uno ductu, fortique, (quantum ferre potest) illinitione, & sic per quadrans horæ continuando, calidè inungi poterit,* quâ inunctione, sine alio remedio, perfæpè atrocissimi dolores vel mitigati, vel prorsus sublati fuêre. Fomenta autem & Epithemata, semper proficua non sunt. 4. Vesperi, horâ nonâ, tres de sequentibus Pilulis deglutiantur. ℞. *Theriac. cœlest. succi papav. errat. inspissat. ana gr. vj. Extract. castor. gr. iij. Extr. Croci gr. j. M. f. pilulæ 18. deaurentur.*

Pill. anodynæ. Pulveres præcipit. & absorbent.

Sopitis ab his dictis remediis doloribus, Pulveres præcipitantes in antecedenti Consilio designati & à Dn. Doctore Eberhardo Gockelio præscripti admittendi ac usurpandi sunt. Quamdiu dolores durant, ab omni ciborum genere, exceptis brodiis confortantibus, abstineatur.

Urgente dolore colico à cibis abstinendum.

Ut autem vires conserventur, jusculum ex brodio carnis, cum vitello ovi paratum & hinc de sequenti Gelatina ℥iiij. admisceri, & spatio 24. horarum sexta vel septima vice, exhiberi poterit. ℞. *Carnis vitulinæ ℔j. pedum vituli, num. 2. ichtiocoll. ʒij. hepatis vitul. ℔ß. Cinnam. opt. ʒij. Macis ʒj. hæc omnia grosso modo concisa indantur lagenæ stanneæ, affundendo Aquæ fontanæ ℔ij. ponatur deinceps lagena benè obturata in ahenum vel cacabum majorem aqua repletum, coq. per horas quinque, postea fiat fortis expressio, serveturque in cella, vel loco frigido ad usum.*

Gelatina analeptica.

Et quia dictus affectus ab intestinorum motu convulsivo oritur, vini potum nunquam concedere potui, expertus, quod sæpius malè conduxerit. Proinde hujus loco, ℞. *Rad. Chin. ʒij. Sem. anis. vel fœnic. ʒj. Passular. major. exacinat. ℥ij. Coq. per quadrans horæ cum ℔iiij. aquæ fontanæ, postea coletur, & asservetur pro potu ordinario.*

Spec. pro pot. ord.

Quia etiam hic affectus facilè ex levi aliqua causa, utpote ira, vino sulphure ac bismutho incenso tincto & adulterato, nec non purgantibus, &c. repullulat, iccircò cura præservatoria summè necessaria est, quam proximis literis communicabo. Scaphusii, die 23. Februarii, 1691.

Joh. Jacob. Wepfer, MD.

CON-

CONSILIUM MED. IX.

In puncto Colicæ convulsivæ.

TOrmina sœvissima, quæ Serenissimus Dominus Ter per plures dies, scil. d. 15. Dec. 1689. mense Majo 1690. & rursus in Autumno ejus anni passus cum inflatione & vomitibus, tum ex historia aliquo modo desumta, tum ex relatione Generosi Domini supremi Aulæ Magistri judicavi esse Colicam biliosam vel potius convulsivam, quia post insultus Serenissimi Domini urina ordinariè aurea hactenus observata fuit, atque in his tribus paroxysmis, nec postea lapilli aut copia crassiorum arenularum conspecta fuerunt. Producunt autem tormina flatus, aliaque intestinorum tam tenuium quam crassiorum contenta, quatenus illis inclusa & quasi incarcerata sunt intestinorum superna & interna portione quadam constricta ob fibras circulares convulsas, ut motu commodè peristaltico legitimè promoveri nequeant: si simul accedat fibrarum rectarum intestinalium convulsio, supervenit intestinorum subintratio, quam consequentur tormina sœviora fixiora & pertinaciora, non rarò cum vomitu enormi, etiam fecum, ut in Moniali aliquando citra herniam observavi, In circularium fibrarum convulsione licet subinde dolor quoque diu in uno loco abdominis hæreat, magis tamem vagus est, excruciat enim nunc alterutrum hypochondrium, quandoque hypogastrium, sæpius circa umbilicum. Causam motus spasmodici pertinacioris constrictionis seu corrugationis harum fibrarum in hac colica jam ab aliquot annis existimavi, & apud plures ægros multis argumentis agnovi non esse in cavo intestinorum sed extra illud, & quidem plerumque in plexibus Mesentericis nervosis, nam humores acres intra intestina detenti, sive bilis, sive succus pancreaticus, sive glandularum intestinalium, similesve humores acriores & in majori copia huc profusi, diarrhœam potius, aut si simul dolores, fortius vellicata menbrana illorum excitant dysenteriam gignunt, nam illam quoque non exulceratis intestinis fieri aliquando anatome deprehendi.

Causa motus spasmodici non est in cavo intestinor. sed extra illud in plexibus nervosis.

Apud Serenissimum Dominum sedem causæ spasmodicæ in plexu mesenterico esse eò credibilius est, quia præter tormina propè uni-

universum abdomen occupantia, lumbi, perinæum, & ventriculi regio afficiebantur; aliâs quoque animadverti plexibus his, inprimis interioribus umbilicum dorsum versus traxisse, doluisse valdè in hypogastrio, & quandoque incessisse dysuriam sine ullo renum, vesicæ, vel urinæ vitio. Id dum hæc scribo, Illustrissimæ cuidam Dominæ non procul Nordlinga oriundæ contigit, quam solummodo laxantibus & antispasmodicis simul anodynis Deo benedicente restitui; nam nec in clysteribus aut suppositoriis vel minimum irritamen sine noxa pertulit. Causam arbitror esse serum quod perpetuò cerebrum & inprimis nervos irrorat, intra illorum theculas seu membranas, (duræ & piæ matris progeniem) fibrillas ex quibus nervi componuntur compingentes se insinuat, nisi maturè à vasis lymphaticis resorbeatur, circa partes nervosas, ut in arthritide, odontalgia, aliisque dolorificis affectibus facilè stagnat, & totum plerunque dissipatur, nullo suo vestigio relicto. Spasmum acrimonia parit sive acida sit, sive alkalina, nam calce vel sale ♀i in oculos, aut vulnus aut ulcus insperſa æquè parti nervosæ nocent, dolores & corrugationes pariunt, ac acetum, sal ♁oli, aliudve acidum.

Laxantia & antispasmodica, simul ac anodyna in his affectib. sunt utilissima,

Spasmi Causa.

Sero Serenissimus Dominus abundat, quia obesus est, parum se exercet, poculis indulget, & hoc affectu afflictus cubitum iturus ad minimum libram vini bibit, illud salsuginosum esse testatur sitis nocturna & sapor salinus in ore; acrimonia magis innotesceret sero cum sanguine venæsectione emisso deguſtato, & magis si in cochleari cereolo incenso ad siccitatem inspissetur. Hanc acrimoniam mirè fovet & auget ferculorum varietas, inprimis si his saccharata & aromatizata jungantur. Terna recidiva prodit jam debilitatem quandam seu laxitatem in his plexibus talem, ob quam serum promptè admittit & diutius detinet, unde plerumque ultimi paroxysmi ferociores primis existunt, nisi maturè caveatur, & tandem in paresin desinet. Explosionem secundum Willisium nunquam in animum inducere potui, quia nervi cavi non sunt, sed farrago densè junctarum fibrillarum, quæ vel in membranas expanduntur, vel cum fibris musculorum coalescunt.

Cur ob constrictionem intestinor. tormina sequantur?

Tormina hanc intestinorum constrictionem consequuntur 1. tum ob constrictionem fibrarum in parte admodum nervea, non blandam illam, quæ intestina motu peristaltico lumbricorum instar sursum deorsumque moventur, sed violentam & pertinacem. 2. Tum ob detentionem præternaturalem intra portiones intestinorum constrictam, flatuum, fœcum, chyli, bilis, succi pancreatici & glandularum intestinalium, unde contenta hæc confunduntur, fermentant,

exitum

exitum quærunt, ac propterea sævos dolores excitant, idque ut alii observarunt, cum tanta violentia, ut inde intestina rupta fuerint. Ob hanc contentorum incarcerationem in abdomine tubera nunc globosa, nunc oblonga cylindrica instar farciminum breviorum in abdomine tanguntur, creduntur que esse nunc lienis inflationes, nunc mesenterii abscessus. Evanescunt autem constrictione relaxata; aut alium locum in abdomine occupant, omnimoda vero soluta constrictione hac convulsiva, sæpè nulla vel pauca scybala seù fœces pultaceas copiosè egerunt, quæ in matula exceptæ adhuc fermentant, & ultra limbum vasis assurgunt. Ob hanc fermentationem excrementorum multi & egometipse pridem causabar in hoc affectu fermentum pravum in ventriculo & intestinis, diligenti tamen intentione adhibita didici, hoc esse ἐπιγενόμενον constrictionis. Huic rei fidem conciliat hernia, nam in illa tam diu perseverant tormina cum aliis symptomatis, quamdiu intestina intra processus peritonæi coarctantur, quamprimum verò intra abdomen reposita à molesta compressione liberantur, tormina cessant, licet demum post repositionem fœces varii generis & quoque pultaceas emittant.

In hac colica convulsiva aliud agendum in paroxysmo, aliud extra illum; quid in paroxysmo peragendum sit, nuper significavi, quibus pro rei exigentia præsentes Domini Medici Ordinarii, ut lubuerit, alia addere, subtrahere quædam aut corrigere poterunt, nam vel unica circumstantia quandoque immutationem remediorum non solum suadet, sed quoque imperat.

Extra paroxysmum opera danda, ut recidiva caveatur, quæ huic colicæ admodum frequens & propè familiaris est. Necessaria ergò erit cura præservatoria, in qua scopi erunt seri vitiosi imminutio & acrioris mitigatio, circa plexus stagnantis dissipatio, simulque nervorum læsorum roboratio, & denique fuga omnium illorum quæ ansam dare possunt sive affluxui sive collectioni hujus seri in his plexibus nervosis. His scopis satisfieri poterit Diæta accurata & Remediis congruis. *Cura præservatoria.*

Diætam quod attinet, nolo hic catalogum ciborum minus congruorum aut planè insalubrium conscribere & sæpius inculcata repetere. Istud saltem addo, sal volatile & fixum humano sanguini connatum valdè depravari à ciborum varietate in uno pastu simul ingesta, scil. à frixis in butyro, salsis, nimium aromatizatis, saccharatis & acetis: atque hujus generis condimenta alimentum pravum, Ex. gr. tubera terræ adhuc deterius reddunt, Cibi diversi temperamenti & texturæ in uno pastu ingesti vix corruptionem evitant. Serenissimus *Diæta in colica.* *Sal volatile & fixum humano sanguini connatum à cibor. varietate simul ingesta sal.*

dè depravatur Tubera terræ sunt valdè noxia.

Dominus optimè consuleret sanitati si parcius cœnaret quam prandere, cœnam tamen penitùs omittere planè non suaderem, aliquoties jam animadverti hoc evidentes in subsequente seu jentaculo seu prandio ventriculum cum damno ingestorum copia obruere. Serenissimus Dominus bibat vinum benè maturum & defœcatum, non imbutum fumo tæniarum sulphuratarum& consperſarum bismutho, quales in multis urbibus prostant venales & à multis commendantur, inprimis contra lentorem vinorum pendulorum. Bismuthum hujus colicæ causam esse me primùm monuit Thom. Jordan. atque veritatem rei comperi in aliquot Monasteriis Benedictorum, in quibus colica hæc pridem Endemia erat. Nam hoc vini fuco abrogato postea ab hac vel immunes præstiterunt, vel saltem non tot nec tam atrociter & periculosè ab illa excruciabantur. Multis suadeo, ut vinum diluerent Decocto radicum chinæ, aut ligno viſci quercini, quibus sapores seu anisi, fœniculi aut coriandri adversi erant. Nobilis quidam colicæ cum principiis podagræ obnoxius à 20. annis è quo vinum decocto tali diluit, ab his liber vivit nunc 69. annis.

Vini fuci summè sunt noxii.

Haustus vini largior Serenissimo Domino cubitum ituro multis nominibus nocet; præstaret secundum Hippocratem, si somnus sitim sedaret; si vero illo neglecto indormiscere nequeat, alius potus moderatus suaderi posset; quidam cubitum ituri *Conserv. rosar. rubr. simpl. ʒij. vel iij. in ʒiij. vel iiij. aq. fontan. solvunt, & hora somni ebibunt, suaviterque dormiunt;* alii ʒß. *vel* ʒj. *Ocul. ☋. cum* ℥j. *aq. font. tunc sumunt;* sic evitant vomitus aqueos permolestos matutinos, & anxietates hypochondriacas mane affligentes. Exercitia corporis Serenissimo Domino manè & ante cœnam perneceſſaria sunt, sive equitet, sive rheda vehatur, perinde est. Somnus pomeridianus, quia Serenissimus Dominus admodum obesus est, periculo non caret: Econtra salubre erit Serenissimo Domino si manè non surget, donec hesterna cœna prorsus cocta fuerit, & se sudore spontaneo emergente aliquandiu adhuc in lecto perstiterit, sic enim sine vi multum seri Massæ Sanguineæ subtrahitur; alvus quotidiè aperta sit, si tardet, provocari posset *clystere ex Oleo lini, vitell. ovor. lacte aut Cremore hordei absque ullius irritaminis permistione*; aut cibis laxantibus dimidia hora ante pastum comestis, ut quotidiè beneficium naturæ obtineatur, citra aliud remedium effici potest si quotidiè manè statâ horâ sella adeatur, sive stimuletur ad hanc excretionem sive non.

Solutio Conserv. ros. cum aq. font. somnum promovet.

℥. Oculor. cancr. cum aq. font. sumptus siti nocturn. sedat.

Clyster.

Remedia seligenda sunt, quorum pleraque plurimis indicationibus satisfaciunt; nomino præcipua mihi longo usu comprobata.

Remed. præserv.

1. *Acidulæ*, hæ cœteris gratiores, nec tam citò fastidiuntur ut alia.

1. Acidulæ.

Ex.

Ex. Gr. *Griesbacenses, Rippliſovienſes, Deinacenſes, Göppingenſes* multis egregiè profuiſſe novi legitimo potu, & non pauci vel totaliter vel plurimis annis ab hac calamitate vindicati vixerunt. Horum quidam biberunt illas à minori doſi incipiendo aſcenderunt ad ſummam, atque in hac perſtiterunt per dies 12. aut 14. poſtea rurſus quotidiè vitrum detraxerunt, & ſic intra dies 24. vel 25. curam abſolverunt; alii cura dimidiatâ, ut vocant, nunc utuntur, in quo tota æſtate cœlo ſereno ad ℔j. circiter manè bibunt, admiſcent Syr. de rub. Id. aut viol. cochl. j. vel ij. benè ſapit & non paucis emolumento fuit.

Summam doſin non definio, ſuadeo ut bibat in bonam tolerantiam. Anno 1662. adſtiteram Illuſtriſſimæ Dominæ Comitiſſæ de Fürſtenberg acidulas Griesbacenſes bibituri; ibidem quoque verſabatur Fœmina, quæ dum potatura acidulas illas colicæ cauſa, cum dolores inde augerentur, illas lagena ſtannea incluſas fervidæ immiſi, ſic calefactas cum felici ſucceſſu ultra quatuor ſeptimanas bibit.

Si non penetrant, primo hauſtui manè admiſceo ℈j. vel ʒß. hujus pulveris

℞. *Crem. ♀. ʒj.*
♀. ⊕olat.
☾. abſynth.
geniſt. ana ʒß.
Ocul. ♋. ʒij.
Ol. ſuccin. gutt. ij.
ſacch. alb. ʒij. M. f. pulv. d. adſcatulam.

Pulv. acidular. operation. promovens.

Tunc obſervavi Confectionem ſeminis aniſi laxativam ob conſtipationem ſumptam quibusdam peſſimè ceſſiſſe. Quæ porrò de legitimo Acidularum potu monenda forent, non refero, cum plurimi libri de his exſtent.

II. *Thermarum Fabarienſium potus* jam quoque à 60. demum annis in uſu eſt, & multis hypochondriacis non exiguum juvamen præſtat, quoniam & iſtæ Thermæ ſal ſeri Maſſæ Sanguineæ emendant, non rejicienda forent, acidulisque tutiores eſſent, quia calidè bibuntur. *II. Thermæ.*

III. *Serum lactis & juſcula congruis alterata.* Serum lactis quidem Menſe Majo præterito anno Sereniſſimo Domino occaſio recidivæ fuit, caveri tamen poſſet, ſi lac caprinum coagularetur in vaſe terreo vitreato, non aceto, non tamarindis, nec ſucco citri, aliove ſimili, ſed coagulo vitulino aut hœdino; deinde ind. Herb. & ſem. corrigentibus. Tum ad ſerum & juſcula alterata ſumo *Rad. Cichor. Scorzoner. herb. Endiv. acetoſ. borrag. bugloſſ. fumar. cuſcut. hortenſ. cochlear. beccabung. heder.* *III. Serum lactis, & juſcula herbis alterata.* *Herb. ſerum lactis & juſcula alterant.*

heder. terr. flor. borrag. bugloss. rosar. Ex radicibus unam, ex herbis duas, vel tres, ex quarum numero semper sit antiscorbutic. ad tormina evitanda add. sem. fœnic. aut anis. quandoque sem. carui. Pro ℔ij. liquoris sumo rad. ℥ß. herb. & flor. Mj. Sem. ʒj. Hujus solummodò manè de ℔ß. aut ℥vij. calidè. Post sumptum motus est necessarius.

IV. Jusculasuccis alterata,

IV. *Aliquot suasi cum fructu Jusculasuccis alterata,* hac ratione sumpsi *nasturtium aquaticum* hyeme, æstate *cochleariam aut beccabungam, aut nasturtium hortense, aut Indicum,* unius ex his Mj. addidi *acetos. Hispan. aut chærefol. pj.* Contusis affudi Jusculi carnis non saliti fervidissimi ℥vj. vel vij. coletur subitò; bibitur manè calidè, addidi colaturæ quandoque *Syrup. aperitiv. Münd. cochl. j.* Summ. Juscula alterata, elixa, & succo permixta per totam æstatem singulis mensibus per 14. dies solummodo manè exhibui.

V. Lactis potus.

V. Non possum non hoc addere. Nobilis Matrona Friburgensis sæpè in anno terribilem colicam passa est, cum convulsionibus suffocationem minitantibus, inprimis si plusculum vino indulsit, pertæsa morbi & medicamentorum proprio instinctu *lac pro potu ordinario* citra leges huic curæ debitas *bibit per aliquot annos,* inde ad extremum vitæ nunquam hoc malo corripiebatur.

VI. Liquor peculiaris,

VI. Jam aliquandiu in colica & affectu hypochondriaco utor hoc liquore ad corrigenda salia peregrina Massæ sanguineæ.

℞. *Sp. ✱. urinos. ʒj.*
aromat. ℥ß.
⊖. absynth. ʒij.
volat. CC. ʒj.

Aq. antiscorbut. & sal. peregrin. corrig. præparandi modus.

Infund. in aq. nasturt. aut cochlear. aut fumar. ℔iij. per dies tres, colatura servetur in vase vitreo benè clauso; Aquas istas hac ratione parandas curo. ℞. *Harum herbar. q. v. affunde in cucurbita cuprea bono stanno obducta aq. fervidissimæ tantum ut tribus palmis superemineat; imposito adembico statim destillo l. a. donec dimidia pars circiter transcenderit alembicum. Hujus liquoris cochlearia ij. vel iij. permisceo sero, jusculo alter. aut simplici ℥iij. vel iiij. doque manè.*

VII. Coffeè, Theè, Chocolata,

VII. Hyeme prodessent quoque *Decoctum Coffeè, Herb. Theè, verum, solummodo manè pota. Choccollata omisso pipere Hispan. non improbanda.*

VIII. Pulv. viper.

VIII. Apud multos in usu nunc est *Pulvis viperarum Rom. & Patavin.* non spernendus foret *pulvis serpentum nostrorum, add. Essent. ambr. sicc. cum liquore congruo,* nam quoque sanguinem mundat: Inventa Gal.

Ad

Ad absorbendum seri reliquias in plexibus, & ad roborandos nervos semel in septimana manè hora 5. sumi posset pulveris hujus ʒß. aut ϑij. in aq. flor. tiliæ sumpto pulvere licet intermiscere.

℞. ♁. *diaphoret. cum triplo* ☉. *detonat.* — *Pulv. Nervos robor. & absorb.*
Pulv. antihect. Poter. ana ʒiß.
Cinnab. ♁. *sæpius cum Cinnab. nat. sublim.* ʒj.
CC. phil. præp.
Ungul. alcis præp. ana ʒij.
☉. *volat. CC. purif.* ʒß.
Essent. ambr. sicc. ϑj.
Gall. mosch. ϑß.
Sacch. alb. ʒij. *M. f. pulv.*

Quæ occasionem recidivæ hujus colicæ existunt, sunt perfrigeratio pedum, abusus fructuum crudorum, nimis acidorum, corruptelæ nidorosæ obnoxia, ira, inprimis statim à pastu. Præ omnibus tamen purgantia, inprimis Mag. Gialappæ, Mag. sammon. Diagryd. Aloes, scil. pill. FF. Aquap. Bened. Emanuelis, aliaque hujus sortis evitanda; novi à Clystere ex jusculo carnis & suppositorio acribus affectum hunc recruduisse. Vere & Autumno Pot. Magistr. add. Manna si nulli affectus prodromi adsint, dari possent cautè, tamen ☿ro Emetiro non fiderem. — *Ea, quæ recidivæ occasionem præbent.* — *Clyster. & suppositoria acria recidivam colic. excitant.*

Hæc Serenissimo Domino salutaria esse jubeat
Deus Ter Opt. Maximus!

Donesehingæ, die 2. Maji,
1691.

Serenissimi Domini

Humilimus cliens
Joh. Jacob. Wepfer, MD.

Epistola Excellentiss. Dn. D. VVepferi, priorem materiam tractans.

Tit.
Nobilissimo & Excellentiss. Dn. Eberhardo Gockelio,
Med. & Philos. Doct. peritissimo &c. Physico Inclyt.

clyt. Reip. Ulmens. feliciſſimo. Dn. & Fautori ſuo plurimum colendo.

Salve plurimum Nobiliſſime & Excellentiſſime Domine, Fautor honoratiſſime.

Die 8. Martii domo profectus ſum, & demum nuperrimè redii, ibique duas Exc. Tuæ reperi. 1. datæ 15. Mart. alteræ 16. April. dum Doneſchingæ etiam aliquod concedebatur hoc Conſilium Medicum pro ſereniſſimo Domino conſcripſi; nititur autem illis, quæ Generoſus Dominus Scherheckel de Sereniſſimi Domini affectu recenſuit: de doloribus nephriticis nihil retulit, quamvis curiosè in illorum ſigna inquiſiverim. In literis abhinc 1. die 15. Martii datis meminiſti doloris fixi urinæque lixivioſæ cum ſedimento arenoſo, quæ innuunt hunc quoque affectum concurriſſe; verum potiorem exiſtimo colicam convulſivam eſſe, & inprimis ſui curam poſcere arbitror, quia dolor iſte intra 15. Menſium decurſum quater Sereniſſimum Dominum afflixit, citra urinæ cruentationem & calculi extractionem, quia dolor totum abdomen pervagatus eſt, & longius & fortè etiam atrocius afflixit, quam ſolæ arenulæ efficere potuiſſent. An veræ arenulæ fuerint quæ in urina ſubſederunt non certò ſcio. In urina aliquamdiu repoſita ſal rubrum non rarò concreſcit, arenulas mentiens, quod non conſpicitur in urina recenter emiſſa adhuc calente. Sedimentum rubrum in urina turbata quoque non terreum quid, ſed ſalinum eſſe, ſæpè comperi,

peri, nam frigida affusa totum solvebatur. Quomodocunque se res habeat, in hoc Consilio nihil immutandum putato, cum in paroxysmo nephritico propè eadem observanda sint quæ in colica hac alias peraguntur, & quæ à colica præservant, eadem quoque renes mundant, atque aliquo modo renum dispositionem calculosam emendant, data tamen occasione scire averem, num Sereniſſimum Dominum dolores isti semper subitò invaserint? quot diebus durarint? an semper comites fuerint vomitus? quæ loca in abdomine potissimum lancinarint? an alvus pertinaciter occlusa fuerit, illaque aperta dolores vel mitigati vel sublati fuerint? qualis urina à principio ad finem & aliquot diebus post paroxysmum visa fuerit? an dysuria tunc quoque obvenerit? horum notitia pleniorem lucem mihi afferret.

An acidum ☉-licum in ventriculo collectum & hinc ad intestina descendens colicam hanc gignat? dubito. Aliquot novi hypochondriacos talem humorem evomere. Citra hujus productionem die 15. April. Clinglovio ad Dominum Ecklerum Commissarium Cæs. primarium in viciniam vocabar, hic jam ab aliquot annis manè summo nixu evomit humorem acidissimum ut dentes inde stupeant, ipseque dum in fauces ascendit totus horrore succutiatur citra colicam; Est vir alias robustus, benè coloratus, & temperanter vivens. Consilium Exc. T. censuræ committo, & si quid ulterius Sereniſſimo Domino humilimè inservire potero, lubens id præ-

præſtabo. Vale Exc. Domine cum tota familia, ſumque.

Exc. T.

Scaphuſii raptim die 11. Maji, 1691.

Cultor deditiſſimus

Joh. Jacob. Wepfer, MD.

CONSILIUM MED. X.

Nephritis cum Colica convulſiva aliisque moleſtiſſimis ſymptomatibus Dn. D. Joh. Jac. Wepferi.

Nephritidis circa colic. curat. quoq; ratio eſt habenda. Ejus ſigna.

AD valetudinem Sereniſſimi Domini reparandam, & conſervandam non unius affectus, ſed aliquot ratio habenda eſt. Nam primò Nephritis ſeu calculoſa renum diſpoſitio conſideranda eſt, quæ non minima cauſa eſt afflictionum quas Sereniſſimus Dominus jam à biennio paſſus eſt; hanc nobis oſtendunt dolor inſignis in renis dextri regione, quandoque ſiniſtri cum vomitu præcedente & comitante; ejus extenſio ſecundum ductum ureteris renis patientis ad os pubis usque; retractio teſticuli dextri dolorifica, urina paſſea ſeu fuſca turbida, ſtranguriam conſequens; ſabulum rubrum ſtatim ab emiſſione in urina ſubſidens; fortè etiam atrox ille dolor, perinæi huic malo adſcribendus eſt, quoniam dolor ille citra ſuppurationem aut aliquam puris excoctionem evanuit. Deinde ex multis indiciis patet menbranam nerveam ventriculi & inteſtinorum, & nunc quoque plexus nervoſos paris vagi & nervorum intercoſtalium admodum irritabiles eſſe, nam facilè ab ira, mœrore, terrore, perfrigeratione corporis, levi exceſſu in potu aut errore in victu, à corporis motu fortiore, à ſero lactis etiam calidè poto, ab acidulis nuper partes irritantur, & ad corrugationes ſpaſmodicas provocantur, quas conſequuntur

tur

tur vomitus, ventriculi inflationes, anxietates, tormina; dolores pertingentes ad scapulas, humeros, mammas, præcordia antè & retrò, aliaque symptomata satis terrifica. Tertiò, humorum, bilis, & seri præcipui acrimonia, scorbuticæ non dissimilis, non difficulter agnoscitur, & symptomatum nephriticorum & spasmodicorum vehementia; Saliva fit quandoque salsissima, evomuntur biliosa, appetitus prosternitur statim, prostratus aliquot diebus manet, imò carnes præprimis fastidiuntur; Lassitudo permolesta supervenit; aliquando & stranguria urinæ passeæ accessit. Igitur ad curandos affectus & ad præcavendas illorum recidivas aliquoties à biennio Serenissimum affligentes calculosa renum dispositio pro virili auferenda, membranarum nervearum & nervorum irritabilitas demulcenda, deniq; humorum acrimonia edulcoranda, & mitiganda erit. Methodo executiva singula explananda, sunt. In Renum affectibus aliud eligendum est in paroxysmo, aliud extra eum. In paroxysmo inprimis pelvis & ureteres laxandi sunt. ℞. *Ol. amygdal. dulc. rec.* ʒiß. *Syrup. d. alth. Fern.* ʒvj. *de succ. fragor.* ʒß. *Spir. terebinth.* g. ij. *Aq. malv. equin.* ʒiiß. *M. De hâc mixtione sæpè detur cochl. j. aut si dulcia aversetur, detur singulis duabus horis Ol. amygd. dulc. cochl. j. cum jusculo carnis, in qua rad. petrosel. coct.* ʒiij. *calidè & bene mixtum.*

Mixtura pelvim renum & ureteres laxans & lubricans.

2. Statim inungatur digitis *Ol. scorpion.* aut simili illitis trahendo fortiusculè à spina dorsi secundum ductum ureteris ad os pubis, tractim, singulis horis ad horæ octantem, donec dolor sopitus sit.

Ol. amygd. dulc. cum jusc carnis. Ol. scorpion. pro inunctione.

3. Si alvus constipata sit, inprimis, si simul tormina sœviant, injiciatur Clyster, qualis in colica infra præscribetur.

4. In summis cruciatibus prodesset Emulsio, cujus pars dimidia sumenda hora 9. noctis, altera post medium noctis.

℞. *Amygd. dulc. excort.* ʒß.
Sem. 4. frig. maj. excort. ana ʒij.
papav. alb. ziß. *ex contus. eliciatur Cremor. cum aq. malv. Eq. q. s. Colatur. expr.* ʒiiij. *vel v. add. Syrup. papav. alb.* ʒß. *M. detur quoque duabus vicibus noctu, & modo, quo Emulsio sumenda esset.*

Emulsio alter refrig. anodyna.

5. Semicupia in summo cruciatu nonnunquam prosunt, verum Serenissimus Dominus illo non nimis calido utatur, nec ultra dimidiam horam: in aq. font. s. q. pro Semicupio coq. ℞. *Herb. malv. alth. nasturt. aquat. beccabung. ana Miij. flor. chamomill. Mij. Sem. lini* ʒiij. *incis. & contus. indantur sacculo.*

Semicupium.

Præsente dolore summoperè vitanda diuretica, & lithontriptica calidiora; imò vinum detrahendum; *Ejus loco coq. in mensur. j. aq. font.*

Præsent dolor. diuret. & lithontript sunt vitanda.

Decoct. lign nephrit & viſc querc. *aq. font. Lign. Nephrit. aut lign. viſc. querc. ʒiij. cuilibet hauſtui addi poſſet Syrup. violar. q. v.*

In paroxyſmo victus ſit tenuis.

In paroxyſmo Sereniſſimus Dominus victu tenui reſtaurandus erit, ſcil. juſculis frequentius datis, ſolidiorem cibum vix toleraret ventriculus.

Decoct. Foreſti ad expulſ. calculi.

Si fortè calculus ad veſicam deſcendiſſet, & collum veſicæ titillaret, ejus expulſio promovenda *decocto Foreſti ex Ciceribus &c. cujus hauſtus ad ʒiiij. dandus. Manè hora 6. & veſperi hora 5. calidè.*

Calculor. Coagulatio & increment. impediendum.

Extra paroxyſmum calculorum coagulatio & incrementum impediendum, & concretum è renibus eliminandum dextrè. Ad hæc præſtanda, innumera proponuntur, & nemo non eſt, qui hic non ſecretum aliquod jactet, verum in his ſelectus prudenter habendus eſt, ne calculoſa renum diſpoſitio magis augeatur quam tollatur, aut gravius morbo damnum vel aperte vel clanculum accerſatur.

Pulv. nephrocatarcticus.

Pulvis iſte, nephrocatarcticus multis profuit. ℞. *Lap. Lyncis præp. Judaic. præp. ana* ʒiß. *Lap. prunell.* ʒß. *Ocul. ℔.* ʒiij. *Salis juniper.* ʒj. *Sem. lithoſperm.* ʒij. *Ol. ſuccin. rectif. g. iiij. ſacch. alb.* ʒiß. *M. f. pulv. hujus pulveris ſemel in ſeptimana manè danda eſt* ʒj. *cum pauxillo vini;* poſt ſumptum pulverem Sereniſſimus Dominus per horam obambulet, aut in campum equitet. Illo die omnia alia medicamenta omittenda ſunt.

Aq. Chaviniaci.

Hanc ob cauſam laudatur non immeritò *aq. Chaviniaci* quæ proſtat in pharmacopæa aulica Stutgardiana, cujus cochlearia 3. ſumuntur bis in ſeptimana manè. Ne calculo materia ſuppeditetur, vitanda nimium ſalita & fumo indurata, item, paſtæ farinaceæ, caſeus, cibi viſcidi, vinum multum tartari poſſidens &c.

Spaſmodicæ inteſtinor contract. & dolori colico quomodo ſuccurrendum.

Nervorum plexibus membranisq; nervoſis valdè irritatis, ſi ſpaſmodica inteſtinorum contractio colicam pareret, cum pertinaciſſima alvi occluſione hæc agenda ſunt. 1. Injiciatur clyſter ſingulis 6. vel 8. horis, tali modo præparatus. ℞. *Vitell. ovor. num 2. Ol. lini, cochl. iiij. M. diligenter. add. lact. vaccin.* ʒviij. *vel* ℔j. *caleſiant in veſica pro Clyſtere.* 2. Sereniſſimus Dominus inungatur tractim à principio coli ad dextrum hypochondrium, hinc ad ſiniſtrum, indeque ad hypogaſtrium ſiniſtrum, & os pubis, ſæpius in die. 3. Sereniſſimo Domino colica ſæpius & pertinacius excruciante ſingulis 6. horis detur

Clyſter. Inunctio hypochondrior.

Pulv. antiſpaſmodicus & anticolicus.

℈j. hujus pulveris cum aq. flor. tiliæ cochlearibus 2. vel tribus. ℞. *Pulv. Marchion.* ʒj. *analept. frig. Minder. compl.* ʒij. *antihect. Poter.* ʒiß. *Cinnab. nativ. Hungar.* ℈j. *laudan. opiat. gr. j. Theriac. cœleſt. gr. iiij. ſacch. albiſſ.* ʒj. *M. f. pulv.* Vel ʒij. *hujus pulveris miſceantur cum aq. pœon.* ʒv. *Tinct. Bezoard.* ʒj. *dentur ſingulis duabus horis cochlearia duo.* In hac colica cum pertinaci alvi ſuppreſſione vitanda ſunt omnia purgantia, etiam

In colica convulſiva vitanda

mitiſ-

mitissima, omnes clysteres in quibus vel minimum irritans continetur, sive sit sal, sive saccharum, sive mel, omnia suppositoria mellita, saccharata, aut salita. Nec vinum tutum est, bibendum *decoctum Corn Cervi aut ligni visci querc. aut radic. Chinæ.* *sunt omnia purgantia, etiam mitissima. Decott. pro potu.*

Si citra colicam cum alvi constipatione ob irritationem partium nervosarum in imo ventre Serenissimus Dominus affligeretur nausea, vomitu, ventriculi inflatione, dolore, præcordia ante & retrò premente, ac ad mammas, humeros, scapulas, se extendente, pulsatione in hypochondrio siniſtro, cordis palpitatione, fluctuatione sub vertice, detur 1. manè ac vesperi de mixtura Domini Doct. Walchii carminativa ad cochlearia 2. vel tria, aut de hac Mixtura cochlearia tria Manè hora 6. & vesperi hora 4. ℞. *Aq. flor. chamomill. menth. sine vino destillat. ana* ℥iiß. *eleosacchar. carminativ.* ʒij. *vel iij. M.* Ad Eleosaccharum ℞. *Sacch. alb.* ℥ij. *Ol. nuc. mosch. expr.* ʒj. *destill. chamomill.* ℈j. *fœnic. anis. ana* ℈ß. *cortic. aurant. g. iij. terebinthin. g. vj. M.* 2. Dentur Serenissimo Domino dimidia hora ante prandium gutt. x. ad xv. *Elixir. propriet. Clauderi*, cum Cochlear. 2. vel 3. jusculi carnis. 3. Scrobiculus Cordis & Umbilicus inungantur manè & vesperi hoc Balsamo. ℞. *Ung. pomad.* ℥iß. *Ol. nuc. mosch. expr.* ʒij. *destill. menth. chamomill. ana* ℈j. *cortic. aurant. g. vj. absynth. g. iiij. Balsam. peruv.* ʒß. *M. diligenter.* *Mixtura carminat. D. V Valchii. Mixtur. carminat. & anodyn. Eleosacch. carminat. Elix. propriet. Clauderi. Bals. pro scrobic. cord. & umbilici.*

4. Post pastum Serenissimo Domino detur ʒj. hujus Trageæ in fine mensæ cum frustulo panis, vino emollito. ℞. *Pulv. stomach. Birckmann.* ℥ij. *Galang.* ʒß. *Spec. diarrhod. Abb.* ʒij. *Ol. nuc. mosch. expr.* ℈ß. *sacch. alb.* ℥iß. *M. f. pulv.* 5. Alternis noctibus cubitum ituro Dentur *Theriac. cœlest. gr. iij. vel iiij. cum pauxillo syrup. papav. errat.* *Tragea stomach. Theriac. cœlest.*

6. Si Serenissimus Dominus experiatur fluctuationem sub vertice, manè vertex inungatur, & noctu hora somni hoc balsamo. ℞. *Ung. alabastr.* ℥ß. *balsami Apoplect.* ʒß. *Ol. destill. majoran.* ℈ß. *rutæ* g. *iiij. Rosmarin.* ℈ß. *Lavend* g. *vj. succin. g. iiij. M. diligenter.* Inprimis iemper opera danda, ut humorum acrimonia attemperetur, infringatur, & quantum possibile est, tota massa sanguinea edulcoretur, quoniam Serenissimus Dominus serum lactis calidè potum, nec acidulas, aliâs ad hanc rem congrua remedia non pertulit, suaderem inprimis hyeme *decoctum Coffè potius quam Theè*, cujus solummodò manè scutulæ 3. vel 4. seri ℥v. vel vj. calidè bibendæ, nam probari posset exemplis, hoc decoctum præ multis aliis contulisse, in affectibus nephriticis & hypochondriacis, quibus meritò annumerantur Serenissimi Domini Symptomata. Insuper utilis est *Cremor hordei*, inprimis bile ferociente, cujus cochlearia 10. vel 12. diluta jusculo carnis, in quo pa- *Bals. pro inung. vertice.* *Decoct. Coffeè.* *Crem. hordei.*

rum macis coctum, dantur manè calidè. Proficua quoque sunt jusculata alterata scorbuticis & hepaticis. ℞. *Herb. rec. cochlear. nasturt. aqu. aut hortens, aut Indici, acetos. rotund. Hispan. ana pj. contus. affund. jusculi carnis non saliti & fervidi ℥iiij. Coletur statim ac bibatur calidè manè.*

Jusculata scorbuticis alterata.

Bilis vere & autumno extra paroxysm. bland. remed. expurganda.

Si Serenissimus Dominus immunis esset à motibus spasmodicis, ventriculi & intestinorum, sive nil pateretur colici aut nephritici, blandè bilis vere & autumno singulis annis expurgari posset mitioribus purgantibus, fugiendo ceu pestem sanitatis scammoneata, aloetica, quocunque nomine veniant, magisterium Gialappæ, & similia, quæ sopitum affectum susscitare & excitare valent, sæpè deteriorem quam aliam ob causam repullulantem. Præferrem his potiones blandè laxantes, ℞. *Fol. sen. s. st. ʒiij. Rhabarb. elect. ʒij. Agarici alb. ʒj. flor. 4. Cordial. ana pj. ⊖. absynth. ʒß. ⊖is ♆ri ℈j. Cinnam. acut. ʒß. incis. & contus. indantur vasi terreo vitreato, affund aq. fervid. ℥viij. benè tecta serventur in loco tepido, manè levi facta ebullitione colentur sine expressione, Colatur. ℥iiij. vel v. add. Mann. elect. ℥iß. rursus cola, aut add. Syrup. Ros. solut. simpl. aut Rhabarb. c. Cichor. ℥j. M. bibatur manè calidè.* vel loco hujus potionis detur tale infusum. ℞. *Radic. polypod. querc. ℥ß. scorzoner. ʒiij. herb. agrimon. Capill. ♀. Linguæ. Cervin. heder. terr. flor. borrag. Centaur. min. ana pj. Sem. fœnic. ʒiß. fol. sen. s. st. ʒvj. Rhabarb. elect. ℥ß. Agar. alb. Mechoacan. ʒij. Cinnam. acut. ʒj. Galang. ʒß. Sal. absynth. ℈ij. ⊖is ♆ri ℈j. incis. & contus. ligentur in nodulum ex syndone, affund. aq. fervid. ℔j. & post horam add. vini albi ℔ij. de hoc vino manè bibat ʒv. vel vj.* Post horas duas sumat jusculum, & rursus semel vel bis ante prandium.

Potio laxat.

Vin. med. laxat.

Diæta.

Omnibus medicamentis præstat accurata Diæta; Cibetur Serenissimus Dominus cibis boni succi & facilis concoctionis, ut laudabilis sanguis producatur; vitentur omnes cibi acres, valdè saliti, aromatizati, saccharati, acidi, quia nervis inimici, crudi, pastæ farinaceæ, pisces viscidiores, & caseus, brassica muria condita, & similes. Bibat vinum album, benè maturum, vetus, non sulphuratum, quoniam massa sanguinea valdè acris est, commodè dilueretur decocto chinæ aut ligni visci querni, &c. Excessus in vino summè noxius, & intempestivæ compotationes nervis infestæ sunt. Exercitia corporis summè necessaria sunt, cum spiritus excitent, & superflua discutiant, somni intempestivi caput valdè aggravant, at debitè initus somnus, quies, & animi tranquillitas caput levant, & serenum reddunt. Sudores matutini utilissimi sunt, verum non sunt cogendi integumentorū multiplicatione. Venæsectiones & scarificationes, si consuetæ sunt, non negligantur. Opera danda, ut alvus quotidiè aperta sit; Si tardet, promoveatur Clystere domestico. Melancholia summopere fugien-

fugienda, & pellenda grato alloquio, semperque animus ad meliorem spem erigatur. Deus Ter Opt. Max. hæc Serenissimo Domino salutaria esse jubeat. Die 3. Septembr. anno 1691.

Serenissimi Domini

Cliens humilimus

Johann. Jacob. Wepfer, MD.

CONSILIUM MED. XI.

Colicam biliosam concernens.

Pro Reverendissimo quodam Abbate.

QUamvis non una, sed plures causæ Colicæ sint, dum illa vel à refrigeratione, vel à flatibus, vel à pituita crassiore, vel à vermibus &c. originem habet; in hoc subjecto tamen reverendissimo hic dolor colicus magna ex parte & præcipuè à bilis exæstuatione ac lympha acriori acida, plexus nervosos mesenterii fibrasque intestinorum, præsertim intestini coli rodente ac vellicante proficiscitur. Causa antecedens dyscrasia viscerum fuit; Nam quia ab hepate calidiore multa bilis generata fuit, fermentum vero ventriculi, & inprimis lienis, quorum Archæus à multis intensis cogitationibus, inquietudinibus, animique fortioribus motibus & curis multum passus & defatigatus, iccircò coctio prima ventriculi oppresso aut avocato Archæo valdè læsa est, ex qua causa Chylus descendens vitiosus lymphâ crassiore jam imbutus in effervescentia seu fermentatione intestinali imperfectam separationem puri ab impuro sustinere coactus est, ac ita magis magisque à bile exorbitante & effreni, succoque pancreatico acido accedente imprægnatus reliquias suas alcalico-acidas & viscosas reliquit, ac consequenter ex mala distributione & permeatione non solum in mesenterio & hypochondriis, ipsismet etiam ramis venæ portæ magnas obstructiones excitavit, sed etiam in his ipsis partibus ex conglomerata materia tumorem quasi scirrhosum produxit,

Causa Colicæ biliosæ.

quo mediante bilis cum lympha acida permixta, ſtagnans & tumultuans plexus meſenterii nerveos, fibrasque nervorum inteſtinalium prehendit, colicamque ſpaſmodicam periculoſiſſimam cum alvi obſtructione peperit.

Colicæ biliosæ præſervatio.

Quemadmodum autem hocce malum per convenientia remedia per Dei gratiam nunc victum & curatum eſt, ſic de præſenti ſolummodo invigilandum erit, ne morbus recrudeſcat, ſique revertere-

Quæ fit per

tur, efficaciter ipſi ſuccurratur; ad quem ſcopum aſſequendum requiritur, ut bilis generatio quovis modo impediatur, fermenta ventriculi & lienis corrigantur, ac concinnæ & legitimæ diſtributiones

Pharmaciam, & Diætam. Diæta.

in facultate naturali promoveantur, quod duplici modo, Pharmacia videlicet & Diæta fieri debet; Chirurgia non tam neceſſariò requiritur, quia venæſectio non facilè ſuadenda eſt. Quod Diætam concernit, aer debet eſſe temperatus, non nimis calidus, nec frigidus, nec nimis incluſus, ſed pervius atque liberrimus. Cibi eligendi ſunt facilis concoctionis, bonunque ſuccum & ſanguinem generantes; craſſi, crudi, acidi, immodicè ſalſi, multo pipere vel aliis aromatibus ultra modum conditi, fumo indurati, poma cruda, caſei, &. ſunt vitandi; Semel de die comedere ad meliorem alimenti diſtributionem conſultius videtur. Potus ſit vinum album Nicarinum non adulteratum, vel Rhenanum non admodum generoſum, ut & Cereviſia alba benè defecata.

Ut autem Spiritus excitentur, ac facultates naturales eò melius procedant, ſeque mutuò ſubſequantur, moderatus corporis motus non ſolum utilis, ſed etiam neceſſarius eſt, unde Hippocrates lib. 6. epidemior. cenſet, quod labor ſeu exercitium corporis cibum præcedere debeat. Somnus quin etiam ſit moderatus, quia ſeptem vel octo horis dormiſſe ſat eſt juvenique ſenique. Excretiones etiam conſuetæ naturali modo ſe habeant, ſique alvus quotidiè non ſit libera, illa non purgantibus, ſed lenientibus, utpote, paſſulis, prunis Damaſcenis & Hiſpanicis promoveatur. Præcipuè autem obſervandum eſt, ne Dn. Patiens hyemali tempore domi maneat, ſed ad liberiorem aerem hauriendum in alium ſibi convenientiorem locum ſe recipiat, ne bilis in majori copia generetur & colligatur, & ſic mater inſequentis periculoſiſſimæ colicæ, malique hypochondriaci exiſtat.

Pharmacia.

Quodſi vero extra paroxyſmum bilis prædominium ex ſignis ipſius exorbitantiæ ſentitur, tunc illa, (ſalvo tamen aliorum fortaſſe melius ſentientium judicio) ſtatim in principio antequam radices figat, & cum ſit humor aliâs mobilis per ſequens Oleum amygdal. dulc. aliquot aliis ingredientibus permixtum, calideq; unâ vice ſumendum,

dum, evacuanda eſt, quod remedium unum alterumve vomitum leniter excitabit, ſicque bilem extuberantem profligabit. ℞. *Sacch. Mixtur. cand. alb. Sperm. Cet. ana* ℈ij. ♀*ri Emet. Mynſ. gr. j. vel ij. M. f. pulvis, addendo Ol. amygdal. dulc.* ʒvj. *M.* Interim vero prophylaxis ſeu cura præſervativa quoad Pharmaciam in eo conſiſtit, ut fermenta ventriculi & lienis, non neglecto hepate, in ſuo vigore conſerventur, omnisque exceſſiva aciditas & bilis accretio præcaveatur & coerceatur, quapropter continuus uſus Eſſentiæ trifolii fibrini, utpote ſummi ſpecifici omni modo ſuadetur. *Laxat.*

Et ſi inopinatò paroxyſmus colicus accederet, tunc eò præcipuè collimandum erit, ne ſub quocunque titulo purgantia per os propinentur, ſed alvus per ſeq. clyſterem ſæpius repetendo ſubducatur, bilisque ferociens acetoſa quaſi acredine mixta peſſundetur. ℞. *Malv. altheæ, menth. criſp. fol. hyoſcyam. flor. chamomill. Rom. ſummit. aneth. ana Mß. ſcybal. equ. non caſtrat. avenâ nutrit. rec.* ʒß. *ſem. carui contuſ.* ʒj. *inciſ. coq. in ſ. q. aquæ ad dimid. in Colatur. expreſſ.* ʒvj. *diſſolv. ſacch. Thom. Ung. clysmat. Ol. lini ana* ʒj. *M. f. Clyſter.* Uſus etiam ſeq. Pulveris de die bis vel ter ſumendi ad dolorem colicum tollendum, non neglecto oleo amygdal. dulv. ad acriorem lympham edulcorandum, magnum ſolamen conferet. ℞. *Specif. antihect. Poter. Ocul.* ʒß. *præp. Margarit. præp. ana* ʒj. *Theriac. cœleſt. gr. ix. M. f. pulvis dividendus in doſes æquales num. vj. ad totidem diſtinctas chartas. De quibus una doſis pro una vice ſumatur.*

Quid in paroxyſmo colico à bile agendum? Purgantia per os ſunt vitanda. Clyſter.

Pulv. anodyn. contr. colic. bilios.

In ipſo Paroxyſmo à vino abſtinendum, & ejus loco ſeq. aqua bibenda. ℞. *Rad. chin.* ʒj. *Sem. anis.* ʒß. *inde Ollæ mundæ vitro incruſtatæ, ſuperfundendo aq. ferventis Menſur. j. vel* ℔iiij. *ſtent benè clauſa cum operculo per horas 12. tunc coq. ut ova dura, refrigeſcat, atque bibatur.*

Pot. ord. in colica bilioſa.

Et quia & mali hypochondriaci eſt habenda ratio, quotannis vere & autumno uſus *Spiritus Tartari compoſiti Auguſtani ſpecifi per 30. dies, à 15. guttulis inchoando, & quotidiè unâ gutta usque ad triginta aſcendendo, eſſet continuandus.* Uſus acidularum, ut quæ lympham acriorem reddere poteſt, haud facilè, ſed potius tempore hyemali, (ut ſuperius dictum) mutatio loci ſuadenda eſt.

Spir. Tartari compoſ. Auguſtan. commendatio.

A.V. d. 3. Mart. 1692.

CONSILIUM MED. XII.

Affectum hypochondriaco-hysstericum Magnæ cujusdam Personæ repræsentans.

Morbi definitio.

MOrbus ille, de quo conqueritur, & in multorum molestissimorum symptomatum syndrome atque congerie consistit, affectus complicatus est, qui nomine Affectionis hypochondriaco-hystericæ meritò insignitur, quod ex sequentibus causis & signis eluceſcit. Et quidem in causarum investigatione, origo hujus mali bona ex parte imperfectæ concoctioni ventriculi adscribenda; ad ordinatam seu perfectam etenim concoctionem grata & spirituosa seu fermentativa aciditas requiritur, quæ verò per inconvenientem hactenus observatam Diætam magis magisque in acriorem & præternaturalem aciditatem degeneravit, quæ nonnunquam nauseam, anorexiam, & cibi inappetentiam causatur, imò etiam post assumptum cibum vitium concoctionis excitatur; Et quandò hæc malè præparata & inconcocta vel inelaborata massa ex ventriculo in intestina vacua ablegatur, ibidemque cum bile, aliisque vitiosis humoribus permiscetur, facilimè evenit, ut dicta massa, quæ non sufficienter elaborata, & ad ebullitionem ac inflationem hypochondriorum dispositа est, mediante hac ebullitione, inordinata ac perversa chyli ab excrementis separatio insequatur,

Causæ.

tur, ex qua deinceps flatus tenuiora intestina percurrentes, fluctuationes, borborygmi, & murmura oriuntur. Si verò siniſtrum latus coli intestini occupant, colici dolores, alvique constipationes ab excrementis viscidis, induratis, adustis, & flatulentis, insequuntur: Et si postmodum seperata massa chyli & humorum alimentariorum per intestina tenuia transeundo, tandem ad massam sanguineam deducitur, cum ea, quia per præternaturalem suam aciditatem, & hinc denegatam legitimam fermentationem, ac vivificorum spirituum generationem, eorundemque ad nervos ablegationem, malè præparata, dispositа, turbata, & inquinata est, & hâc ratione cum sero seu humore lymphatico corrumpitur, statim commiscери ac uniri nequit. Sanguis autem adhuc magis â liene corrumpitur, dum ille ab humoribus atrabilariis non benè repurgatus & defecatus, anxietates, phantasmata melancholica, noctes inquietas, cordis palpitationes, ac insomnia turbulenta invehit. Hoc malum quoque impura & pituitosa sanguinis uterini ac corrupti & turbati seminis adaugent; cui etiam renes adstipulantur, quia illi serosas, salsas, & tartareas humiditates non sufficienter attrahunt & expelluut, quod ex his signis cognoscitur, quia urina tenuis, tincta, rarò verò turbida & pituitosa (quæ in hoc passu salubrior esse solet) excernitur.

Et quamvis natura has impuritates per urinam, fluxum menstruum, nares, & poros, seu spiracula cutis expellit, non tamen sufficit, quia ad statum naturalem & balsamicum, facultatemque nutritivam ob pituitosam suam

dispositionem pervenire non potest. Qui sanguis ita præternaturaliter constitutus & corruptus facilè ac sæpius turbatur, & ebulliendo, accedentibus causis internis & externis, unus ac alter poroxysmus hypochondriacus excitatur. Quibus enumeratis causis cibi & potus liberalior usus, ventositates ac ventris inflationes, alvi obstructiones post sumptum cibum, quando scil. chylus massam sanguineam intrare debet, vel tempus eruptionis mensium instat, itemque animi & corporis vehementiores motus, incalescentia & nimia refrigeratio totius, ira, terror, & tristitia accedunt, quæ omnia unum alterumve paroxysmum hypochondriacum, lassitudinem corporis ac membrorum, flatuum ac humorum corpus pervagantium tumultum, cordis palpitationem, coloris faciei subitaneam mutationem, lipothymias, vel animi deliquia, aliave hujuscemodi graviora symptomata producere consueverunt.

Rarò autem dictus paroxysmus hypochondriacus Dominam Patientem solum infestat, sed plerumque etiam paroxysmus hystericus associatur, morbusque in sanguine primum consistens Cerebro & nervis communicatur, spiritusque animales perturbantur, inordinatè moventur, in motu suo naturali impediuntur, ac dissipantur, undè caput infestatur, visus ac auditus cedit, pulsus inæqualis langueſcit & imminuitur, respiratio læditur, membra rigida refrigerantur, aliaque symptomata, quæ hystericis accidere solent, ægrotantem divexant.

Post adhibita verò remedia paroxysmus remittit, cerebrum à vaporibus liberatur, oculi aperiuntur, intellectus, loque-

loquela, color faciei floridus, calor, motusque naturalis revertitur, vapores frigidi & acres resolvuntur, à capite ad cervicem, scapulas, & brachia ablegantur, ibidemq; evanescunt.

Et quia procedente tempore massa sanguinea magis magisque depravata, per crebriores paroxysmos natura labefactata, morbusque hactenus nunquam fundamentaliter expugnatus fuit, hinc fit, quod paroxysmi, qui aliâs semel saltem in mense, vel longiori temporis termino accidere solébant, jam sæpius sæviant, & pro causarum internarum & externarum, nec non ebullitionis motusque humorum diversitate, nunc fortius, nunc mitius, nunc pluribus, nunc paucioribus symptomatibus enumerata incommoda inferant.

Curationis requisita in paroxysmo.

Curatio hujus morbi tam in, quam extra paroxysmum non negligenda est. Accedente paroxysmo, Domina Patiens statim in lectum est ducenda, ibidemque quietè in loco tenebricoso, non lucido collocanda, corpusque calore fovendum; Erumpentibus animi deliquiis, brachia & femora lineamentis calidis fricanda, sternutatoria, cum remediis cordialibus, cephalicis, & hystericis confortantibus, applicanda; Lenitivis quin etiam remediis inhærendum, ne per fortiora & calidiora naturæ vis cum detrimento inferatur, caput debilitetur, & paroxysmi exacerbentur. &

Extra paroxysmum.

Extra paroxysmum, principaliter eò invigilandum est, ut quantum possibile, coctio ventriculi promoveatur, obstructio venarum mesaraicarum & spleneticarum reseretur, sanguis à sua immoderata acredine & impuritate vindicetur,

dicetur, stomachus, lien, uterus, & præcipuè caput, nec non spiritus animales ac vitales roborentur, omnisque generis mala ingruentia symptomata vel minuantur & lenianter, vel ex toto coerceantur & exterminentur.

CONSILIUM MED. XIII.

Affectum hypochondriacum & uterinum, in antecedenti Consilio commemoratum, continuans.

Morbi definitio cum causis.

MAgnæ Dominæ Patientis morbus, (ut omnia signa diagnostica testantur) affectus hypochondriacus & uterinus est, qui ab acido-vitriolata sanguinis & humorum acredine, Spiritus vitales & animales perturbante & inquietante, insimulque magnam ebullitionem in venis vasisque excitante, cor ac Cerebrum in consensum ducente, variaque mala symptomata, (utpote animi deliquia, asthma, membrorum rigorem, visus ac auditus læsionem, pulsus inæqualitatem & debilitatem, &c.) producente, proficiscitur, quam ventriculus ob coctionis debilitatem, chylique vitiosi præternaturali aciditate & acredine, nec non cruditatibus inquinati, dispositionem fovet & auget, quemadmodum hæc omnia ab Excell. Dn. D. Agricola, Medico Oelsnensi in antecedenti Consilio Medico fusius descripta & tradita sunt, quapropter prolixiori causarum enumerationi supersedetur.

Symptomatum enumeratio.

Dicta hæc molestissima symptomata jam ingravidatio sensibiliter auget, dum non solum uterus ob suam intemperiem, collectosque in eo vitiosos humores, multos vapores noxios per ascensum ad cor & cerebrum mittit, hæcque nobiliora viscera incommodat, sed etiam manè, jejuno stomacho existente, crebriorem vomitum, ob consensum nervosæ substantiæ causatur, unde ventriculi fundus contrahitur, & ad expulsionem cibi ac potus irritatur.

Quid in & extra paroxysmum faciendum sit.

Qua verò ratione huic malo cum suis symptomatibus in & extra paroxysmum subveniendum, & quod Domina Patiens ingruente paroxysmo statim in lectum deducenda, ibidemque in decenti calore & quie-

& quiete detinenda, internisque ac externis Cephalicis, cordialibus, & uterinis corroborantibus & refocillantibus; extra verò paroxysmum, stomachicis ac coctionem promoventibus, quin etiam viarum venarumque mesaraicarum, ramorumque venæ portæ obstructiones reserantibus, sanguinemque ab credine ac aciditate vindicantibus remediis inhærendum, dictaque viscera nobiliora, spiritusque vitales ac animales roborantibus remediis fovendi, ac in suo vigore conservandi sint, hoc in allegato loco Consilii Medici generaliter, sed sine descriptione medicamentorum, pertractatum est.

Ut autem remediorum juvantium mentio fiat, illaque ad decentem usum ac utilitatem applicentur, necessarium est, ut tàm à priori morbo, quam etiam ab ingravidatione dependentibus paroxysmis & symptomatibus succurratur, ut hâc ratione temporis progressu, mediante Divina gratia, partus desideratus ex voto subsequatur, fœtusque vivus ac floridus exudatur.

Paroxysmis, qui à malo hypochondriaco & uterino suam originem habent, tàm internè, observatis jam dudum allegatis, quin etiam aqua specifica cor, ventriculum, ac uterum confortante, itemque vino malvatico, aqua Cinnamoni & melissæ, cochleatim, tinctura bezoardiça guttatim, nec non theriaca cœlesti vel in forma liquida vel pilulari, ad aliquot grana sumptis; quam externè, inflatione fumi succini vel Xyloaloes integri accensi, & relaxatione vestimentorum circa pectus, medetur.

Aquæ autem cor, stomachum, atque uterum confortantis descriptio hæc est. ℞. *Aq. confort. Offic. perlat. Cinnam. cydoniat. Meliss. compos. Epilept. Lang. ana* ℥iß. *Spir. Cephal. Anhalt. incompl. Ceras. nigr. lilior. convall. ana* ʒij. *Lap. Bez. or. gr. v. Margarit. præp. Corall. rubr. præp. ana* ℈j. *conf. Alkerm. incompl.* ʒß, *Man. chr. perlat.* ʒij. *M. d. ad vitrum. Dosis cochleare unum vel alterum.* *Aq. confort.*

Præter hæc dicta, tàm ad paroxysmorum præservationem, quam ad fœtus in utero corroborationem, balsami Embryonum mixti manè & vesperi, vel quovis necessitatis tempore sumendi usus magnam utilitatem afferet, qui sic paratur. ℞. *Bals. Embryon.* ʒij. *Aq. Cinnam. buglossat.* ʒvj. *Ceras. nigr. meliss. lilior. convall. ana* ℥j. *sacch. perlat.* ℥ß. *M. d. ad vitrum.* *Bals. Embryon. mixtus* ℥j

Præsertim verò seq. Aqua Dn. Patienti optimè conduxit. ℞. *Zingib. Caryophyll. flor. chamomill. ana* ℥ß. *Galang. Myrrh. rubr. ana* ʒj. *M. & concis. infund. cum vin. alb. mensur. viij. stent infusa per octiduum, postea destillentur. Dosis M. & V. cochlearia duo vel tria.* *Aq. confort. pro gravidis Duciss. Julianæ de VVürtemberg.*

Contra vomitum, internè Tragea confortans, ex cordialibus, cephalicis, ſtomachicis, ſpleneticis, & uterinis concinnata, ſub finem menſæ cochlearis minoris quantitate vel cum pane ſaccharato vino madido ſumpta; externè vero balſamus ſtomachicus, regioni ventriculi manè & veſperi piſi magnitudine illinendus, proficit, quæ remedia ſequenti modo conficiuntur. ℞. *Spec. diarrhod. Abb. Diatrionſant. ana* ℈ij. *Cinnam. opt.* ʒij. *Nuc. moſch.* ʒj. *Macis, Garyophyllor. Cardamom. Cubeb. ana* ℈ß. *Lign. aloes* ℈j. *Corall. rubr. præp. Margarit. præp. ana* ℈i. *ſacch. albiſſ.* ʒiiij. *fol.* ⊙. *num.* 2. *M. f. Tragea, d. ad ſcatulam.* Et, ℞. *Balſ. Indic. ver.* ℈ß. *Ol. nuc. moſch. expr.* ʒij. *Ol. ſtillat. Cinnam.* g. ij. *Ol. garyophyll.* g. ii. *Ol. Maſticis. gutt. viij. Ol. macis* g. ij. *Ol. abſynth. Ol. menth. ana* g. v. *M. exactè ad pixid. ſtanneam.*

Tragea confort.

Balſamus ſtomach.

Paroxyſmo autem nimis ac ſupra modum urgente, in & extra eundem tàm ad præſervationem quam curationem de ſequenti pulvere, quantum cultri cuſpide capi poteſt, vel in dicta aqua confortante, vel balſamo embryonum mixto, vel aqua ceraſorum nigrorum, florum tiliæ, pœoniæ, meliſſæ, vel vino malvatico, capiatur, qui pulvis tali modo paratur. ℞. *Ocul.* ♋. *præp. Corn. cerv. philoſ. præp. Corn. Rhinocerot. præp. ana* ʒj. *Antihect. Poter.* ʒiß. *Cinnabar. antimon. Cinnab. nativ. ana* ℈ß. *Extract. Caſtor.* ℈j. *Extr. Croc. gr. iiij. M. f. pulvis. d. ad ſcatulam.*

Pulv. cephal. & hyſtericus.

Ad hæc, exoptato cum ſucceſſu pila quoque matricalis mammis applicari, ipſiusque odor naribus excipi poterit, cujus compoſitio hæc eſt. ℞. *Caſtor. opt.* ʒiß. *Galban* ʒj. *Aſſ. fœtid.* ℈j. *abſynth. abrotan. rut. ana* pj. *M. f. cum ſyndone rubro pila matricalis.*

Pila matricalis.

Præter hæc dicta, Domina Patiens duobus vel tribus ante partum menſibus ad alleviandum partum, quotidiè manè & veſperi *paſſularum minorum recentium*, quantum tribus digitis capi poteſt, in ore maſticare, rejectis folliculis ſuccum deglutire, & ſic usque ad tempus partus continuare, itemque inſeſſibus ex aqua communi & herbis emollientibus paratis, & poſt balneum inunctionibus circa regionem lumborum cum Oleo amygdal. dulcium, vel butyro recenti uti, haud gravabitur.

Paſſular. minor. quotidian. uſus partum allebiat. Inſeſſus. Lumbor. inunct.

Diæta. Tandem etiam bona Diæta obſervanda veniet, ubi aer temperatus, cibique facilis concoctionis, laudabilemque ſuccum & ſanguinem generantes, in una menſa non multivarii eligendi, nec in majori copia aſſumendi, ſicque ventriculus nec nimio cibo, nec aquæ ingurgitatione, gravandus; Corpus modicè movendum; in ſomno & vigiliis modus tenendus; alvus aperta ſervanda; ac à fortioribus

animi

animi commotionibus abstinendum erit. Quæ monita atque remedia Deus Ter. opt. Max. Divina sua benedictione secundet. Exarab. d. 17. April. 1690.

CONSILIUM MED. XIV.

Quid in partu, tam ex parte Magnæ cujusdam puerperæ, quam ex parte fœtus, observandum sit?

Quod puerperam concernit.

1.

AD exitum fœtus facilitandum, genitalia Oleo liliorum alborum, sæpius calidè inungantur. *Exitum fœtus facilitantia.*

2. Quoties instante partu natura mediantibus doloribus fœtum expellere conatur, toties genitalia & anus presse per manus obstetricis cum linteamentis duplicatis vel triplicatis calidis cohibeantur, sicque illorum ruptura vel procidentia præcaveatur. *Ruptur. & uteri procidentiæ præcautio.*

3. Collum, ne in partu laborioso præter naturam extendatur, vel bronchocele causetur, loro ex panno scarlato vel corio humano circumvolvatur atque ligetur, mentum in quolibet expulsionis conatu deorsum flectatur, & claviculis vel sterno imponatur, nec spiritus in respiratione sursum trahatur. *à strumis præservatio.*

4. Femora quoque supra genua, ne varices prorumpant, fasciis ex corio anguillarum paratis, arctius ligentur. *Varicum in crurib. declinatio.*

5. Ad dolores in partu remittentes resuscitandos & promovendos, parturienti septem vel octo guttæ Olei succini in aqua menthæ vel pulegii exhibeantur, & hoc non sufficiente, pulvis partum accelerans vel testiculor. equi drachmæ unius pondere, propinetur, ac interior umbilici locus Oleo antheræ inungatur, vel intincto in hoc oleo linteo calidè foveatur. *Dolor parturientis promovendi.*

6. Si fœtu jam excluso periculosa uteri hæmorrhagia sequeretur, illa internè per pulverem stegnoticum vel sperniolam Crollii in aquis *Hæmorrhag. uteri supprimentia.*

aquis appropriatis, utpote tormentill. burs. pastor. centinodiæ, &c. fumendam, externè verò per mixturam fuliginis & vitellor. ovorum lino vel linteamentisImperialis magnitudine exceptam & illitam,carpisque manuum vel pulsibus superligatam, itemque lintei crudi atro colore tincti, (Germ. schwartzer Golschen) ad genitalia applicationem, refrenetur.

Demulcentia & lubricantia.

7. Statim post partum puerperæ Olei amygdal. dulcium recenter expressi unciæ duæ, & non multò post, jusculagallinarum cum gelatina caponis permixta, exhibeantur.

Genitalium tumor. arcentia.

8. Genitalibus ovum cum butyro frixum ac linteo involutum calidè applicetur, vel oleo è vitellis ovorum, vel unguento appropriato calidè inungantur.

Dolor. post partum sedantia.

9. Ad dolores post partum mitigandos, potio dolorem sedans bibenda, totaque ventris regio oleo chamomillæ, anethi, & verbasci, vel unguento aliquo anodyno calidè illiniatur, corium ex pelle canina imponatur, & venter fascia latiori circumvolvatur, & arctè contrahatur.

Fessa brachia & pedes roborantia.

10. Fessa brachia ac pedes quotidiè bis vel ter, vino calido, cui Rosmarinus, majorana, & lavendula incocta sint, calidè foveantur atque fricentur.

Superflui lactis compescentia. Epithema. Sparadrappum. Cataplasma.

11. Et ne superflui lactis affluxus in mammis tumorem præternaturalem vel dolorem excitet, illis vel folia nucum juglandium, vel petroselinum viride, pulmentum ex albumine ovorum conquassato, pulvere aluminis crudi, & consolidæ majoris paratum, linteoque illitum; vel sparadrappum ex Ceræ albæ vel citrinæ partibus duabus, sevi cervini parte una, & Olei rosati cochleari uno factum; vel Cataplasma, ex mica panis albi, cum lacte coctum, ac pauxillo croci, & cochleari uno olei rosarum mixtum, applicandum, totumq; pectus thorace muliebri, ex duplici panno lineo consuto, mediante loro ex lino convoluto, constringendum.

Cordialia contra animi deliquia.

12. Si etiam post partum unum alterumve animi deliquium, vel virium imbecillitas accederet, cochleare unum vel alterum aquæ confortantis officinalis perlatæ, cinnamomi, vel vini malvatici propinandum.

Antihysterica.

13. Contra uteri suffocationem, vel passiones hystericas, aqua matricalis exhibenda, & fumus incensi succini, ligni aloes, vel plumarum perdicum naribus insufflandus.

Sitim sedantia.

14. Ad sitim in puerperio compescendam brodium gallinarum, vel decoctum ex cinnamomo, semine anisi, galanga, & aqua com-

communi, bibendum, ac ab omni potu intensè frigido penitus abstinendum.

Penes hæc dicta, cibis boni succi, facilisque concoctionis, utendum.

15. Toto puerperii tempore aer temperatè calidus eligendus, corpusque contra frigus muniendum. *Aeris temperatè calidi, procuratio.*

16. Sudor quin etiam aliquot diebus post partum vel quotidiè, vel alternis diebus ad discussionem & resolutionem humorum & vaporum noxiorum, in lecto promovendus. *Sudoris promotio.*

Remediorum Compositorum, quorum in antecedentibus mentio facta, descriptio hæc est.

1. Ad accelerandum partum. ℞. *Cinnam. acut.* ʒiij. *Croc. Austriac.* ʒiß. *Savinæ, Myrrh. elect. ana* ʒj. *Borrac.* ʒiij. *M. f. pulvis Dos.* ʒj. *Pulv. ad accelerand. partum.*

2. Contra Uteri hæmorrhagiam. ℞. *Succin. præp. Sangu. Draconis. ver. Lap. hæmat. præp. Corall. rubr. præp. sem. plantag. portulac. antheræ, Rad. tormentill. Terr. sigill. ana* ʒj. *Balaustior.* ʒß. *Nuc. mosch. Cinnam. ana* ϑij. *Croc.* ♂. *adstring.* ϑj. *M. f. pulv. Dos.* ʒj. Et, ℞. *Corall. rubr. præp.* ϑiiij. *Lap. Chrysol. præp. Carneol. præp. Margarit. Orient. præp. ana* ϑij. *pulv. rad. tormentill. Granor. Kermes. ana* ʒß. *M. f. pulvis in 6. partes æquales dividendus.* *Pulv. contr. hæmorrhagiam uteri. Alius.*

3. Ad dolores uteri post partum tollendos. ℞. *Croc. Austriac,* ʒß. *Macis* ϑj. *Tripher. magn.* ʒß. *vin. malvat.* ʒij. *M. f. potio pro duabus dosibus.* *Potio contr. dolor. uter. post partum*

4. Ad uteri suffocationem. ℞. *Aq. Cerasor. nigr. Meliss. puleg. Epilept. lang. ana* ʒj. *Cinnam. buglossat.* ʒij. *Philon. Rom.* ϑij. *M. d. ad vitr. Dos. cochleare unum vel alterum, aliquoties repetendo.* *Aq. hysterica.*

Contra uteri præfocationem & spirandi difficultatem puerperarum confert. seq. pulvis saccharatus. ℞. *Sacch. alb.* ʒij. *Ol. destill. chamomill. Ol. menthæ.* ϑß. *Ol. Cortic. aurant. Ol. Citr. ana gutt. iij. Ol. Cinnam. gutt. ij. M. f. pulvis, de quo* ʒij. *cum aq. menthæ.* ʒiij. *sumantur.* *Pulv. contr. uteri præfocat. & spirandi difficultat.*

Contra subitaneum terrorem conferunt *pulveris Marchionis grana sex in aqua flor. tiliæ dissoluta,* atque statim post conceptum terrorem, quin etiam vesperi ante somnum exhibita. *Pulv. March contr. subitan. terror.*

Contra narium obstructiones, lactis cochlearia duo cum aquæ betonicæ cochleari uno, & pauxillo saccharı permixta, ac instar sternutatorii naribus attracta, conferunt. *Nares deobstruentia.*

Quod recens natum infantem respicit.

Quid ratione infantis rec. excluſi faciendum ſit? Næborum deletio.

1. Ad præcavendos vel delendos nævos, infantis facies & corpus ſtatim poſt partum ſecundina abſtergatur.

Funiculi umbilical. ligatio.

2. Funiculus umbilicalis in abſciſſa extremitate ligetur.

Linguæ ligamenti ſolutio.

3. Linguæ ligamentum, an rectè ſe habeat, vel ſolutione per lanceolam indigeat; nec non alvus, an aperta ſit? inſpiciatur.

Infantis à ſordib per aq. vin & lac repurgatio.

4. Infans etiam poſt partum in aqua, cui vinum & lac permixtum ſit lavetur, & à ſordibus repurgetur.

Capitis & cervic. fricatio.

5. Poſt unum quodvis balneum caput & cervix panno ſcarlato, vel laneo rubro, in vinum calidum intincto, fricetur.

Albi lubricatio.

6. Nec minus, brevi poſt partum tempore, infanti, ad corporis expurgationem, alvique lubricationem *Oleum amygdalarum dulcium recenter expreſſum, ac cum ſaccharo penidio edulcoratum*, cochlearis quantitate, unâ alterave vice propinetur.

Epilepſia & convulſion. præcautio. Pulv. anti-epilept. in primo pulment. dandus

7. In primo pulmento, vel pulvis Marchionis, vel ſeq. ſpecificus, ad præcavendos inſultus convulſivos & epilepticos, quantum cultri cuſpide capi poteſt, exhibeatur. ℞. *Corall. rubr. præp. Ungul. alcis. ſuccin. alb. præp. viſci quercin. ana ℈j. M. f. pulvis ſubtiliſſimus.*

Dolor colic. averſio.

8. Si colici dolores infantem cruciant, internè *Oleum amygdal. dulc.* propinetur, externè verò venter *Oleo chamomillæ, lumbricor. & anethi*, invicem mixtis, inungatur, vel Omentum agni in oleo olivarum frixum vel *herba anagallidis in lacte cocta*, linteoque involuta calidè applicetur,

Infantis in leni calore detentio.

9. Inprimis vetò infans toto puerperii & lactationis tempore in leni calore foveatur, & ab externo frigore cuſtodiatur.

Quid apud parturientes in promptu eſſe debeat?

Summariter itaque, apud Parturientem ſequentia in promptu, vel ad manus eſſe debent.

1. *Aqua confortans perlata, cum aqua refectoria, & ſuccino integro, pro accenſione.* 2. *Balſamus Embryonum.* 3. *Aqua. hyſterica.* 4. *Oleum amygdal. dulc. recenter expreſſum.* 5. *Oleum liliorum alborum* pro inunctione.

ctione. 6. *Lorum ex pelle humana*, vel aliud, pro ligatura colli. 7. *Duo lora ex corio anguillarum*, pro ligandis femoribus supra genua. 8. *Oleum succini*, & *pulvis ad accelerandum partum*, *cum aquis lilior. albor. & pulegii.* 9. *Pulvis stegnoticus*, & *sperniola Crollii*, ad hæmorrhagiam uteri compescendam; linteum item crudum atro colore tinctum, & fuligo camini, cum luteo ovi mixta. 10. *Pulvis Marchionis*, *vel epilepticus specificus* superius designatus. Quibus, urgente necessitate, pro cujusvis lubitu ac judicio, plura addi possunt.

CONSILIUM MED. XV.

Fistulam in maxilla inferiori sub dente molari lateris sinistri examinans.

Casus.

ANno 1692. in autumno, Magna quædam Patiens carioſum & excavatum dentem molarem in sinistro latere maxillæ inferioris, (qui dens ante aliquot annos valdè dolebat, & per cujusdam Agyrtæ imposita caustica remedia friabilis factus erat) cum tumore seu tuberculo duro in exteriori parte maxillæ erumpente, mihi monstravit, de quo judicavi, quod sub dente hoc molari ulcus cavum in fistulam degenerans delitescat, & maxilla in tumoris seu tuberculi loco, procedente tempore, materiam purulentam eructatura sit.

Resolutio atque Tractatio.

CUm itaque dicta Domina Patiens insequente vere anni 1693. magnos & fermè intolerabiles dolores in dicto cavo dente & maxilla pateretur, me cum Chirurgo Georgio Riedlino ad se vocavit, nostrumque hoc de affectu judicium scire desideravit, cui, quod hic affectus, (qui fistulæ dentis nomine insigniri mereatur) ex fundamen-

to non aliter, quam per exemptionem dentis cavi molaris tolli curarique poſſit, ea qua par eſt humilitate, retulimus, quam verò operationem, ob præſentem ingravidationem, & demonſtratum periculum, ratione formidinis ingruentium aliquorum ſymptomatum, nos quidem haud libenter, niſi ingens dolor urſiſſet, & quidem ad mandatum Dominæ Patientis, (quæ nos ob omni culpa alicujus inſecuturi damni vel mali liberavit ac abſolvit) ſuſcepimus, & prænominatus chirurgus denti cum inſtrumento elevatorio ſeu ductorio, Pelicano dicto, manum admovit, ſed in trahendo dentis carioſi ſuperiorem cavam partem confregit, & radicem gingivis per gomphoſin infixam, reliquit, quam Domina Patiens ſepoſitis omnibus remonſtrationibus ac perſuaſionibus, ob metum doloris, hac vice extrahere recuſavit; maxilla autem in externa ſui parte ſponte aperta eſt dolorque per impoſita emplaſtra & cataplaſmata emollientia ac lenientia penitus debellatus fuit; Quo facto, dicta Domina Patiens nos hac vice, cum reſervatione, quod finito puerperii tempore ſe in prædium ſuum propè Ulmam recipere, curationem ulterius proſequi, manumque chirurgi ad eximendam relictam dentis radicem admittere velit, gratioſè dimiſit.

Quod verò propoſitum paulo poſt mutavit, ac extraneum quendam circumforaneum, (qui pro dentis relicta radice vicinum ſanumque dentem cum fruſtulo fractæ ab ipſo maxillæ extraxit, malumque auxit, novosque dolores excitavit) & poſt hunc etiam alios peregrinos Medicos, Chirurgos, Empiricos & barbitonſores, infelici tamen ſucceſſu, accerſivit, quapropter dictum malum hactenus in antiquo ſtatu permanſit. Ut ergò meus candor & integritas, utpote obligati ac ordinarii Medici hoc in paſſu in apricum veniat, ego hunc affectum ſecundum cauſas & rationes, cum legitima curandi methodo, brèvibus his delineare non dubitavi.

Morbus & Cauſa.

Ante omnia verò ſciendum eſt, quod hic affectus propriè fiſtula dentis ſit, & quod fiſtulæ in genere, utpote ulcera cava, profunda, anguſta, dura, & intumefacta, (quibus etiam hæc fiſtula annumeranda) ab affluxione & congeſtione humorum acrium, & hinc inſequente dolore, inflammatione, materiæ purulentæ, corruptæ, cauſticæ, exedentis, & non rarò vicinas partes carnoſas, & oſſeas corrodentis, incluſæ & retentæ, ac in hoc ſubjecto tam ad locum affectum ſub dente, quam etiam ad exteriorem maxillam translatæ, originem habeant, quemadmodum etiam hoc ipſum famigeratiſſimus Chirurgus Venetus, Joh. Andreas de Cruce, in Opere ſuo Chirurg. lib. 3. de Ulceribus, & inprimis de maxillarum fiſtulis, cap. 53. pag. mih. 425. &

cum

cum ipſo Ambroſius Pareus, Chirurgiæ ſuæ lib. 12. cap. 21. pag. mih. 526. teſtantur.

Signa hujus fiſtulæ dentis à præcedente dolore, & inſecuto tumore & exulceratione exterioris & interioris maxillæ parte, nunc clauſæ, mox iterum exulceratæ & apertæ, materiaque in ea collecta acri & purulenta, poſteaque denuò expulſa, deſumuntur. *Signa.*

Rebus itaq; ſic ſtantibus, loco prognoſtici dicendum eſt, quod, quemadmodum fiſtulæ inferioris maxillæ difficulter & tardè, ita etiam ſine dentis ipſiusque radicis extractione curari non poſſint, ut idipſum etiam Guilelm. Fabricius Hildanus, Centur. 3. Obſervat. Chirurg. Obſervatione 32. pag. mih. 271. & prænominatus Joh. Andr. de Cruce, loco allegato confirmant. Si verò dens radicitus extirpatur, tunc bona ac ſtabilis ſanatio & conſolidatio ſperari & expectari poteſt. *Prognoſis.*

Ut autem Curatio talis fiſtulæ ex voto ſuccedat, neceſſe eſt, ut internè ante omnia corpus expurgetur, & poſtea, ſi plethora adſit, vena ſecetur, ad hæc, bona ac conveniens diæta obſervetur, poſt corporis præparationem dentis radix eximatur, locus affectus repurgetur, os maxillæ carioſum, (prout inſpectio & exploratio ſtyli exploratorii, & materiæ effluentis qualitas idipſum requirunt) à ſua corruptione per manualem operationem, remediorum videlicet ſpecificorum impoſitionem, vel per abraſionem, vel per potentialem vel actualem cauteriſationem, liberetur; deindè externè per remedia mundificantia, ſiccantia, & adſtringentia exſiccetur, adſtringatur & firmetur, maxillæ verò exterioris exulcerata carnoſa pars per emplaſtra convenientia poſt mundificationem glutinetur & conſolidetur. *Curatio.*

Præfatus Joh. Andreas de Cruce loco ſuperius citato de curatione harum fiſtularum ſequentia verba facit, dicendo, Ulcera maxillæ, ubi dolor dentium præcedit, & progreſſu temporis in fiſtulas degenerant, ac inſuper dentium radicum corruptione concomitantur, ſine earundem extractione nullo modo curari poſſunt; licet enim externè appareat, ac ſi ulcus ſanatum & conſolidatum ſit, brevi tamen rurſus aperitur, quemadmodum ego quamplurima talia ulcera vidi, quæ brevi poſt conſolidationem tempore, oborto novo dolore, inflammatione, & exulceratione, recruduerunt, quod plerumque fit, ſi os carnoſæ ſubſtantiæ ſubjectum inquinatum & læſum eſt, ubi deinceps ob materiæ copioſæ circa os carioſum congeſtionem, læſionis locus clauſus, denuò per materiæ acredinem recluditur & exulceratur. Quapropter harum fiſtularum tota curatio in hoc conſiſtit, ut oſſa corrupta cum dentibus totaliter exterminentur, quodipſum, ſi *Andr. de Cruce de Curatione harum fiſtular. ſententia.* *Curatio in quibus conſiſtat?*

Patiens extractionem admittere recusat, per cauterisationem, & postea per appropriatorum & specificorum expertorum remediorum applicationem fieri oportet; Huc usque Andreas de Cruce.

Supranominatus verò Fabricius Hildanus in Opere suo Chirurgico, loco superius allegato refert, quendam suorum consanguineorum ad illum venisse, qui acerbissimo dentis maxillaris dolore cruciatus fuerit, cui barbitonsor ante aliquod tempus superiorem ejus cavernam seu acetabulum, relictâ in gingivis radice, confregisset, hinc post tentatam dentis evulsionem continuum dolorem cum tumore penes radicem secutum fuisse, & post ruptum vel apertum tumorem dolorem aliquatenus & paulatim remisisse, ulcus verò, quod balneator curare non potuerit, in fistulam degenerasse.

Guil. Fabric. Hildani curandi methodus.

Et postquam hic patiens apud multos varioque Medicos opem & auxilium frustra quæsivisset, tandem ab ipso per præscriptam convenientem Diætam, corporis purgationem, venæsectionem, & postea radicis relictæ evulsionem, callosæ substantiæ circa fistulam per unguentum causticum ablationem, ulceris per linimentum mundificationem, & postea (mediante impositio emplastro diacalcytheos) consolidationem, spatio triginta dierum, feliciter restitutum fuisse. Et addit se Coloniæ Adolescentem quendam primarium; nec minus Genevæ 1599. quandam puellam; & Coloniæ anno 1596. puerum decennem dicta ratione & methodo atque remediis, optimo cum successu, â simili malo curatos & liberatos, vidisse.

Summaria Curationis requisita.

Ex quibus dictis luce meridiana clarius elucescit, magnæ Dominæ Patientis affectum, ut superius dictum, non aliter, quam per præmissam corporis præparationem & expurgationem; sanguinis, si indicationes annunt, per venam apertam moderatam detractionem; legitimæ Diætæ observationem, & insequentem relictæ dentis radicis extractionem; ossis maxillæ carioси correctionem adque statum naturalem reductionem; Ulcerisque mundificationem; tandemque consolidationem, curari posse. Quam Curandi methodum Deus omnipotens Divina sua benedictione secundet. Dabam, die 15. Octobr. 1693.

CON-

CONSILIUM MED. XVI.

De Plica Polonica.

Morbus.

CUm in Imperiali Civitate Giengensi ante multos annos Physicum Ordinarium agerem, Dominus Joh. Jacobus Oexlin, Consul, & Johannes Bart, faber lignarius, & molæ ferrariæ operam navans, ambo Plicas Polonicas in capite gestantes, me consuluerunt, & quæsiverunt, unde hoc illorum capillorum vitium proveniret? an non hasce Plicas abscindere consultum esset? aut quo modo & quibus remediis malum hoc tolli curarique posset? Quibus respondi, quod causa partim præternaturalibus & morbificis dispositionibus, partim verò aquarum peculiaribus constitutionibus & ἐνέργειᾳ adscribatur; tales Plicas verò ob metum gravissimorum symptomatum abscindere, inconsultum videri, easque rarò vel nunquam curationem subire, & proinde intactas relinquendas esse.

Et quia etiam hac de materia peramandus meus Gener, Dn. Philippus **von der** Hulde, Med. D. Consiliarius Aulicus Württembergico-Oelsnacensis, nec non Senator & Physicus Neoforensis Silesius, ad me nuper literas dedit, ac meam hac de re sententiam scire desideravit, iccircò sequentia de hujuscemodi Cirrhis seu Capillorum complicatione asserere non dubitavi.

Morbi

Morbi explicatio.

Morbi Definitio, Synonymia.

PLica Polonica, Græc. ῥωπάλωσις, vitium capillorum, vulgò Mohrenlock/Pilorum concretio, & quaſi in baculos coagmentatio indiviſibilis; Item Plica πλεκτάνη, Plicatio & Plicatura, Cirragra, vitium capillorum, Polonis familiare, quando Capilli ita in Cirrhos contorquentur, ut extricari nullo modo poſſint, Polonis Gozdrice & ozwozdzice/ quod clavum, Roxolanis Coltun, quod paxillum ſignificat, dicitur, unde quoque à nonnullis Helotis nominatur. Alii vocant morbum Cirrorum, Germanis Wichtelzöpffe/quod ſuperſtitiosè crediderint, ab infantibus non baptiſatis, (hos enim antiqui Wichteln appellarunt) tales cirrhos necti; Item, Mahrenflecht / Marenwicklung / Marenlock / Schrötelinszöpffe / Judlezöpffe & Judenzöpffe; quod ab incubo Judæi ſpecie necti putentur; In Thuringia Saellocken nominantur.

Familiaris hic & quaſi Endemius inprimis Polonis eſt morbus, quamvis alii exiſtiment, morbi hujus genus non Polonorum, multò magis Ruſſorum fines pro principio & origine habere, & licet Poloni longè à Ruſſiticis terminis diſſiti ſint, ii tamem, qui in confiniis Ruſſiæ, nimirum Podolia, Podlachia & Ukrania proximiores habitant, huic malo, præ illis, qui in Pruſſia, Samogitia, Lithuania, & Ruſſia alba, ſimul etiam occaſum verſus in Polonia majori usque ad fines Sileſiæ habitant, obnoxii ſunt. Hoc malum quoque Ungaris non ignotum eſt, quo morbo non ſolum homines, ſed & equi laborant. Briſgois & Alſatis, Belgis, nonnullis Rheni tractibus, teſte Schenckio hic morbus quoque familiaris eſt; Et hic Ulmæ nonnulli Plicis hiſce laborant. Quos cirrhos magna religione prorſus incultos, nec ferro præſcindere, nec pectine explicare ſuſtinent, perſuaſi omnino, graviſſima capitis morborum fomenta, velut Apoplexiæ, Paralyſeos, Maniæ, & inprimis pertinacis Cephalalgiæ, conſimiliumque materiam iisdem alendis abſumi, qua de cauſa illorum præfectionem ut prorſus infauſtam & lethalem non admittunt. Et proinde hi, qui ex his elegantiores haberi volunt, hujusmodi tricas, capitis quidem intra pileum barbæ verò ſubtus pectorale, convolutos prius recondunt, ne conſpiciantur.

Cauſa.

Cauſam hujus mali quod attinet, Sennertus cenſet; Plicam iſtam ſaltem Criticum quoddam eſſe, & ortum ſuum ex materiæ vitioſæ è corpore expulſione haurire. Et obſervatum eſt, pilos tales reſectos ſanguinem fudiſſe. A veneficio quoque oboriri poſſe, diverſi Authores exiſtimant.

Cur

Cur ſolum ad capillos, & non etiam ad alias partes materia hæc detrudatur, ratio dari non poteſt. Sennertus exiſtimat, in iis locis, ubi hic morbus endemius eſt, vitium Genio illius loci cognato, & aquis, quæ copioſum pilis nutrimentum ſuppeditant, ineſſe; Quia verò nonnunquam graviora ſymptomata hunc morbum concomitantur, illum ex cauſis præternaturalibus & morbificis potius, quam naturalibus provenire, credibile eſt.

Aquis admirandæ vires inſunt, ex quæ mult. in loc. ſtrumæ familiares.

Aquis admirandas vires ineſſe, quotidiana experientia teſtatur, cum in Alpibus Rheticis, Stiria, & Carinthia aquarum vitio ſtrumæ incolis adnaſcantur. Defertur hæc ad pilos materia cum ipſo ſanguine, qui ut aliarum partium, ſic pilorum nutrimentum eſt, quod ex eo patet, quod pili in Plica diſſecti, (ut ſuperius allegatum) ſanguinem fundant. A Parentibus quoque provenire poſſe, Sennertus autumat.

Johannes Prætorius in nova mundi deſcriptione de variis admirandis hominibus, Diviſione ſeptima, ex Joh. Tröſteri Aquilæ nido Polonico refert, Tartaros Anno Chriſti 1296. in Poloniam irruiſſe, & tantam populi copiam in captivitatem abegiſſe, ita ut Ulodomiriæ in Ruſſia ultra viginti mille Virginum Polonicarum captivarum repertæ fuerint, quibus captivis Tartari corda exciderint, veneno illa infecerint, Ruſſorumque fontes clam & ſubdolè per horum injectiones intoxicarint, undè etiam præter illatam mortem, plurimorum crines vi hujus veneni conglomerati, convoluti, & quaſi conglutinati fuerint. Et Diviſione octava, dictus Prætorius de Koboldis, quos Germanicè Haußmänner & Güttichen vocat, ſcribit, quod multi ſibi perſuaſum habeant, tales capillos à Koboldis convolutos eſſe. Ibidem etiam aſſerit, quod Anno Milleſimo Quingenteſimo, Vir magnæ & proceræ ſtaturæ, rubram arcteq; connexam Plicam è capite per totum dorſum dependentem habens, de cœterò calvus, togaque longa cærulea indutus, ad Jacobum Quartum, Scotiæ Regem in Templo acceſſerit, illumque de gerendo bello dehortatus ſit, qui brevi poſt hanc annunciationem evanuerit.

Capillorũ conglomeratio ex veneno.

Vir magnæ & procer. ſtaturæ plicam rubr. prolix. gerens, in templo coram Scotiæ Rege diſputavit,

Et talis capillorum complicatio non ſolum in capite & barba ſed etiam in pudendis reperitur, quod Dn. D. Joh. Paterſonius Hain, Ephemerid. Natur. Curioſor. Decur. 1. anni tertii, Obſervatione 220. conteſtatur, dum ait. Fuit apud III. Palatinum Sendomirienſem Dominum Oſſolenski in Polonia Gallus quidam à ſervitiis, cujus nomen Santaman, ille in uxorem duxerat ex Gynæceo nobilem Virginem, quæ poſtea variis morbis divexata, tandem & Plica correpta; non ſolum autem in capite, ſed etiam in pudendo, ubi crines in tan-

tam excrevere longitudinem, ut sesquialteram ulnam excederent, & si sibi permitteretur, terram attingerent, quapropter femori circumductam ligare opus habuit Plicam, quam mihi, dum illam rogarem, extra vestem eduxit & monstravit. Quia igitur in pudendis inauditum, quod crines naturaliter in tantam longitudinem excreverint, clarum fit, Plicas illas non ex negligentia & sorditie aliqua coagmentari, sed potius succum aliquem præternaturalem excrementitium, vitiosum & malignum ad pilos è natura ablegatum, motumque aliquem criticum æmulantem, hunc morbum excitare.

Signa. Signis opus non est, cum hæc capillorum convolutio oculis exposita sit.

Prognosis. Quod Prognosin concernit. 1. Ipsum malum, nisi materia ad capillos detrudatur, satis periculosum est, & gravissimi morbi & symptomata, in omnibus penè partibus, ad quas materia truditur, excitantur.

2. Si verò natura per crisin materiam hanc ad capillos ablegat, istudque capillorum vitium producit, nihil periculi ægro adfert, quin etiam homo ab aliis malis & incommodis immunis est, & multi cum talibus Plicis satis commode usque ad mortem vitam suam transegerunt.

3. Si verò tales Plicæ temerè præcidantur, Cœcitas, Apoplexia, Paralysis, continuus capitis dolor, insania aliaque periculosa mala excitantur.

4. Si tamen in corpore vitioso talis materia nulla amplius reliqua sit, temporis progressu Plicæ sponte decidunt.

De Plicæ præcisione Moccius asserit, quod cum quidam cuidam vetulæ tricas has asecasset, illa tridui decursu supremum diem clauserit.

Miles ex scissione ab icæ Polo- Plicæ cæcus nactus,

Et Miles quidam, cum à Turca captus esset, & Herus ipsi pro Turcarum more omnes pilos, & unâ plicam abscindi curasset, cœcus factus est, & cum Herus pilos renasci permisisset, visum postea recuperavit.

D. Joh. Patersonius Hain' in Plica alicujus Fœminæ illustris in Polonia observavit, cum se præsente præcideretur, quod corpuscula flava sulphurea plurima per Plicam sparsa in ea invenirentur, quæ incensa sulphur, non fine alieni fœtoris interspersо odore, redolebant.

Curatio. Quod Curationem hujus Morbi conformationis concernit, hic Affectus plerumque omnem Curationem respuit, iccircò eum relinquere convenit, nec tangere oportet, summos enim capitis dolores, imò & in quibusdam insaniam decurtata inducit. D. Samuel Ha-

Præcisio plicæ Polon. in quibusd

fenref-

fenreffer, Profeſſor quondam Tubingenſis, & Præceptor meus venerandus, in Tract. ſuo De Affectibus cutis, cap. 9. de Pilorum vitiis, pag. mih. 62. & ſeqq. *inſaniam inducit.*

De quo etiam Affectu Prævotius ita ſcribit; Veneni hujus natura ignoratur, & nulli hactenus contigit Plica laborantem perfectæ ſanitati reſtituiſſe; Et Patavii plurima certè Profeſſores ibidem Medici tentarunt remedia, ſed omnia fruſtra. *Plica Polon. perfectè curari nequit.*

Illuſtris contra Dominus Nicolaus Sapieha retulit, ſibi notum fuiſſe in Polonia Ruſticum, qui hoc morbo laborantes balneo curabat, cujus uſu primis ſeptem diebus ægri planè hirſuti toto corpore evadebant, pilis undique erumpentibus, qui ejusdem balnei uſu adhuc ſeptem diebus continuato, iterum decidebant, atque ægri ſanitatem recuperabant. *Ruſtici cujusdam attentata curatio.*

Singulari autem proprietate Muſcum terreſtrem ſeu Plicariam, & Cingulariam Polonis dictam (quia Mulierculæ ruſticanæ & plebejæ in Ukraina in nimio fluxu menſtruorum, doloribus item & ſtrangulationibus uterinis, nec non in Hæmorrhagia narium, cingulum ex Muſco hoc vel Plicaria parant, ac in priori caſu ſe circa nudum corpus, in poſteriori verò caput hac planta cingunt) huic malo opitulari perhibetur, quo etiam Poloni, & maximè Rutheni & Lithuani ad exſtirpandam & curandam Plicam, morbum ſibi familiarem, utuntur, quæ Planta non ſolum in Polonia, ſed adhuc in majori copia in locis deſertis & arenoſis, maximè in campis petroſis Ukrainæ, & aliquando in longitudine ad 7. 8. usque ad 10. Ulnas invenitur. *Cinguli ex Muſco terreſtri ſeu plicaria commendatio.*

In curanda autem Plica ſequens obſervatur modus. Accipiunt hanc plantam ſeu Muſcum, quem prius cultello aliquo ſurſum verſus diſſecare ſolent, poſtea infundunt Decocto Brancæ Urſinæ, prius optimè calefacto, & poſt unam vel alteram leniſſimam adhuc ebullitionem adjiciunt aliquid fermenti, illudque poſtea ad fermentandum propè fornacem reponunt. *Curationis modus.*

Alii verò Muſcum hunc diviſum & craſſiuſculè diſſectum, & folia Brancæ Urſinæ etiam prius ſiccata part. æqual. coquunt, iſta cum aquæ ſimplicis fluviat. ſ. q. tam diu, donec decoctum ſaturè flavum colorem contrahat. Decocto prius colato admiſcent fermenti alicujus vulgaris acidi, (panis ſiligenei à piſtore deſumpti) vel fermentum huic uſui deſtinatum, nempè ex pulvere Brancæ Urſinæ, pane biſcocto, & fermento ordinario parato, reponuntque illud ad fornacem per dies aliquot, donec ſaporem quaſi acidiuſculum contraxerit. Et ita Decoctum huic morbo idoneum eſt,

Not. Pro uſu ordinario ad tabulam & ad juſcula, ita & ad alia fercula mediante hoc Decocto paranda, Capones, Gallinas, vitulinam carnem, & ſimilia, qualia in tabulis Nobilium hic in Polonia quotidiè, (non ingrati ſaporis) apponi ſolent.

Hoc Decoctum dicto modo absque Plicaria ſeu Muſco terreſtri repentè paratur, ex hac ratione, quoniam apud multos aliquando vomitus excitare ſolet. Hi verò qui Plica laborant, eligunt ſibi Decoctum primum è Plicaria paratum, & illud ita per ſe, aut cum ovis rec. in forma juſculi quotidiè bibunt, & comedunt. Exterius cum illo Decocto prius calefacto, & aliquando ad majorem potentiam ſeu virtutem ſecunda vice, cum recente Muſco incocto, inſtar lixivii & obſcuri rubei coloris, lavant caput bis in ſeptimana, nullo amplius adhibito pectine, donec crines ſeſe complicare incipiant, undè neceſſariò progreſſu temporis ita ſeſe intricare ſolent, ut tunc quaſi ſerpentes penduli circa caput pendeant, inſtar Gorgonei, aſpectu horrendo, & ſic credunt Plicam jam perfectam in crinibus.

Presbyteri Græci hujus curationis confirmatio.

Leopoli quidam Presbyter Græcus & Plicatus affirmabat quaſi juramento, ſe mediante hoc Decocto plusquam centum Perſonas utriusque ſexus, dicto modo curaſſe. Narrabat etiam, quod omnes plantæ quæ ſcandunt, in forma Convolvuli, & ſignaturam quaſi capillorum habent, (uti ſunt Vitis, Hedera, Bryonia, Salſaparilla, ſpecies convolvuli, & ſimilia) huic morbo proſint. Mercurium vulg. (qui aliâs Morbum Gallicum curare ſolet) etiam in Plica certiſſimum remedium eſſe, illamque per ſalivationem infallibiliter expellere, Nobiliſſ. Dn. D. Martinus Bernhardus à Berniz, Ephemerid. Natur. Curioſ. Decur. 1. Anni 2. Obſ. 52. (ubi totam hujus mali curationem ſuppeditat) teſtatur. Quo loco etiam pergit, dicendo; Illuſtriſſima Domina Tarlovva, Capitanea vidua, quæ multis annis fuit Plicata, tandem Unguento aliquo ex Muſco noſtro terreſtri repente confecto, feliciter fuit reſtituta. Arcanum ſeu Unguentum hoc acceperat à Magnifico Domino Zirovvski, ante annos 32. ubi ſpatio hujus temporis interea, ut ipſa retulit, aliquot centenos curavit, & ab iſta Plica liberavit.

Mercurius vulg. hujus mali remed.

Morbi hujus per Unguent. curatio.

Unguentum, quod defunctus p. m. D. Andr. Cnöffelius ab ipſa Vidua, tanquam rem ſingularem acceperat, mihi quoque conceſſit, quod tali modo paratur. ℞. *Herb. Plicariæ, (ſcil. Muſci terreſtis & repentis) & Radicum Bryoniæ partes æquales, Adipis Erinacei q. ſ. ex his tribus optimè commixtis in vaſe vitreo benè obturato, coq. in B. M. per horam, & ſ. ſ. a. Unguentum.* Cum quo radices capillitii in capite complicati, & loca affecta, maximè articuli dolentes, bis in die inungebantur Natu-

Ung. contr. plicam Cnöffelii.

turæ. Oleum seu pinguedo ex Erinaceo, quod ad confectionem hujus Unguenti requiritur, parare solebat in Olla nova foraminata igne circulari per descensum, more consueto.

Plura de hoc Affectu legantur apud D. Dan. Sennertum, Prax. Med. Lib. 5. part. 3. sect. 2. cap. 9. Schenckium; Zachariam Brendelium, P. P. Med. Jenens. in Disp. de Plica Polonica, Jenæ 1630. It. D. Guerneri Rolfinckii, P. P. Med. Disp. Jenæ 1658. typis excusam. Ephemerid. Natur. Curios. locis supra citatis. Ex antiquioribus, Herculem Saxoniam; Thomam Minadoum; Rodericum à Fonseca; D. Joh. Prævotium, & alios. Quibus etiam supersedeo, atque filum hujus materiæ abrumpo.

CONSILIUM MED. XVII.

Odontalgia, cum lancinantibus aurium doloribus, curata.

Casus.

ANte paucos annos honesta quædam Matrona atrocissimis dentium, simul ac lancinantibus aurium doloribus correpta fuit, ut fermè ad insaniam redacta, extra fenestram in plateam se conjicere voluerit.

Curatio.

ET licet in hujus morbi curatione principaliter ad causam, humores scil. vaporesque humorosos, scorbuticos, causticos, mordaces & acres, utpote vim solutionis continui habentes, nervosque lædentes & vellicantes, hincque tristissimum hunc sensum excitantes eliminandos, respiciendum fuisset, ob urgens tamen symptoma primò omnium dolorem sedare, affluxum humorum ad partem affectam avertere, & postea demum causam morbi removere summa necessitas postulavit; quapropter Patienti internè sequentes Pillulæ propinatæ; externè verò oris Collutio, & Mixtura cum intincto gossy-

Pilulæ. Oris colluvio.

pio calidè auribus indenda, ordinata fuit. ℞. *Extr. laudan. opiat. Paracelſ. incompl. gr. iij. f. pill. inaurat. num. iij. unâ vice ſumendæ.* Oris collutio ex ſequentibus conſtabat. ℞. *Scob. ligni Guajac.* ʒß. *Rad. Biſtort.* ʒiij. *pyrethri* ʒij. *Sem. hyoſciam.* ʒj. *alum. crud.* ℈ij. *M. & coq. in poſca* ℔iß. *de quo Decocto os ſæpius calidè eluatur, & per aliquod temporis ſpatium in ore retineatur, ac poſtea exſpuatur.*

Mixtura auribus infundenda.

Mixtura verò auribus infundenda fuit talis. ℞. *Opii gr. iij. Caſtor. Croci ana gr. jß. Lact. muliebr. vel Ol. amygdal. dulc.* ʒij. *M. His ita applicatis, dolor. remiſit.*

Pil. purgantes.

Et, cum vires recuperaſſet, poſt aliquot dies tales Pilulas ad totum corpus expurgandum una vice deglutivit. ℞. *Maſſ. pilular. antipodagr. Argent.* ℈j. *Mag. mechoac. nigr. gr. iij. M. f. cum. aq. ceraſ. nigr. pilulæ inauratæ num. xxj.* A quibus Remediis Patiens ex toto reſtituta convaluit.

CONSILIUM MED. XVIII.

Verruca ponè dextram narium alam obortа, filo ſerico exſtirpata.

MAtrona illa, cujus in priori Obſervatione mentio facta eſt, à teneris ponè dextram narium alam verrucam minorem, vix lentis magnitudinem æquantem habuit, quam poſtquam ex inſequenti matrimonio proles nacta eſt, liberi inter geſtandum verrucam illam digitis vellicarunt, ita, ut per crebriorem irritationem ad piſi majoris magnitudinem excreverit, cujus tandem pertæſa, hujus verrucæ ablationem deſideravit. Cumigitur ex alicujus conſilio quotidiè hanc verrucam Eſulæ ſucco tinxiſſet, primò rubedo circa verrucam, poſtea inflammatio faciei cum inſequente capitis dolore, vertigine, & ſpaſmo oborta eſt, ac Patiens in lectum ſe recipere coacta fuit, omniaque in gyrum ſecum ferri putavit, cui ſequentibus Remediis ſuppetias tuli. Et quidem internè talem Aquam Cephalicam & confortantem cochleatim ſumendam præſcripſi. ℞. *Aq. confort. Officin. perlat. Pœon. Flor. tiliæ, Ceraſor. nigr. ana* ʒj. *Epilept. Lang. Hirund. cum caſtor. ana* ʒß. *Cinnam. buglоſſat.* ʒij. *Man. Chriſt. perlat.* ʒß. *Miſce.*

Noxa ex eſulæ ſucco.

Aq confort. Cephalica

Externè,

Externè, faciei & parti affectæ *Cataplasma ex herbis, radicibus, floribus & seminibus emollientibus, in lacte & aqua Rosarum coctis*, adhibui, & postea *Emplastrum de spermate ranarum cum linimento simplici Sculteti illitum* applicavi. Capiti *sacculum ex Foliis betonicæ, Floribus Rosarum, sambuci, violarum, Nymphææ & semine papaveris confectum* superligavi; & nucham atque cervicem *Ol. rosarum, chamomillæ, & lumbricorum terrestrium*, invicem mixtis, inunxi. Quibus ita adhibitis, dicta symptomata remiserunt, sed verruca à succo Esulæ irritata quotidiè incrementum sumsit.

Cataplasma.

Emplastr.

Sacculus cephal.

Ol.

Ne proinde majus augmentum caperet filo serico circumducto hanc verrucam arctissimè constrinxi, quæ primò quidem valdè doluit, post paucas verò horas nigra apparuit, hinc exaruit, & tertio die instar escharæ decidit, sicque Patiens ab illa liberata fuit.

Exstirpatio per ligaturam filo serico.

CONSILIUM MED. XIX.

Alvus segnior, magneticè ad naturalem statum reducta.

Morbus.

ANno 1661. Martinus Leger, Præceptor Giengensis Feriis natalitiis Erysipelate correptus est, qui affectus post motos aliquot sudores evanuit; Quia verò se satis maturè cœli aerisque injuriis exposuit, paulò post febre ardenti & acuta infestatus, inque lectum dejectus fuit, quem morbum proprio Marte domesticis saltem remediis profligare conatus est; Cum autem frustra ex semetipso salutem quærere sentiebat, ex aliorum consilio cataractico assumpto & sudoribus repetitis, causam materialem morbificam expellere sperabat, uti etiam hoc ipso suo fine non totaliter frustratus fuit. Postea verò

morbo

morbo priori evanescente, alvi continuam retentionem passus est, quæ nullis emollientibus & laxantibus, neque catarcticis medicamentis & clysteribus constanter solvi & emendari potuit, sed licet feces per clysmata aut purgantia medicamenta deturbatæ fuerint, statim ab illo ipso die alvus iterum occlusa fuit.

Causa.

CUjus morbi causa neque à fecum in intestino recto defectu; neque ab earum paucitate; (appetitu videlicet cum ciborum quotidiano usu rectè se habente) nec ani stupore; nec intestinorum frigiditate & siccitate; nec musculorum abdominis vitio; nec intestinorum angustia; neque facultatis retentricis robore; sed à calida totius, epatis, & circumjacentium partium, ac ipsa intestinorum calida & sicca per consensum intemperie provenit, unde factum est, ut feces in intestinis plus justo exsiccatæ fuerint, & sic propter diuturniorem moram ferè lapideam duritiem acquisiverint, adque optatam naturalem excretionem ineptiores fuerint; quam alvi constipationem etiam fortis venarum emulgentium suctio promovit, per quam dilutio per serosum & aquosum humorem fecibus subtracta, & facilior transitus impeditus fuit, cujus partialis causæ signum frequentior urinæ excretio indicavit; quibus etiam labefactata & ab acrimonia bilis non irritata facultas expultrix annumerari potuit.

Curatio. Ad hunc itaque affectum corrigendum, Sennerto, Platero, Jonstono, aliisque præstantissimis Authoribus suadentibus, medicamenta lenienta & laxantia, decoctum videlicet ex passulis, ficubus, glycyrrhiza, foliis senæ, jujubis, sebesten, prunis Damascenis & similibus; potiunculæ item leniter alvum subducentes, & clysteres lenientes; Unguentum item catarcticum umbilico imponendum, cibique lenientes & laxantes, ut atriplex & spinachia cum butyro cocta, pruna Damascena cum fol. sen. parata, pulpæ pomorum, ova sorbilia, serum lactis caprini melle dulcoratum propinata & exhibita fuerunt. Quia vero his usurpatis alvi beneficium ejusdemque relaxatio, nisi aliud novum laxativum interventum fuerit, ultra biduum non duravit, iccircò rebus sic stantibus singulis alternis diebus indesinenter laxantibus uti, ob virium dejectionem & ne natura hujuscemodi remediis assuescat, & sine illorum adminiculo refractaria maneat, in-

con-

consultum esse visum est. Quapropter penes hæc dicta remedia cura magnetica suscepta fuit, ubi patiens feces alvi vesica bubula excepit, illam arctius in superiori parte circa collum ligatam & constrictam fluvio præterlabenti immersit, hocque aliquoties repetiit. Ex cujus continuato usu patiens brevi post tempore ex voto convaluit.

OBSERVATIO MED. XX.

Plaga sinistri hypochondrii ob læsionem lienis, & corruptionem partium adjacentium, lethalis.

Casus.

CUm ante plures annos Officio Physici Reip. Giengensis ad huc fungebar, Heidenhemii inter Pistorem & Fabrum ferrarium, nescio quam ob causam dissidiæ obortæ sunt, ubi tandem res inter injuriosa verba ad verbera devenit, ac faber ferrarius alterum suo scipione, in cujus superiori parte malleus ferreus cum minori ligone (**mit einem Häulein / daran auf der einen Seiten ein Hammer /** ut ejusmodi homines in Oppidulis, quando exspatiantur, gerere solent) percussit, dictoque malleo sinistrum hypochondrium fortius diverberavit, unde pistor statim ægrotare cœpit, in læsa parte magnum dolorem sensit, appetitus ad cibum in cassum ivit, tandemque totus venter hydropicorum more intumuit; Et licet variis remediorum præsidiis usus fuerit, illa tamen omnia frustranea fuerunt; tandem accedente virium prostratione, asthmate, & animi deliquiis, vitam cum morte mutavit.

HOc facto, ex Præfecti Heydenheimenſis diſpoſitione Cadaver in dicti Ephori & duorum deputatorum Senatorum præſentia à me & adjuncto chirurgo inſpectum, cultroque anatomico apertum & inventum eſt, lienem inſigni & profunda eſchara mallei latitudinem æquante, infectam, inteſtina maculis gangrænoſis variè notata, omentum cum meſenterio totaliter corruptum, multasque menſuras materiæ fœtidiſſimæ, quâ capax ſitula impleta, & fœtor vix tolerabilis fuit, in abdomine contentam fuiſſe, ac proinde ab inſigni hâc lienis læſione, & inſequente gangrænoſa partium ad vitam neceſſariarum corruptione & putredine patientem interiiſſe.

OBSERVATIO MED. XXI.

Lumbrici lati inſignis longitudinis à mulie-re per myrrham excluſi.

Caſus.

CUm adhuc Giengæ Phyſici Ordinarii munus obirem, Joh. Preiſii, Ludimagiſtri Döttingenſis Conjux ad me venit, & de ventriculi dolore ac imbecillitate, nauſea, ructibus, nec non colicis & uterinis doloribus, ac retardato menſium fluxu, conqueſta eſt.

Curatio.

CUi præmiſſo medicamento purgante, pulverem trochiſcorum de myrrha præſcripſi, quo ſumpto, lumbricum latum viginti duarum ulnarum, & cum hujus pulveris uſum repeteret, alium lumbricum tredecim ulnarum per alvum egeſſit, à quo tempore melius habuit, dictaque ſymptomata evanuerunt; Hinc liquet, Myrrham, quæ in ſecundo gradu calefacit ac ſiccat, attenuat, maturat, & putredini, ex qua lumbrici oriuntur, reſiſtit, in expellendis lumbricis magnam vim atque efficaciam poſſidere. De ſimili longo lumbrico per pulverem rhabar-

rhabarbari, turpethi & fol. sen. &c. invicem mixtum expulso, vid. Fabric. Hildan. Oper. Chirurg. Centur. 2. Obs. 70. pag. mih. 183.

CONSILIUM MED. XXII.

Rasura unguium in Cerevisia propinata prava symptomata excitans.

Casus.

ANte aliquot annos sartor quidam Giengensis cum commilitonibus suis apud Zythepsam compotavit, cui malevolus quidam rasuram unguium cerevisia mixtam bibendam dedit, unde ita malè habuit, ut domum reversus statim in lectum se recipere coactus fuerit, ubi tali anxietate & doloribus circa ventriculi orificium prehensus fuit, ut corpus hinc inde impetuosè moverit, illud in altum attulerit, præ doloris impatientia & angore nullibi quiescere potuerit, & quamplurimis votis mortem exoptarit.

Curatio.

CUi, in Consilium vocatus Syrupi Emetici unciam unam, & post exantlatos vomitus Theriacæ Andromachi ʒj. cum tertia parte Philonii Romani mixtam propinavi, ac externè regioni ventriculi Cataplasma ex tritis crustis mellitis cum pulvere Cinnamomi, macis, garyophyllorum & nucis moschatæ &c. cum vino malvatico coctum calidè applicari curavi; quibus ita datis & applicatis, patiens quiescere cœpit, ac postea beneficio insequentis somni pristinam bonam valetudinem recuperavit.

OBSERVATIO MED. XXIII.

Cranii fissura, insequente vertigine & lethargo, lethalis.

Casus.

ANnte aliquot annos, cum Physicum adhuc Giengensem agerem, Serarius quidam nugivendulus septuagenarius, nomine Rochus Müller, per scalas in diversorio ad aratrum, ubi largius pro quotidiano more vinum sublimatum biberat, delapsus est, ex quo lapsu vulnus altum in capite ponè suturam coronalem cum fissura cranii accepit, quod vulnus illegitimè tractatum tandem cavum ac sordidum, cum denudatione ossis & nigredine cranii factum est.

Curatio.

EGo rebus sic stantibus accersitus & in consilium vocatus, stylo exploratorio magnam cavitatem intra cutem carnosam & cranium deprehendi, ac proinde sectionem cutis carnosæ, ut subjectum cranium inspici, denigratum ac carioſum abradi, pulveres Cephalici inspergi, vulnusque per applicationem remediorum decenter tractari, & sic ex fundamento sanari & consolidari possit, suasi, cui consilio tam Patiens quam adstantes ob senium & formidinem symptomatum non obtemperarunt, quapropter cranium in ea saltem parte, qua conspici poterat, usque ad albedinem abrasum, pulvere aristolochiæ longæ &radicis ireosFlorentinæ cum pauxillo euphorbii consperſum, linteamentis carptis vulnus repletum, emplastro de betonica munitum & deligatum fuit. Inter abrasionem cranii patiens quæsivit, quomodo vulnus in capite suo deprehensum sit? ad quam quæstionem respondi, quod vulnus altum cum fissura & nigredine cranii caput

put incommodet, ad quæ viciſſim ille jocosè dixit, nil melius ergo eſſe, quam ut duo ferrea retinacula, (Germanicè Klämmlin) fabricentur, cranioque fiſſo ex utroque latere infigantur, latera fracturæ ad mutuum contactum reducantur, fuſoque plumbo, ne retrocedant, firmentur. Hoc vulnus dicto modo tractatum, brevi coaluit, & ſaltem foraminulum inſtar fonticuli, per quod ſemper materia tenuis, exſudavit, remanſit; Hujus vero impatiens hic nugator quotidiè vino ardenti vel ſublimato inter bibendum tinxit & madefecit, ſicque ad totalem conſolidationem perduxit. Sed quia hic humor excrementitius nullum amplius exitum habebat, inſigni vertigine patiens laborare cœpit, per nares denſam ac mucoſam materiam partim ſponte egeſſit, partim vero per inſtrumentum trochleatum ex ferro ductili inſtar virgæ peniculatæ, (Germ. Büchſenwiſcher) à ſe paratum extraxit; interim vero vertigo indies cum ſtupore ſenſuum, ob denegatum dictæ materiæ exitum, & ad interiora cerebri receſſum, incrementum ſumſit, cui tandem lethargus acceſſit, inter quæ ſymptomata à me interrogatus, quomodo ſe haberet? reſpondit, ſe proximè opificium textorum aggreſſurum, atque ſub terra laboraturum eſſe, quod etiam factum eſt, dum ille brevi abhinc tempore mundo huic valedixit.

OBSERVATIO MED. XXIV.

Strangulatio paricidalis.

ANno 1676. cum Giengenſes ex Legione Rabattica certum equitum numerum cum eorundem Magiſtro per hyemem ſuſtentare cogerentur, vexilliferi miniſter, (Germ. **Fahnen-Juncker**) natione Hungarus, nomine Matthæus Slavvacka, illicito amore erga Equitis cujusdam conjugem exarſit, quæ etiam reciproco amore erga eum flagravit; Ut autem eò liberius mutuo huic amori indulgere poſſent, inter eos concluſum eſt, ut maritus hujus adulteræ è medio tolleretur, & ſic oc-

casio ineundi matrimonium eis daretur. In hunc itaque finem adulter equiti varias insidias struxit, & nocturno tempore securi eum sub velamine tenebrarum in platea occidere, ac alia nocte gladio interficere sibi proposuit; Quia vero Eques ex diversorio domum tendens à commilitonibus suis comitatus est, iccircò propositum hoc in cassum ivit, quapropter de callidiori modo occidendi hic malè feriatus homo méditatus est, quod facinus tandem sequenti modo perpetravit. Cum Eques alio quodam tempore cum suis consodalibus in diversorio apud ursum in mediam usque noctem compotaret, seque vino sublimato ingurgitaret, uxor sua, vel potius salacissima meretrix apud heram, quod ab ebrio suo viro, quoties ex diversorio crapula plenus domum rediret, convitiis & verberibns contumeliosè tractaretur, conquesta est, ob quam causam petiit, ut ea nocte ad suam securitatem apud illam cubandi venia concederetur, quod etiam ob dictam causam obtinuit. Postquam igitur Eques ex diversorio domum venisset, & se in superiori parte ædium in cubiculum & lectum recepisset, atque somno liberalius indulsisset, media nocte signo dato Vexilliferi minister succedaneus ab hac muliere impudica in ædes suas clam intromittitur, ubi ille solus scalas ascendit, in cubiculum suspenso pede intrat, dormientis collum funiculo serico de proprio suo colobio coriaceo desumpto, (ut tum temporis super axillis gerere moris erat) arctissimè stringit, & immisso bacillo tam diu torquet, simul ac altera manu testiculos comprimit, ac insuper lanceola tempori sinistro ictum infligit, donec illum, (qui inter strangulandum ex-

per-

pergefactus vociferare non potuit, ac fruſtra manu digitisque laqueum ſolvere tentavit) mortuum eſſe compertum habuit. Quo nefando opere peracto, latro abit, ac ſe in ædes ſuas recipit. Manè infida ſua belua in cubiculum intrat, ſtrangulatum ſuum virum aſpicit, magnum tumultum excitat, plangit ac ejulat, ebriumque ſuum maritum à vino ardenti ſuffocatum & extinctum eſſe perhibet & accuſat, poſtea cadaver recenti induſio amictum tabulæ imponit, collum collari ornat, illoque ſtriam feralem impreſſam contegit, & omnia ad pompam & apparatum funebrem præparat, cumque ſuo adultero & homicida in prandio convivatur. Conſodales autem cœterique equites de hac improviſa morte audientes populosè confluunt, hunc inopinatum caſum valdè mirantur, commiſeratione tanguntur, ac in cauſam hujus repentinæ mortis inquirentes, inter alia, cur hic illorum conſodalis ante breve tempus ſanus & incolumis, nunc verò extinctus, collari, quod toto vitæ ſuæ tempore nunquam in ipſo vidiſſent, cinctus eſſet, quærunt, collare amovent, circulum macula purpureo - livida tinctum colloque circumcirca impreſſum animadvertunt, ipſumque violenta morte interemptum eſſe ſuſpicantur & rem aliter non eſſe dejerant, ac eapropter ſepulturam contradicunt ac inhibent, populum ad exequias paratum abigunt, rem ad Generoſum Equitum Magiſtrum Lib. Baronem Vernier, deferunt, illumque, ut tragicum hunc caſum cautè & perſpicacius examinaret, invocant & implorant.

Hoc

Cadaveris inspectio, ac de eo judicium.

HOc audito, Equitum Magister me cum chirurgo ad inspiciendum cadaver ablegat, quo inspecto, ex circulo purpureo - livido funiculo illo serico toto adæquato, simulque nodum lateralem dicti funiculi propriè in subjecta cute inpressum repræsentante, nec non ex maculis & vestigiis digitalibus atrolividis scroto inhærentibus, quin etiam ex vulnusculo tempori inflicto, & mucrone lanceolæ in eo derelicto, hunc Equitem morte violenta extinctum & suffocatum esse deprehendimus, quod etiam manu ac sigillo nostro confirmavimus. Re ita ad præfati Equitum Magistri voluntatem peractâ, reus de hoc latrocinio suspectus cum nequissima hac sua amasia captivus ad eum deducitur ac examinatur, qui factum hoc cum consensu adulteræ ab illo, ob igneum inter illos reciprocum amorem perpetratum esse, liberrimè confitetur; Hoc audito, ille cum hac proterva sua pellice ferreis vinculis ligatus Nordlingam ad supremos Officiales, hujusque Legionis Justitiæ præsides devectus, ibidemque latrunculatori rerum capitalium traditus est, qui deinceps ambo in die denunciati judicii Castrensis ad mortem condemnati, ac in foro venario porcorum capite plexi sunt.

CONSILIUM MED. XXV.

Fistula lachrymalis feliciter curata.

Casus.

ANno 1682. militis cujusdam Uxor, in juventutis flore adhuc consistens, fistula lachrymali, (quæ Græcis ἀιγίλωψ & ἀγχίλωψ dicitur, & abscessus ad oculi angulum est, qui naribus propior pus continet, quod à humore acri, salso, lixivioso, septico & corrosivo originem habens, aut os exedit, aut angulum, aut usque ad nares destillat) in majori dextri oculi angulo laborabat, quæ ob metum corruptionis subjecti ossis, aliorumq; pra-

Fistulæ lachrymalis Causa.

pravorum accidentium, curationem, (quæ affectio aliâs propter corporum tenuitatem ſubjecto oſſe corrupto juxta Aët. lib. 7. c. 87. ægrè curabilis eſt) deſiderabat, quam etiam juvante Deo, ſequenti modo aggreſſi ſumus.

Curatio.

ET quidem primò ante omnia corpus præparatum, & per ſeqq. pilulas Cephalicas evacuatum fuit. ℞. *Extr. pill. aur. Cochiar. ana* ℈ß. *Troch. alhand. gr. vij. M. f. c. aq. Ceras. nigr. pill. num. xxv. unâ vice deglutiendæ.* *Pil. purg.* Secundò, poſt harum uſum in loco affecto à Georgio Riedlino, Chirurgo Reip. noſtræ exercitato usque ad fiſtulæ fundum & os ſubjectum ſectio per ſcalpellum facta, vulnusque ſtuppis ſeu linteis carptis & convolutis repletum & apertum eſt, cui Linimentum ſimplex Sculteti, loco alicujus defenſivi, in forma Emplaſtri impoſitum fuit; poſt aliquot dies, exemptis linteis carptis, turunda ex medulla ſambuci compreſſa parata ad magis ampliandum vulnus impoſita fuit, quæ vulnus ex voto dilatavit, quo facto, fiſtulæ cauteriſatio ſequenti modo facta eſt. Patiens ſupina ſupra ſcamnum collocata, ipſique caput, manus & pedes per adſtantes, (ne chirurgum in operando impediret,) firmiter prehenſi ſunt, & cannula ex aurichalco facta, manubrio ligneo inſtructa, ac linteolo aqua roſarum intincto obvoluta ad tutelam in cavitatem vulneris immiſſa, nec non oculus cum adjacentibus partibus linteolis aqua roſarum madidis, ne calore ignis læderetur, optimè munitus fuit, quibus ita diſpoſitis, cauteria tria candentia cum vaginula immiſſæ cannulæ correſpondentia, alternatim usque ad fiſtulæ fundum impreſſa, ſicque fiſtula cum ſubjecto oſſe candenti ferro, (quod vim abſumendi, ſiccandi & roborandi habet) cauteriſata fuit. Poſtea chirurgus turundam unguento digeſtivo illitam, & ſupra hanc Linimentum ſimplex impoſuit, vulnusque deligavit. Et hoc modo vulnus mundificatum & quotidiè deligatum fuit, quod album, læve, & benè coctum pus egeſſit. Poſtea pulvis ex radice ariſtolochiæ longæ, ireos florentinæ, ſarcocolla, thure ac maſtice inſperſus eſt, ac ſeparatio ſquamularum à cauteriſato oſſe ſecedentium per ſex vel ſeptem ſeptimanas expectata fuit, quâ inſecuta, vulnereque optimè mundificato, glutinantia, & cicatrizantia remedia adhibita ſunt, quorum ſubſidio vulnus clauſum, atque patiens priſtinæ ſanitati ex integro reſtituta fuit.

Operatio chirurg.

Fiſtulæ cauteriſatio?

Guil. Fabr. Hildani Ægylopis ſine cauterio actuali Curatio.

Guilelmus Fabric. Hildanus, uti vidêre eſt in Oper. Chirurg. Centur. 5. Obſ. 22. pag. mih. 531. & 532. Soloduri tredecennem nobilem Adoleſcentem Jacobum à Vevis, per quatuor annos Ægylopeſeü Fiſtula lachrymali laborantem, ſine cauterio actuali ſeq. modo reſtituit. Et quidem expurgato corpore ſetaceum in cervice paravit, & poſtquam materia per aliquot dies effluxit, anguſtum fiſtulæ orificium per impoſitionem Unguenti ſui cauſtici ſine dolore aperuit, eſcharâ deinceps ſeparata, fiſtulam per compreſſam ſpongiam usque ad ſubjectum os dilatavit, quo facto, euphorbii pulverem affatim & ubertim fiſtulæ inſperſit, ipſique Emplaſtrum de gummi Elemi impoſuit; hoc per aliquot ſeptimanas ſtudiosè continuato, ſquamula ſe prodidit, quæ per Dn. Doct. Scharandeum exempta, poſteaque Balſamus Tolutanus ſeu de Tolu cum linteis carptis de die ſemel impoſitus fuit, quo mediante fiſtula ſine ulla oculi ac viſionis læſione clauſa, ſetaceum poſtea remotum, ac patiens priſtinæ bonæ valetudini feliciſſimè reſtitutus fuit.

D. Scharandei fiſtulæ maxillar Curatio ſine cauciſatione

Dictus D. Scharandeus Viri cujusdam juvenis maxillæ carioſæ, quæ ex fiſtula dentis ocularis ſive canini in dextro latere originem habebat, maſſam ex puro pulvere euphorbii cum melle roſaceo ſubactam atque paratam Ulceri impoſuit, ceraque in placentæ formam explanata, ne decideret, firmavit & clauſit, hinc paucis diebus ſquamula abſceſſit, ulcusque carioſum feliciſſimè ſanatum fuit.

OBSERVATIO MED. XXVI.

Puerulus ſex annorum glande ſclopetario extinctus, ac in puteum dejectus.

Caſus.

ANno 1682. die $\frac{25}{15}$. Decembris, qui in Eccleſia Romana erat dies nativitatis Chriſti, inter horam tertiam & quartam veſpertinam, Paſtoris in Rammingen ſervus ſedecim annorum, in Domini

Domini ſui hypocauſto fiſtulam Parochi venatoriam parieti appenſam depromit, illamque improvidè & incautè tractando explosit, ac Jacobi Schaichii ludimagiſtri filiolum ſex annos natum globo plumbeo tetigit ac interfecit, quem deinceps, (ne hoc factum aliis innoteſceret) in puteum ædibus parochialibus proximum dejecit, & auffugit. Cum autem ludimagiſter filiolo ſuo apud cœnam carebat, illumque in Paſtoris ædibus & alibi fruſtra quærebat, miſer hic Parens, quia fragorem ſclopeti circa veſperam audiverat, ac de perturbatoris ſervi aufugio jam certior factus erat, puerum ſuum in calamitatem incidiſſe ac ab infortunio mactatum eſſe, auguratus eſt, quapropter ubivis quærendo tamdiu cum vicinis ſuis perrexit, donec interfectum in puteo invenit & extraxit.

Cadaveris ſectio & inſpectio.

HOc itaque caſu ad Nobiliſſ. Ulmenſem Magiſtratum delato, ego cum Bartholomæo Heckingio, Chirurgo Reipubl. Ord. ac ſalariato Rammingam miſſus ſum, ubi cadaver per ſectionem à nobis apertum, inſpectum, & inventum eſt, quod globus plumbeus in ſiniſtra parte colli ſupra claviculam intrarit, ac in poſtica ſuperiori parte propè ſcapulam exiverit, ibidemque proceſſus vertebrarum, cum duobus ſuperioribus coſtis confregerit, ſimulque venas jugulares diſruperit; Præter hæc, cavitas pectoris, & receptaculum loborum pulmonum, quin & cordis circumferentia ſanguine repleta erant. Quapropter hunc puerum à lethali per ictum læſione, ac à copioſioris ſanguinis in cavitatem pectoris defluxu ſuffocatum & extinctum, poſtea verò demum in puteum dejectum fuiſſe, non ſine ratione judicavimus.

De hac læſione judicium.

OBSERVATIO MED. XXVII.

Fœmina theca seu involucro pulveris nitrati papyraceo, vel fartura tormenti in brachio læsa.

Casus.

ANno 1684. die 30. Augusti, Maria, Henrici Röschii militis Würtembergici & instructoris bellici, (Germ. **Feldwaibels**) conjux, cum in prato ante portam anserinam propè Danubium milites in Hungariam navibus abeuntes videret, à petulanti quodam milite ex navi theca seu involucro pulveris nitrati papyraceo, vel fartura tormenti digitum longo, sed globo carente, (Germ. **mit einer Patronen ohne Kugel**) è bombarda explosо in brachio sinistro infra ulnam, in interstitio musculorum nervorum ac tendinum, salvis vicinis ossibus, icta est, quam balneator quidam vicinus, neglectâ thecæ papyracæ extractione, vulnerisque à peregrinis quisquiliis mundificatione, deligavit.

Curatio.

OBortis itaque acutis & urentibus doloribus, ego cum Bartholomæo Heckhingio, Chirurgo Reip. Ord. vulnus inspexi, ubi per immissum stylum exploratorium dictum chartaceum pulveris tormentarii involucrum statim deprehendimus, quod chirurgus forcipe extraxit, turundam unguento digestivo illitam vulneri indidit, externè brachium Linimento simplici Sculteti defendit, ac brevi temporis termino hanc patientem restituit.

CON-

OBSERVATIO MED. XXVIII.

Spina ventosa in pede minori sinistro, accedente tabe, lethalis.

Casus.

ANno 1683. Barbara Siglerin ex pago Mercklingen, octodecim circiter annorum in Xenodochio nostro decumbebat, ac in pede sinistro minori spina ventosa laborabat, cui internè & externè variis remediis appropriatis subventum est, ossibusq; corruptis ad arcendam ulteriorem corrosionem & cariem, ossaque mundificanda, flores sulphuris cum oleo hypericonis; mercurius item dulcificatus cum aqua plantaginis; pulvis euphorbii; nec non pulvis aristolochiæ longæ, & radicum iridis Florentinæ impositi fuerunt, quibus tamen dictis malum hoc nullum morem gessit, sed omnia successivè minoris pedis ossa à corrosiva salina & arsenicali hâc acredine ita exesa ac corrupta fuerunt, ut unum post alterum eximere necessitas postularit, ac tandem nil nisi placenta carnosa omnibus ossibus orbata remanserit. His ita corruptis & exemptis, humor hic corrosivus & depascens extremitates quoque tibiæ & fibulæ aggressus est, quapropter ut reliquum servaretur, de abscindendo pede cogitatum fuit. Quia hæc miserrima patiens præter dicta incommoda viscerum sanguificationi dicatorum discrasia,

tussi anorexia, virium imbecillitate, ac tabida totius corporis atrophia laborabat, eam, quia ex dictis rationibus huic crudeliſſimæ operationi ferendæ ac ſuſtinendæ impar cenſebatur, potius prognoſticis relinquere, quam mortem accelerare conſultius judicatum eſt, quæ etiam brevi abhinc tempore expiravit.

OBSERVATIO MED. XXIX.

Cranii per acceptas plagas enormis læſio, lethalis.

Caſus.

ANno 1684. cum Chriſtianus Schimpfäſſel Auguſtanus, in nundinis S. Viti Ulmenſibus negotia ſua expediviſſet, mercesque vendidiſſet, ex urbe egrediens domumque tendens rixas ante portam trans danubium cum cuſtode hortorum ob levem & frivolam cauſam habuit, ubi inter ipſos à verbis ad verbera deventum eſt, cuſtosque hortorum caput ipſius fuſte aliquoties impetuosè percuſſit, unde viator protinus ad terram obmuteſcens decidit, poſtea vires aliquantum recolligens ſurrexit, ſudoriolo caput obvolvit, ac lento greſſu viam metitus eſt, quem caupo Falheimenſis ſibi antea notum in via titubantem alloquitur, pro ebrio æſtimat, in vehiculum ſuum recipit, ac usque in diverſorium ſuum comitatur. In via patiens caput ſemper ab uno ad alterum latus

tus movit, & postquam ad diversorium devenit, ac de vehiculo descendit, paulò trunco ligneo insidens quievit, postea bis evomuit, cibum potumque sumere recusavit, ac propterea in lectum deductus est, ex quo hora secunda matutina surrexit, sed in cubiculo in terram decidit, ibidemque inversis & obfuscatis oculis supinus jacuit, & postea stertore ac convulsionibus accedentibus animam suam exhalavit.

Cadaveris sectio & inspectio.

QUare ex amplissimi Magistratus jussu atque decreto, die 16. Junii, inspectio, sectio & apertio, hujus cadaveris per me & Bartholomæum Heckhingium, Chirurgum Reip. Ulm. Ord. in diversorio Falheimensi facta est, ubi post cruciformem cutis carnosæ in capite incisionem & detractionem, ac calvariæ serra reseratæ apertionem deprehendimus, quod inter cutim carnosam & cranium, quin etiam intra cranium & meninges, ut & intra meninges & cerebrum, magna sanguinis extravasati copia contenta, cranium verò in dextra parte retrò futuram coronalem ponè aurem dextram, (in cujus inferiori parte fractum officulum repertum est) transversim, & supra futuram coronalem versus aurem sinistram, (in qua parte contra fissura observata fuit) nec minus in sinistro latere secundum longitudinem supra futuram coronalem versus frontem digiti longitudine, fissum & confractum esse & juxta hanc aliam etiam fracturam superiorem tantum tabulam penetrantem in venimus. Ex quibus signis supradictis præcedentibus, ut loquelæ interruptione & obmutescentia, vomitu ac convulsionibus, quin etiam ipsa inspectione & reali deprehensione liquet, hunc hominem ab acceptis hisce plagis, ac enormi capitis, cranii, & subjectarum partium, imò totius facultatis animalis principis læsione, mortuum ac extinctum esse.

De hac læsione judicium.

OBSERVATIO MED. XXX.

Incola Albeccensis à cochlea in explosione sclopeti retrò per pulverem nitratum ejecta supra dextrum oculum periculosè sauciatus.

Casus.

Casus.

ANno 1685. die 6. Septemb. Petrus Hecker, incola Albeccensis, trigesimum tertium annum agens, cum exercitii causa inter alios suos commilitones bombardam exploderet, ex improviso fistulæ seu tubi pyrii cochlea, strias ob vetustatem & longum usum obtusas habens, Germ. **die abgenutzte und außgefressene Schwantzschraufe**) à pulvere tormentario magno cum impetu retrò ejecta, ipsique supra oculum dextrum obliquè versus musculum temporalem satis profundè cum superioris laminæ cranii fractura, (ex qua tres notabiles spinæ seu squamæ eximebantur) usque ad diploen, cum ambustione totius faciei infixa fuit, quæ per manum Chirurgi Barthol. Heckhingii extracta, vulnus à peregrinis quisquiliis repurgatum, postea Unguentis maturantibus & digestivis vulneri impositis, & extrinsecus defensivis refrigerantibus, inprimis verò linimento simplici tractatum ac deligatum quin etiam facies dicto linimento simplici Sculteti inuncta fuit. Internè verò pulvis nitri præparati drachmæ unius pondere in aqua fontana propinatus, aqua cordialis simul ac Cephalica, nec non potus ordinarius ex CC. usto, hordeo integro, liquiritia, passulis & ficubus præscriptus fuit. Et quamvis hoc vulnus ob situm partis affectæ, & consensum nervosarum ac membranosarum partium Cerebri satis periculosum videbatur, patiens tamen per convenientia adhibita remedia, & decentem deligationem feliciter restitutus fuit.

Vulneris Tractatio & deligatio.

OBSER-

OBSERVATIO MED. XXXI.

Miles ſe mutum fingens.

ANno 1687. Jacobus Kurz, ex Pago Ulſperg, propè Elvvangen oriundus, miles præſidiarius Ulmenſis, cum ſui dimiſſionem deſideraret, ſed de gratificatione dubitaret, mutum ſe protinus una nocte factum eſſe ſimulavit, quapropter ex commiſeratione in Xenodochium, ut ibidem reſtitutio tentaretur, delatus eſt. Ubi ſequentem Rhythmum ad me germanicè ſcripſit.

Jacob Kurtz bin ich gebohren/
Zu Ulm hab ich mein Sprach verlohren/
GOtt wirds mir auch wieder geben/
Gibt er mirs hier nicht/ ſo gibt ers mir im ewigen Leben.

Quia verò nulla ſigna neque læſæ facultatis, neque vitii organici, neque alii alicujus erroris interni vel externi apparebant, ac verſipellis hic homo viribus pollebat, ſine difficultate reſpirabat, benè comedebat & dormiebat, linguam liberè movebat, nec in collo vel larynge ullum vitium habebat, omnesque actiones ſecundum legitimum naturæ ordinem obibat, non ſine ratione, hanc obmutescentiam vel à Divina Nemeſi, diras maledici deprecationes ulciſcente provenire, vel à præmeditata hujus deceptoris malitia effictam eſſe judicatum eſt, quod ultimò etiam

in apricum venit, dum hic homo nauci paucis post dimissionem diebus Ulmam per literas ad Onomastam seü Patrinum suum scripsit, se sexto post abitum die loquelam suam recuperasse.

OBSERVATIO MED. XXXII.

Cachexia hydropica feliciter curata.

Morbus.

ANte biennium, vel quod excedit, prænobilissima quædam Virgo de tumore corporis œdematoso, præsertim verò ventris & pedum, qui rubescebant, ac postea multam serosam materiam fundebant, nec non asthmate ac anorexia, cum siti conquerebatur, qui morbus

Causa.

cum suis symptomatibns à læsa sanguificatione, vasisque lymphaticis vel ruptis vel relaxatis, vel ut alii autumant, à sale resoluto originem habebat, cui malo præparantibus, deobstruentibus, vacuantibus, roborantibus, ac topicis, non neglectâ Diæta, obvenire consultum

Curatio.

duxi, in quem finem etiam sequentia remedia præscripsi. 1. Ad humorum præparationem, viarumque ac vasorum obstructorum

Pulvis præparans ac de obstruens.

reseratione. ℞. *Crem.* ♀. *Crystall.* ♀. *ana* ʒij. ⊖*is tamarisci, fraxin. juniper. scolopendr. Spir.* ⊖*is coagulat. ana* ʒß. *Ol macis* ℈ß. *M. f. pulvis subtilissimus, scrupuli unius pondere horâ unâ ante prandium ac cœnam in brodio carnis sumendus.* 2. Ad humorum noxiorum ac serosorum evacua-

Syr. laxat.

tionem. ℞. *Syrup. de cichor. cum Rhabarb. Diaser. Andernac. ana* ʒvj. *Spir.* ☉*ri gutt. vj. M. f. Syrupus per tres dies manè jejuno stomacho cochlearis quantitate capiendus.* 3. Ad viscerum sanguificationi dicatorum ro-

Tragea viscera corrob.

boratione. ℞. *Spec. Diarrhod. Abbat. Diatrionsant. ana* ʒß. *diacurc. dialacc. ana* ℈j. *Cinnam. opt.* ʒij. *Nuc. mosch.* ʒj. *Macis, Garyophyll. ana* ℈ß. *pulv. stomach. Birckmann.* ℈ij. *sacch. albiss.* ℥iiiß. *fol.* ⊙. *num.* 2. *M. f. tragea, post mensam, & circa vesperam cochlearis minoris quantitate vel per se, vel cum pane albo tosto vinoque madefacto comedenda.* 4. Ad pedum rubo-

Linguent. ad pedum rubor. gangræn. minant.

rem & materiæ serosæ profluxum. ℞. *Butyr. rec. novies in aq. sperm. ranar. lot.* ℥iiij. *Ol. ovor.* ʒß. *M. f. Unguentum, chartæ cyaneæ vel cœruleæ, vel linteis illinendum, pedibusque applicandum.* Ad hæc, Diætæ quoque

ratio-

rationem habebat; Aer erat ad calidum inclinans; Cibi facilis con- *Dieta.*
coctionis, bonumque ſuccum ac ſanguinem generantes; Potus erat *Spec. pro pot. Ord.*
ſequens, ℞. *Scob. Lign. ſaſſafr. Lign. Lentiſcin. Rad. chin. ana* ℥ß. *Cinnam. opt.* ʒij. *Sem anis.* ʒj. *CC. præp. Ocul.* ♋. *præp. ana* ʒiß. *M. f. pulv. groſſus, cujus cochleare unum aquæ fervidæ in urceo contentæ injiciatur, ac mox usque dum refrigeſcat. contegatur, quæ aqua deinceps vel per ſe, vel cum vino diluta bibatur.* De cœtero, Motus & Quies; ſomnus & Vigiliæ; Excernenda ac retinenda; nec non animi pathemata decenter temperabantur ac obſervabantur. Quibus ita uſurpatis atque diſpoſitis, Patiens ex voto priſtinam bonam valetudinem, quâ in hunc usque diem fruitur, per Dei gratiam recuperavit.

OBSERVATIO MED. XXXIII.

Febris maligna, cum colore fuſco totius corporis, lethalis.

Morbus.

ANte aliquot annos cum Paulus Baur Veſpillo, cum ſodali ſuo ſepulchrum aliquod in cœmeterio ad aliud cadaver in eo ſepeliendum aperiret, ex concepto putrilaginoſo fœtore ambo confeſtim periculoſſimo morbo graviſſimisque ſymptomatibus, cor præcipuè, ſpiritusque vitales infeſtantibus correpti ſunt, undè conſodalis ſequenti ſtatim die interiit, alter verò per Cordialia, Bezoardica, & Theriacam cœleſtem liberatus eſt, qui etiam ab illo tempore rurſus vocationi ſuæ inhæſit. Elapſo autem ab hoc tempore circiter anno, denuò illum febris acuta & maligna cum maximo horrore, inſequentique præternaturali calore, ſiti, cordis

tremore, pulsu debili, membrorum lassitudine, virium prostratione, asthmate, & crebriori vomitu cum egestione materiæ graveolentis ac atræ, invasit totumque corpus colore fusco seu atro-livido, quo Patiens Æthiopem referebat, (procul dubio à gangræno sa sanguinis corruptione ac putredine) tinctum fuit; quibus omnibus creberrimæ lipothymiæ cum mentis abalienatione & convulsionibus accesserunt, à quorum dictorum malorum syndrome, optima quævis remedia respuente, præfatus Patiens primo statim invasionis tempore jugulatus est, vitamque cum morte commutavit.

OBSERVATIO MED. XXXIV.

Immobile ac rigidum ab intenso frigore hyemali corpus ac membra restituta.

Casus.

ANno 1683. Joh. Georgius Glocker, textor & lanifer Ulmensis tempore hyemali, maximo existente frigore, cumque nives omnia oppleverant, quandam prænobilem Matronam, Ulmâ Egram proficiscentem, ut ipsius pedissequus comitatus est, qui pelliceis vestimentis destitutus in hoc longo itinere ita à frigore adstringebatur, ut cum Egram attigisset præ algido totius corporis membrorumque rigore amplius progredi non posset, sed traha in patriam, durante hoc frigore, reduci cogeretur.

Curatio.

Curatio.

HIc miſerrimus homo domum reverſus nec ſtare, nec ambulare, neque corpus neque membra, (quæ quaſi ſiderata omni ferè ſenſu carebant) movere potuit, corpusque rigidum ac immobile, inſtar ligni, ac ſi tetano laboraret, decubuit. Ad quem, die 22. Februarii ejusdem anni vocatus ſum, cui ad calorem nativum excitandum, ſenſum ac motum revocandum ſequentia remedia adhibenda ordinavi.

Et quidem Internè, d. 22. Febr. ℞. *Electuar. Diaſcord. Fracaſtor. Rob. juniper. ana* ʒiij. *Theriac. Androm.* ʒj. *Spir.* ☉*is* ℈ß. *aq Card. bened.* ʒij. *M. f. potio una vice ſumenda.* — *Potio ſudor. rif.*

Item, ℞. *Spir.* ☉*is, Spir.* ♀*ri ana* ℈ij. *Elix. vit. Matthiol. proprietat. Paracelſ. ana* ℈j. *M. in vitro. De qua mixtura manè & veſperi gutt. xv. in brodio carnis capiantur.* — *Mixtur. aperitiv.*

Et, ℞. *Elect. Diaſcord. Fracaſtor.* ʒß. *Rob. juniper. Elect. diacori ana* ʒvj. *Theriac. Androm.* ʒij. *Brod. Zingib.* ʒß. *Miſc. De quo Electuario in die aliquoties avellanæ quantitas deglutienda.* — *Electuar.*

Externè, ℞. *Ung. Nervin.* ʒiß. *de a'th.* ʒß. *Martiat. Agripp. ana* ʒij. *Ol. terebinth. juniper. ana* ʒij. *philoſophor. petrol. ana* ʒj. *pulv. alum. plumos. Sem. urtic. ana* ℈ß. *M. f. Ung. cum quo ſpina dorſi & membra ſæpius calidè inungantur.* — *Ung. calefac. pro dorſo & membris calid. illinend.*

Die 24. Februarii, ℞. *Mixtur. ſimpl. Spir. ſambuc. ana* ℈ij. *Elect. diaſcord. Fracaſtor.* ʒij. *Syr. papav. err.* ʒß. *aq. Card. bened.* ʒiß. *M. pro ſudorifero una vice ſumendo.* — *Potio diaphoret.*

Et, ℞. *Ung. Nervin.* ʒij. *Ol. terebinth. chamomill aneth. ana* ʒij. *juniper. philoſophor. petrol. ana* ʒj. *Sem. urtic.* ℈j. *M. f. Unguentum.* — *Ung. nervin.*

Die 25. Februarii, ℞. *Pulv. malvar.* ʒij. *ſcord.* ʒij. *rad. alth.* ʒß. *M. f. pulvis, pro aliquot vicibus cum Oleo lini coquendus, & in forma Cataplaſmatis membris ſtupore laborantibus, calidè applicandus.* — *Pulvis pro Cataplaſmate.*

Et, ℞. *Pingued. anſer.* ʒvj. *ſevi Cervin.* ʒij. *ſucci rapar. putreſcent.* ʒiß. *M. f. l. a. Unguent. quo rigida membra calidè inungantur.* — *Unguent. ad membra à gelu læſa.*

Die 26. Febr. ℞. *Mixtur. ſimpl. Spir. ſambuc. ana* ℈ij. *Elect. Diaſcord. Fracaſt.* ʒß. *Theriac. Androm.* ℈ij. *Aq. Card. bened.* ʒij. *M. pro ſudorifero.* — *Pot. ſudorif.*

Die 1. Martii, ℞. *Pulv. rad. Jalapp.* ʒß. *Cholagog. ſimpl.* ℈ß. *Syr. roſ. ſolut.* ʒß. *Aq. Ceraſ. nigr.* ʒiß. *M. f. potio una vice haurienda.* — *Potio. purg.*

It. ℞. *Rob. juniper. Elect. Diaſcord. Fracaſtor. ana* ʒj. *Theriac. Aug.* ʒß. *Terr. ſigill. Sileſ.* ʒj. *Syr. acetoſ. Citr.* ʒß. *f. mixtura, ſæpius in die avellanæ quantitate ſumenda.* — *Mixtur. theriacal. & diaphoret.*

Mixtur. aperitiv. Et, ℞. *Spir. Theriacal. camphorat. Spir. ♀ri ana ʒiß. f. mixtura, de qua manè & vesperi à gutt. 15. ad 20. in brodio carnis, vel Spiritu Ceraſor. nigror. assumantur.*

Pil. purg. Die 12. Martii, ℞. *Mass. pil. antipodagr. Argent. gr. xxv. Mag. Gialapp. gr. v. M. f. c. Tinct. ♀. pil. num. xxj. una vice deglutiendæ.*

Potio sudorif. Die 20. Martii, ℞. *Elect. diaſcord. Fracaſt. Rob. juniper. ana ℥ij. Theriac Androm. ʒj. aq. Card. bened. ſcordii ana ʒj. M. f. potio una vice haurienda.*

Balſ. ♃. terebinthinat. It. Ad urinam promovendam, ℞. *Balſ. ♃. terebinthinat. Ol. juniper. ana ʒj. M. De qua mixtura manè & veſperi gutt. xv. in Spir. Juniperi capiantur.*

Spir. vin. cum ſale armoniaco. Et calorem nativum in membris revocandum, ℞. *Spir. vin. opt. rectif. ʒiiij. pulv. ⊖is. armoniac. ʒij. f. mixtura, cum intinctis linteis tepidè membris manè & veſperi applicanda.*

Dieta. Quod Diætam concernit, corpus in calore & lecto continebatur.

Cibi erant boni ſucci & facilis concoctionis; Potus ordinarius ex ſeqq. Speciebus cum duabus aquæ fontanæ menſuris parabatur.

Potus ord. ℞. *Scob. lign. ſaſſafr. ʒiß. Calam. arom. Galang. maj. ana ʒj. Cinnam. ʒij. fic. ping. num. v. Liquir. ʒij. paſſul. min. ʒiß. Sem. anis. fœnic. ana ʒj. M.* ad hæc quies procurabatur; alvus aperta ſervabatur, & animi fortiores motus refrenebantur, à quibus dictis Remediis Patiens per Dei gratiam menſis unius ſpatio priſtinam bonam valetudinem recuperavit.

OBSERVATIO MED. XXXV.

Mulier hydropica & ſimul gravida, feliciter pariens.

Caſus.

ANno 1686. Michaelis Luickardi, textoris conjux, quadraginta ſex annorum, per biennium continua uteri hæmorrhagia laboravit, qua ſubſiſtente, concepit, cui ob viſcera ſanguificationi dicata

dicata per diuturnum ſanguinis profluvium debilitata hydrops aſcites cum tumore ac inflatione ventris & pedum acceſſit, ob quam cauſam patiens, neſcia quod gravida ſit, meum conſilium expetiit.

Curatio.

CUi *ſyrupum de cichorio cum Rhabarbaro cum ſyrupo diaſereos & pulvere radicis Jalappæ permixtum; Trageam* item confortantem *ex Speciebus diarrhodon Abbatis, diatrion ſantalon, diacurcumæ, dialaccæ, Cinnamomo, Macere, Garyophyllis, Corallis rubr. præp. & ſaccharo paratam*; nec non *Species pro potu ordinario ex Scob Ligni ſaſſafras, Rad. chinæ, Cinnamomo, ſemine aniſi, CC. præp. & oculis cancrorum* præparatis præſcripſi, à quorum continuato uſu melius habuit, reique ſuæ domeſticæ utcunque præeſſe, ſed præ monſtroſa tandem ventris intumeſcentia vix ambulare potuit. Hic affectus per 36. ſeptimanas duravit, poſtea verò partus tempore jam inſtante, patiens acutiſſimos in dorſo & circa lumbos dolores ſenſit, quos tandem ſubitò magna cum vehementia aquæ ſeroſæ copioſiſſima excretio ſecuta eſt, quæ non ſolum natu majoris filiæ ſuccinctorium ventrale implevit, ſed etiam totum hypocauſtulum inundavit; Poſt aquam egeſtam vivam filiolam, nomine Magdalenæ in S. Baptiſmate inſignitam peperit, quæ aliquot dies ſupervixit.

Syrup. laxat. Tragea ſtomach. & hepat. Spec. pro pot. ord.

Aquæ ſeroſæ impetuoſiſſ. excretio critica.

Toto verò puerperii tempore nullæ lochiæ, ſed earum loco aqua ſeroſa cum aliis vitioſis humoribus mixta apparuerunt, poſtea præter moleſtos capitis dolores menſes per aliquod tempus diſcolores manſerunt, qui tamen ſucceſſivè per *Electuarium confortans ex Conſerva menthæ, meliſſæ, Rob. juniper. Electuar. diacori, Theriac. Androm. Specieb. diagalang. diazingiber. & brod. Zingiberis* correcti ac ad ſtatum naturalem reducti fuêre, unde deinceps dicta patiens priſtinam ſuam bonam valetudinem recuperavit.

Electuar. confort.

OBSERVATIO MED. XXXVI.

Combuſtio & extinctio à Fulmine.

Caſus.

Casus.

ANno 1686. die 7. Junii, in Pago Rietheim, propè Leipheim ad Danubium sito, Paulus Bozenhard piscator cum sua conjuge Angelica, concomitante Michaele Sailer Sutore pagano, in rivo Navv, quadrans horæ à dicto pago distante, capiendis piscibus operam navavit, cumque vesperi circa horam quartam à tempestate adversa, sæva & calamitosa, sub tonitruorum fragore, horrendorum fulgurum coruscatione, & cadente imbre obruerentur, dicti hi homines, cum advolante ovium pastore Petro Bauren, sub tegmine populi nigræ, (Germ. **Aspenbaum**) tutelam ac refugium quæsiverunt; Ubi verò vix quadrante horæ elapso, fulmen momentaneo impetu per dictam arborem descendens, eam percussit, ac supranominatum sutorem Michaelem Sailer à latere piscatricis Angelicæ stantem, arborique dorso suo adhærentem ac suffultum extinxit, piscatorem verò cum suâ conjuge in terram prostravit, vittam seu capillare mulieris à capite avulsit, ac in duobus locis discerptum summis apiçibus vicini salicis affixit, quin etiam pastorem ovium ardenti vapore in magnam consternationem conjecit, qui postquam se recollegit, auffugit, & infortunium hoc vicinis suis paganis annunciavit, illorumque opem & auxilium læsis & in terram projectis ferendum efflagitavit.

Inspectio Cadaveris, & superstitum læsorum.

HIc tristissimus casus cum sequenti die Amplissimo Magistratui Ulmensi notificaretur, & hujus mandato ego cum Joh. Barthol. Heckhingio, Chirurgo Reip. Ulm. Ordinario, superstitem piscatorem cum sua conjuge, & demortui sutoris cadaver inspexi, ubi nos ambo

ambo deprehendimus, quod piſcator in dextro corporis ſui latere, quin etiam in ſiniſtro pede, quemadmodum idipſum rubræ ac purpureo-lividæ maculæ indicarunt, ſine tamen læſione ocreæ & tibialis, ſuperficialiter à combuſtione læſus; mulier verò in dextra capitis parte propè verticem imperialis magnitudine combuſta fuerit: Interfecti verò quadragenarii ſutoris cadaver in facie, dorſo, & poſtica corporis parte, nec non ſcroto & pedibus lividis maculis conſperſum erat, ex quibus non ſine ratione judicatum fuit, hunc demortuum à nitroſo ſulphureoque aſtrali vapore fulmen concomitante, ſuffocatum interiiſſe.

Piſcator ſine combuſtione ocreæ & tibialis in ſiniſtro pede à fulmine læſus.

Superſtites ſequentibus remediis reſtituti fuerunt. ℞. *Lap. Bezoard. Orient. Magiſt. perlar. Orient. ana gr. v. Confect. Alkerm. incompl. ℈j. pulv. rubr. Pannon. ℈iß. Mithridat. Damocr. ℈j. Syr. acetoſ. Citr. ʒß. aq. ſcordii, Card. bened. ana ʒj. M. f. potio una vice ſumenda.* Item, ℞. *Elect. diaſcord. Fracaſt. Rob. ſambuc. ana ziij. ♁ ii diaphoret. rec. ex Regulo præp. gr. xij. Terr. ſigill. ſileſ. ℈j. aq. Card. bened. ſcordii ana ʒj. M. f. potio una vice haurienda.*

Curatio ſuperſtitum. Pot. Bezoard. Pot. Sudorif.

It. ℞. *Theriac. Androm. Diaſcord. Fracaſtor. ana ziij. ♁ ii diapho-ret. rec. calcin. ℈ij. Terr. ſigill. ſileſ. zj. Rob. juniper. ʒiß. Syr. acetos. Citr. ʒß. M. d. ad Oll. Doſis avellanæ quantitas, ſæpius repetendo.*

Elect. Theriacale.

It. ℞. *Aq. Ceras. nigr. ʒiiij. è typh. Cerv. confort. Officinal. ana ʒiß. Epilept. Lang. ʒß. ♁ ii diaphor. rec. ex Reg. præp. CC. philoſ. præp. Spec. d. hyacinth. ana ℈ß. Syr. rub. Id. acetos. citr. ana ʒß. Man. Chr. perlat. ziij. M. d. ad vitr. Doſis. cochleare unum vel alterum, ſæpius repetendo.*

Aq confort. Cordial.

It. ℞. *Syr. acetoſit. Citr. rub. Id. Ceraſ. acid. ana ʒiij. Spir. ⊖ol. rectiſ. ʒß. M. pro Julapio.*

Syr. pro Julapio.

It. ℞. *Spir. theriacal. camphor. ʒj. d. ad vitr. De quo M. & V. gutt. 30. vel 40. in vino hauriantur.*

Spir. theriacal.

Externè. ℞. *Ung. Roſat. Meſ. ʒj. Ol. ſcorpion. magn. Matthiol. ziß. M. f. Unguentum regioni cordis inungendum.*

Ung. Cordial.

Et, ℞. *Balſ. rutac. ʒj. quo nares inungantur.*

Balſ. rutæ.

De cœtero in Combuſtione à fulmine generaliter notandum, quod ſtatim poſt refectionem, alexipharmaco aliquo ſudor provocandus; arteriæ, labia, lingua, nares, theriacali vino inungenda & madefacienda; eſchara remotâ mundificantia & ſarcotica bezoardicis caſtigata adhibenda; & ſi os fractum, cataplaſmata vulgaria adſtringentia vitanda ſint.

Requiſita generalia apud ambuſtos.

Inter alia gangrænæ & combuſtioni medentia mixtura ex albuminibus ovi conquaſſatis, flore lactis, & oleo lini facta, ſæpiusque cum linteolis applicata, ut experta maximè commendantur. Vel,

℞. *Sperm. ranar. lot. ſucci ſemperviv. ſucci cancror. ana part. æq. add. Pulv. & oli & myrrh. ana parum, M. & adhibe.* Ad membra vero ſubſtantialiter corrupta confert ſeq. Emplaſtrum. ℞. *Colophon.* ℔j. *picis communis* ℔ß. *Ceræ* ℥iiij. *M.* cum parva quantitate terebinth. & Olei fiatque Emplaſtrum, quod impoſitum ſanam carnem à corrupta ſeparat; poſt ſeparationem usque ad ſanationem & conſolidationem Emplaſtrum Stictícum applicetur. Plura hac de re vid. in Conſiliis & Obſervationibus noſtris anno 1683. editis, & quidem Conſilio 46. pag 464. & ſequentibus.

Emplaſtr. ad membra ſubſtantialiter corrupta.

OBSERVATIO MED. XXXVII.

Miles à Dæmonio nocturno divexatus.

Caſus.

ANno 1688. die 6. Januarii, cum Miles Ulmenſis, nomine Caſparus Scheffler, ætatis anno vigeſimo primo, veſperi inter horam ſeptimam & octavam in propugnaculi loco ſibi aſſignato excubias ageret, Perſona quædam imberbis & decurtatis capillis, quam ratione ſtaturæ & veſtimentorum pro viro, & quidem pro certo aliquo Legato, (**Leutenant**) habebat, ad ipſum inermis ſine baculo & gladio acceſſit, & per ſcalas in aggerem aſcendit, quem miles in ſcalæ ſuperiori parte exiſtentem allocutus, ecquis ſit? interrogavit; qui verò nil quicquam reſpondit, ſed poſtquam per circulum oberraſſet, rectâ via ad illum acceſſit, quem miles iterum, quis ſit? quæſivit, cumque nil reſpondiſſet, & adhuc decem circiter paſſus ab illo diſtaret, miles bombarda illum petiit, eamque exploſit, quo facto, ſpectrum hoc corpus, ne globo tangeretur,

retur, ſimulando declinavit, poſtea ſe militi appropinquavit, pedem firmavit, ac ut ipſi de loco ſuo cederet, poſtulavit; quo audito, miles inverſa ſua bombarda terriculamentum hoc ad latus durum & quaſi ferreum, cum inſecuta fractura tubi ſui pyrii percuſſit, poſtea denudato gladio, (qui æquè ac bombarda propè manubrium inter feriendum diſciſſus procul abhinc in terram decidit,) capiti ictum inflixit; quo peracto, dictum Dæmonium præfatum militem excubitorem corpore prehendit, illumque in foſſam dejicere tentavit, quod excubitor pari intentione aggreſſus, cum illo luctatus, ſimilique modo in foſſam detrudere conatus eſt, inter quam luctam, ut militi videbatur, corpus dæmonii fictis veſtimentis indutum erat, quæ manibus palpavit: Tandem verò miles inter dimicandum â ſuo antigoniſta in facie diris & cruentis colaphis & verberibus ſtipatus eſt, unde non amplius ſibi præſens & conſcius, facie in terram provolutus ab aliis militibus propè ſtationis ſuæ locum inventus & exanimis fermè deportatus eſt.

Curatio.

ALtera die, cum ex mandato Magiſtratus corpus patientis inſpiceretur, externè nulla læſio in toto corpore deprehendi potuit, patiens vero de compreſſione & anguſtia circa pectus conqueſtus eſt, quapropter *vena mediana in ſiniſtro brachio ſecta, pulvis contra caſum Auguſtanorum* & aqua ſeq. Contra terrorem cordialis, epilepticis mixta, propinata fuit. ℞. *Aq. borrag. bugloſſ. Ceraſ. nigr. ana* ℥j. *flor. tiliæ, pœon. epilept. Lang. ana* ℥ß. *Cinnam. ſtill.* ʒij. *Pulv. Marchion.* ℈j. *Syr. acetoſ. Citr. rub. Idæi ana* ʒß. *Man. Chriſt. perlat.* ℥ß. A quibus uſurpatis remediis patiens hic paucis diebus convaluit.

Ven. ſect. Pulv. contr. caſum Auguſt. Aq. cordial. & epilept.

CONSILIUM MED. XXXVIII.

Depreſſio & introceſſio cranii à machina mechanica ſeliciter curata.

Caſus.

ANte aliquot annos Mercenarius quidam cœlebs Ulmenſis, nomine Kohler, ætatis ſuæ anno circiter vigeſimo quarto, cum in machina mechanica cum multis aliis conſodalibus æneum in medio appenſum maximum & ponderoſum malleum, quo ferro armati ſimul ac inermes pali terræ impetuoſiſſimè infiguntur, funè in altum duceret, (Germ. **als er mit ſeinen Geſellen an der Katzen gezogen**) & impetuoſus ventus oboriretur, machina hæc in terram decidit, ipſiusque caput cum depreſſione & introceſſione cranii percuſſit, qui ſemimortuus domum deportatus eſt.

Curatio.

Ven. Sect. Cataplaſm. ex herb. cephal. Aq. cordial. & cephal. Spec. pro potu ord. Electuar. cephal. Diæta.

CUi ſtatim *vena mediana ſecta*, & *Cataplaſma ex herbis cephalicis*, nec non radicibus & ſeminibus emollientibus cum aceto coctum calidè applicatum, ſæpiusque repetitum; *Aqua Cordialis & Cephalica* cochleatim propinata; Species *pro potu ordinario ex CC. hordeo, Liquiritia, ficubus, paſſulis, ſemine aniſi & fœniculi, nec non herbis betonicæ, Veronicæ & agrimoniæ cum aqua fontana coctæ; Electuarium ex Conſerva Roſarum & betonicæ cum Confectione Alkermes incompleta & Syruporubi Idæi* ordinata; vulnus decenter deligatum; atque *conveniens Diæta* præſcripta eſt; quibus remediis dictus patiens feliciter reſtitutus fuit.

CON-

CONSILIUM MED. XXXIX.

Talus in pede luxatus, repoſitionem reſpuens.

Caſus.

ANte aliquot annos, cum adhuc Medicum Xenodochialem agerem, Lazarus Mack, textor Ulmenſis in Xenodochium receptus eſt, cui talus in dextro pede ante ſpatioſum tempus ex ſaltu infelici luxatus, ſed ex mala repoſitione intumefactus & exulceratus erat, ac proinde hoc pede ſine baculi adjumento neque ſtare neque ambulare poterat.

Cura palliativa.

QUæ luxatio (quia acetabulum callo impletum talum non admittebat, ligamenta laxiora reddita, muſculi diſtenti, multique noxii humores in parte affecta congeſti & coacervati erant, qui dolores continuos cauſabantur) omnem curationem reſpuebat, & proinde ſolius exulcerationis in deligando ratio habebatur; Quia verò dolores continuè urgebant, ægrotumquè ob denegatam quietem valdè defatigabant, hic homo indies deterius habere cœpit, tandemque febre accedente, vitam cum morte mutavit.

Tali luxati repoſiti facilè iterum luxantur.

Talos luxatos & rectè repoſitos ob levem cauſam propter laxata ligamenta & tendines iterum luxari, in multis aliis, præſertim verò in Generoſo quodam Barone obſervavi, cui talus repoſitus ob lubricum greſſum atque veſtigium ſæpius luxatus, ſed ſemper denuò repoſitus fuit.

OBSERVATIO MED. XL.

Vesicæ inter luctandum ruptio lethalis.

Casus.

ANte sex vel septem annos duo Rustici in pago Rammingen, qui una hora à Langenavio distat, in diversorio inter compotandum de corporis sui robore gloriati sunt, quorum semper unus altero fortiorem esse intolerantius se jactavit, tandem verò ad pugnam devenit, ac inter se mutuo luctati sunt, periculumque fecerunt, uter amborum alterum robore suo vincere atque victoriam deportare possit. Cum itaque hi ambo media ferè nocte dicto modo inter se luctarentur, unus cognomine Mannes ab altero impetuosissimè in terram dejectus est, undè vesica ejus cerevisia repleta rupta fuit; Quo facto, læsus tardo pede ægrè domum tendit, & quia domestici altiori somno sepulti erant, & proinde eum non audirent, ille in horreum repit, ibidemque, donec à suis quæsitus est, super stramine ingemiscens cubavit, postea vero in domicilium receptus, & in lectum deportatus est.

Remedia in hoc deplorato affectu adhibita.

AD quem sequenti die ego cum Chirurgo, Joh. Barth. Heckhingio vocatus, roborantibus patientem refeci; clysterem ipsi injicere; oleis etiam ac fomentis intumefactum & doloroſum ventrem inungere & demulcere curavi. Et quia de urinæ reddendæ impotentia conquerebatur, Chirurgus immisso cathetere eam subducere conatus est; quia vero nil quicquam urinæ promanavit, & circa regionem

nem veſicæ maximus dolor patientem torſit, iccircò veſicam ab impetuoſa in terram dejectione ruptam, urinamque in cavitatem intumefacti abdominis effuſam, omnemque ſpem reſtitutionis fruſtraneam eſſe judicavimus, quod etiam noſtrum judicium nos non fefellit, dum patiens ſequenti nocte animam ſuam exhalavit.

OBSERVATIO MED. XLI.

De hydropica illæſis viſceribus 45. menſuras aquæ in cavitate abdominis habente.

Caſus.

ANno 1698. die 9. Decembr. Dn. D. Viti Riedlini, Phyſici quondam & Medici Xenodochialis Reipubl. Ulmenſ. Vidua, ſexaginta annos tranſgreſſa quæ Hydrope aſcite, cum partium ſuperiorum atrophia hectica laboravit, ex hac vita diſceſſit, cujus cadaver cultro anatomico ſectum, &, viſceribus incorruptis, 45. menſuræ aquæ in cavitate abdominis repertæ ſunt, quæ forſan maturè, conſtantibus adhuc viribus, per paracenteſin evacuari, ſicque patiens conſervari potuiſſet; Quæ verò peſſimis invaleſcentibus ſymptomatibus, & præſente facie Hippocratica, nunquam ſuadenda eſt, quia viſcera facilè exindè gangrænam patiuntur.

SCHOLION.

HYdrops aſcites ita dictus ὑπὸ τὸ ἄσκου, ab utre, quaſi utricularis, quod utris modo abdomen utplurimum aqua repletum ſit; Tumor exiſtit modo abdominis ſolius, modò etiam ſimul ſcroti, femorum, crurum, pedumque, à præternaturali ſeri lymphatici effuſione & extravaſatione inductus. *Onomatologia.* Aſci-

Definitio & Causa.

Ascites est copia lymphæ extravasatæ & in abdomine collectæ, cum atrophia hectica partium superiorum, urina pauca, & respiratione difficili, ortum habens à ruptione vasorum lymphaticorum, & impedita circulatione lymphæ; vel secundum alios, à sale resoluto.

Si dicta lympha igni admovetur, statim in formam albuminis ovorum coagulatur, quod signum est, hanc lympham purissimam partem seri esse.

Ruptio vasor. lymphaticor. unde proveniat,

Ruptio autem vasorum lymphaticorum à diversis causis oritur, & arteriæ singulis partibus lympham advehunt. Si igitur pori illorum vasorum, quæ lympham in arterias invehunt obstructi sunt, tunc sequitur stagnatio, & consequenter lympha aliam viam quærit, sique illam non invenit, pustulam excitat, quæ, si plus materiæ continuo cursu affluit, tandem rumpitur, ac materia extravasata in ventrem descendit. Imò, dantur etiam tales obstructiones in venis, aut in glandulis, aut in origine arteriarum.

Causa etiam nonnunquam ascitis à gelidæ aquæ ingurgitatione provenire potest; Sanguis enim tenuis & fluidus à frigidæ aquæ potu derepentè alteratur & coagulatur undè tales obstructiones oriuntur.

Signa.

Signa hujus morbi sunt sequentia. Si fluctuatio in ventre percipitur; si abdomen tumet, ac urina rubra est.

Prognosis.

Eventus secundum hujus morbi proprietatem est judicandus, ac an affectus jam primum inchoarit? vel incrementum jam dudum sumserit? vel quomodo natura subjecti constituta sit? studiosè perpendendum. Quod si etiam urina pauca & rubra est, & atrophia hectica in superioribus corporis partibus accedit, plerumque lethalis est. Si verò urina alba vel flava in magna copia excernitur, & si viscera non obstructa sunt, tunc restitutio sanitatis est speranda.

Curatio.

In curatione eò intendendum, ut 1. Viscerum obstructiones per ♂ialia, ♃ialia, crocum ♂. aperitivum, & similia, referentur. 2. Materia peccans per purgantia appropriata, item per ⊖. digestivum Sylvii & decoctum lignorum, &c. evacuetur & exsiccetur. Et 3. sanguini vis balsamica per amara restituatur.

Quod autem in hoc subjecto tantâ magnâ copiâ aquæ in cavitate ventris existente, viscera principaliora, videlicet ventriculus, lien, &c. illæsa & incorrupta inventa fuerint, facilè exindè colligi potest, causam ascitis non ab atonia & discrasia hepatis, ac læso sanguificationis munere, (ut antiquiores Medici somniarunt) sed à ruptis vasis lymphaticis proveniisse.

OBSER-

OBSERVATIO MED. XLII.

Vulnera capitis feliciter curata.

Casus.

ANte aliquot annos Ulmæ Chirurgiæ quidam Studiosus ex Saxonia oriundus, atatis suæ 28. à suis adversariis in platea quinque altis in capite vulneribus, & quidem uno in syncipite propè futuram coronalem, tribus secundum longitudinem supra futuram sagittalem, ac uno in latere, tribus transversis digitis à siniſtro aure distante concisus fuit, inter quæ vulnera supra aurem, ac versus futuram lambdoidem satis ampla & profunda, omniaque concava & periculosa, sequentique modo tractata fuerunt.

Curatio.

ET quidem internè seq. aqua cordialis & cephalica propinata fuit, ℞. *Aq. Cerasſ. nigr. Betonic. borrag. rosar. Confort. Officin. ana* ℥j. *Cinnam. Cydoniat.* ʒij. *Confect. Alkerm. incompl.* ʒß. *CC. præp. Corall. rubr. præp. ana* ∋ß. *Syr. granator. Julap. rosar. ana* ℥ß. *M.* Pro potu ordinario sequenti Decocto usus est. ℞. *Herb. beton. sanic. agrimon. Veronic. ana* pj. *CC. ust.* ʒvj. *Hord. integr.* ℥iß. *Fic. ping. Dactyl. ana* ℥ß. *passul. min. & major. exacinat. ana* ℥j. *Liquirit.* ʒij. *fol. sen. el. s. st.* ʒij. *Sem. 4. frig. maj. ana* ʒj. *anis. fœnic. ana* ʒß. *M. f. decoctio cum duabus mensuris aquæ fontanæ.*

Aq Cordial & Cephal.

Decoct. pro potu Ord.

Externè, vulnera capillis prius derasis linteamentis carptis siccis, ac desuper Emplastro diapalmæ, & sacculo herbis cephalicis impleto, in vino nigro decocto & expresso calidè deligata, collumque atque cervix Oleo rosarum calidè inuncta fuerunt.

Tractatio & deligatio chirurgica.

De cœtero bona & conveniens Diæta observata fuit. Quibus mediantibus patiens brevi temporis spatio convaluit.

Diæta.

CONSILIUM MED. XLIII.

Abſceſſum fiſtuloſum in abdomine concernens.

Caſus.

ANno 1686. plurimum Reverendus Dn. Joh. Wolffgangus Schleicher, Sacellanus Ehingenſis, ætatis ſuæ anno 42. temperamenti choleri-co-melancholici, habitus corporis rari & gracilis, in ſiniſtra parte abdominis, non procul ab umbilico, penes coſtas ſpurias, tuberculum quoddam exiguum ſenſit, quod in principio, quia parum incommodi attulit, parvi æſtimavit, donec pedetentim incrementum ſumſit, tumorque anno 1692. intra Feſtum Paſchatos & Pentecoſtes magnis cum exortis doloribus in magnitudinem cucurbitæ ovalis, vel ſarcinæ oblongæ, ſpithamam longæ, & manum tranſverſam latæ, flatibus humoribusque invicem mixtis turgidæ, incrementum ſumſit, patientemque ob magnam exinde excitatam moleſtiam ad quærendam opem & auxilium compulit, cui ab initio, præmiſſis purgantibus, Emplaſtra emollientia & diſcutientia, cum cingulo lato, ac ſcuto adæquato tumorem deprimente, nec non bona Diæta ordinata fuêre, inter quorum uſum tumor tamen non imminutus, ſed magis magisque adauctus, & quidem interea temporis ita emollitus fuit, ut menſe Junio

hujus anni 1693. evidentiſſimè conſpici potuerit, quod hic affectus ingens abſceſſus, vel magnum ulcus, multa materia ſanioſa & excrementitia repletum, ſit: Quapropter repetita purgatione per ſacculum laxativum rurſus Emplaſtra emollientia & maturantia usque ad perfectam mollitiem & maturitatem impoſita, ac deinceps abſceſſus à Balneatore loci per cauterium potentiale apertus fuit, ex quo ſordida, ſeculenta, & ſeroſa materia effluxit, tumorque evanuit & ſubſedit. Sed quia hoc ulcus ſordidum conſolidationem per balneatoris manum reſpuit, iccircò Dn. Patiens ſe Ullmam contulit, ac me cum Georgio Riedlino ad inſpiciendum huncce abſceſſum ad ſe requiſivit, ubi per ſtylum exploratorium varii ductus, ſinus & cuniculi, & quidem principalior, utpote fons & ſcaturigo hujus mali, in ſiniſtro latere verſus coſtas ſpurias; ſecundus in oppoſito dextro latere; & tertius in inferiori parte verſus os pubis, deprehenſi fuere, totumque ulcus cavernoſum apparuit; Quo viſo, nos ambo hunc affectum Abſceſſum fiſtuloſum, ab afflu- *Morbus ejusque Cauſa.*
xu humoris vitioſi, ſanguinisque melancholici, atrabilarii, ſcorbutica acredine tincti, corrupti & aduſti, per tubulos mollium & carnoſarum partium eò, delati, inque loco affecto congeſti, obortum eſſe, huicque malo, (quia his jam inventis, aliisque adhuc latentibus ſinubus difficulter ab extra remedia applicari queant) haud aliter, quam ſectione, utpote certiſſima, celerrima, & ſecuriſſima via occurri ac remederi poſſe judicavimus; Quibus auditis, & facta remonſtratione recenſita, Dominus Patiens noſtræ ſenten-

tiæ morem geſſit, ſeque in loco ſui domicilii tam ſectioni, quam curationi noſtræ, ſubmittere decrevit.

Curatio.

IN hunc igitur finem anno 1693 die Lunæ, qui erat $\frac{20}{10}$. Julii, nos ambo Ehingam equitavimus, ubi hora decima antimeridiana in ædibus dicti Dn. Sacellani ſectio abſceſſus hujus fiſtuloſi per prænominatum Riedlinum ſequenti modo facta eſt.

Sectionis modus.

Cum prænominatus Dn. Patiens ſellæ longæ ſupinus impoſitus, locusque affectus denudatus fuiſſet, Chirurgus ante ſectionem cavitates ſinusque fiſtuloſos ſtylo exploravit, poſtea itinerarium ſtriatum principali ſinui ſiniſtri lateris transverſim verſus coſtas ſpurias indidit, ac cultello acuto ſtriam itinerarii percurrente celerrimè diſſecavit; Poſtea dicti cultelli cuſpidem globulo cereo munivit, & immiſſo cultello, alterum ductum tranſverſum dextri lateris punctim aperuit, ſicque tàm puri exitum, quàm medicamentis injiciendis tranſitum paravit; Et hinc tertiò rurſus itinerarium ductui deorſum verſus os pubis tendenti vel deſcendenti inſinuavit, eundemque pari modo celerrima ſectione incidit. Quo peracto, digitis dextræ manus totam cavitatem abſceſſus hujus fiſtuloſi exploravit, cutemque à ſubjecta carne ſquamoſa, ſordida, flaccida, ac mucoſa ſeparavit, foveamque linteolis carptis explevit, turundam vulneri dextri lateris punctim facto indidit, labia vulnerum totamque capacitatem ſectam & apertam medicamentis ſtegnoticis, emplaſtris & ſpleniis munivit, decentique modo deligavit, chirurgoque loci usque ad noſtrum reditum decentem tractandi modum inculcavit & demandavit. Elapſis deinceps decem vel duodecim diebus Dn. Patientem iterum viſitavimus, inque loco affecto & aperto tres alios aſcendentes, & duos deſcendentes minores ductus invenimus, qui facili negotio immiſſo ſtylo exploratorio ſine ſectione diſciſſi & aperti, vulnera aqua cauſtica per ſiphonem injecta, unguentoque digeſtivo impoſito, mundificata, vulnerumque cavitates denuò linteolis carptis expletæ & deligatæ fuerunt. Non multò poſt, tertia vice nos Ehingam recepimus, abſceſſusque cavitatem mundificatam, bonum ac laudabile pus edentem, adque conſolidationem diſpoſitam invenimus, quapropter à nobis judicatum & demandatum fuit, ut priori tractandi modo pergatur, abſceſſus certis in locis adhuc apertus ſervetur, ſpleniis, faſciis & ligaturis cutis & caro ad mutuum contactum reducatur, ſicque conſolidatio promoveatur. Poſtquam verò in abſentia noſtra inſignis

ſignis error in deligando commiſſus fuit, abſceſſusque de novo ſordidam ac corruptam carnem, ſaniemque multa ſeroſa humiditate permixtam egeſſit ac evomuit, eamque ob cauſam Dn. Patiens Ulmam ſe contulit noſtrumque conſilium & auxilium ulterius requiſivit, iteratò cavitas ampliata, ulcusque tam injecta aqua cauſtica, quam aliis digeſtivis remediis mundificatum & correctum, totumque corpus ad præcavendum novæ materiæ affluxum, expurgatum, brachiique dextri vena mediana, quæ ſanguinem vitioſum tam ratione ſubſtantiæ quam qualitatis effudit, ſecta fuit; Quo facto, omnia ad meliorem ſtatum perducta ſunt, cutis in lateribus vulnerum circa eorundem labia cum carne unita, ac ob materiæ fluentis purulentæ per multos dies defectum, ulcerisque exſiccationem, perfecta conſolidatio ſperata & expectata fuit. Quia vero in inferiori parte vulneris verſus os pubis deſcendentis adhuc dura aliqua intumeſcentia ſuperfuit, illaque inopinatò reſoluta materiam fudit, ductumque dextri lateris ſua acredine per modum eroſionis de novo excavavit & aperuit, iccircò etiam illum per injectionem aquæ cauſticæ per aliquot dies mundificare conſultum duximus. Ne autem à fermento melancholico nova materia ſeroſa & acris ad partem affectam per modum congeſtionis & eroſionis affluat, ſinusque fiſtuloſos jam clauſos de novo exedat, & aperiat, ac conſolidationem impediat, dum varii probatiſſimi Authores fiſtulas abdominis peſſimas & periculoſiſſimas æſtimant, & inter alios exercitatiſſimus Chirurgus Venetus Andreas de Cruce lib. 3. operis Chirurg. Cap. 50. pag. mih. 422. ſequenti modo de iis ſcribit, dicendo. Venter prorſus oſſibus caret, ac proinde periculoſioribus fiſtulis ſubjectus & obnoxius eſt, quos multi pro immedicabilibus habent & exiſtimant. Iccircò corpus iterum per potiunculam laxativam expurgatum, venaque mediana exoptato cum ſucceſſu, meliorisque Sanguinis profuſione adaperta, nec non potus ordinarius, itemque vulnerarius per aliquod tempus continuandus ordinatus, bonaque Diæta præſcripta fuit, quibus mediantibus viſcera roborata, humores pravi & excrementitii in & extra venas conſumpti ac exſiccati, omnisque affluxus materiæ peccantis inhibitus fuit, unde etiam per adhibita interna & externa remedia Dn. Patiens vivaciorem totius corporis colorem acquiſivit, vulnera abſceſſus mundificata, cutis ac caro, (excepto inferiori vulnere, quod adhuc per turandam usque ad perfectam mundificationem & exſiccationem apertum ſervabatur) reunita, & conſolidatio per inſperſionem pulveris exſiccantis ac epulotici, promota fuit.

Prognoſis.

Remedia, quorum in hac Observatione mentio facta est, sequentia fuerunt.

Sacculus laxativus. 1. Sacculus laxativus. ℞. *Herb. absynth. Pont. Card. bened. Centaur. min. agrimon. Veron. scolopendr. ana* M*ß. Rad. Cichor. helleb. nigr. præp. fœnic. garyophyllat. ana* ʒ*ij. Rhabarb. ver.* ʒ*iij. fol. sen. el. s. st.* ʒ*j. Jalapp. Turpeth. opt. Agar. troch. polypod. qu. ana* ʒ*ij. Cinnam. opt.* ʒ*j.* ♀*. alb. pur.* ʒ*ij. Sem. anis. fœnic. ana* ʒ*ß. M. & concis. f. cum syndon. alb. nodulus quinque quartariis vel* ℔*v. vini albi immergendus, de quo quotidiè mane jejuno stomacho* ʒ*v. vel quartarium dimidium bibatur.*

Pociuncula purg. 2. Potiuncula purgans. ℞. *Mag. Jalapp. gr xv. Magist. Scammon. gr. iiij. Nucl. pin. n. 2. Syr. d. cich. c. Rbarb.* ʒ*ß. aq. Ceras. nigr.* ʒ*vj. M. f. potiuncula una vice sumenda.*

Spec. pro potu Ord. 3. Potus ordinarius. ℞. *Scob. lign. sassafr. Lign. lentiscin. Rad. chin. ana* ʒ*ß. Cinnam. opt.* ʒ*ij. Sem. anis.* ʒ*j. CC. præp. Ocul.* ♋*. præp. ana* ʒ*iß. M. f. pulv. gross. cui add. Passul. min. Corinth.* ʒ*j. d ad scatul. de quo cochleare unum majus in urceo. cum aq. fervent. Mensur. j. infundatur, & statim operculo tegatur, quæ aqua vel per se, vel cum vino permixta bibatur.*

Potus Traumaticus. 4. Potus Traumaticus vel vulnerarius. ℞. *Scob. Lign. sassafr. Rad. chinæ. symphit. major. ana* ʒ*ß. Herb. Veron. agrimon. pilosell. solidag. saracen. sanicul. alchymill. ana* M*ß. Cinnam. opt.* ʒ*ij. liqnirit.* ʒ*ij. ficuum num. v. passul. min.* ʒ*ij. Sem. anis. fœnic. ana* ʒ*ß. M. & concis. coq. cum. aq. font.* ℔*vj. & vini alb. odorif.* ℔*ij. ad tertias, de quo decocto manè & vesperi* ʒ*v. hauriantur.*

Ung. digestiv. 5. *Unguentum Digestivum* Fabricii Hildani.

Aqua caustica. 6. Aqua caustica, per siphonem injicienda. ℞. ☿*ii sublimat.* ʒ*ij. Ceruss. lytharg. alum. ust.* ♀*ri ust. ana* ʒ*j. Aq. fontan. spir. vin. opt. ana* ʒ*ij. M. f. ebullitio, deinde coletur; Hujus colaturæ* ℞. ʒ*j. in qua dissolv. Ung. Ægyptiac.* ʒ*ß. d. ad vitrum.*

Pulv. exsicc. consolidans. 7. Pulvis exsiccans ac consolidationem promovens. ℞. *Aloepat. sarcocoll. sang. Dracon. thuris, mastic. Aristoloch. long. æris usti ana* ʒ*j. M. f. pulvis inspergendus.*

Emplastr. 8. Emplastrum, operculi instar imponendum, quod erat *Emplastrum Diapalmæ*, cui, si luberet, *Empl. Stictícum Crollii*, vel aliud substitui potuisset. Exarabam, die 31. Octobr. anno 1693.

Eberhardus Gockelius, MD.

OB.

OBSERVATIO MED. XLIV.

Muſcæ majoris ictus admiranda ſympto-mata invehens.

Caſus.

ANno 1690. Agnes Petrinin, puella undecim annorum, militis cujusdam filia, admirandis ſymptomatibus (non ſine Satanicæ colluſionis ſuſpicione) divexata fuit; Cujus venter inſtar tympani inflatus erat, qui, æquè ac pedes, continuò movebatur atque tremebat, totumque corpus ſæpius repentino motu concutiebatur, ac inter ructus porci quaſi grunnitus audiebatur. Ad hæc, perſæpè materia flatulenta in abdomine oberrabat, quæ, ut patienti videbatur, nunc vocis cujusdam animalis in corpore deliteſcentis, nunc fiſtulæ ſonum de ſe edebat, ſique caput per aſcenſum petebat, collum cum capite mirum in modum, non ſine evidenti delirio, inflectebatur. In affectus principio ſingultu ſaltem cum ventris inflatione corripiebatur, qui, quoniam hoc malum à Dæmone vel ſagis aut veneficis illatum eſſe ſuſpicabatur, ſpiritualibus remediis per ſacerdotem quendam adhibitis, per tres ſeptimanas ſopitus, poſtea verò majori cum impetu reverſus eſt. Hæc patiens, quæ curæ meæ in noſtro Xenodochio demandabatur, mihi referebat, quod priori anno, tempore meſſis in campo labori incumbens, à

muſca

musca grandiori ac insolitæ magnitudinis in dextro denudato crure supra genu, ac simul etiam in illo ipso pede infra genu duobus ictibus percussa fuerit, à quo statim tempore miserandum huncce affectum persentire cœperit.

Curatio.

Curatio. EX qua causa curationem ad veneni per muscæ ictum illati expulsionem & eradicationem direxi, atque sequentia remedia adhibui.

Syrup. emet. Nodulus laxat. 1. Ad vitiosos humores è corpore expurgandos, ℞. *Syrup. Emet Ang. Sal.* ʒvj. *d. pro dosi unâ.* Et, ℞. *Herb. absynth. Card. bened. Centaur. min. menth. crisp. melissæ pulegii, Origan. ana* pj. *Radic. Enul. calam. arom. fœnic. garyophyllat. ana* ʒij. *Rhabarb. ver.* ʒiij. *fol. sen. el. s. st.* ʒvj. *Agar. troch. Gialapp. polypod. querc. ana* ʒij. *Cinnam. opt.* ʒij. *Crem.* ♀. ʒiß. *Sem. anis. fœnic. carui ana* ʒß. *M. & concis. f. cum syndon. nodulus, cum* ℔iiij. *vini albi infundendus, cujus quotidiè manè jejuno stomacho* ʒv. *hauriantur.*

Pill. contr. singult. 2. Ad singultum tollendum, ℞. *Theriac. cœlest. gr. iiij. Extr. laudani opiati incompl. gr. j. M. f. pillulæ num. v. unâ vice deglutiendæ.*

Ung. stomach. Externè, ℞. *Ol. absynth. menth. crisp. mastich. ana* ʒij. *nucist. rec. expr.* ℈j. *Ceræ parum, f. Unguentum stomachale;*

Catapl. contr. singultum Mynsicht. In eundem etiam finem Cataplasma contra singultum Mynsichti regioni ventriculi fuit applicatum.

Elect. theriacal. 3. Ad malignitatem eradicandam, simulque flatus discutiendos, ℞. *Rob. Juniper. Theriac. Androm. ana* ℥j. *Elect. Diascord. Fracastor. Conserv. menth. ana* ʒß. *Philon. Rom.* ʒij. *Brod. Zingib.* ʒvj. *M. f. Electuarium. cujus de die sæpius avellanæ quantitas sumatur.*

Diæta. De reliquo *Diæta* conveniens fuit observata. Quibus adhibitis remediis, præfata patiens per Dei gratiam pristinæ sanitati fuit restituta.

OBSERVATIO MED. XLV.

Dæmonis fraudes, in decipiendis ac obsidendis hominibus, exhibens.

Casus.

Casus.

ANno 1690. tempore vernali; lanii cujusdam filia, viginti annorum ex diæcesi Heidelbergensi oriunda, Ulmam veniebat, quæ variis prodigiosis gestibus corpus hinc inde agitabat, dulcissimumque nomen Jesu nec audire, multò minus ore proferre, vel recitare volebat, & quoties dicti beatissimi nominis mentio fiebat, totum caput horrendum in modum, vibrando, quatiendo, & abnegando, movebat atque distorquebat, ac instar canis latrabat, hocque Salvatoris nomen ore suo exprimere pertinacissimè recusabat, tandem vero aliquoties seriò monita & increpata non sine horrore ac pavore anxia voce proferebat, ac simul jussa orationem dominicam titubante lingua recitabat.

IN causam hujus mali mihi inquirenti, per intervalla sibi conscia referebat, quod ante semestre vittam cum inhærente cacodæmone pro dimidio floreno emerit ac inter alia, certo quodam tempore, ipsi imago alicujus albi ac nitidi coloris viri cum pileo plumis ornato comparuerit, à quo tempore hisce tentationibus, animique simul ac corporis cruciatibus infestata fuerit. *Causa malè,*

Quibus auditis, dubitatum est, an hic affectus Obsessio satanica corporalis vel spiritualis dicenda sit? an ab actibus venereis illicitis & congressu forsan cum dæmone virum mentiente; vel à causa magicâ, per malè feriatos ipsi communicata & ingesta? vel à malo hypochondriaco cum collusione diabolica provenerit? quod perspicacioribus viris judicandum relinquo.

Hæc fœmina frustra prius usurpatis mihique recensitis remediis, cum apud nos verbo Dei, dictisque S. Scripturæ consolatoriis, nec non assiduis prælectis precibus erecta ac roborata fuisset, & insuper, præparato prius corpore, emeticum quoddam pharmacum bibisset, aliquoties fortissimis egerendi conatibus tentata, tandem, cum aliqua portione sanguinis, duabus vicibus, & quidem primâ duos,

 postea

Scarabæorum 3 nigror. vomitus malum sustulit.

postea unum, sicque tres nigro colore tinctos scarabæos evomuit, quibus egestis, unius hebdomadis spatio ab hoc miserrimo & detestando malo feliciter liberata, pristinæque sanitati restituta fuit.

OBSERVATIO MED. XLVI.

Similem fermè cum priori Historiam proponens.

Casus.

ANno 1690. die 1. Maji, alia quædam fœmina, 28. annorum ex Marchionatu Badensi Ulmam veniebat, quæ de maximis & intolerabilibus morsuris, cruciatibus ac doloribus circa pectus atque præcordia conquerebatur, quibus stimulata sæpius indesinenter currere cogatur, donec tandem motu ac sensibus privata in terram prolabatur.

Causa mali.

CAusam hujus mali, Lac glauco colore tinctum ac pro quatuor crucigeris emptum accusabat, quod ante tres quadrantes anni propè Scaphusium in rustici cujusdam tugurio comederit, à cujus esu tertio statim cochleari sumpto in terram deciderit, ac per tres integras septimanas aphona manserit. Hinc illam de loco ad locum, ac inter alios etiam ad sacros, & diversa Monasteria devectam fuisse, ut sacerdotali benedictione atque spiritualibus remediis ab inflicto hoc deterrimo malo liberaretur: Ubi tandem à RR. PP. Ord. S. Francisci, tali in aqua benedicta propinato pharmaco, quinquaginta ac unum, & postliminio duos nigros scarabæos minores egesserit. Cui relationi addiderat, quod illa adhucdum non parvas dictarum molestiarum reliquias persentiat, ac proinde etiam priorum remediorum præsidia desideret, quapropter ad illa impetranda, ad priorem vel similem locum ablegata fuit.

52 Scarabei per aquam benedictam expulsi.

OBSER-

OBSERVATIO MED. XLVII.

Cranium à mallei majoris ictu ſicariè fractum, lethale.

Caſus.

ANno 1690. die 18. Junii, veſperi inter horam quintam & ſextam Faber quidam ſerarius ex præconcepto irreconciliabili odio & iracundia, animoque occidendi, fratrem ſuum Clauſtrarium, ſub ſpecie, ac ſi ferream quandam laminam, per quam clavi cochleati ducuntur atque intorquentur, (Germ. **Schneideyſen**) mutuare vellet, in officina ſua adiit, dictamque laminam mutuandam ab ipſo dolosè petiit, quam etiam hic de nulla fratris fraude malaque intentione ſomnians, ipſi communicare non recuſavit; Dum autem illam parieti affixam diverſis foraminibus perviam laminam depromere occupatus erat, iracundia ardens & exacerbatus frater ex improviſo, ac ſine omni verborum rixarumque interventu malleum majorem ſub toga abſconditum produxit, fratremque miſerrimum duobus ictibus ſupra & infra ſiniſtram aurem cum introceſſione ac fractura cranii percuſſit, in terram proſtravit, confeſtimque poſt nefandum hoc perpetratum latrocinium auffugit. Sauciatus verò frater cum ſe in terra aliquantiſper recollegiſſet, ſcalas aſcendit, ac ſe in hypocauſtum recepit, ibidemque grabato

suo incubuit, cui vocatus Chirurgus venam secavit, vulneraque deligavit; Patiens verò accumulatis pessimis symptomatibus oppressus duabus circiter à læsione præterlapsis horis vitam cum morte mutavit.

Cadaveris sectio & inspectio.

CUjus caput post obitum sectione apertum & inventum est, calvariam infra dextram aurem in aliquot partes fractam introcessisse, totamque cavitatem intra cerebrum & cranium extravasato sanguine suffusam ac repletam fuisse.

OBSERVATIO MED. XLVIII.

Puer novennis duobus globis bombardariis ictus.

Casus.

ANno 1694. Mense Martio, Johannes Jungingeri, Jacobi Jungingeri, Civis Leipheimensis & textoris filius novennis, in Oppidi platea propè portam à tumultuante quodam Martis alumno & diversoriorum designatore, (Germ. **Quartiermeister**) duobus globis plumbeis, & quidem uno in mala dextra transversim, sed superficialiter; altero verò per inferiorem dextræ scapulæ partem ictus fuit.

Vulnerum inspectio & Curatio.

QUem ex Ampliss. Magistratus Ulmensis mandato inspeximus, stylo exploratorio globum in vulnere summo studio quæsivimus, sed illum nullibi deprehendere vel invenire potuimus, ac ea propter eum in musculorum intercapedine vel intra costas delitescere judicavimus. Quare diligenti exploratione facta, vulneri, immissâ prius turundâ Unguento digestivo illitâ, emplastrum santalinum, & su-

& ſupra hoc Linimentum ſimplex Sculteti pro defenſivo impoſitum, illudque decenter deligatum; internè verò aqua confortans, potusque ordinarius, ac conveniens Diæta præſcripta fuit; Quibus ita obſervatis, die poſt læſionem decima globus prodiit, qui à chirurgo exemptus, atque puer priſtinæ ſanitati reſtitutus fuit.

OBSERVATIO MED. XLIX.

Res alienæ per Urinam, mediante faſcino, è corpore excretæ.

Caſus.

ANno 1695. Menſe Januario, fœmina quædam adhuc cælebs, quæ ante hâc intumefactum ventrem habuit, & de acerbiſſimis doloribus hinc inde in corpore, præſertim verò in capite, ventre, manibus & pedibus, conqueſta eſt, quibus alvi per 20. integros dies durans conſtipatio acceſſit, & tandem per Urinam, ut Medicus illius loci perhibebat, ſequentes res per urinam excrevit, utpote magnam acum, cui inſecutæ ſunt aliæ tres, inter quas una ex cera Hiſpanica nodulum in altera extremitate obtuſa habebat, cum quinque aliis, alio tempore inſequentibus, item clavi Ungulares, tres crinium cincinni, aliquot magnæ & quinque parvæ fibulæ, duodecim particulæ variæ formæ & magnitudinis ex vitro conflatæ, duo clavi ſutorii novi, clavus alius equarius integer, & duo confracti, & tandem ſacculus hinc inde perforatus, & in ſuperiori parte filo contorto cannabino circumvolutus, qui à clinica ex antro muliebri propendens eductus fuit, in certo quo-

Res alienæ excretæ.

quodam Oppido Ulmenſi decubuit. Quia verò in recenſitione & deſcriptione hujus caſus à Medico nulla mentio facta eſt, quibus adhibitis Remediis venter antea tumefactus ſubſederit, an menſtruæ purgationes totaliter ſint ſuppreſſæ vel non? an Patiens antea de libidinoſis & venereis concupiſcentiis ſuſpecta fuerit? aut an Medicus apud exeuntes res haſce alienas jam enumeratas præſens fuerit, vel non? iccirco Ampliſſimo Magiſtratu jubente, Collegium Medicum hac de re ſuum judicium difficulter ferre potuit. Tandem verò ab omnibus judicatum eſt, ſi hæc res revera ſine omni dolo & ſimulatione ſe ita cum dicta fœmina habeat, & per veraces perſonas hoc in paſſu, quæ huic excretioni præſentes fuerint, teſtimonium perhibitum ſit, hunc affectum morbum magicum, à faſcino, veneficio, & incantatione introductum eſſe.

Curationis requiſita.

DE hujus morbi Curatione Authores claſſici perhibent, quod ad mali hujus ablationem tria præcipuè requirantur, & quidem 1. Remedia Magica. 2. Spiritualia. Et 3. Corporalia. Magica veris Chriſtianis ſuſpecta & prohibita ſunt. Spiritualia in precibus & Theologicis adhortationibus & conſolationibus comprehenduntur. Naturalia, quæ cum ſpiritualibus conjungenda, in alexipharmacis cordialibus, malignitati reſiſtentibus, aliisque appropriatis & ſpecificis remediis conſiſtunt, quorùm ope & auxilio tales affectus apud multos ſi non radicitus exterminati, tamen ita leniti & mitigati fuerunt, ut patientes magnum exinde ſolatium conſecuti ſint. Tales autem morbi nonniſi longo tempore & ſucceſſive curantur, & licet interdum ſpes reſtitutionis affulgeat, & per factas inducias videatur, ac ſi talis affectus ſublatus ſit, illi tamen poſtea ex inopinato recurrunt, & tam Theologis quam Medicis magnos labores excitant. Contra tales magicas faſcinationes & incantationes quidam Medici cati vel felis nigri, vel ſolum, vel cum canis nigri ſanguine miſtum, non ſolum Patientis toto corpori, ſed etiam conclavi, januarum liminibus, feneſtris, nec non illorum retinaculis ligneis, (Germ. Creutz-ſtöck)

Morbi magici non niſi longo tempore & ſucceſſivè curantur. Et facilè recidivam patiuntur.

Quidam ſanguinem felis & ca-

ſtöck) illitum, pro certo & ſingulari remedio juvante extollunt & deprædicant.

nis nigri illitum pro ſingulari remedio de prædicant.

Qui Authorum libros hac de re conſcriptos evolvere deſiderat, ille Sennertum de morbis occultis & Faſcinatione; Fromannum de Faſcinatione; Jordanum; Carrichterum; Codronchum de morbis per incantationem inductis, meum nuper de incantatione & faſcinatione editum tractatum germanicum, aliosque Authores conſulat, qui de hac materia ſcripſerunt.

OBSERVATIO MED. L.

Partus monſtroſus, idolum referens.

Caſus.

ANno 1690. die 19. Junii, mulier quædam Maria Schvvindingin ex Sylva Brigantina Oriunda, in Xenodochio noſtro Ulmenſi filiam mortuam peperit, quæ cranium ad oculos usque depreſſum habebat, nec ullum frontis veſtigium conſpiciebatur; præter hoc capitellum axillis & ſcapulis ita preſsè inhærebat, ac nullius fermè colli indicium apparebat, oculi magni ac ſpatioſi, malæ pendulæ & bucculentæ, reliqua membra naturaliter diſpoſita fuerunt. In Summa, hic fœtus quoad caput, collum, & faciem Idolum Ethnicum (quod vulgò Fizle Buzle vocatur) repræſentabat.

AN verò natura, facultasque formatrix in producendo hoc fœtu monſtroſo ob horrendi alicujus monſtri vel picti vel ſculpti objecti aſpectum, & exinde conceptum ſubitaneum terrorem, vel præconceptam fortiſſimam imaginationem, vel aliam quamcunque cauſam à recta conſuetaque naturali efformationis via aberrarit, hoc mihi notum non eſt, quapropter filum ulterioris relationis abrumpo.

Quænam cauſa fuerit, allegari nequit.

CON-

CONSILIUM MED. LI.

Arthritis vaga Scorbutica.

Morbus.

Definitio cum Causa.

AFfectus, de quo Prænobiliſſimus quidam Aulicus conqueritur, nil aliud eſt, quam Arthritis vaga ſcorbutica, à ſale volatili ſcorbutico, partes nervoſas ac tendinoſas rodente & vellicante, proveniens. Hujus cauſa in definitione expoſita eſt.

Signa.

Signis opus non habet, quia per ſe clara ſunt.

Prognoſis.

Quod Prognoſin concernit, malum hoc, quia chronicum & inveteratum eſt, difficulter ex fundamento curatur; quia verò nodi ac tophi articulorum & juncturarum interdum apparent, poſtea verò iterum diſparent, ſignum eſt materiam hanc tartaream non ſufficienter eſſe impactam & induratam, ac proinde ejusdem reſolutionem ſperandam eſſe, Imbecillitas pedum minorum, eorundemque ratione nervorum, ligamentorum, ac tendinum relaxatio, à materia glutinoſa, tartaro permixta, à partibus principalioribus ad minus principales, & à centro ad circumferentiam ablegata proficiſcitur, & quia calor nativus à foco caloris, videlicet corde eousque validus pervenire eamque reſolvere non poteſt, materia illa inter juncturas, nervoſas ac muſculoſas partes impacta remanet, quæ pedes fatigat, & motum eorundem vegetiorem impedit.

Curatio.

Curatio hujus morbi conſiſtit 1. in repetitis evacuationibus ſalſorum, acrium, & ſcorbuticorum humorum per potiunculam lenitivam ex manna, pilulas Emanuelis vel Francofurtenſes. 2. In aſſiduo uſu remedii alicujus antiſcorbutici, ſpecifici, utpote Eſſentiæ trifolii fibrini mane & veſperi ad guttas 15. vel 20. in ſequenti vehiculo ſumptæ. Ut ℞. *Beccabungæ, Naſturt. Cochlear. ana* Mß. *raphan. marin.* ʒß. *omnia minutiſſimè conciſa, & in brodio carnis ferventi infuſa per pannum fortiſſimè exprimantur, de quo manè & veſperi* ʒv. *cum dicta eſſentia trifolii fibrini ebibantur, ac per aliquod tempus hocce remedio continuetur.* 3. In reſolventibus & anodynis, qualia ſunt *thermæ artificiales domeſticæ*, itemque *piperinæ in Helvetia, vel Ferinæ in Ducatu Wiirttembergico propè Kalw,*

Eſſent. trifol. fibrin.

Infuſum antiarthrit.

Thermæ.

Kalw, & *Bollenses in vicinia Göppingensi.* Externè, mane & vesperi membra nervosæque partes Unguento nervino & anodyno â me communicato calidè inungantur. 4. In Observatione convenientis Diætæ, ubi aer austerus ac frigidus, cibique salsi, acidi, crudi, coctuque difficiles fugiendi, vinumque album Nicarinum, vel Decoctum herbæ Thee aut Radicum chinæ cum Cinnamomo, aniso, &c. eligendum. Corpus modicè movendum; somno & quieti decenti moderatione indulgendum; Corpus ratione excrementorum apertum servandum; animique fortiores motus compescendi & refrenandi erunt. Det Deus T. opt. Max. ut hisce monitis observatis prosperrima valetudo corporis sequatur. Die 7. Novemb. 1690.

CONSILIUM MED. LII.

Pro Illustrissima quadam Comitissa.

In puncto Discrasiæ ventriculi cum febrili dispositione.

ILlustrissimæ Dominæ Comitissæ morbus est ventriculi affectus cum coctionis debilitate, stomachique doloribus nonnunquam divexantibus, ac dispositione febrili, quæ omnia ex ventriculi vitioso fermento scorbutico & malè observata Diæta proficiscuntur. *Definitio morbi.* *Causæ.*

Signa sunt cibi fastidium, vomitus, carnis aversatio, & hinc ex alimenti penuria corporis ac membrorum imbecillitas. *Signa.*

Hic Affectus, quia mala omnis generis atque periculosa symptomata inducere posset, contemnendus non est, cui maturè per sequentia remedia obviandum erit. *Prognostic.*

1. Per præscriptos pulveres stomachicos, quorum ante thermarum usum unus manè circa horam sextam vel septimam, & vesperi circa quartam in brodio carnis assumendus. Qui sic parantur. ℞. *Spir.* ♁. *absynth. coagulat. Mynsicht.* ℥ß. *d. ad chart. & hoc modo doses duodecim.* *Curatio.* *Pulv. stomach.*

2. Trageam confortantem, de qua quovis finito prandio & cœna, quantum tribus cuspididus cultri capi potest, capiendum;

Tragea stomach. confort. cujus descriptio hæc est. ℞. *Pulv. sem. Coriandr. præp.* ℥j. *Sem. melissæ* ʒj. *Cinnam. acut.* ℥ß. *Eboris sine igne præp. Corall. rubr. præp. ana* ʒij. *Sacch. perlar.* ℥iiij. *M. f. Tragea.*

Aq. refrig. 3. Aquam refrigerantem, de qua ante cubitum 6. cochlearia ebibenda, quæ talis est. ℞. *Aq. Lunæ* ℔ß. *d. ad vitr.*

Acidulæ Brutschens. 4. Acidulas Brutschenses, de quibus interdiu ante thermarum usum ad compescendam sitim, pro lubitu bibendum.

Therm. Crumbacens. 5. Thermas Crumbacenses, quarum infessus manè per tres horæ quadrantes inchoandus, postea quotidiè per horæ quadrans, usque dum horis antimeridianis ad unam horam cum dimidia, & pomeridianis horam unam ad summum perventum sit, augendus, per quatuordecim dies ita continuandus, & postea cottidiè per decurtationem unius quadrantis horæ minuendus, sicque earum usus cum dimidia hora, prout inchoatus erat, concludendus erit.

Modus utendi.

Acidulæ inter usum thermar. quando & quomodo bibendæ? 6. Inter usum Thermarum acidulæ manè jejuno stomacho circa horam sextam bibendæ, horâ postmodum octava thermis insidendum, à meridie horâ unâ post balneum unus pulverum stomachicorum sumendus, post mensam verò dicta Tragea, & noctu ante somnum Aqua refrigerans usurpanda venient.

Diæta. Quod Diætam concernit, aer calidior ac solis æstus, itemque ventus impetuosi & pluviæ evitentur. Ex cibis conveniunt illi, qui coctu faciles sunt, bonumque succum & sanguinem generant, ut caro gallinarum, pullorum, caponum, aves montanæ & sylvaticæ, (exceptis alaudis & coturnicibus) caro item vitulina, agnina, vervecina, pruna Damascena, acida, Hispanica, juscula gallinarum, ac hordei. Econtra legumina, pisa, lentes, fabæ, phaseoli, itemque omnia acria, salsa, fumo indurata, immodicè aromatisata, cruda, coctu difficilia, caloremque præternaturalem excitantia, ut noxia, fugienda. Pro potu ordinario apud mensam conferunt vinum album, & aqua cum præscriptis speciebus, quibus passulæ minores addi possunt, parata. De cœtero quies procuranda, alvus aperta servanda, fortiores animi affectus refrenandi erunt.

Quæ remedia Deus Divina sua benedictione secundet. Die 6. Julii, / 26. Junii, 1691.

CON-

CONSILIUM MED. LIII.

Defluxiones Catarrhales, ac Nephriticos dolores exhibens.

Casus.

COnsul quidam Civitatis cujusdam Imperialis, ætatis suæ anno septuagesimo, de Catarrhis à capite ad partes subjectas, oculos præsertim & dextrum brachium defluentibus, nec non doloribus ac lassitudine genua pedesque infestantibus, sæpiusque calorem præternaturalem totius cotporis excitantibus, conqueritur.

Et Conjux ipsius doloribus nephriticis divexatur. Ab ambobus itaque quæsitum est, quomodo hisce affectibus per medicamenta juvantia subveniendum? & an ad malum nephriticum tollendum Thermarum, præcipuè verò piperinarum usus conducat?

Resolutio.

PRior Affectus à materia catarrhali è capite ad partes subjectas, inprimis ad oculos dextrumque brachium, & hinc ulterius per nervos ad genua defluente, ibidemque dolores ac lassitudinem excitante, originem habet. *Causa.*

Causa catarrhi tam à vaporibus è ventriculo, quam ab ebulliente sanguine (quod posterius calor præternaturalis corpus identidem infestans indicat) ad caput elevatis, ibidemque à frigiditate cerebri in materiam catarrhalem resolutis, ac póstliminio ad partes subjectas defluentibus, dictaque loca incommodantibus originem habet.

Signa. Signa, quia per se evidentia sunt, iccircò ea recensere supervacaneum esset.

Prognosis. Hic affectus, si ipsi legitimis remediorum præsidiis non succurreretur, non solum pessima oculorum symptomata, sed etiam in brachio & pedibus paralysin, sique pectus vel principium nervorum & nucham infestaret, catarrhum suffocativum vel Apoplexiam inducere posset. *Curatio.* Quapropter in curatione eò intendendum, ut, 1. materia catarrhalis per remedia blandè laxantia è capite & corpore eliminetur, 2. Defluxionibus catarrhalibus per cohibentia subveniatur. 3. Caput & oculi roborentur. 4. Brachium & genua per externa remedia firmentur. Et 5. Bona ac laudabilis Diæta observetur. In quem finem sequentia remedia usurpanda venient.

1. Ad materiæ catarrhalis expurgationem sequentes pilulæ cephalicæ vel singulo anni quadrante, vel semestrali tempore, (prout necessitas postulat) deglutiri possunt. *Pil. purg.* ℞. *Extr. pil. aur. cochiar. ana* ℈ß. *Mag. Gialapp. gr. vij. M. f. c. aq. Ceras. nigr. pil. minor. obauratæ, unaq; vice sumendæ.* Vel, si Apozema magis arridet, conducit talis sacculus laxativus. *Nodulus purg.* ℞. *Herb. absynth. Pont. beton. Rorismar. majoran. veronic. ana* Mß. *Rad. fœnic. garyophyllat. helen. ana* ʒij. *Rhabarb. ver.* ʒiij. *fol. sen. el. s. st.* ℥j. *Gialapp. Agaric. troch. Turpeth. opt. Polypod. qu. ana* ʒij. *Cinnam. opt.* ʒj. *Crem.* ♀. ʒiß. *Sem. anis. fœnic. ana* ʒß. *M. f. c. syndon. alb. nodulus, quinque libris vini albi Nicarini immergendus, de quo quotidiè manè jejuno stomacho* ℥v. *vel quartarium dimidium hauriatur.*

2. Ad defluxiones catarrhales inhibendas, tales pilulæ tribus horis post cœnam in numero ternario deglutitæ auxilium ferent. *Pil. catarrhales. post cœnam deglutiendæ.* ℞. *Mass. pil. de cynogloss.* ʒiß. *succi liquirit. inspissat.* ℈iß. *succin. alb. præp.* ℈ß. *M. f. pil. numero 24.* Quod si nimis grandes videntur, ex hac massa quadraginta octo formari, & pro qualibet dosi sex assumi possunt.

Iuxta has pilulas, *pilulæ etiam de succino Cratonis, vel Francofurtenses* in septimana semel, & quidem earum 9. 11. usque ad quindecim deglutiri possent. *Pil. de succin Crat & Francofurtens.*

3. Ad caput & oculos roborandos sequens Electuarium commendatur. *Electuar. confort. cephal.* ℞. *Conserv. rosar. rubr.* ℥ij. *Majoran. betonic. flor. Euphras. ana* ℥ß. *Laudan. opiat. perlat. cum aq. papav. errat. solut. gr. iiij. Bol. armen. orient.* ʒiij. *Syrup. viol.* ʒvj. *M. d. ad fictile, de quo hora una vel altera post cœnam avellanæ quantitas capiatur.*

Quodsi oculi calore præternaturali, φλογώδη aut phlyctænis incommodantur, tum vel *Linimentum simplex Sculteti*, in forma Emplastri impositum, vel seq. Collyrium confert. *Linim. simpl Sultet Collyrium.* ℞. *Tutiæ præp.* ʒß. *Sief alb.*

alb. ſine opio ℈ß. ℞ *ol. alb. camphor. ana gr. ij. ſacch. Cand. alb.* ʒj. *M. d. in vitro.*

4. Ad brachium dextrum & genuá firmanda, tepida inunctio vel illinitio cum ſeq. Spiritu non contemnenda. ℞. *Baccar. juniper.* ʒß. *piper. nigr. Maſtic. elect. ana* ʒij. *M. f. pulv. groſſ. ind. vitr. anguſt. orific. ſuperfundendo ſpir. vin. opt. rectif.* ℈iiij. *Spir. juniper.* ʒij. *ſtent ſimul benè clauſa in digeſtion. per horas 6. in Colatur. diſſolv. Sapon. Venet.* ʒij. *M. d. ad vitr.* *Spiritus externus, nervos robur.*

5. Quod Diætam concernit. 1. Aer temperatus eligatur. 2. Cibi ſint coctu faciles, bonumque ſuccum ac ſanguinem generantes; è contra coctu difficiles, crudi, acidi, ſalſi, fumo indurati, flatus ac ventoſitates excitantes, legumina, cepæ, allium, raphana, caſeus antiquus, &c. evitentur. Potus ſit vinum album Nicarinum mediocre, vel cereviſia defecata. 3. In motu & quiete, ut & 4. in ſomno & vigiliis teneatur modus. 5. Conſuetæ evacuationes reſpondeant naturæ ordini. Et 6. fortiores animi motus atque pathemata refrenentur. *Diæta.*

Quod dilectiſſimæ Conjugis affectum nephriticum concernit, eidem tam per remedia præſervativa quam curativa ſubveniri poteſt. *Nephritici affectus Curatio.*

Præſervativè 1. renes & ureteres certis temporibus per ſequentem potiunculam laxativam expurgari poſſunt. ℞. *Fol. ſen. el. ſ. ſt.* ʒiij. *Rhabarb. ver. Crem.* ♀. *ana* ʒß. *aq. malv. fragor. ana* ℥ij. *M. f. lenis ebullitio, in colatur. diſſolv. Mann. calabr. el.* ʒiß. *clarif. cum album. ovi, addendo ſub finem, aq. Cinnam. ſtill.* ʒj. *d. ad poculum.* Fortiora purgantia, ut nociva, omni ſtudio evitentur. *Pot. laxat.* *Fortior. purgantia in affectu nephrit. ſunt evitanda.*

2. Ductus atque canales renum & ureterum per continuum uſum remediorum appropriatorum à ſabuloſis impuritatibus vindicandæ, moleſtæque oppilationes atque obſtructiones præcavendæ, in quem finem ſequentia remedia commendantur. ℞. *Aq. contr. calcul. Fuchſ. ſaxifrag. petroſel. ononid. ana* ʒj. *Ocul.* ♋. *præp.* ℈j. *Syr. d. alth. Fern.* ʒß. *M. d. ad vitr. Doſis cochleare unum vel alterum, mane & veſperi aſſumendum.* Similem virtutem & efficaciam ſeq. etiam Pulvis habet. ℞. *Sem. chærefol. anis. fœnic. Coriandr. petroſel. ana* ʒß. *ſaxifrag.* ʒj. *pulv. liquirit.* ʒj. *ſacch. cand. alb.* ʒiiij. *M. f. pulvis, de quo ſinguli menſibus per quinque dies ante plenilunium* ʒj. *in vino calido bibatur, ac per horam unam poſt ſumptionem à cibis abſtineatur.* Præter hæc dicta etiam quotidianus *uſus maturarum baccarum juniperi*, ſi manè jejuno ſtomacho ſex vel ſeptem manducantur; ut & *pulvis Cremoris* ♀*ri & oculorum cancri* pari ponere mixtorum, in prima menſa cum brodio carnis quantum cultri cuſpide *Aq. nephrit.* *Pul. nephrit.* *Maturæ baccæ juniperi.* *Pulv. Crem. Tartar. & Ocul. canc.*

spide capi potest, sumptus, quin etiam syrupus de althea potui permixtus commendantur.

Clysteres. Curativè, ad dolorem demulcendum *Clysteres lenientes & domestici, ex lacte, decocto hordei, butyro, vitellis ovorum, oleisque lenientibus & anodynis parati; item, Oleum amygdal. dulc. vel per se, vel cum* ʒß. *spermatis ceti rec. permixtum, calideque bibitum*, nec non externè *insessus & semicupia ex herbis. floribus, radicibus & seminibus emollientibus parata*, itemque calidæ *inunctiones cum oleo amygdal. dulc. Unguento nephritico, dialtheæ, anodyno, & similibus*, deprædicantur.

Ol. amygd. dulc. cum sperm. ceti. Insessus & semicupia. Unguenta anodyna Thermæ.

Thermæ, & inter has etiam piperinæ, quia leniunt, emolliunt, demulcent, atque dolores abigunt, viasque ureterum & vasorum ad meliorem transitum materiæ sabulosæ & excrementitiæ lubricant, aperiunt, amplificant, & laxiores reddunt, prævia præparatione corporis, & observata bona Diæta, contemnendæ non sunt, & legitimè usurpatæ magnam utilitatem adferunt.

Et hæc sunt, quæ interrogatus de hisce affectibus admonere volui, Deus T. opt. Max. hæc remedia Divina sua benedictione secundet. Ulmæ Suevor. d. 10. Mart. 1691.

OBSERVATIO MED. LIV.

Horrenda ambustio à pulvere tormentario facta.

Casus.

ANno 1691. die $\frac{18}{2}$. Aprilis, (qui erat dies Sabbathi) Burtenbachii, Generosus Dominus Christophorus Sigismundus à Wöllvvart, Dominus in Laubach &c. ætatis suæ anno vigesimo sexto, cum gravida sua Conjuge, Domina Henrica Loysa, nata Schertlin à Burtenbach, &c. ætatis suæ vigesimo quinto, (Generosi Domini Ludovici Henrici Schertlini à Burtenbach,

bach, Domini in Geiſſingen & Stammheim &c. & Dominæ Annæ Catharinæ à Wöllvvart Filia) nec non Affine ſuo Domino Alberto Schertlino, ſedecim annorum, Conjugis ſuæ Fratre, & ſorore ſua prænobiliſſima Virgine Chriſtina Catharina à Wöllvvart, in Laubach, &c. Amita itidem Prænobiliſſima Virgine Maria Catharina Sophia à Wöllvvart in Bolſingen, concomitante ſuo ſervo & equorum curatore Georgio Sperlingio rhedâ vectus, in vicina Mola ſeu Officina propè fluvium die Mindel vocatum ſita, ubi pulvis nitratus ſeu tormentarius conficitur, (ut modum parandi ibidem viderent) circa horam undecimam antemeridianam appulit.

Et poſtquam in iſtam Officinam (quæ non multum ſpatii in ſe continet, ac circum circa aſſeribus affixis loco parietum clauſa, ſuperius verò usque ad tectum aperta fuit) veniſſent, prædictus Dominus Albertus Schertlin ibidem Examen pulveris tormentarii, quod priùs in hunc locum deportari juſſerat, (Germanicè eine Pulverprob / quod inſtrumentum eſt, cujus beneficio pulveris nitrati vis mediante incenſione per gradus probatur & examinatur, quo etiam percontari voluit, utrum pulvis ille tormentarius Burtenbacenſis an Nördlingenſis ſua efficacia prævaleret) apprehendit, & inconſideratè in hoc periculoſiſſimo loco, intra poſteriorem januam ſtans, incenſionem, ſed prima vice cum denegato ignis ſucceſſu intendit, ſecunda verò incenſionem promovet, qua facta, & vento flammam retrò in molam flante, eveſtigio quatuor Centenarii pulveris communis groſſioris (vulgò Muſquetenpulver) dimidius

item

item Centenarius pulveris subtilioris, (**Pürstbüchsenpulver**) & Centenarius unus cum dimidio salis nitri (summatim sex Centenarii) uno momento, præsentibus omnibus supranominatis Personis flammam conceperunt, à quo quasi fulmine omnes tegulæ planæ à tecto dejectæ, parietes ligneæ magno cum fragore effractæ, omnesque dictæ Personæ cum Opifice Jacobo Langio, qui in cribrando tali pulvere occupatus erat, miserrimè uno quasi ictu in terram dejecit, illorum facies, capillos, colla, aures, brachia, humeros, manus, digitos, latera, amborum etiam Dominorum pedes altius ambussit, pileos discerpsit, & vestimenta serica, ac exsubtiliori & rariore materia confecta, unâ cum induſiis accendit, atque combussit. Hæ Personæ omnes, Jovis quasi ignibus ictæ, maximoque terrore perculsæ, quamprimum se aliquantulum recollegerunt, per apertam posteriorem januam ardentibus vestimentis, currendo & rependo auffugerunt, &, (excepta Prænobilissima Virgine à Wöllvvart in Bolsingen, opifice, ac servo) in præterfluentem aquam ocyus ad collum usque se immerserunt, unde extractæ, omnes sic ambustæ, horrendissimè deformatæ, ac si assatæ aut fumo expositæ fuissent, rhedâ domum repetierunt, ibidemque in lectum ductæ ac deportatæ fuerunt. Inter has Personas ambo dicti Domini præ cœteris in facie & corpore enormiter læsi conspiciebantur, quorum alter, Dominus à Wöllvvart in Laubach, vir arte & Marte coruscans, subsequente proximo die solis, cum prius devotis precibus atque suspiriis animam Deo commendasset, ac spirituali viatico Sacramentali instructus

fuisset,

fuiſſet, præcedentibus variis peſſimis lethalibusque ſymptomatibus, vomitibus videlicet crebris, inquietudine, aſthmate, delirio, pulſu tardo ac debili, membris gelidis, ſudore frigido, deliquiis, &c. media nocte hora duodecima inter adſtantium preces, & Conjugis dulciſſimæ lacrimas & gemitus in tanto ætatis flore vitam cum morte mutavit, ac ſuum Affinem juniorem Dominum Schertlinum in maximo vitæ periculo reliquit.

Derelicta Conjux, Domina à Wöllvvart in Laubach, licet cum duabus dictis prænobiliſſimis Virginibus in facie, collo, auribus, humeris, manibus & digitis, itemque ſupra mammas valdè ambuſta fuerit, illæ tamen, quia dolor & exæſtuans ab ambuſtione calor per adhibita remedia mitigatus & extinctus fuit, ac eſcharæ per accedentem exulcerationem à ſana carne ſeparatæ ſunt, viresque bona ex parte rurſus conſtiterunt, ſpem ſalutiferæ reſtitutionis dederunt, quæ etiam cooperante & adjuvante Deo ſubſequuta eſt.

Opifex hujus nitrati pulveris, licet in facie & manibus æquè ac cœteri ambuſtus fuerit, (qui in reliquo ſuo corpore, ob cuſtodiam denſioris laneæ togæ illæſus manſit) ab adhibitis remediis priſtinam ſanitatem recepit.

Servus, ſeu equorum curator, qui dum incendium factum eſt, in limine anterioris januæ ſtetit, in facie quidem & manibus etiam ambuſtus, & auffugiens à delabentibus tegulis planis in capite & dorſo valdè percuſſus eſt, qui tamen brevi à hujus læſionis periculo evaſit.

Eo ipſo læſionis die, Ego cum Johanne Bartholomæo Heckhingio, Chirurgo Reip. Ulm. Xenodochiali exercitatiſſimo, ſub veſperam ad dictos Patientes vocatus ſum, quos per totam noctem equitantes, ſummo manè dicto modo horrendiſſimè læſos, & quaſi ſubaſſatos cum ſtupore invenimus, quibus ſequentia remediorum præſidia, internè & externè, adhibuimus & applicavimus.

Curatio.

Internè. Pot. ord. Pulveres propotu. Julapium.

ET quidem Internè, ad calorem æſtuantem extinguendum, 1. pro Potu ordinario talis pulvis ordinatus fuit. ℞. *CC. præp.* ℔. *tabulat. ana* ʒj. *ſacchar. albiſſ.* ʒij. *M. f. pulv. ſubtil. cum duabus menſuris aquæ fontanæ permiſcendus.* Item, ℞. ℔. *præp.* ʒvj. *Camphor.* ʒß. *M. f. pulv. cujus cochleare unum vel alterum cum menſura aquæ fontanæ una vel duabus permiſcendus.* Et Julapium ſequens. ℞. *Syrup. acetos. Citr. rub. Idæi, Berber. ceraſ. acidor. ana* ʒj. *Aq. acetos. plantag. cichor. ſemperviv. ana* ʒx. *ſpir.* ☉*-ol. rectif.* ℈iß. *M.*

Electuar. Theriacal ſudorif.

2. Ad vapores ſulphureos & nitroſos cum calore exæſtuante eliminandos, Electuarium theriacale ſudoriferum ſequens. ℞. *Rob. Sambuc.* ʒiiß. *Elect. Diaſcord. Fracaſtor.* ʒß. *Theriac. Androm.* ʒij. *Terr. ſigill. pileſ.* ℈iß. *Syrup. acetos. Citr.* ʒij. *M. f. Electuarium pro aliquot doſibus in aq. Card. bened. vel alio convenienti vehiculo propinandum.*

Aq. cordial. confort.

3. Ad Cor viresque roborandas, ſingulis decumbentibus *aqua Confort. Cordial. Offic. perlata per ſe, & cum CC. præparato, lap. Bez. or. & Confect. Alkerm. permixta, propinata,* & pro gravida Domina à Wöllvvart, talis aqua præſcripta fuit. ℞. *Aq. Offic. confort. perlat. Ceras. nigr. cordial. temperat. borrag. ana* ʒij. *Cinnam. Cydoniat.* ʒß. *Balſ. Embryon.* ʒj. *Lap. Bezoard. or. gr. vij. Margarit. præp. Corall. rubr. præp. CC. philoſ. præp. ana* ℈j. *Confect. Alkerm. incompl.* ʒj. *Syrup. granator. Man. Chr. perlat. ana* ʒß. *M. d. ad vitrum.*

Pro grabida.

Ambobus etiam dictis Dominis Patientibus, tam ad virium reſtaurationem, quam malorum ſymptomatum averſionem & ſublationem *Pilulæ Theriacæ cœleſtis, cum pulvere Bezoardico compoſito,* propinatæ fuerunt.

Pil. Theriac. cæl. & Pulv. Bez. comp.

Ad collum, faucesque leniendas & refrigerandas, *mucilaginem ſem. Cydonior. cum Syrupo violarum, addita tertia parte mellis roſarum,* deglutiverunt.

Syr. leniens & refrig. pro linctu.

Contra

Contra nauſeam & vomitum regioni ventriculi *Cataplaſma ex fermento, theriaca, & nuce myriſtica,* impoſitum fuit. *Cataplaſma ſtomach*

Et ad alvum lubricandam & aperiendam, *ſuppoſitoriis & clyſteribus domeſticis lenitivis ex melle roſato, butyro, vitellis ovi, Ol. roſar. & decocto hordei, addito pauxillo ſalis,* ſubventum eſt. *Suppoſitor. & Clyſteres.*

Externè, locis ambuſtis *Linimentum ſimplex, ex ſucco ſolani, Ceruſſ. litharg. Ol. roſar. &c. paratum.* Quin etiam *Ung. de litharg.* nec non *Emplaſtrum refrigerans ex melle, ſevo cervino, adipe ſuilla, Oleo lini, & minio conſtans, fuit impoſitum.* *Externè. Liniment. ſimpl Ung. de litharg. Empl refrig.*

Eſcharæ altius cuti ſubjectæque carni infixæ cum cute graviter ambuſta & corrugata, per modicam Cultelli inciſionem usque ad vivam carnem, (ut ſic remedia eò melius operari, ac ſanies corrupta exire queat) per chirurgum apertæ fuerunt. His itaque obſervatis atque peractis, res eò devenit, ut de præfatæ prænobiliſſ. Matronæ, & virginum antiqua generis nobilitate illuſtrium, reſtitutione amplius dubitandum non ſit.

Quod autem Dn. Albertum Schertlinum concernit, ille, ut ſuperius dictum, in mali principio, (quippe qui in ambabus manibus nigro-lividis & intumefactis, de quibus omnes ungues deceſſerunt, ſenſu, motu, & calore privatus, nec non viribus, & per intervalla ratione etiam deſtituebatur, quæ amiſſa omnia ſuperveniente ſomno cum admiratione revertebantur) in maximo vitæ diſcrimine verſabatur, poſtliminio vires ex parte recuperavit, ſed aures, naſus, palpebræ & labia per corrugationem deformata, oculi hiantes, quibus caro luxurians ſurſum ab inferiori palpebra ſurgens exitium minatur, digitique manuum, præſertim lævæ, contracti & incurvati ſunt; quæ omnia, niſi ſuccedente tempore per emollientia, Oleum videlicet amygdal. dulc. pingued. homin. fomenta, &c. emolliantur, luxuriantique carni per ſiccantia & obtundentia circa oculorum regionem ſuccurratur, vitam variis moleſtiis haud carentem tranſiget.

OBSERVATIO MED. LV.

Ulcera pedis dextri à ſanguine ſcorbutico & atrabilario provenientia, lethalia.

Morbus.

ANno 1691. circa initium Mensis Maji Johannes Manner, Mercenarius Ulmensis, Sexagenarius, habitus corporis gracilis & macilenti, temperamenti melancholici, cum manè signo tintinnàbulo dato ad consuetum laborem progrediebatur, momentaneo in platea acuto pungenteque dolore, dextrum pedem circa talum occupante afficiebatur quem præternaturalis calor & inflammatio cum ambulandi difficultate secuta est. Præfatus hic Patiens, cum domesticis primò remediis dictum pedem tractare tentasset, exinde non melius habuit, licet per tres adhuc septimanas, (ægrè quidem) ambulare potuerit, sed malum quotidiè, accedente magno, minoris præsertim pedis tumore, incrementum sumsit, tumorque concomitante atroci dolore & inflammatione, usque ad genu ascendit; quo facto, totus tandem pes ad ossa usque exesus, excavatus, & exulceratus, per multos cuniculos atque foramina putrilaginosam materiam magno cum & fermè intolerabili fœtore evomuit, rebus sic stantibus, & ad desperatum statum perventis, aliis frustra manum adhibentibus, in Nosodochium nostrum publicum delatus, ibidemque tam remediis internis, melanagogis videlicet, apozematibus antiscorbuticis & laxativis, decocto lignorum ac travmaticorum, roborantibus item & malignitati resistentibus, &c. quàm externè mundificantibus, putredinemque arcentibus, tractatus & deligatus fuit. A quibus tamen desideratum curationis successum non expertus est,

sed

ſed gangrænoſam putredinem Sphacelus livido ac ſubatro colore tinctorum omnique ſenſatione carentium digitorum pedis, febrisque putrida cum rigore periodico excepit; cum quibus ſymptomatibus dextri brachii dolor movendique impotentia cum dolore ſiniſtri pedis punctorio, magnaque totius corporis atrophia, (quæ omnia pedis affecti abſciſſionem diſſuadebant) acceſſit; à quorum malorum ſyndrome atque Congerie Patiens indies magis magisque defatigatus viribusque exhauſtus ſeptimæ hebdomadis ab invaſione decurſu, ſecundum Hippocratis elogium, quod Ulcera ab atra bile provenientia plerumque ſint incurabilia, inter preces adſtantium vitam cum morte mutavit.

OBSERVATIO MED. LVI.

Colicam convulſivam bilioſam pertinaciſſimam, peſſima ſymptomatum Syndrome concomitatam, & feliciter curatam exhibens.

Caſus.

ANno 1691. Matrona quædam honeſtiſſima, conſanguinitate mihi proximè juncta, temperamenti ſanguineo-cholerici, habitus corporis mediocriter craſſi, coloris in facie roſei, & ſanæ aliâs complexionis, annos quinquaginta duo cum dimidio habens, tempore vernali de capitis dolore & vertigine con-

queſta eſt, quam etiam non rarò ſpaſmus in pedibus divexavit: Subſequente æſtate, cum fœnum falce in duobus hortis ſat ſpatioſis demeteretur, illa cum ſuis domeſticis in fœnificio liberrimo & ſpontaneo motu ſibimetipſi multum laboris in eradendo raſtillis fœno, pyra midibus exſtruendis, fœnum furculis verſando, in ſeriem contrahendo, &c. impoſuit, inter quem laborem exæſtuans & defatigata è præſenti puteo inſignem aquæ frigidæ quantitatem ingurgitavit, ſtomachumque cum inteſtinis haud parum læſit. Poſtea in Feſto S. Johannis Baptiſtæ ob levem cauſam ad iracundiam excitata, & ob inſecutum ſubitaneum terrorem valdè perculſa fuit, ubi ſtatim, (uti ipſi videbatur, catarrhalem materiam uno quaſi impetu è capite ad ventriculum, & poſt horæ quadrans ulterius ad umbilici regionem cum ventriculi perturbatione & colicis doloribus ruere ſenſit, quem dolorem adhuc ambulans quatuordecim dies ſuſtinuit, poſtea ineffabilibus, lancinantibus & pulſantibus circa umbilicum à materia bilioſa & acido-corroſiva in plexibus nervoſis coli inteſtini contenta & impacta, fixis doloribus, induſium circa locum affectum continuo motu concutientibus, exortis, in lectum dejecta, & ſine omni interſtitio ac induciis per dies & noctes, ſomno totaliter deſtituta, usque ad Feſtum Divi Michaelis cruciata fuit: In quo tempore ob ventriculi conſenſum omnis appetitus ad cibum proſtratus, cibusque ac potus ſtatim cum inſequente Cardialgia rejectus fuit. Præter hæc, in ſiniſtro latere circa regionem lienis tenſio & inflatio dolorifica exorta eſt, quam uteri murmura doloresque ſyncoptici, ſubitaneam

mortem

mortem ſæpius minitantes, exceperunt. Febris inſuper intermittens putrida, octo vel novem ſeptimanas durans, cujus paroxyſmi ſingulis noctibus præcisè circa horam decimam tumultuarunt, acceſſit, quæ tota altera die usque ad horam ſextam veſpertinam perduravit, ac Patienti, concurrentibus præfatis continuis doloribus colicis, convulſivis & ſpaſmodicis, omnes vires, ipſamque carnem exuit. Et quia ſuſpicabatur, quod forſan menſium defectus & ceſſatio etiam aliquid ad hujus mali complicati atrociam contribuere poſſit, circa Feſtum Archangeli Michaelis ambæ venæ ſaphenæ in pedibus, ſectæ & apertæ ſunt, poſt quam venæſectionem tota die, ob Mariti abitum & peregrinationem mœſta ac contriſtata, ſinè omni cibo ac potu decubuit, tandemque languida aliquantiſper obdormivit; Poſt ſomnum expergefacta, horrenda Arthritide omnes artus & membra, brachia, manus, & pedes cum incredibilibus doloribus infeſtante, correpta fuit, nec ullum membrum ſine adſtantium & clinicorum adminiculo movere potuit, ſed à Filiola natu minima cibata, quaſi ſtatua immobilis in lecto decubuit; qui affectus ægrotam cum inſigni atrophia corporis ad usque Cineralium vernale tempus inſequentis anni cruciavit, adeoq; defatigavit, ut in Feſto die Palmarum manum adhuc nec capiti admovere, nec brachia ſurſum attollere, nec lorum nectere vel ligare potuerit. Toto decubitus tempore alvus pigerrima fuit, quæ ſæpius & multoties remediis proritari neceſſe habuit. Elapſo hoc tempore, vires qnodammodo per Dei gratiam incrementum ſumſerunt, illaque è lecto ſola ſurgere, ambulare, ac mu-

nia Oeconomica succeſſivè obire cœpit, appetitus ad cibum cum ſomno naturali rediit; in exteriori manuum adhuc infirmorum media ſuperficie tumor valdè ſenſibilis, tactumque ægrè admittens ſe prodidit, qui procedente tempore ganglii inſtar induruit, & hactenus cauſa fuit, quo minus tres poſteriores digitos rectè, ſine cœterorum digitorum juvamine aperire atque extendere potuerit; Proximè præteritis diebus Pentecoſtalibus, (licet de cœtero Oeconomia microcoſmica rurſus naturaliter conſtituta ſit,) manus & brachia adhucdum debilia identidem dolores periodicos ſenſerunt, quapropter ad plenariam, Deo Duce, recuperandam bonam valetudinem aquarum mineralium Krumbacenſium uſum præmeditato conſilio elegit.

Curatio.

PEriculoſiſſimi hujus affectus, (qui multis experientiſſimis Medicis deploratus & deſperatus videbatur) ingruentiumque ſymptomatum curationem quod attinet.

Colic. Pot. anodyn. I. Colicæ ſtatim ab initio ſeq. potiuncula pro duabus vicibus ad dimidiam partem ſumenda, ſubventum eſt, ℞. *Tripher. magn.* ℥ß. *Croc. Or.* ʒß. *Macis* ℈j. *vin. Malvat.* ℥ij. *M.f. potio pro 2. doſibus*; qua ſumpta potiuncula melius quidem habuit, ſed poſtliminio præfatus dolor recruduit, quem repetita hæc potiuncula non adimebat, quapropter illum ſeqq. clyſteribus refrenare moliebatur. *Clyſter.* ℞. *Herb. ſ. emoll. ana* Mß. *Rad. alth. lil. alb. ana* ʒij. *ſem. lini, fœnugr. ana.* ℥ß. *M.f. decoct. cum brod. Carn.* ℔j. *Colatur.* ℞. ℥vj. *in qua diſſolv. Elect. lenit. Florenz. diacathol. ana* ʒvj. *Mell. roſ. colat.* ℥j. *Ol. lini* ℥ij. *vitell. ovor. num. 2. f. Clyſter.* Qui applicatus, ad affectum locum prima vice cum levamine aſcendit; ſed *poſteriores omnes ex brodio carnis & lacte vaccino cum floribus chamomillæ alterato, & cum Oleo lini ac vitellis ovorum permixto, nec non puro Oleo lini vitellisque ovorum conficiebatur*, doloris punctum atque ſedem non attigerunt, ſed ſine omni auxilio & ſolatio ſtatim poſt applicationem effluxerunt.

Clyſteres domeſt.

Præter

Præter clyſteres, ad expellendam morbi cauſam atque materiam peccantem, Syrupo de cichorio cum rhabarbaro, & diaſereos Andernaci, cum permixto pulvere radicum Jalappæ uſa eſt, qui autem, præter conſuetudinem, nullum effectum monſtravit; Hinc, per ſequentem potiunculam ſæpius conſolata, alvusque ſubducta fuit. ℞. *Fol. ſen. el. ſ. ſt. ʒiij. Rhabarb. ver. Crem. ♀. ana ʒß. Aq. Ceras. nigr. ʒiiij. M. f. lenis ebullitio, in Colatur. diſſolv. Mann. Calabr. el. ʒiß. M. f. potio.* Ad fortiora purgantia, ne malum, (ut multi Medici dehortantur) exacerbetur, progredi inconſultum duxi, ſed firmiter credo, ut infra patebit, ſi materiam illam bilioſam & acido-vitriolatam ſtatim in morbi principio, antequam ſeſe nervoſis plexibus inteſtinorum tam firmiter inſinuaſſet, aggreſſus fuiſſem, quod malum nunquam ad talem ferociam degeneraſſet. Ex Conſilio celeberrimi cujusdam Medici, ad acidum hocce vitriolatum & corroſivum eradicandum, tali Tinctura (aliâs proficua) uſa eſt, ℞. *Spir. ⊖is ✱ iac. chalybeat. ʒß. flaved. cortic. arantior. minutiſſ. conciſor. ʒij. ſtent infuſa per aliquot horas, poſtea fortiter exprimantur, cui expreſſioni add. Eſſent. arantior. ʒj. M. d. ad vitr. cujus guttæ ſex vel ſeptem una vice in aqua carminativa ſumantur*, ex cujus uſu malum eveſtigio exaſperatum fuit, ita ut Patiens hocce remedio amplius uti noluerit; Et poſtmodum experientia docuit, quod omnia ſpirituoſa atque volatiliſantia hoſce dolores colicos auxerint, proinde ab his omnibus totaliter abſtinere coacta fuit: Nec Electuaria anodyna ac opiata conduxerunt, ſed malum potius aggravârunt. *Oleum quoque amygdal. dulcium, nec non Ol. Olivar. & Ol. lini* aliquoties, ſed ſine ſingulari fructu, bibit.

Potio laxat. nigr.

Tinctur.

Electuaria anodyn. & opiata malum aggravarunt.

Ol. amygd. Oliv. & lini.

Ad atrociſſimos hoſce dolores compeſcendos, nullum remedium majus ſolatium attulit, quam *Pilulæ Theriacæ cœleſtis, & Pulvis lapidis Bezoardici Orientalis*, quarum pillularum una vice grana quatuor, & Pulveris lapid. Bezoard. Or. grana quinque in vino Malvatico ſumſit, ac per aliquod temporis ſpatium aliquale levamen ſenſit atque quievit. Externè, *inſeſſus ac balnea, herbis, floribus, radicibus & ſeminibus emollientibus ac anodynis impregnata*, nec non diverſos *ſacculos furfuribus, ſemine carui & ſale toſto impletos*, ventrique impoſitos, quin etiam *veſicam bubulam lacte, herbis, floribus & ſeminibus alterato repletam* & applicatam, ut & *Olea, emplaſtra, & Unguenta lenientia*, (ſed omnia ſine ſingulari commodo) uſurpavit.

Pil. Theriac. cœleſt. & Pulv. lap. Bez. Or. optima in hoc affect. remedia.

Externa varia.

II. Ad Cardialgiam auferendam, ſtomachumque roborandum, *Electuarium ex Conſerva menthæ, Elect. Diacydon. ſimpl. Theriaca Androm. & Philonio Romano, cum Syr. papav. err. invicem mixtis*, Item *Elix. Propriet. Paracelſ. & Trageæ ex Cinnam. Nuce moſchat. Macere, Caryophyll. Corall.*

Cardialgiæ ablatio. Trag.

Corall. rubr. præp. CC. præp. & ſaccharo propinata ſunt, quæ tamen (exceptis Trageis) ferre non potuit. Pilulas Theriacæ cœleſtis, ac vinum Hiſpanicum & Malvaticum, cochleatim ſumptum, non ſine levamine & refectione virium toleravit. Externè *Emplaſtrum ſtomachicum de cruſta panis, & de Tacamahac, cum Ol. maſtich. & cydon. malaxatum*, item *Cataplaſmata ex tritis cruſtis mellitis, aromatibus mixtis, vinoque Hiſpanico ad formam pulmenti coctis*, adhibita, regioque ventriculi *Oleo nuciſtæ* inuncta, pulvillisque calidis ſemper munita fuit.

Pil. Ther. cœl.

Externa varia.

III. Contra hypochondrii inflationem & dolores punctorios in ſiniſtro latere ſub coſtis ſpuriis circa regionem lienis, Patiens internè *Cremore ♃ri, cum Oculis ♋. permixto*; externè, inunctione cum *Ol. chamomill. & de capparibus*, nec non *Emplaſtro de meliloto, cerato de ammoniaco permixto, oleoque de Capparib. malaxato*, uſa eſt.

Hypochond. ſiniſtr. doloris medela.

Crem Tart c. ocul. canc. Ol & Empl.

IV. Ulteri vaporibus tetris & malignis cor caputque petentibus, animique crebriora deliquia invehentibus, internè aquis Cordialibus & hyſtericis, ac *Tinctura Bezoardica Michaelis*, (quam ferre non potuit) inprimis verò *pilulis theriacalibus cœleſtibus*; externè verò *aqua odorifera Reginæ Hungariæ*, (Eau de la Reyne d' Hungarie quæ illam toto decubitus tempore optimè refecit, ſubventum eſt.

Hyſter. paſſion.

Curatio

Aq Cord. & hyſter.

Pill Ther. cœl

Eau de la Reyne d' Hungrie.

V. Febris ſeqq. pulveribus, antifebrili & bezoardico, alternatim ſumptis, felici ſucceſſu expugnata fuit. ℞. *CC. philoſ. præp. Corall. rubr. præp. Ocul. ♋. præp. Ebor. ſine aq. calcinat. Magiſt.* ♄. *ana* ʒiß. *M. f. pulv. de quo ante horam paroxyſmi* ʒß. *in aqua Cordiali ſumatur.* Pulvis vero Bezoardicus compoſitus fuit talis. ℞. *Gelatin. CC.* ʒj. *Ebor. rec. in alcohol redact.* ʒiß. *Matr. perl. præp.* ʒß. *Ocul. ♋. præp.* ʒj. *Lap. Chryſolit. præp.* ℈ij. *Lap. Bez. Or.* ℈j. *Spec. diamarg. frig.* ʒiß. *ſal. Corall.* ℈ß. *M. f. pulvis* priori modo utendus.

Pulv. Bez.

Arthrid. Curatio.

VI. Ad Arthritidem, (poſt tuſionem venarum ſaphænarum, materia, videlicet peccante ſale volatili ſcorbutico imbuta, & cum ſanguine à centro ad peripheriam partesque externas propulſata, obortam) exterminandam, internè, manè drachmam unam, & veſperi circa horam quartam drachmam dimidiam, de ſequenti pulvere arthritico cum aqua ſerpilli lumbricata ſumſit. ℞. *Lumbric. terr. præp.* ʒß. *CC. philoſ. præp. Ungul. alcis. præp. ana* ʒij. *ſem. aquileg.* ʒj. *Ol. nuc. moſch. expr. gr. iiij. ſacch. finiſſ.* ʒiß. *M. f. pulv. ſubtil.* Quocirca etiam repetitos ſudores movit. Externè, pedes, manus, & brachia *axungia humana, Unguentis anodynis, Cataplaſmatibus, Ol. chamomill. lumbricor. & anethi, invicem mixtis, Spiritu lumbricorum*, &c. inuncta, & continua impoſitione *ſacculorum furfuribus calidis repletorum* mitigita fuêre, à quibus remediis dicta incommoda omnia in meliorem ſtatum redacta fuerunt.

Pulv. arthrit.

Externa varia.

Quia

Quia vero adhucdum cibos, præſertim verò carnes averſabatur, & abhorrebat, ac continua nauſea cum propenſione ad vomitum ægram torquebat, alvusque naturale ſuum Officium facere recuſabat, ſtomachusque continuè dolebat, ac proinde materiam vitioſam, putrilaginoſam & corruptam plicis ventriculi tenaciter impactam eſſe non ſine ratione ſuſpicabatur, Patiens diſtinctis vicibus ac temporibus *Syrupi Emetici Angel. Salæ* ℥j. *hauſit*, ac materiam ſpumoſam, viſcidam, bilioſam & porraceam, optimo cum ſucceſſu ac levamine, copioſiſſimè evomuit. *Syrup. Emet.* Tandem, ſeq. ſacculum laxativum quinque vini quartariis immerſit, ac quotidiè manè jejuno ſtomacho dimidium quartarium bibit. ℞. *Herb. abſynth. Card. bened. Centaur. min. agrimon. ſcolopendr. capill.* ♀. *chamædr. fumar. ana* pj. *Rad.* 5. *aper. maj. ana* ℥j. *helleb. nigr. præp. calam. aromat. Garyophyllat. ana* ℥ij. *Cortic. tamariſc. cappar. ana* ℥ij. *Rhabarb. ver.* ℥iij. *fol. ſen. el. ſ. ſt.* ℥j. *Jalapp. Turpeth. opt. Agar. troch. polypod. qu. ana* ℥ij. *Cinnam.* ℥j. *Macis* ℈j. *Crem.* ♀. ℥ij. *chalyb. cum* ♁. *præp. & in petia ligat.* ℥j. *M. f. cum Syndon. alb. nodulus.* *Sacculus laxat.* Quod vinum medicatum optimè conduxit, appetitus cum ſomno naturali antea per multas ſeptimanas interrupto, rediit, alvus naturaliter reſpondit, corpus quotidiè cum viribus incrementum ſumſit, & ſic per Dei gratiam, præter cunctorum ſpem ac expectationem, convaluit.

Toto decubitus tempore hypocauſtum fuit tolerabiliter calidum, cibi facilis concoctionis & confortantes, ſed ob anorexiam & nauſeam pauci; Potus *Decoctum CC. hordei, prunorum & paſſul. minor. cum ſem. anis. & fœniculi, ut & vinum album Niccarinum*, quod ferre potuit, ac ab illo, (quia cibos ſumere non poterat) vires recepit & conſervavit. *Thermæ Krumbacenſes* ex voto profecerunt, ita, ut jam ſtabilis futuræ ſanitatis nullum dubium exiſtat. *Diæta.* *Potus Ord.* *Thermæ Crumbacenſ.*

OBSERVATIO MED. LVII.

Inteſtinorum ex hernia prolapſus, accedente iliaca paſſione, lethalis.

Morbus.

ANno 1691. Menſe Julio, Virgo quædam herniosa, cum duriora S. V. alvi excrementa in loco consueto magno ac violento conamine excernere tentaret, periculosum intestinorum in sinistro inguine cum volvulo prolapsum, quem per unum alterumve diem conticuit, passa est, quem magnus circa partem affectam dolor, alvi constipatio, ructus, vomitus, ventris inflatio, inquietudo, virium lapsus, aliaque pessima symptomata comitabantur. Quæ prolapsa intestina exercitatus quidam chirurgus, sicuti etiam alius, adhibitis prius emollientibus remediis, sed frustraneo labore, reponere conabatur; Quapropter & ego ad ferendum consilium & auxilium ad dictam Patientem vocatus sum, cui sequentia remedia successivè usurpanda ad intestina emollienda, lubricanda, relaxanda ac reseranda, adque repositionem disponenda, alvique feces educendas, dictaque symptomata auferenda, præscripsi. Ex quibus die 7. Julii tale Enema fuit applicatum.

Enema. ℞. *Herb. 5. emoll. ana Mß. flor. chamomill. summit. aneth. ana Mß. Spec. decoct. carminat. ʒß. Sem. lini fœnugr. ana ʒij. mixta ebulliant. in decocti hordei ſ. q. Colatur.* ℞. *ʒvj. in qua dissolv. Elect. diacathol. lenitiv. Florenz. ana ʒß. Spec. hier. picr. Gal. ∋ß. Ol. lini ʒij. vitell. ovor. num. 2. salis pauxillum f. Clyſter.* Die 8. Julii, postea per totum fermè decubitus tempus, repetitis vicibus, seq. Clyster fuit injectus. ℞. *Decoct. hord. ℔j. Ol. lini ʒiij. vitell. ovor. num. 2. M. f. Clyſter.* Eodem die etiam *insessus & sacculi pro fomento* ex seqq. herbis, radicibus & seminibus emollientibus parati sunt. ℞. *Herb. 5. emoll. ana Miij. Flor. chamomill. summit. aneth. ana Mij. Rad. alth. lil. alb. Sem. lini, fœnugr. ana ʒß. M. & conciſ. d. ad chartam.* Die 9 Julii, internè ad alvum lubricandam ac aperiendam sequenti potiuncula usa est. ℞. *Ol. amygdal. dulc. rec. expr. ʒij. in quo dissolv. Mam. Calabr. el. ʒj. Sperm. Cet. rec. ∋j. M. f. potiuncula calidè haurienda;* cui etiam ad vires reficiendas cochleare unum atque alterum de sequenti aqua confortante propinatum fuit. ℞. *Aq. 3. Cordial. ana ʒj. confort. Offic. perlat. ʒj. Cinnam. buglossat. ʒij. Matr. perlar. præp. Corall. rubr. præp. ana ∋ß. Conf. Alk. incompl ʒß. Syr. viol. flor. tunic. ana ʒij. Man. Chr. perlat. ʒj. M. d. ad vitr.* sed his dictis repetitis remediis, ac manuali operatione sæpius tentata, intestina neque reposita, neque transeundis fecibus pervia facta sunt, sed cibi ac medicamenta per os ingesta, quando transitum per intestina non invenerunt, corrupta, porraceo & subatro colore tincta per vomitum rejecta sunt. Die 10. Julii, ad ventricu-

Clyſma.

Herb. & Spec. emoll. pro foment. & balneo.

Potio laxativa.

Aq confort.

triculum roborandum internè talem mixturam, quæ etiam in forma pilulari data, eſt, aliquoties cum levamine ſumſit. ℞. *Theriac. cœleſt. gr. iiij. Extr. laudan. opiat. Parac. incompl. gr. j. diſſolv. cum aq. confort. perlat. ʒß. fiatque potiuncula brevis.* Et ℞. *Vin. Cydon. ʒiiij. Syr. d. agreſt. ʒj. f. mixtura cochleatim ſumenda.* Externè ſtomachi regio Oleo nucis moſchatæ inuncta fuit; cui etiam ſeq. Emplaſtrum conduxit, ℞. *Empl. d. cruſt. panis, de tacamahac. ana ʒiiß. Ol. nuciſt. rec. expr. ℈j. M. & malax. cum Ol. maſtich. extend. ſuper aluta, fiatque Emplaſtrum regioni ventriculi imponendum.*

Potiuncula confort.

Succus ſtomachicus.

Empl. ſtomach.

Die 11. Julii patiens de deglutiendi difficultate conqueſta eſt, quapropter ipſi ſeq. Linctus cochleatim ſumendus ordinatus fuit. ℞. *Mucilag. ſem. cydon. ʒj. Syr. viol. ʒiß. Mell. roſ. col. ʒß. M.*

Linctus.

Die 12. Julii, aqua confortante ſuperius allegata refecta eſt, ſacculique pro pulſibus in aqua refectoria made faciendi præſcripti fuêre. ℞. *Spec. pro epithem. Cord. ʒß. divid. in duas part. æq. fiantque cum ſyndone rubro 2. ſacculi interpaſſati.* ℞. *Aq. borrag. ʒiß. bugloſſ. Cinnam. meliſſ. ana ʒj. odorif. Fuchſ. ʒvj. acet. roſar. ʒß. M. d. ad vitr.*

Saccul. pro pulſibus.

Aq. refectoria.

Die 14. Julii, contra dolorem & inflationem ventris, *Oleis lumbricor. chamomill. & anethi*, invicem mixtis, calidèque inungendis, uſa eſt. Quo die etiam aliis adhibitis remediis huc uſque nil quicquam proficientibus, ad reſeranda inteſtina ☿ *ii vivi ʒvj. in oleo amygd. dulc.* hauſit, quæ tamen æquè ac alia remedia non penetravit, ſed in loco arctiſſimè convolutorum inteſtinorum manſit. Reliquis diebus, confortantibus, cordialibus, & ſtomachicis corroborata fuit.

Olea anodyn.

Mercurius vivus.

Die 30. Julii, ad calorem præternaturalem totius corporis, procul dubio à gangrænoſa inteſtinorum inflammatione provenientem, reſtinguendum, aquam Lunæ cum Julapio violarum mixtam cochleatim ſumſit.

Die 31. Julii, aſthma Patientem divexavit, cui *aquis pectoralibus & aſthmatis, Ceras. nigr. hyſſop. flor. acac. Veron. aſthmat.* &c. ſubventum eſt. Interim Patiens, cui inteſtina per manum chirurgi reponere, ac per dicta remedia recludere impoſſibile erat, indies magis magisque viribus exuta & debilior facta, vitam, poſt quatuor à prolapſu inteſtinorum ſeptimanas, cum morte commutavit.

Aq. aſthmat.

De inteſtinorum procidentia exhernia in mulieribus vid. Guilelm. Fabric. Hildan. Centur. 6. Obſerv. 37. pag. 723. & eâdem Centur. Obſ. 70. pag. mih. 780.

OBSERVATIO MED. LVIII.

Sphacelus pedis dextri febrem malignam insequens.

Morbus.

ANno 1694. Mense Martio, Jacobus Gassenmeyer, Adolescens viginti annorum in Pago Aselfingen, territorii Ulmensis, febre petechiali correptus est, quo morbo patiens, (necessariis mediis ac remediis destitutus) per integrum mensem decubuit; interea temporis malignitas non solum massam sanguineam cum humoribus sensibiliter inquinavit atque corrupit, sed etiam natura hujus peregrini hostis impatiens, materiam & corruptam per μετάςασιν seu translationem à partibus nobilioribus internis ad partem ignobiliorem externam, pedem videlicet dextrum per malam crisin ablegavit; quo facto, dictus ægrotus magnos & acutissimos à caustica materiæ peccantis acredine nervos partesque circumjacentes corrodente ac continuitatem partium solvente dolores sensit, quos post debellatum & extinctum calorem nativum summa pedis frigiditas, cum cutis subjectæq; carnis, ossiumque corruptione ac putredine, nec non cadaveroso fœtore & nigredine secuta est, unde partis sphacelo affectæ & destructæ insensibilitas, cum tibiæ & fibulæ denudatione exorta, totusque pes, excepta spithamæ infra genu la-

nu latitudine, mortuus quasi & corruptus, octava post morbi invasionem septimana extitit. In interiori parte femoris, quatuor transversos circiter supra genu digitos, tumor ovi anserini magnitudine apparuit, qui identidem sanguinem corruptum ad partem pedis affectam demisit, per eandemque evomuit, postea subsedit, sed paulò post per affluxum alia novâ hujus farinæ materiâ refertus est, certum signum, totam massam sanguineam adhuc putrilaginosa malignitate tinctam & inquinatam esse, quod etiam virium debilitas, pulsus celeritas, totiusque corporis macies indicavit. Rebus itaque sic stantibus, præfatus Patiens, Amplissimo Magistratu consentiente, Ulmam deportatus, ibidemque in Xenodochio die 24. April. per Joh. Bartholomæum Heckhingium, Reip. Chirurgum salariatum pes abscissus, tumorque femoris per sectionem apertus fuit; Qui ægrotus postea Deo juvante per adhibita interna & externa legitima remedia ex voto curatus, pristinæque bonæ valetudini restitutus fuit.

OBSERVATIO MED. LIX.

Ulcus phagadænicum febrem diuturnam insequens, ac interiores oris partes cum facie corrumpens.

Morbus.

Morbus.

ANno 1694. Georgii Boschen, rustici in Aselfingen filia viginti annorum, quæ per tres anni quadrantes febre tertiana laboravit, tandem ob viscerum principaliorum, præsertim sanguificationi dicatorum, læsionem, humorumque corruptorum acri-salinorum malignitatem redolentium in tubulis stagnationem & corruptionem, exulceratione phagadænica in interioribus oris partibus correpta est, quæ mediantibus salinis, corrosivis, arsenicalibus, & acerrimis particulis, gingivas, palatum, laryngem, aliasque partes vicinas ac circumjacentes ita exedit, ut neque cibum liquidiorem masticare, neque deglutire amplius potuerit; Superiora ac inferiora labia farciminum instar erant intumefacta, palpebræ monstrosa magnitudine oculos firmiter claudebant, nasus horrenda densitate luxuriabat, bucculenta insuper erat, ac in medio maxillæ sinistræ macula livida imperialis magnitudine apparebat, ex ore horrendum fœtorem, (qui insignis putredinis & offium corruptionis index) spirabat, pulsus erat debilis ac vires deficiebant, cui die 16. Aprilis, quo ad illam à Parentibus vocatus sum, nil nisi aquam cordialem confortantem & linctum ex Syrupis corroborantibus & refrigerantibus præscripsi, hoc prognostico addito, quod dira hæc exulceratio phagadænica, nisi mors proximè intervenerit, totam faciem consumptura sit.

Quapropter contristati Parentes Deum Ter Opt. Max. pro liberatione hujus miserrimæ suæ filiæ per placi-

dam

dam mortem invocarunt, qui etiam eos benegniſſimè exaudivit, ægrotamque ea ipſa poſt meam viſitationem ſeptimana ex hac miſeriarum valle ad jubilæa cœleſtia avocavit.

OBSERVATIO MED. LX.

Cancer exulceratus ingentis magnitudinis, quatuor pondera Civilia habens, Fœminæ in ſiniſtri femoris ſuperiori parte exciſus.

Morbus.

ANno 1691. Menſe Junio, Dorothea Lauterin, Sebaſtiani Lauteri Operarii Altheimenſis Conjux, ingentis molis cancro exulcerato, ac ſiniſtri femoris ſuperiori parti externæ affixo & pendulo, affecta, Ulmam veniebat, ac ad tollendum hocce horrendum malum manus auxiliatrices implorabat; quæ Patiens ex juſſu & cum conſenſu Superiorum in Noſodochium publicum recepta, meæque ac Chirurgi ordinarii Joh. Bartholomæi Heckhingii curæ demandata fuit, cui, inſpecto hoc tumore duro, ſcirrhoſo, inæquali, tactui renitente, exulcerato, ac tetrum odorem de ſe ſpirante, indicavimus, quod hoc malum aliter, quam ſectione, (præmiſſis tamen remediis purgantibus, alterantibus, corpusque ad hanc operationem præparantibus) curari nequeat; in quem finem etiam ægrotæ conſentienti ſeqq. remedia ordinata fuêre. 1. Ad pravos humores expurgandos. ℞. *Gumm. gutt. Rad. Jalapp. ana* ℈ß. *Crem.* ♀. ℈j. *diagryd, corr. gr. v. M. f. pulvis unâ vice ſumendus.* *Pulv. purg.* Et, ſeq. Apozema. ℞. *Herb. agrimon. Card. bened. Centaur. min. acetos. fumar. ſcordii, ſcolopendr. ana* pj. *Rad. Cichor. Helleb. nigr. præp. polypod. querc. fœnic. ana* ʒij. *Rhabarb. ver.* ʒiij. *fol. ſen. el. ſ. ſt.* ʒvj. *Agaric. troch. Jalapp. Turpeth. opt. ana* ʒij *Cinnam. acut.* ʒj. *Crem.* ♀. ʒij. *Sem. 4. frig. maj. ana* ʒß. *anis. fœnic. ana* ℈ij. *M. & concis, ſacculoque incluſ.* *Apozema.*

f. c. aq. mellis ℔vj. *(vel Menſur.* jß.*) lenis ebullitio, de cujus colaturà quotidie* ʒv. *jejuno ſtomacho bibantur.*

Spec. pro potu Ord.

2. Pro potu ordinario. ℞. *Scob. Lign. ſaſſafr. Rad. chin. ana* ʒß. *Herb. Veron. agrimon. ana* Mß. *Cinnam. opt.* ziß. *ficuum. num. v. Liquir.* zij. *paſſul. min.* ziß. *Sem. anis. fœnic. ana* ʒß. *M. & concis. coq. cum aq. fontan.* ℔viij. *(vel Menſur. duabus) ad tertias.*

His itaque præmiſſis die 2. Julii ſectionis operatio ſequenti modo peracta fuit. Cum Patiens tabulæ ligneæ ſupina impoſita & alligata fuiſſet, chirurgus ſupra nominatus acum fortiorem, acutiſſimam ac longam, filo duplicato craſſiori inſtructam per mediam cancri baſin trajecit, cancrum læva manu attulit, ac ſcalpello acutiori, à ſuperiori parte deorſum, hinc ab inferiori parte ſurſum, ac denique ab utroque latere ad centrum & radicem usque ſecando, extirpavit, quam operationem magna hæmorrhagia inſecuta eſt, quæ, poſtquam ſanguis aduſtus & atrabilarius è proximis venis effluxiſſet, remediis ſtegnoticis non ſufficientibus, per cauterium actuale ferrumque candens venis ac arteriis, applicatum, ac tandem etiam per manuum per aliquot horas, (interpoſitis ſtuppis remediis ſtegnoticis imbutis) fortiorem applicationem ac compreſſionem ſopita fuit; inter quod temporis ſpatium Patiens una alterave vice lipothymiam non ſine periculo vitæ paſſa eſt, ſed mediante ſequenti aqua Cordiali, ut & refectoria,

Aq. cordial. refocillata fuit. ℞. *aq. Confort. perlat. Offic. borrag. bugloſſ. Cordial. temperat. ana* ʒj. *Cinnamom. bugloſſat.* zij. *Conf. Alkerm. incompl.* ℈j. *Corall. rubr. præp. Carneol. præp. anagr. xv. Syr. granator.* ʒß. *Man. Chr. perlat.* zij. *M.*

Aq. odorif. *de qua repetitis vicibus cochleare unum vel alterum propinetur.* Et, ℞. *Aquæ odorif. Fuchſ. Aq. vit. Mulier. ana* ʒvj. *acet. rutac.* ʒß. *Spir. Cephal. Anhalt. incompl.* ʒj. *M. pro temporum ac narium illinitione.* Factâ deinceps decenti deligaturâ, poſt aliquot dies tuberculum, quod in medio fermè partis ſectæ conſpiciebatur, itidem per ſcalpellum, radicitus extirpatum, atq; remedia ſiccantia cum linteamentis carptis parti vulneratæ impoſita fuerunt. Intra Curationis tempus laxativo ad repurgandum corpus & ſanguinem, aliquoties uſa eſt, nec roborantia neglecta fuerunt. Quibus adhibitis remediis, & obſervata bona Diæta, præfata Patiens præterfluxis tredecim ſeptimanis, feliciter reſtituta, vulnusque à cancro exciſo relictum optimè conſolidatum fuit.

OBSERVATIO MED. LXI.

Fractura tibiæ & fibulæ in dextro pede cum vulnere, lethalis.

Casus.

ANno 1691. die 7. Novembr. qui erat dies Sabbathi, Sebastianus Zeller, miles Ulmensis, quadragesimum octavum annum agens, cum ad reparandum aggerem penes mænia, de maximo vastoq; terræ cumulo superius propendente palâ currui manuario unicâ rota instructo (Germ. **Schiebkarren**) portionẽ injicere, ac ad opificium abducere vellet, hancq; suam operam sub tanta suo capiti imminenti mole (spreta suorum commilitonum adhortatione ut aufugeret) sedulò ac industriè prosequeretur, ecce, tota illa moles in superiori parte quasi concamerata, multos centenarios habens, disrupta subsidere & collabescere cœpit, ac aufugientis pedem dextrum obrutum maximo cum impetu introrsum depulit, ac tibiam cum fibula non sine insigni pedis vulnere fregit, quem pedem non nisi violenta distensione & dilaceratione vasorum, nervorum, ac tendinum, cum insigni ipsius detrimento, indefesso conamine protraxit.

Curatio.

HIc Patiens in Xenodochium publicum delatus nostræque curæ demandatus, legitimè post ossium quantum fieri potuit fractorum repositionem, deligatus, pes capsulæ ligneæ lino indito emollitæ impo-

impositus, linimento simplici externè defensus, internisque pariter remediis pro gravissimi hujus affectus requisitione, corroborantibus, putredinem arcentibus, gangrænæ resistentibus, calorem præternaturalem alterantibus, potuque convenienti, decentique Diæta instructus atque tractatus fuit, qui labor etiam in principio ex voto succedere videbatur, sed elapso biduo vel triduo pes major in anteriori parte, itemque pes minor eorumque partes carnosæ cum suis tubulis vasis, venis, arteriis, nervis ac tendinibus contusæ gangrænam cum livore ac nigredine contraxerunt, & successivè, accedente Sphacelo, penitus emortuæ sunt, ita, ut die Veneris, qui erat decimus tertius Novembris, manè, cum Chirurgus Joh. Bartholomæus Heckhing in deligando pede occupatus erat, totum pedem minorem Sphacelatum, & â natura usque ad posteriorem majorem tendinem separatum, (quem scalpello abscidit) abstulerit; & melius esset, si statim ab initio, posthabitâ uxoris protestatione, aliorumque sciolorum obtrectatione, totus pes palmam infra genu amputatus fuisset. Imò gangræna cum subsequente Sphacelo admiranda sanè celeritate versus genu usque ascendit, quam internè *Myrrhæ selectæ pulvere*, drachmæ unius pondere exhibito, *Tincturæque Bezoardicæ guttis xv.* aliquoties manè & vesperi in aqua scordii & seq. aqua cordiali datis, externè verò *aqua fusca* seu Epithemate in gangræna & Sphacelo usuali, (chirurgis der schwartze Uberschlag dicto) itemque defensivo superius allegato refrenavimus, ac infusione Unguenti Ægyptiaci corruptam & emortuam à viva adhuc carne, quæ suram versus adhuc incorrupta conspiciebatur, separavimus, emortuas verò particulas scalpello per vices sine querela Patientis abstulimus, totumque pedem, nisi collapsæ postea vires, diraque symptomata illud disuasissent, abscindere decrevimus. Quibus interea adhibitis defensivis effecimus, ne gangræna ulterius ad superiores partes serpere potuerit, sed substiterit. Pes verò affectus horrendo cadaverosoque cum fœtore indies magis cum corruptione partium subjectarum ossiumque carie computruit, cutisque externa pedem ambiens instar laciniarum cum denudatione ossis palmæ longitudine in infima sui parte, separata dependit; & certum est, quod multi exercitati Medici & Chirurgi per totum praxeos suæ curriculum talem horrendo aspectu notatum pedem nunquam viderint. Die Solis, qui 22. Novembris reputabatur, pars tibiæ denudatæ carioſæ & nigræ, spithamæ longitudine, in medio ossis sita forcipe excisa & exempta fuit. Die 24. Novembris de deglutiendi molestia nec non siti conquestus est, quæ symptomata spasmus Cynicus ac Tetanus exceperunt, ita, ut neque os aperire, neque

Pulv. myrrh sel. ad præcav. gangræno. putred.

Tinct bezoard.

Aq. fusca pro epithem.

que corpus antrorsum vel retrorsum flectere potuerit, sed totus rigidus, instar ligni, decubuerit.

Interna remedia quæ ipsi tam ad corroborationem, quam ad calorem præternaturalem arcendum, itemque sitim compescendam; deglutionem promovendam, ac spasmum tollendum ordinata sunt, fuêre talia. 1. Pro corroboratione, ℞. *Aq. confort. Offic. perlat.* ℥j. *Aq. corro-*
4. Cordial. ana ℥j. *Cordial. temperat.* ℥ß. *Cinnam. buglossat.* ʒij. *Corall. rubr.* *bor.*
præp. CC. philos. præp. ♂ *ii diaphoret. cx Regulo præp. ana* ℈ß. *Confect. Alkerm.*
compl. ʒß. *Syr. Citr. granator. ana* ʒij· *Man. Christ. perlat.* ʒij. *M.* 2. Ad calorem præternaturalem attemperandum. ℞. *Sem. 4. frig. maj. ana* *Emuls.*
ʒj. *papav. alb.* ʒß. *Amygdal. dulc. excort.* ʒij. *aq. acetos. cichor. plantag. ana* *refrig.*
℥j. *M. f. Emulsio, in qua dissolv. CC. præp. Lap. Chrysol. præp.* ☉. *præp. ana*
ʒß. *sacch.* ♄. *gr. v. Man. Christ. perlat.* ʒij. *M.* 3. Ad sitim compescendam, pro potu ordinario. ℞. *CC. ust.* ℥j. *Hord. integr.* ℥iß. *Herb. agri-* *Spec. pro*
mon. Veron. ana Mß. *Liquir.* ʒij. *fic. num. v. passul. min.* ℥ij. *sem. 4. frig. maj.* *potu ord.*
ana ℥j. *anis. fœnic. ana* ʒß. *M. & concis. coq. cum Mensur. 2. vel* ℔iiij. *aq.*
font. ad tertias. Ut & Syrupus seq. pro Julapio. ℞. *Syr. rub. Id. rib.* *Syrup. pro*
violar. ana ℥iß. *M.* 4. Ad deglutitionem promovendam. ℞. *Mu-* *Julap.*
cilag. Sem. Cydonior. c. aq. rosar. extr. ℈ij. *Syr. violar.* ℥iß. *Mell. ros. colat.* *Syrup. pro*
ʒß. *f. mixtura cochleatim sumenda.* 5. Ad spasmum tollendum. ℞. *linctu.*
Ol. chamomill. lumbric. terr. Rosar. verbasc. ana ʒvj. *M. quo Oleo collum, nu-* *Oleum.*
cha, & spina dorsi de die tertia vel quarta vice calidè inungantur. 5. Aquæ fuscæ seu Epithematis nigri Chirurgorum contra Gangrænam & sphacelum descriptio hæc est. ℞. *Herb. salv. rutæ, absynth. sabinæ, fol. querc.* *Aquæ, seu*
ana. Mj. Rad. aristoloch. rotund. ℥iß. *Enul.* ʒß. ☉*ol. Rom.* ℥ij. *sal. armoniac.* *Epithema-*
℥iij. *Gallar.* ℥j. *baccar. laur.* ℥ij. *Liban. Mastic. ana* ʒß. *Cerus. litharg.* *tis nigri*
alum. crud. ana ℥j. *boli armen.* ℈j. *Cort. nuc. jugland. virid.* ʒiß. *Camphor.* *chirurgor.*
ʒj. *M. f. pulv. Cujus. cochleare unum cum* ℔ij. *vel Mensura dimidia vini albi* *descriptio.*
coquatur, in cujus colatura lintea duplicata intingantur, & expressa calide
multoties applicentur.

Quia vero hoc ingens malum dicta remedia in hoc subjecto cacochymico non sustulerunt, sed deterrima & exitialia symptomata indies accreverunt, iccircò hic Patiens die Mercurii, videlicet vigesima quinta Novembris, circa meridiem mundo huic valedixit, vitamque cum morte commutavit.

OBSERVATIO MED. LXII.

Tracturam tibiæ & fibulæ in sinistro pede cum vulnere, lethalis

Casus.

ANno 1691. die 13. Novembr. (qui erat dies Veneris) cum Simon Ares, puer sedecim annorum, qui Johanni Hermanno Fulloni à servitiis erat, circa meridiem plaustrum ligni Jungingâ Ulmam vehere cupiebat, & penes equos in via publica currebat, ac tandem defatigatus in medio equorum cursu ephippium conscendere volebat, pedemque sinistrum calceo ab adhærente glacie lubrico, stapedæ itidem per gelu glacie incrustatæ applicabat, eædemque insistere intendebat, ex improviso pes cum admota manu retrocedebant, illeque supinus in terram prolapsus est, cujus pedem sinistrum rota vehiculi in transitu prehendit, dictumque pedem infra genu per longitudinem ad pedem usque minorem non solum in carnosa parte dissecavit ac dilaceravit, sed etiam tibiam cum fibula in multas partes confregit atque contudit. Hic puer ad herum suum delatus, ac ab exercitato Chirurgo Johanne Riedlino illa die deligatus, postea verò in Nosodochium publicum translatus, nostræque Curæ demandatus fuit.

Cura-

Curatio.

CUi internè Aqua corroborans ac potus ordinarius in ſuperiori proxima Obſervatione commemoratus, præſcriptus, externè verò pes linimento ſimplici defenſus, oſſa, quantum poſſibile, coaptata, vulnusque liteamentis carptis impoſitis, emplaſtroque diapalmæ, loco operculi, deligatum, & dictus pes capſulâ ligneâ Chirurgis uſuali in depoſitione munitus fuit; ſed partes carnoſæ vulneris cum inveſtiente cute ob fortiſſimam illam tontuſionem, biduo poſt læſionem præterlapſo, atræ & corruptæ apparuerunt, quæ tamen beneficio naturæ & unguenti ægyptiaci infuſione ſeparatæ, particulæque corruptæ per induſtriam Chirurgi Joh. Bartholomæi Heckhingii manu exemptæ fuere. Interim Patiens calore præternaturali intenſo, cum pulſu celeri, ſitique Tantalea divexabatur, cui Emulſio alterans & refrigerans in priori obſervatione notata, aliquoties data, ſimul ac ſeq. Pulvis pro potu cum duabus aquæ menſuris permixtus fuit. ℞. ☉. *præp. CC. præp. ana* ℈j. *ſacch. alb.* ʒij. *Miſce f. pulv.* quorum remedio- *Pulv. refrig. pro potu.*
rum uſu & auxilio calor præternaturalis mitigabatur. Die 20. Novemb. particula fibulæ ſpontaneo motu ſeparatæ digiti unius longitudine facili negotio digitorum manus adminiculo exempta fuit. Die 22. Novembr. proceſſus tibiæ confractæ infra inferiorem ejus partem depreſſus, qui ſurſum moveri alterique parti coaptari non potuit, forcipè majori abſciſſus, ſicque os ex utraque parte ad mutuum contactum repoſitum fuit. Die 23. Novemb. patiens ſpaſmo cynico ac tetano, cum redeunte febrili exæſtuante calore, & urinæ alvique ſuppreſſione correptus eſt, cui itidem remedia antifebrilia, & anti ſpaſmodica in proxima priori Obſervatione commemorata, adhibita, fuêre, alvusque per Clyſterem aperta, & Urina per diureticum provocata fuit.

Clyſter autem fuit talis. ℞. *Spec. decoct. carminativ.* ʒij. *f. de-* *Clyſter.*
coctum cum lacte vaccino. q. ſ. Colatur. ℞. ʒvij. *in quo diſſolv. Elect. lenitiv. Florenz. Diacathol. ana* ℈vj. *Mell. roſ. col.* ʒj. *Ol. roſar. chamomill. ana* ʒß. *vitell. ovor. num. 2. Sal. gemm.* ʒj. *M. f. Clyſter.* â cujus uſu alvus cum urinâ aliquoties aperta & ſoluta fuit.

Spaſmus vero omnia adhibita Remedia eluſit. Die 24. Novemb. noctem inſomnem cum magna vociferatione, convulſiones redolente, duxit. Proxima die inſequente Mercurii quæ erat 25. Novembr. horis pomeridianis convulſionibus infeſtatus, illisque ceſſantibus, horâ ſexta veſpertina (& quidem ea ipſa die, qua miles pari fractu-

fractura in dextro pede laborans circa meridiem ex hac mortalitate ad immortalem vitam abivit) mortuus est, ac ita ærumnam suam dolo-resque perpessos cum Jubilæis cœlestibus permutavit.

CONSILIUM MED. LXIII.

Cachexiæ, cum totius corporis atrophia, & inflatione ventris, curatio.

Morbus.

ANno 1691. Mense Septembri, prænobilissima quædam Virgo decimum tertium vel quartum annum agens, in certo quodam Monasterio, Cachexia, cum totius corporis atrophia, ventris-que inflatione, ac tensione dolorifica tympanitem minitante, laboravit, ac de ventriculi depravata concoctione, compressione, capitisque doloribus, conquesta est.

Causa.

HIc affectus, quia suam originem â cacochymia, vel depravata ventriculi concoctione, cruditatibus in primis viis stabulantibus, ac mesenterii obstructione sumsit, iccircò sequentibus remediorum generibus, totum corpus expurgantibus, concoctionem promoventibus, obstructiones reserantibus, atrophiam arcentibus, hecticamque præcaventibus, viscera roborantibus, capitis dolorem demulcentibus, decentique Diæta huic malo subventum fuit. Et quidem

1. *Pot. purg.* ad totum corpus expurgandum. ℞. *Magist. Jalapp. gr. xij. Mag. scammon. gr. iij. Nucl. pin. num. 2. Syr. d. cichor. c. Rhabarb. ʒß. Aq. flor. acac. ʒvj. M. f. potio unâ vice haurienda.*

2. *Tragea.* 2. Ad concoctionem promovendam. ℞. *Spec. diarrhod. Abbat. Diatrionsant. ana ʒß. Cinnam. opt. Nuc. mosch. ana ʒj. Macis ϑj. Corall. rubr. præp. Ocul. ℔. præp. CC. philos. præp. Pulv. antihect. Poter. ana ϑj. sacch. albiss.*

albiſſ. ℥iiij. M. f. Tragea. d. ad ſcatulam. Doſis. cochleare unum poſt prandium, & cœnam.

3. Ad Obſtructiones reſerandas. ℞. *Spir. ✱ iac. chalybeat. ſalis, tartari, ana ℈ij. M. d. ad vitr. Doſis, manè & veſperi gutt. 10. vel 12. in brodio carnis, vel alio convenienti vehiculo.* Et, ℞. *Crem. ♀. Cryſtall. ♀. ana ʒij. Sal. tamariſc. fraxin. juniper. Spir. ſalis. coagulat. ana ʒß. Ol. macis gutt. vj. M. f. pulv. ſubtiliſſ. Doſis, quantum. uno vel duobus cultri cuſpidibus capi poteſt, dimidia hora ante prandium & cœnam, in brodio carnis.* *Spir. aperitiv. Pulv. aperitiv.*

4. Ad corporis atrophiam arcendam, hecticamque præcavendam. ℞. *Conſerv. roſ. rubr. ℥iiij. borrag. ʒj. Corall. rubr. præp. Pulv. antihect. Poter. CC. philoſ. præp. Spodii ſine igne præp. ana ℈j. Syr. rub. Idæi ʒß. M. d. ad fictile. Doſis, avellanæ quantitas, de die aliquoties repetendo.* Et, ℞. *Ung. roſat. Meſ. infrigid. Galen. ana ℥iß. reſumptiv. Fernel. ʒß. Ol. roſar. nymphæ ana ʒij. M.* Quo Unguento ſpina dorſi manè & veſperi inungatur. *Electuar. Ung. pro dorſo.*

5. Ad capitis dolorem demulcendum, reiteratum fuit Electuarium ſupra commemoratum cum additione Syrupi papaveris erratici & diacodii Montani. Et, ℞. *Ol. papav. alb. ℥iß. d. ad vitr. Quo vertex & tempora manè & veſperi inungantur.* Ut &, ℞. *Ung. alabaſtr. ʒj. roſat. Meſ. populeon. ana ʒß. Ol. nuc. moſch. expr. ℈j. papav. alb. ʒij. Opii Thebaic. gr. vij. Croc. Or. Camphor. ana gr. v. M. extend. ſuper linteo, & applicetur fronti atque temporibus.* *Ol. anodyn. Ung. frontale.*

6. Ad ventrem magis emolliendum. ℞. *Ol. chamomill. lumbric. terr. anetb. rutæ ana ʒß. M. d. ad fictile, quo venter manè & veſperi calidè inungatur.* *Ol. emoll.*

Quod Diætam concernit, aer ſit calidus; Cibi boni ac laudabilis ſucci, facilisque concoctionis. Potus, pulvis groſſus pro potu ordinario ℞. *Scob. Lign. Lentiſcin. ſaſſafr. Rad. chin. ana ʒß. Cinnam. opt. ʒij. ſem. anis. ʒj. CC. præp. Ocul. ♋. præp. ana ℥iß. paſſul. min. ʒj. M. f. pulv. groſſ. de quo cochleare unum menſuræ aquæ fervidæ injiciatur, & mox contegatur.* Motus ſit modicus; ſomnus moderatus, alvus ſit naturaliter aperta, & fortiora animi evitentur pathemata. A quibus Remediis præfata Patiens priſtinam bonam valetudinem per Dei gratiam recuperavit. *Diæta. Pulv. pro pot. ord.*

CONSILIUM MED. LXIV.

In Puncto Urinæ intontinentiæ, apud senem decrepitum.

Morbus.

IN curanda Urinæ incontinentia apud Reverendissimum Dominum Abbatem, qui jam Senex decrepitus audit, & octogesimum tertium annum complevit, si non mera impossibilitas,

Causa. magna tamen difficultas circa curationem occurrit, quia hic affectus à relaxato nervo, musculo Sphincteri in collo vesicæ inserto, ex defectu sufficientis caloris naturalis, ac penuria caloris nativi humidique radicalis, originem habet, quam ob causam natura facultate calefaciendi & vivificandi destituta, parti affectæ suppetias ferre non potest.

Curatio.

NE autem Reverendiss. Dn. Patiens omni consilio & auxilio destituatur, sequentibus Remediis hujus mali curatio tentari posset. Si nimirum 1. de sequenti Aqua Cephalica pro corroboratione cerebri, ac totius generis nervosi manè hora septima, & vesperi hora octa-

Aq cephal. va cochleare unum vel alterum assumeretur. ℞. *Aq. Apoplect. Oswald. Cerasor. nigr. Epilept. Lang. hirund. cum castor. ana* ℥j. *Cinnam. still.* ʒij. *Spir. cerasor. nigr. lilior. convall. Cephal. Anhalt. compl. ana* ʒij. *Pulv. Marchion. spodii sine aq. præp. ana* ℈j. *sacch. perlat.* ʒij. *Misc. d. ad vitr.* De hoc Pulvere Specifico manè & vesperi, elapsâ unâ horâ post sumptam aquam cephalicam, quantum duobus vel tribus cultri cuspidibus sumi po-

Pulv specif. ad Urin. incontinent. test, in vino caperetur. ℞. *Guttur. gallor. gallinaceor. stomachor. Gallin. ana* ℥ß. *Mastic. Galang. ana* ʒj. *Trochisc. de spodio, de terra sigill. ana* ℈ij. *Agrimon.* ʒij. *capular. glandium, nucis myrist. ana* ʒj. *sacch. albiss.* ʒj. *M. f. pulvis.*

pulvis. d. ad. ſcatulam. 3. De ſequentibus herbis & radicibus ſemicupium pro inſeſſu pararetur, Dominusque Patiens de die horâ unâ ante- vel pomeridianâ illo balneo per 14. dies continuando, uteretur. ℞. *Folior. beton. ſalv. lauri, roriſmarin. myrti, puleg. origan. flor. ſtæchad. Arab. Balauſtior. ana Mj. Rad. conſolid. maj. biſtort. tormentill. ariſtoloch. long. ana ʒß. M. & concis. d. ad chartam.* *Herbæ & radic. pro balneo.* 4. Poſt Balneum, regio ventris & veſicæ tali Spiritu ungeretur. ℞. *Spirit. Paralit. Mynſ. ʒiij. d. ad. vitr.* *Spir. paralyt.* 5. Poſt unctionem aliquot cœpæ majores ſub cineribus aſſatæ, pannoque involutæ (quæ vim obſtructionem & refrigerationem nervorum reſolvendi, calefaciendique poſſident) regioni veſicæ calidè imponerentur, ipſarumque uſus per multos dies continuaretur. *Cœpæ aſſatæ.* Et. 6. bona ac laudabilis Diæta inſtitueretur, cibi boni ſucci facilisque concoctionis herbis ac aromatibus cephalicis, utpote majorana, roremarino, nuce moſchata, Cinnamomo, macere, & caryophyllis condirentur, cœteraque, quæ Diætam concernunt, ſtrictè obſervarentur. *Diæta.* Quæ Remedia, ut Deus Ter. Opt. Max. ad optatum effectum aſſequendum, Divina ſua benedictione ſecundet, animitus apprecatur.

Ulmæ, die 7. Novembr. 1691.

EBERHARDUS GOCKELIUS, DM.

CONSILIUM MED. LXV.

Febris alba cum Cachexia & Convulſionibus feliciter curata.

Morbus.

ANno 1691. die 28. Julii Illuſtriſſima quædam Virgo, antehâc aliquoties febre alba cum Leucophlegmatia cachectica divexata, de Anorexia ſeu cibi inappetentia, ſiti, ac laſſitudine membrorum, nec non pallido & ſeroſo ſanguinis menſtrui profluvio

fluvio conquerebatur, cui tandem convulsiones periodicæ accedebant, ad cujus morbi & symptomatum curationem sententiam meam cum Excellentiss. Domino Doctore Dürrio, Medico Augustano feliciſſimo per sequentes literas communicavi, atque in illis designata remedia feliciſſimo cum successu adhibui. Literæ autem fuêre tales.

Prænobilis Strenue & Excellentiſſime Vir, Fautor & Amice ceu Frater, colendiſſime.

ILluſtriſſima Comitiſſa NN. à multis abhinc annis ad cachexiam prona & diſpoſita, sæpiusque febre alba correpta ac identidem per appropriata remedia, Acidulas videlicet, Tincturas, Aquas, Pulveres aperientes & deobſtruentes, aliaque ſtomachica & hepatica roborantia reſtituta, jam rurſus per aliquod temporis ſpatium cum dejecto appetitu, dolore gravativo, ventriculi intumeſcentia, ac ſiti (non ſine hepatis indurati, ut Patienti videbatur, ſuſpicione) ægrotavit; Ad quod malum tollendum Medicus ex vicinia penes me ordinarius ſtomachum multis vitioſis humoribus refertum, ac proinde debitam coctionem reſpuentem vomitorio evacuavit; poſt cujus remedii uſum menſes parcè pallidoque colore fluentes apparebant, & ſexto à fluxione die dictum vomitorium repetebatur, cujus beneficio magna quidem bilis copia, cum ceſſante ſtomachi gravitate, intumeſcentia & inflatione, ſed non ſine ſubſequente inſigni laſſitudine egeſta eſt; Cui malo ipſo purgationis die etiam vehementes convulſiones epilepticæ uterinæ accedebant, quæ durantibus paroxyſmis repentinos terrores convulſivos, corporisque violentam commotionem, dentium ſtridorem, aliaque ſymptomata cauſabantur, nec per propinatum conſortans Electuarium ſublatæ ſunt, ſed heſterna die horis pomeridianis redierunt. Rebus itaque ſic conſtitutis Illuſtriſſimus Dominus Parens me in Conſilium vocavit, ubi ego relatis & perquiſitis omnibus circumſtantiis judicavi, quod hæ Convulſiones uterinæ à diſcraſia viſcerum nutritioni ac ſanguificationi dicatorum, item ab obſtructione venarum meſaraicarum & uterinarum, nec non è ſemine corrupto, atque utero multa materia vitioſa inquinato, & conſequenter à vaporibus ab his partibus aſcendentibus malignis, acribus ac acidis caput petentibus, ibidemque meninges nervoſumque genus vellicantibus, ac ſpaſmodica aciditate contrahentibus proficiſcantur, quæ

quæ omnia pallidus faciei color, frequentes dolores colici, ventris murmura, nec non parci ac pallidi menses cum aliis circumstantiis satis superque indicarunt. Ad quod malum tollendum, nec non Convulsiones præcavendas ac tollendas, ut & obstructiones viarum reserandas, vaporesque acres & acidos è cerebro eliminandos sequentia remedia ordinavi; Et quidem 1. ad convulsiones epilepticas refrenandas. ℞. *Aq. Ceras. nigr. flor. tiliæ, pœon. meliss. simpl. ana* ʒj. *Epilept.* *Aq. Epilept.* *Lang. Hyrund cum castor. ana* ʒß. *Spir. ceras. nigr. lilior. convall. Cephal. Anhaltin. incompl. ana* ʒij. *Pulv. Marchion. Margarit. præp. Cinnab. nativ. granulat. ac rite præp. ana* ℈j. *Lap. Bcz. Orient. gr. v. sacch. perlat.* ʒß. *M. d. ad vitr. Dosis cochleare unum vel alterum, sæpius repetendo.* Et, ℞. *Balsf. suc.* *Balsf succin.* *cin. Majoran. Rut. ana gr. v. pingued. castor. gr. ij. Ol. succin. gutt. ij. M. d. ad pyxid. stanneam. quo vertex capitis, nares, & tempora illiniantur.* Item ℞. *Succin. integr. frustulum unum, quo incenso nares fumigentur.* In hunc finem *pilulæ etiam Theriacæ cœlestis* valde proficuæ sunt, si grana tria vel quatuor assumuntur. *Fumus succini accensi.* *Pil. theriac. cæl.*

2. Ad obstructiones occlusorum meatuum, itemque venarum mesaraicarum & uterinarum reserandas. ℞. *Salis CC. volatil.* ℈j. *d. ad vitrum, & sic doses tres, de quibus pulviculis singulis alternis diebus unus in brodio gallinæ sumatur.* *Pulv. aperiens.*

3. Ad cerebrum roborandum, acresque ac acidos ascendentes vapores profugandos. ℞. *Cinnab. nativ. granul. Cinnab. antimonii, spec.* *Pulv. Cephal.* *contr. Apoplex. incompl. ana* ʒj. *M. f. pulvis in novem partes æquales dividendus, & secunda quavis die unus in aq. Epileptica superius designata capiendus.* Quocirca etiam seq. Tragea non inutilis est. ℞. *Spec. contr. Apoplex.* *Tragea.* ʒj. *Pulv. Marchion.* ℈ij. *Cinnam. opt.* ʒij. *Macis, Garyophyllor. Cardamon. Cubeb. ana* ℈ß. *Corall. rubr. præp. succin. alb præp. Margarit. præp. ana* ʒß. *sacch. albiss.* ℥iiij. *fol.* ⊙. *num. 2. M. f. Tragea. d. ad. scatul. De qua post mensam cochleare minus capiatur.*

4. Ad calorem præternaturalem superiora petentem confert *aqua Lunæ*, de qua noctu ante somnum duo vel tria cochlearia sumantur. *Aq. Lunæ.*

Penes hæc enumerata Remedia *Acidularum Uberkingensium* apud fontem, *vel Egeranarum* usus domi, utpote qui omnibus indicationibus & indicatis satisfacit, præ aliis remediis saluberrimus est. Quibus omnibus Fonticulus in sinistro brachio faciendus pro singulari auxilio annumerari potest. *Acidulæ.*

Quod Diætam concernit, Aer temperatus, cibi facilis concoctionis, aqua cichorii & acidulæ Uberkingenses, &c. pro potu ordi- *Diæta.*

nario & ad sitim compescendam, reliquaque quæ ad bonam Diætam pertinent, commendata fuerunt.

Hæc igitur sunt illa Remedia, quæ ad præsens malum tollendum suasi; & quia Illustrissima Domina Patiens cum Domino Parente etiam honoratissimi Domini mei Fratris super hæc præscripta remedia mentem aperire, aut quid præter hæc utile atque proficuum videatur, desiderant, iccircò proxima occasione, (quia periculum est in mora) responsorias literas expectant. Hisce officiosissime à me sis salutatus, Deoque commendatus. Ulmæ, die 19. Julii, 1693.

Honoratissimi Domini Fratris

ad quævis Officia paratissimus
EBERHARDUS GOCKELIUS, D.

Sequitur Excellentiss. Dn. Doctoris Dürrii.

RESPONSUM.

Nobilissime, Strenue ac Doctissime Vir, Amice ceu Frater plurimum honorande.

ILlustrissimæ Comitissæ ex tuis literis Affectum, Cachexiam videlicet antiquam, radicatam, & denuò recrudescentem, cum nuperrimè accedentibus convulsionibus epilepticis, nec non contra hunc morbum militantibus probatissimis, rectaque ratione ac methodo præscriptis & adhibitis internis externisque remediis, cum omnibus suis circumstantiis satis superque percepi, cum qua curandi ratione, omnibusque circa curationem morbi jam antea noti, causarumque ipsius, loci affecti, & subsequentium symptomatum, nec non applicata remedia summa industria atque dexteritate huic morbo oppositа, & ego requisitus atque interrogatus consentio, quibus hoc etiam addo, quod post universalia jamdudum præmissa Acidulæ Egeranæ, ad obstructiones magis resolvendas, humores excrementitios educendos, aciditates corrigendas, itemque viscera refocillanda ac roboranda hoc opportuno tempore sine ulla mora usurpata conducerent; Post quarum usum, si habitus ille cachecticus cedere nollet, Pulvis Cachecticus Ludovici, (qui non solum obstructiones pertinacissimas solvit, visceraque sanguificationi dicata roborat, sed etiam humores acidos ponticos, utpote causam convulsionum hebetat, infringit, atque compescit) quotidiè manè ad drachmam dimidiam in jusculo,

cum

cum inſequente corporis per horam dimidiam motu ſumptus, continuando per menſem, interpoſitâ ſubinde leni evacuatione, per pilulas (ſi placet) ſequentes. ℞. *Maſſ. pilul. de ☿ro Schröder.* ℈iß. *Extract. cochiar. Rhabarb. Helleb. nigr. Mag. Jalapp. ana gr. xv. Extr. diapœon. Müinder.* ℈ß. *Ol. ſuccin. rectif. gutt. v. cum Spir. Ceraſ. nigr. f. pil. num. 60. deaur. d. ad ſcatul. Doſ. num. 11. aut plures.* *Pil. laxat.*

In ipſis Convulſionum paroxyſmis ſeq. Spiritus utpotè ſummè penetrans, utiliſſimus eſt. ℞. *Spir. ⏀is armoniac. ℥j. Spir. CC. volat.* ℥ß. *M. ad vitr. Doſ. gutt. x. aut plus cum aq. hirund. cum caſtor. aut alia appropriatâ.* *Spiritus.*

Ad hæc, fonticulus etiam cum ſingulari commodo in brachio parari poſſet. Si pluribus conſiliis aſſiſtere potero, habebis me ſemper paratiſſimum. Interim ſum & maneo ſub Divina protectione & ſuaviſſima ſalute

Honoratiſſimi Dn. Fratris

Auguſt. Vindelicor. d. 31. Julii,
1693.

ad quævis Officia paratiſſimus

GEORGIUS TOBIAS Dürr / D.

Et hac enumerata curandi methodo, obſervataque bona Diæta, Illuſtriſſima hæc Patiens, Dia favente gratia, feliciſſimè reſtituta fuit.

OBSERVATIO MED. LXVI.

Brachium ſiniſtrum ab infelici venæſectione ac ſimul arteriæ læſione, horrendè intumefactum, corruptaque materia infarctum, feliciter curàtum.

ANno 1691. die 14/24. Septembris, Balneator vicinus *Caſtus* Adamo Zechen Murario venam baſilicam ſiniſtri brachii phlebotomo aperuit, eandemque per-

pertudit, ac simul arteriam tetigit, quo facto, sanguis statim cum saltu copiosissimè prodiit, & brachium magno cum dolore intumuit, cujus rei balneator nullam ulteriorem curam habuit, sed saltem sanguinem obiter compescuit & refrenavit, monendo insuper, ut Patiens de dolore & tumore conquerens in peragendis suis negotiis & perficiendis operibus manuariis brachium alacriter moveat, sicque in pristinum sanitatis statum reducat. Patiens autem hisce monitis obtemperans, indies, cum monstroso brachii incremento, pejus ac deterius habuit.

Curatio.

CUm itaque dictum malum quotidiè non sine magno gangrænæ insequentis periculo incrementum sumeret, prænominatus patiens præterfluxis septem post hanc læsionem hebdomadibus Ulmam se contulit, ibidemque exercitato Chirurgo Georgio Riedlino brachium circa dictam venam basilicam capitis magnitudine tumefactum, purpureisque maculis variegatum monstravit, ipsiusque opem & auxilium anxiè expetiit atque desideravit. Cui chirurgus, huncce tumorem à læsione arteriæ, multoque sanguine extravasato inter cutem carnemque brachii musculosam stabulante & latitante (sine tamen manifesto aneurismate) provenire, neque leve periculum ratione supervenientis fusissimæ hæmorrhagiæ, quin etiam gangrænosæ putredinis atque corruptionis subesse significavit, sicque patientem rursus ad suum balneatorem ablegavit. Et hoc chirurgi de præsenti judicium insulso illo balneatori, ut alio tempore cautius mercaretur, notificatum est, quod vero ex malevolentia quadam erga ipsum concepta provenire statuit, & hoc malum usque ad $\frac{11}{21}$. diem Martii insequentis anni 1692. flocci pependit ac neglexit. Post quem terminum ægrotus doloris amplius impatiens, totiusque corporis atrophia cum languore virium laborans, prænominatum Riedlinum rursus adiit, ipsique brachium duro, nodoso, magnoque tumore affectum, ac insuper plumbeo fuscoque colore tinctum inspiciendum dedit, ac salutarem ejus medelam imploravit, quam verò, (cum ipsi maximum imminere periculum indicasset,) ante Reverendissimi

diſſimi Magiſtratus ſui notitiam, atque ad faciendam inſpectionem per Deputatos ordinarios conſenſum, recuſavit. Impetrata itaque venia, dicta inſpectio ſolenniter facta eſt, ubi Deputati unanimiter, quod hoc malum ab infelici Venæſectione & ſimul arteriæ læſione per balneatorem in ferendo auxilio neglecta, ac patientem ad laborem ſubeundum monente ac inſtigante, & per conſequens ſanguine extravaſato, inter cutem carnemque contento, corrupto, ac putreſcente, lethalem hæmorrhagiam, (quæ jam dudum per vices prorumpere conata, ſed à grumoſo interpoſito ſanguine impedita, perque quietem interea temporis læſa arteria conſolidata ſit, minitante provenire, maximumque proinde periculum patienti imminere, anguemque ſub herba latitare pronunciarunt ac concluſerunt. Poſt factam inſpectionem ſæpè nominatus Chirurgus dicto malo manum admovit, brachium *Emplaſtris exſiccantibus, utpote Emplaſtro ad rupturam, & ſtictico*, quæ confeſtim humoroſam materiam guttatim exſtillantem extraxerunt, circumdedit, & præter hæc *cataplaſma ex farina hordei volatili, fabarum, mica panis, bolo, gallis, vitriolo, alumine & ſale tartari cum lixivio coctum* quotidiè bis applicavit, ſed una quavis tertia vel quarta die propter cutis excoriationem uberioremque aquæ proventum à cataplaſmate imponendo quievit, brachiumque madidum *Unguento albo de ceruſſa* tractavit atque exſiccavit. Quibus remediis tam diu pergere non dubitavit, donec tandem natura propè locum venæ pertuſæ, inque cutis livida ac nigricante parte viam aperuit, quæ apertio ſucceſſivè mirè dilatata fuit, ac tandem apertam cutem materiæ, coagulatæ duræ & carniformis fruſta pugni magnitudine cum maximo & vix tolerabili fœtore, & relictione ingentis cavitatis, exiverunt, quæ cavitas poſtea *lavamento ex prunella, betonica, agrimonia, ſcordio, aliisque herbis vulnerariis ſive traumaticis cum melle roſaceo* coctis mundificata, ac inſuper *Emplaſtris convenientibus atque glutinantibus, itemque ſpleniis, pulvillis, & faſciis ſuperimpoſitis ac per ligaturam applicatis* cutis carni adaptata, ſicque brachium priori ſuo ſtatui naturali reſtitutum fuit, patiensque per Dei gratiam priſtinam ſanitatem recuperavit.

Emplaſtr.

Cataplaſma.

Ung. de Ceruſſa.

Lavamentum.

Emplaſtr. glutinantia.

OBSERVATIO MED. LXVII.

Cranii caries & exeſio à ſuppreſſis menſibus originem habens.

Casus.

ANno 1692. Menſe Julio, Lanifici cujusdam conjux, quadraginta circiter annos agens, ad me veniebat, mihique referebat, quod præteritis temporibus contra humores acres & bilioſos, totum corpus periodicè pervagantes, ex Medici cujusdam conſilio medicamentis aliquibus uſa fuerit, quibus uſurpatis menſes ſuperiora corporis petentes emanſerint, maximique & fermè intolerabiles capitis dolores oborti ſint, quos fœda & ſcorbutica faciei ſcabies cum exulceratione cutis ſyncipitis carnoſæ, & cranii corroſione ac corruptione, (quæ exeſa circumferentia os anſerinum æquabat) exceperit, ſedulò rogans, ut manum auxiliatricem medicam ipſi porrigerem, quo ab hoc moleſtiſſimo, ſimul ac aſpectu horrendo malo liberari poſſit. Cui indicavi, quod quia hoc malum interne à retentis menſibus, ſanguineque corroſivo & ſcorbutico, particulisque ſalinis, cauſticis, arſenicalibus & acerrimis in eo contentis oriatur, externè verò fœda exulceratio, quæ cutim carnoſam à cranio circumcirca per evidentes cavitates ſeparavit, ac cranii carioſa corruptio adſit, non ſolum Medici, ſed ſimul etiam chirurgi auxilium requiratur.

Curatio.

QUibus ita demonſtratis atque propoſitis, ego cum Georgio Riedlino, Reip. noſtræ Chirurgo dexterrimo curam ſequenti modo aggreſſus ſum. Et quidem 1. ad ſanguinem mundificandum & ſcorbuticam ejus acredinem corrigendam, noxiosque humores è toto corpore eliminandos, talem Syrupum laxativum per tres dies manè jejuno ſtomacho cochlearis unius quantitate ſumendum præſcripſi.

Syr. laxat. ℞. *Syr. d. cichor. c. Rhabarb. Diaſer. Andern. ana* ʒvj. *Pulv. rad. Jalapp.* ʒj. *M.* Poſt hujus uſum Pilulas, ſemel in ſeptimana repetitis vicibus ſumendas ordinavi. ℞. *Extract. panchymag. Croll.* ℈j. ♃ *ii dulcif.* ℈ß. *Troch. alband. gr v. M. f. cum aq. Ceras. nigr. pill. num. xxv. unâ vice deglutiendæ.* Diebus verò intercalaribus, quibus à purgatione quievit, per

tres

tres septimanas Decocto sudorifero usa est. ℞. *Scob. Lign. sassafr. Guajac. ana* ʒiij. *Rad. chin. sarsaparill. ana* ʒß. *Cinnam. opt.* ʒij. *anis. fœnic. ana* ʒß. *M. f. decoctio cum duabus mensuris aq. font. ad tertias, de quo Decocto singulo mane* ʒv. *vel vj. bibantur, sudorque per horam integram in lecto moveatur. Remanentiæ Decocti add. liquirit.* ʒß. *ficuum num. vj. passul. min.* ʒij. *anis fœnic. ana* ʒj. *recoquantur cum quatuor. mensuris aquæ fontanæ pro potu ordinario.* *Decoct. Sudorif.* *Potus ord.* 2. Interdiu, pro virium roboratione, & sanguinis scorbutici correctione aliquoties nucis avellanæ quantitatem de tali Electuario deglutivit. ℞. *Conserv. cochlear.* ʒiij. *borrag. acetos Hispan. ana* ʒj. *Rad. Enul. cond.* ʒß. *Pulv. bezoardic. animal.* ʒij. *Theriac. Androm.* ʒj. *Syrup. scelotyrb.* ʒvj. *M.* *Electuar. alterans & confortans. Pulv. benas uterin. aperiens.* 3. Ad movendos menses. ℞. *Crem.* ♀. *Crystall.* ♀. *ana* ʒij. ⊖*is arthemis. absynth. puleg. meliss. sbir.* ⊖*is coagulat. ana* ʒß. *pulv. agar. rad. asar. Jalapp. ana* ʒij. *Rhabarb. ver.* ʒj. *Croci or.* ℈j. *Troch. de myrrh.* ʒiß. *Ol. macis. savinæ ana* ℈ß. *M. f. pulv. subtil. manè jejuno stomacho drachmæ unius pondere in aqua melissæ. & pulegii sumendus.* Ad hæc, *vena saphæna* in talo pedis secta, *conveniensque Dicta* observata fuit. *V. S. Diæta. Tractatio & operatio chirurgica.*

Quod externam syncipitis exulcerationem, carioſumque ac corruptum cranium concernit, Chirurgus præmissis mundificativis cranium per vices scalpro & malleo usque ad partem sanam, abjectis quamplurimis spinis & squamis, excidit, & per superiorem laminam ac diploen ad inferiorem usque laminam, quæ tandem inter operandum albida apparebat, exscindendo pervenit, cui deinceps pulverem siccantem ex aristolochia longa, radice ireos Florentin. thure, mastice, &c. paratum inspergebat, totumque ulcus ac cavitates sub cute carnosa linteamentis carptis sive stuppis explebat, emplastroque, loco operculi, obtegebat. Et hoc tractandi modo eousque pergebat, donec omne putridum & corruptum, ablatum erat; sed hoc malum paulo post novas radices egit, dum neque menses apparuere, neque cranium album manebat, sed per affluxum novæ materiæ acris, exedentis, & causticæ iterum carioſa nigredine tingebatur, frons fœdæ scabiei efflorescentiis luxuriabat, omnesque circumstantiæ indicabant, totam massam sanguineam in tantum maligna & scorbutica acredine tinctam ac inquinatam esse, ut parva vel nulla spes restitutionis residua sit, quapropter hæc patiens hactenus quidem deligata, sed utendorum remediorum pertæsa prognosticis derelicta fuit, quæ brevi post vitam cum morte mutavit.

OBSERVATIO MED. LXVIII.

Autolithotomus hernioſus vaſa ſpermatica cum teſticulo, intermiſſa ligatione & conſtrictione, abſcindens, à fuſiſſima hæmorrhagia fermè exanimis liberatur ac reſtituitur.

Caſus.

ANnte viginti circiter annos Vinitoris cujusdam ac Civis Eſslingenſis filius, octodecim annorum, ante portas dictæ civitatis, (**in den Rideren**) habitans, cum quodam tempore magno onere in portando oppreſſus erat, vel immenſam molem ſuſtulerat, herniam inteſtinalem acquiſivit, quam rupturam conticuit, ac nemini ſuorum revelavit. Cum autem inter labores ſuos conſuetos ſæpius ac multoties moleſtis doloribus divexaretur, de curatione hujus herniæ cogitare cœpit, ejusque ſectionem, de qua audiverat, quod in illa inter alia teſticulus eximendus & abſcindendus ſit, propria manu aggredi & moliri ſibi propoſuit; Hinc in ſuperiori ædium parte ſtramentum ſibi, cui inſidere poſſit, paravit, cultrum ſuper cote acuit, cumque Parentes cum ſorore extra ædes ſe recepiſſent, in dictum locum aſcendit, caligas exuit, ac in inguine altum ſibi vulnus quod in ſcrotum usque deſcendit, inflixit, teſtem cum peritonæi proceſſu, membrana videlicet vaginali, ac in ea contentis & involutis vaſis ſpermaticis, quousque potuit, extraxit, ac in ſuperiori circa inguen parte, ſine ulla ligatione vel conſtrictione abſcidit, quo facto, horrendum ſanguinis profluvium, quod applicata manu fruſtra cohibere tentavit, inſecutum eſt; quo viſo, per ſcalam deſcendere,

ſeque

seque in cubiculum ac lectum suum recipere decrevit; Cum autem sororem suam, quæ interea temporis domum redierat, lactucam propè ædium januam legere vidisset, in superiori loco usque ad ejus discessum, ulterius commoratus est; postea verò magis magisque viribus destitutus per scalam descendit, ac cubiculum ingressus, lineamina varia majora & minora ibidem suspensa detraxit, loco vulnerato admovit, & exanimis fermè in lectum decidit, altaque suspiria duxit.

Quibus auditis, soror accurrit, fratrem undiquaque sanguine inundatum vidit, parentes cum vicinis ocyus convocavit, qui magno horrore perculsi statim ad urbem properant, ibidemque Dn. Pastorem Deckingerum, ac Medicum Dn. Doctorem Joh. Erhardum Wagnerum, cum chirurgo Carolo Schottio in Consilium & auxilium vocarunt, qui, postquam Patiens Sacramentum altaris accepit, medicamentis stegnoticis sanguinis profluvium refrenarunt, ægrotum cordialibus refocillarunt, eundemque internis & externis requisitis remediis ritè adhibitis felicissimè, (cujus rei oculatus testis sum,) restituerunt, à quo tempore patiens nullam amplius rupturam sensit, sed lætus sine omni impedimento laboribus suis invigilare potuit.

OBSERVATIO MED. LXIX.

Gonorrhœa in puero, tredecim annorum.

Quamvis in hac ætate adhûc tenera, semen neq; quantitate, neque qualitate peccet, & proinde ad excernendum rarò irritet, aut impuberem adhuc atque inhabilem ad venerem instiget, nihilomi-

hilominus malitiam nonnunquam, ſecundum vulgatum proverbium, ætatem ſupplere, ſequens caſus edocet.

PUer tredecim annorum, Illuſtriſſimi cujusdam Comitis vicini pediſſequus, præmaturè veneris libidinibus inhians, ex membro virili per libidinoſum attritum manuumque contrectationem ſemen aliquoties provocabat, unde animi deliquium, ac poſtmodum Gonorrhœa cum inflammatione ſiniſtri teſticuli ſecuta eſt, qui ex mandato Domini ſui conſilium meum imploravit, cui die 18. Julii, anno 1684. ſequentia remedia præſcripſi. *Pilulæ.* ℞. ☿ *ii dulcificat.* ℈j. *Magiſt. Gialapp.* gr. *vij. M.f. c. aq. fragor. pil. num. xxj. pulvere liquiritiæ aſpergendæ, ac una vice deglutiendæ.* *Mixtur.* Et, ℞. *Flor. Caſſ. rec. extr.* ʒiß. *Terebinth. Venet. lot. in aq. Alkekeng.* ʒß. *Syr. de althea Fernel.* ʒvj. *f. mixtura manè & veſperi nucis moſchatæ quantitate ſumenda.* *Pot. ord.* Pro potu ordinario, ℞. *Scob. Lign. ſaſſafr. Guajac. ana* ʒj. *Rad. chin. ſarſaparill. ana* ʒij. *Liquirit.* ʒß. *fic. ping.* ʒß. *paſſul. min.* ʒij. *Cinnam. acut.* ʒj. *anis. fœnic. ana* ʒß. *M. & conciſ. coq. in Menſur. duabus aquæ fontanæ ad tertias, poſtea recoquantur ad priorem uſum.* *Sudorif.* De ſudore inſuper aliquoties per *Rob ſambucinum & Theriacam cum aq. Card. bened. dilutam* movendo, & aliquoties repetendo, admonitus fuit. *Linim. ſimpl.* Scroto verò & teſticulo inflammato *Linimentum ſimplex* applicatum opem & auxilium tulit, & præter hæc convenientem Diætam obſervavit, undè etiam brevi temporis ſpatio convaluit.

OBSERVATIO MED. LXX.

Deglutitio à potu Nicotianæ læſa.

Caſus.

PRænobilis ac ſtrenuus quidam Vir, cum ante aliquot annos fumo Nicotianæ per conſuetum tubulum ſeu fiſtulam ut vocant eundem ori ac faucibus attrahendo tempus falleret, ex iſto tempore aliquale deglutitionis impedimentum ſine omni interna colli læſione, tuberculo, eroſione, vel alio aliquo præternaturali ſigno vel indicio ſenſit, ita, ut ſi mate-

materiam aliquam esculentam vel potulentã deglutire conabatur, non primo statim conamine in œsophagum descenderit, sed secunda vel tertia vice illud conamen repetere coactus fuerit, usque dum deglutitionis scopum attigerit, quod malum Dn. Patientem incerto quidem tempore in hunc usque diem comitatur & affligit, præsertim si sibimetipsi dictum affectum cum timore altius imaginatur, & de deglutiendi facultate sollicitus est; quod vero minus accidit, si frugaliter ventriculum cibo ac potu, (etiam nonnunquam largiori) recreavit ac refocillavit, sicque eundem cum parte affecta humectavit.

Causa.

CAusa hujus mali probabiliter nil aliud est, quam materia flatulenta acido-austera nervis eorumque fibrillis ac musculis jugularibus identidem à cerebro vicinisque partibus communicata, qua mediante ad tempus (donec materia illa brevi resoluta rursus evanescat) quasi rigidi ac immobiles tenentur, officiumque suum in dilatando, contrahendo, & deglutitionem adjuvando facere nequent. An particulæ subtiles à fumo nicotianæ relictæ & residuæ, ac adhuc circa nervorum musculorumque partes delitescentes, sese organis deglutitioni dicatis altius insinuarint, adque hunc affectum producendum concurrant, prudentioribus dijudicandum relinquo.

Signa materiæ flatulentæ diagnostica sunt celer accursus & decursus seu cessatio impedimenti in deglutiendo, aliâs materia fixa existente malum continuò affligeret; Nervorum vero ac musculorum rigidorum, & quasi ad breve tempus immobilium redditorum, deglutitionis impotentia, quæ aliâs beneficio nervorum ac musculorum perficitur, indicat. Cerebrum verò etiam aliquid ad hunc affectum contribuere ex hoc judicatur, quia per fortiorem imaginationem & sollicitudinem, quæ materiam hanc flatulentam ac spiritus commovere efficax est, malum hoc nonnunquam celerius occurrit, & Dn. Patientem divexat. *Signa.*

Quod Prognosin concernit, malum hoc contemnendum non est, nam si materia illa flatulenta tandem in fixam degeneraret, compactaque nervorum ac musculorum ad deglutitionem necessarium motum cohiberet, & paralytica immobilitate sideraret, sicque deglutitionis *Prognosis.*

titionis facultatem penitus tolleret, fame ac ſiti Patientem trucidare poſſet.

Curatio. Ad hunc affectum curandum internè & externè lenientia, demulcentia, nervosque ac muſculos humectantia, caputq; roborantia requiruntur, qualia ſunt, *Oleum amygdal. dulc. & Syrupi lenientes ac humectantes, utpote Syrupus violar. liquirit. de jujub. papav. err. de ſiliquis, Mel. roſat. colat. Rob nucum & ſimilia.* Exempli gratia. ℞. *Syr. violar. de jujub. Liquirit. ana* ℥iß. *papav. err. de ſiliquis, ana* ℥ß. *Rob nucum* ℥vj. *M. d. ad fictile. Doſis cochleare unum vel alterum M. & V. ſenſim deglutiendo.*

Syrup.

Ol. pro colli & nuchæ inunctione, Pulv. Cephal. corrob.

Externè conferret M. & V. calida *inunctio nuchæ & colli cum Ol. roſar. amygdal. dulc. & lumbricor. invicem mixtis.*

Ad capitis roborationem, ℞. *Succin. alb. præp.* ʒij. *Corall. rubr. præp. Corall. alb. præp. Margaritar. præp. Spec. diarrhod. Abbat. diapliris Archont. ana* ʒj. *Rad. pœon.* ʒß. *fol.* ⊙. *num. 4. M. f. pulv. d. ad ſcatul. S.* **Stärckendes Hauptpulver** / *de quo pulvere ſingulis menſibus in ipſo die Novilunii Drachma una in aqua Ceraſor. nigror. ſumatur.* Et hæc ſunt, quæ de hoc affectu, (ſalvo tamen melius ſentientium judicio) notare volui. Deus T. opt. Max. hæc præſcripta remedia Divina benedictione ſecundet. Ulmæ Suevor. die 7. Novembr. S. V. 1692.

Eberhardus Gockelius, D.

CONSILIUM MED. LXXI.

Violenta nervorum ac tendinum pedis minoris extenſio ſymptomata motui naturali moleſta, excitans.

Caſus à Patientis Parente, Parocho quodam delineatus.

Caſus.

IUvenis annorum octodecim, aut ſaltu aut alio violento motu nervos ac tendines ſiniſtri minoris pedis diſtendendo læſit, humoremque extravaſatum motui inimicum ad partem affectam

ctam defluxisse sensit; cum verò patiens neglecta quiete & remediis, pedem in obeundis suis functionibus crebriori incessu defatigasset, totum pedem cum latere ita imbecillem deprehendit, ut nec ipsum corpus sustinere potuerit, sed dextro tantum pede istud suffulcire, ac super sano saltem latere decumbere coactus fuerit. Lympham nervis suffusam esse, non nemo existimavit; alter sui nominis aneurisma esse judicavit, usumque Emplastri de Ranis cum Mercurio, & Balsamum Peruvianum, sed sine ullo emolumento, suasit. Huic atrophia, sed sine dolore accessit. Interim humor ille vaporosus circa partem affectam stagnans, ac aliqualem tumorem excitans, qui tactui cedit & recedit, nec mitigari, nec educi, nec ut magis intumescat, moveri potest. Cutis carni obducta candida, ut in illæso dextro pede conspicitur, & tanta sanguinis in venis est copia, ut ipsæ quasi intumescant, & distensæ replentur. Qua igitur ratione & methodo curatio instituenda, & quomodo Vaporosus ille nervis inimicus suffusus liquor educendus, motusque naturalis pedis restituendus sit, hoc benedicenti Deo, Medicique dexteritati atque judicio relinquitur.

Censura Medica.

QUantum ex affectus relatione judicari potest, ille totus ab imbecillitate minoris pedis, quam à nimia & violenta nervorum ac tendinum humorem alimentarium inter interstitium musculorum, partiumque adjacentium effundentium, extensione contraxit, proficiscitur, undè humor in tubulis stagnans fibrillas distorsit, circulationem sanguinis impedivit, ac atrophiam pedis excitavit. Ab aneurismate oriri incredibile est, quia id solum à ruptione & apertione arteriarum, & sanguine extravasato stagnante & corrupto, quam non rarò putredo, aliaque pessima symptomata concomitantur, provenit. Ex sanguinis copia, ac distensione membranosæ venarum substantiæ varices nonnunquam provenire, quotidiana experientia testatur. Forsan etiam ex violento illo saltu os pedis fissuram acquisivit, & per transsudantem materiam os corruptum est, *Causa.*

quam corruptionem in superiori pedis parte atrophia, in inferiori vero tumor monstrosus cum spina ventosa insequi posset.

Curatio. Quod Curationem concernit, 1. Corpus, præsertim quando cacochymicum est, per convenientia remedia expurgandum. 2. Tumor mollis & relaxatio nervorum ac tendinum per Emplastrum diaphoreticum, vel aliud conveniens catagmaticum, exsiccanda. 3. Amalgama ex plumbo & mercurio vivo paratum, cumque convenientibus Emplastris permixtum, vel plumbum in forma bracteatæ laminæ imponendum. Et 4. Locus affectus per fascias cruciatim ligatas, nervos, talum, ac tendines firmantes, muniendus erit.

Quod pro desiderata informatione monere volui. Cætera ex oculari inspectione melius elucescent. Exarabam die 3. April. 1693.

CONSILIUM MED. LXXII.

Diabeten examinans.

Casus.

PRænobilissimus quidam Adolescens, annorum circiter octodecim de crebriori & immodica Urinæ excretione, cum pallore faciei, virium prostratione, membrorum lassitudine, & atrophia corporis conquerebatur, quod malum sequenti ratione delineavi.

Synonimia. Hic Affectus à Medicis Diabetes, à græco vocabulo διαβαίνω id est transeo, nominatur, quia urina ab hepate ad renes, & abhinc ulterius ad vesicam ocyus ablegatur, ac per illam excernitur. Ab aliquibus etiam Urinæ profluvium, ab aliis Hydrops ad matulam, Diarrhœa in urina, & Dipsacus, (à serpente, cujus ictus vel morsus magnam corporis exæstuationem & urinæ copiosum profluvium excitare solet) nuncupatur.

Definitio. Definitur autem quod sit copiosa urinæ excretio, quæ à læsa facultate alteratrice & retentrice originem habeat.

Hic

Hic affectus ſecundum gradus ſuos diſpeſcitur, in principio enim urinæ copioſa excretio, præſertim quando coloris expers eſt, parvi æſtimatur; Procedente verò tempore malum hoc incrementum ſumit, & Patiens ſemper magis magisque ad crebriorem ac uberiorem urinæ excretionem, cum clara & perſpicua corporis extenuatione ſtimulatur, donec tandem morbo invaleſcente tota ſubſtantia corporis reſolvitur, ac cum urina excernitur. *Differentia.*

Dodonæus Obſerv. Med. cap. 42. refert, quod quendam viderit, qui uno die amplius quam quadraginta libras urinæ reddebat. Et Cardanus annotavit, de quadam puella annorum octodecim, ſingulis diebus urinæ circiter triginta ſex, & ſic intra ſexaginta dies, (quibus hæc præternaturalis excretio duravit) 1740. libras profluxiſſe.

Nec verò id quod excernitur, ſemper aquoſum & immutatum eſt, ſed in hepate ſæpius nonnullam mutationem accipit, ut Dodonæus teſtatur. Joh. Baptiſta Sylvativus Controverſ. 29. ſcribit, in Diabete potum non ſemper ſtatim, ſæpè etiam mutatum, perpetuò tamen auctum & in majori quantitate reddi, ac interdum potus quantitatem eſſe Uncias viginti quinque, urinam autem emitti ad uncias centum. Rarum hoc morbi genus & à Galeno bis tantum viſum eſt, ut lib. 6. d. loc. affect. cap. 3. fatetur. Rabbi Moſes part. 8. Aphorismor. ſcribit, quod in Ægypto intra decem annos ultra viginti Patientes Diabete laborantes, ſed in Occidente nullum viderit, neque à ſuis Doctoribus aliquid de hoc affectu audiverit. Et ego fateor, me toto praxis meæ tempore, (quam jam per 36. annos exercui,) nullam perſonam, præter unicam fœminam Oggenhuſanam. (quam feliciter reſtitui) dum adhuc Reip. Giengens. Phyſicum ordinarium agerem, hoc morbo correptam vidiſſe.

Cauſam hujus mali ab Auctoribus calidæ & ſiccæ hepatis intemperiei, itemque bilioſis, ſalſis & acribus humoribus, renes ad continuam ſeri attractionem inſtigantibus, adſcribitur. Secundum Baptiſtam Sylvaticum, Galenum, Aretæum, & Actuarium, cauſa inſignis calida epatis intemperies totiusque venoſi generis eſt, quæ ſuccenſa ſanguinem fundere, ejusque portionem aliquam in ſerum mutare potis eſt, quod ſerum deinceps eximia renum caliditas à ſanguine ſeparat & attrahit, ſimulque ad veſicam impetuosè ablegat, ad quam deinceps expellendam veſica hujus copia laceſſita inſurgit. Platerus & D. Dan. Sennert. huic ſententiæ ſubſcribunt, & cauſam calidæ hepatis, renum & venoſi generis intemperiei, colliquationem ac reſolutionem ſubſtantiæ corporis in materiam aquoſam excitanti, attribuunt. *Cauſa.*

Neoterici, apud quos illa ratio de attractione renum exolevit, & inter eos Willisius Pharmaceut. Rat. part. 1. sect. 4. c. 2. statuit, causam proximam in sanguinis deliquio seu nimia serositate colliquativa consistere, dum compages sanguinis nimium est relaxata, & resoluta. Paracelsus lib. 2. de Tartaro Tract. 3. cap. 2. causam hujus affectus ponit in sale resoluto & sciisso per ingressum acuti salis. Nec verò id quod bibitur mingitur, sed etiam humor copiosus à renibus è colliquato corpore trahitur. Aretæus arbitratur, esse carnium & membrorum in urinam colliquationem, ex qua summa totius corporis macies subsequatur.

Observationes de Diabete variæ in Ephemeridibus Naturæ Curiosorum Anno. 2. Obs. 164. 175. 176. 198. & Ann. 3. Obs. 183. prostant, quæ ibidem videantur.

Signa. Affectus hic paulatim ac insensibiliter crescit, neque æger curat, etsi plus mingat quam consuevit, dum ad potum vel aliam causam refert. Si verò naturæ opus sit hæc copiosa mictio, paulò post cessat, morbusque quo æger laborabat, cum levamine patientis solvitur. Si verò tale nihil accidit, indicio est hunc affectum symptomaticum esse, dum æger sensim ac paulatim majorem urinæ copiam reddere incipit, ita, ut tandem assumpti potus quantitatem multò superet, urina, quæ primò fuit colorata & tincta, tandem fit aquosa, adest oris siccitas & sitis, corpus tandem extenuatur & contabescit, in visceribus ardor & æstus percipitur, sique patientes urinam diu retinent, lumbi ac testes intumescunt, & quæ sunt similia.

Prognosis. Malum hoc, si non mox in principio cognoscatur, eidemque legitimis remediorum præsidiis succurratur, valdè periculosum est, quia hominem ad tabem & insequentem mortem deducit. 2. In Senibus vix unquam curatur. 3. Diabetes etiam post immodicum laborem, post nimium veneris usum, & post febres chronicas plerumque incurabilis est.. 4 In principio verò, & si adhuc urina est colorata, antequam ingravescat, sæpius curatur.

Curatio. Curatio in hoc consistit, ut caloris excessus, qui humores liquat, viscerumque intemperies, quæ facit ut serum avidius attrahatur, corrigatur, & retentricis robur tam in visceribus quam in renibus, nec non in toto venoso genere confirmetur & augeatur. Quod ipsum per interna & externa remedia, convenientemque Diætam peragendum.

Electuar. Internè confert Electuarium sequens. ℞. *Conserv. rosar. rubr. antiqu.* ℥ *iiij. Spodii præp. Corall. rubr. præp. CC. ust. præp. ana.* ʒj. *Pulv. antihectic. Poter. Pulv. analept. frig. Münder. ana* ℈ij. *Sem. plantag. portulac. ana* ʒß. *Mucilag. sem. cydon.* ℥ß. *Syrup. cydon.* ʒj. *vel. q. s. ad Elect. mollior. consistentiam.*

ſtentiam. M. d. ad fictile. De quo ſæpius in die avellanæ quantitas capiatur. In hunc finem etiam pulveres, trochiſci vel aliæ remediorum formulæ ordinari poſſunt.

Externè tale Unguentum refrigerans lumbis ac renum regioni inungendum conducit. ℞. *Unguent. roſat. comitiſſ. Cerat. ſantal ana* ʒvj. *Ol. Nymph. violar. ana* ʒij. *Camphor.* ∋ß. *M. d. ad fictile.* Nec minus tale Emplaſtrum regioni renum & lumborum imponendum profituum eſt. ℞. *Boli armen. terr. ſigill. ſangu. Dracon. corall. rubr. ſpodii, ſantal. citrin. ana* ʒij. *Acac. thur. maſtic. ana* ʒß. *Terebinth. Ceræ ana* ʒj. *Ol. myrtin.* ʒij. *M. f. Emplaſtrum.* Huic etiam Emplaſtro lamina plumbi ſuperligari poterit. *Unguent.*

Quod Diætam concernit, 1. Aer ſit temperatus ac ad frigidum inclinans. 2. Cibi ſint coctu faciles, refrigerantes, ſed non valdè humectantes, nec acres & diuretici, ſed bonum ac laudabilem ſuccum & ſanguinem generantes, quales ſunt juſcula carnium, oryza, hordeata, caro agnina, vitulina, & hœdina, gallinarum item, caponum, pullorum gallinaceorum, & quæ ſunt ſimilia. Econtra cibi crudi, multo ſale conditi, aromatiſati, acidi & duri evitentur. Pro potu ordinario conferunt *cereviſia defecata; decoctum hordei cum ſyrupo cydoniorum permixtum; aqua chalybeata cum pane albo ex clibano deſumpto ac calidiſſimè immerſo; Julapia, è ſyrupo rubi Idæi ribium, Ceraſor. acidor. & cydon. cum aqua fontana parata;* nec non *Decoctum rad. chinæ, ligni ſantalini ac paſſularum minorum,* &c. 3. Motus ſit moderatus, ac è contrario fortiores motus atque corporis exercitia fugiantur. 4. In ſomno & quiete teneatur modus. 5. Alvus ſit naturaliter aperta, occluſa vero ſequenti Electuario, de quo nucis moſchatæ quantitas ſumenda, reſeretur. ℞. *Pulp. Paſſular. minor. Tamarind. flor. Caſſ. ana* ʒj. *Cortic. arant. cond. Rad. cichor. cond. ana* ʒß. *Pulv. antihect. Poter. ſtomachic. Poter. Rad. Jalapp. ana* ʒij. *M. f. c. Syrup. roſ. ſolut. q. ſ. Elect. molle. d. ad fictile.* Et tandem 6. fortiores animi commotiones moderentur. Dabam, die 18. Mart. 1692. *Diæta. Potus ord. Decoctum. Julapia. Electuar. laxat. album aperitam ſeroſum.*

OBSERVATIO MED. LXXIII.

Febris tertiana ſpuria convulſiva, cœcitatem invehens.

Morbus.

ANno 1692. circa initium menſis Junii, Chriſtianus Hermannus, Memmingenſis, cœlebs aurifaber, temperamenti phlegmatici, habitus corporis rari, febre tertiana ſpuria correptus eſt, cui ad remotionem cauſæ bilioſæ & pituitoſæ, & ſublationem inſecuti morbi febrilis, tam purgantibus, quam antifebrilibus ſpecificis, obventum fuit, à quorum uſu tamen febris non ceſſavit, ſed cum anorexia & debilitate ſtomachi, lateris & hypochondriorum dolore, alvi obſtructione, virium proſtratione, aliisque ſymptomatibus, (ſpretâ remediorum diligenti adminiſtratione) incrementum ſumſit, quibus omnibus die 12. Junii atrociſſimæ convulſiones per biduum durantes, cum loquelæ, (ob nervorum ſeptimæ conjugationis, & recurrentium læſionem) amiſſione, acceſſerunt, tertia ab invaſione die ceſſarunt, quarta vero cum majori vehementia, & totius corporis, membrorumque horrenda vibratione & concuſſione recruduerunt, ſimulque cœcitatem, ob ſummam ſpirituum animalium perturbationem ac diſperſionem per duos integros dies induxerunt, quibus elapſis, Patiens poſt adhibita remedia ophthalmica viſumque roborantia, & hinc recollectos ac concentratos ſpiritus animales & viſorios, viſum recuperavit, ſed de capitis, ac reſiduo lateris ſiniſtri dolore adhuc urgente, aſthmate, alvoque ſuppreſſa conqueſtus eſt, quæ ſymptomata per injecta clyſmata, potiones laxativas, & remedia topica ſublata fuerunt, Patiensque indies melius habuit, priſtinamque bonam valetudinem, mediantibus infra deſignatis juvantibus, per Dei gratiam recuperavit.

Curatio.

REmedia autem ſequentia fuere.

Syrup. laxat. 1. Ad materiæ peccantis expurgationem. ℞. *Syr. de cichor. cum Rhab. Roſat. ſolut. diaſer. Andern. ana* ʒß. *Pulv. rad. Jalapp.* ʒj. *Spir.* ☉. ƷB. *M.*

℈ß. *M. d. ad Oll. de quo syrupo laxativo per aliquot dies manè jejuno stomacho, præmissâ agitatione, cochleare unum capiatur.*

2. Ad febris sublationem. ℞. *Salis Card. bened. centaur. min. absynth. pulv. cortic. rad. chin. chin. ana* ℈ß. *M. f. pulv. subtil. unâ vice in brodio carnis vel aq. centaur. minor. sub tempus paroxysmi sumendus, & aliquoties repetendus.* Pulv. antifebril.

3. Ad stomachi debilitatem corrigendam. ℞. *Conserv. menth. Elect. diacydon. simpl. ana* ʒj. *Nuc. mosch. cond. Zingib. in china cond. cortic. aurant. cond. ana* ʒj. *Theriac. Androm. Philon. Rom. ana* ʒj. *Syr. cydon.* ʒß. *M. f. Electuarium. successivè utendum.* Elect. stomach.

Et, ℞. *Empl. de crust. panis,* ʒß. *de tacamahac.* ʒij. *M. & malax. c. Ol. menth. extend. super aluta fiatque l. a. Emplastrum ventriculi regioni imponendum.* Empl. stomach.

4. Ad anxietatem circa præcordia auferendam, & cor roborandum. ℞. *Theriac cœlest. gr. iij. f. pill. num. 3. una vice deglutiendæ.* Theriac. cœlest.

5. Ad convulsiones epilepticas sedandas. ℞. *Aq. confort. Offic. perlat. Cerass. nigr. ana* ʒiß. *Epilept. Lang. hirund. c. castor. flor. tiliæ, pœon. ana* ʒß. *Cinnam. still.* ʒij. *pulv. Marchion. Cinnabar. nativ. granulat. & præp. ana* ℈j. *Man. Chr.. perlat.* ʒij. *f. mixtura cochleatim sumenda.* Aq. Epilept.

Item, ℞. *Aq. confort. offic. perlat. cerass. nigr. flor. til. pœon. ana* ʒvj. *epilept. Lang.* ʒß. *Cinnam. buglossat.* ʒij. *pulv. March.* ℈j. *Margarit. præp.* ℈ß. *conf. Alkerm. incompl.* ʒß. *Lap. Bezoard. or. gr. v. syr. flor. pœon.* ʒij. *Jalap. ros.* ʒß. *f. mixtura, pari modo, ut prior, usurpanda.* Aq.

Et, Aqua odorifera seq. naribus applicanda. ℞. *Aq. ros. fragrantiss. odorif. Fuchs. ana* ʒvj. *Cinnam. still. spir. cephal. Anhalt. compl. ana* ʒij. *M. d. ad vitrum.* odorif.

Nec non ad revulsionem & derivationem seq. Clyster. ℞. *Herb.* ʒ. *emoll. ana M*ß. *beton. majoran. ana M*ß. *Rad. pœon.* ʒij. *sem. lini fœnugr. ana* ʒß. *M. f. decoct. cum brod. carn. s. q.* ℞. *Hujus colatur.* ʒvj. *in qua dissolv. Elect. lenit. Florenz. Diacathol. ana* ʒj. *Mell. ros. col.* ʒiß. *Ol. ros.* ʒß. *vitell. ov. num. j. sal. gemm.* ʒj. *M. f. Clyster. applicandus.* Cui etiam infra ad alvi obstruction. tollend. Clyster. designatus respondet. Clyster.

6. Ad caput roborandum, visumque recuperandum. ℞. *Conserv. ros. antiq.* ʒj. *beton. majoran. flor. Euphras. ana* ʒij. *Confect. Alkerm. incompl.* ℈j. *Syr. rub. Id.* ʒß. *M. f. Electuarium, de quo sæpius avellanæ quantitas sumatur.* Elect. bisum robor.

7. Ad capitis dolorem compescendum. ℞. *Emplastr. hypnot. Mynsicht.* ʒj. *quod super alutâ extensum fronti ac temporibus applicetur.* Empl. hypnot.

8. Ad Asthma profligandum. ℞. *Sperm. Cet. rec. Ocul.* ♋. *præp. ana* ℈ij. *Syr. d. hyssop.* ʒij. *Aq. hyssop. Cerass. nigr. ana* ʒj. *M. f. potiuncula unâ vice haurienda.* Potiuncula antiasthmat.

9. Ad

Potio anodyna.

9. Ad hypochondriorum dolorem mitigandum. ℞. *Tripher. magn.* ℈ij. *Theriac. cœleſt. gr. iij. Extr. laud. op. Paracelſ. incompl. gr. j*ß. *Macis, Croc. or. ana* ℈ß. *aq. flor. chamon.* ℥j. *M. f. potiuncula una vice capienda.*

Potio laxat.

It. ℞. *Ol. amygdal. dulc.* ʒiß. *Mann. Calabr. el.* ʒvj. *Syr. d. cich. c Rhab.* ʒß. *Sperm. cet. rec.* ℈j. *aq. Ceras. nigr. q. ſ. ad. potiuncul. una vice bibendam.*

Alia.

Item, ℞. *Fol. ſen. el. ſ. ſt.* ʒiij. *Rhab. ver. Crem.* ♀. *ana* ʒß. *aq. Ceraſ. nigr.* ℥iiij. *M. f. lenis ebullitio, in colatur. diſſolv. Mann. Calabr. el.* ʒiß. *M. f. potio.*

Ol. anodyn.

Et, ℞. *Ol. chamomill. lumbricor. aneth. ana* ʒß. *quibus oleis hypochondr. regio calidè inungatur.*

Brodium lax.

10. Ad alvi obſtructiones reſerandas. ℞. *Brod. cibeb. laxat.* ʒiß. *Aq. Ceras. nigr.* ʒvj. *M. f. potiuncula.* Et, ℞. *Spec. decoct. carminat.* ℥ij. *f. decoct. c. lacte vaccin. q. ſ Colatur.* ℞. ℥ij. *in qua diſſolv. Elect. lenit. Florenz. Diacathol. ana* ʒvj. *vitell. ov. num. 2. M. f. Clyſter.* Et, ℞. *Lactis vaccin.* ʒvj. *in quo diſſolv. Mell. roſ. colat. ſacch. Thom. ana* ℥ij. *vitell. ovor. num. 2. M. f. Clyſter, iterato applicandus.*

Clyſter. Clyſma.

Decoct. pro potu ord. Julap.

11. Pro potu ordinario *Decoctum CC. cum hordeo, liquiritia, & paſſulis, nec non Julapia ex aq. font. cum ſyr. rub. Idæi & violar. parata bibit*; ac inſuper bonam *Diætam* obſervavit.

Diæta.

Quibus remediis dictus Patiens reſtitutus, in hunc usque diem bona & exoptata ſanitate fruitur.

CONSILIUM MED. LXXIV.

Arthritis vaga ſcorbutica, accedente atrophia corporis hectica, aliisque malis ſymptomatibus, lethalis.

Caſus.

ANno 1692. Menſe Julio, Illuſtriſſimus Comes ac Dominus, Dominus Albertus Fugger, Dominus in Kirchberg & Weiſſenhorn, &c. &c. ætatis anno 69. de doloribus vagis arthriticis, brachia, manus, claviculas, cervicem, lumbos, ac pedes percurrentibus, totumque corpus inquietantibus

bus atque defatigantibus conqueritur, ex qua cauſa etiam opem & auxilium medicum, ad hoc moleſtiſſimum malum eradicandum deſiderat.

Reſolutio.

HIc Affectus nihil aliud eſt quam Arthritis vaga ſcorbutica, in qua dolores totum corpus ac membra pervagantur, inque nervoſis & membranoſis partibus erodendo ac vellicando triſtiſſimum ſenſum, maximosque cruciatus excitant. *Morbus.*

Cauſa hujus morbi ſal volatile acutum & ſcorbuticum eſt, quo maſſa ſanguinea cum humoribus inquinatur, ac per modum circulationis nervoſis, membranoſis, ſenſuque exquiſitiſſimo præditis partibus communicatur, undè per exedentem ac corroſivam ſuam corruptionem & acredinem maximi dolores oboriuntur. *Cauſa.*

Signa, ex quibus dictus affectus cognoſcitur, ſunt dolores vagi, qui jam brachia & manus, nunc cervicem, claviculas, axillas & humeros, mox dorſum ac lumbos ſua vehementia percurrere & inquietare conſueverunt. *Signa.*

Hic affectus, quia chronicus eſt, brevi temporis termino debellari nequit, ſed pro ratione materiæ peccantis ac diſpoſitione ſubjecti, temporis ſpatium ad curationem requirit, ubi quædam ſubjecta aliquot ſeptimanis, alia longiori tempore, ad quadrans anni vel ſemeſtre durante, curantur; alios totaliter deſerit, apud alios verò recurrit. *Prognoſis.*

Curatio in ſequentibus conſiſtit, 1. ut totum corpus per appropriata remedia ab his acribus, mordacibus, impurisque humoribus liberetur & expurgetur. 2. Maſſa ſanguinea atque humores alimentarii alterentur, & ſimul ab hoc ſale volatili acri atque ſcorbutico per appropriata & ſpecifica remedia liberentur. 3. Dolores corporis & membrorum per remedia anodyna mitigentur ac tollantur. 4. Partes affectæ roborentur. Et 5. Conveniens Diæta obſervetur. *Curatio.*

In quem finem *Noduli laxativi, Electuaria lenitiva, Clyſteres, Tincturæ, Eſſentiæ, Pulveres arthritici, itemque Pulveres confortantes ante cibum ſumendi, Pulviſculi & Pilulæ dolorem ſedantes, Emulſiones refrigerantes, alterantes, & confortantes, Aqua Lunæ, aliæque Aquæ cordiales, & diureticæ, Trageæ, Gelatinæ, ſpecies pro potu ordinario, Syrupi pro Julapiis, Cucuphæ, nec non Topica, utpote ſpiritus arthritici, membrorum fumigationes, Olea & Unguenta, cum ſectione venæ iſchiaticæ in pede minori & convenienti Diætâ præſcripta & adhibita ſunt, quæ omnia inferius recenſentur.* A quorum uſu Illuſtriſſ.

Dn. Patiens in morbi principio, ut ſibi aliisque videbatur, melius habuit, donec varia accedentia mala ſymptomata identidem acceſſerunt, morbumque tandem deſperatum reddiderunt.

Et quia præfatus Illuſtriſſimus Dominus Patiens etiam aliorum clariſſimorum Medicorum de ſuo affectu ſententiam ſcire deſiderabat, idcircò Prænobiliſſimo & Excellentiſſimo Domino Johanni Jacobo Wepfero, Medico Scaphuſiano famigeratiſſimo, morbum hunc cum omnibus circumſtantiis per literas notificavi, qui mihi per ſequentes reſpondit.

Salve plurimum Nobiliſſime & Excellentiſſime Domine, Fautor honoratiſſime.

IN valetudine afflicta Illuſtriſſimi Domini Comitis Fuggeri plurima concurrere Medicorum ſolicitudinem non parum excitantia & porrò exercitatura. Aliquid de his explicavit DD. Brunner Gener meus, ſed non plenè, quia poſt reditum ſuum paucis momentis apud me commoratus à Sereniſſimo Electore Palatino per expreſſum ut vocant Equitem curſorium vocatus iter ſuum Düſeldorpium usque quantocyus accelerare cogebatur, ſpem autem fecit me plura Kirchberga & totam morbi hiſtoriam adepturum. Arthritidem vagam ſcorbuticam maximam partem expugnatam ex literis Exc. T. intelligo; mentio tamen fit atrophiæ, capitis debilitatis, vertiginis, tinnitus in aure ſiniſtra, labis alicujus facultatum principum; quibus nuperrimè acceſſerit dolor punctorius in latere ſiniſtro, cum vomitu humoris acidi mucoſi & die ſeq. inſecuti.

Arthriticos dolores quod attinet, utcunque mitigati videantur, nondum tamen penitus debellatos inde conjicio, quia Illuſtriſſimus Dominus in literis meminit doloris tenſivi in muſculis caput erigentibus, quem excipiat fluxio dolorifica ad ſcapulas & axillas, & vix fieri poteſt quin alibi dolores in articulis repullulent, in arthritide hâc ad ſemeſtre extenſa & crebrius redeunte. Quem vereor balnea illa poraria & inſeſſus ad collum usque ex decoct. hord. cui amygdala permixta, plus nocumenti, quam utilitatis attulerint.

Qualis ſit atrophia non benè percipio; an nimirum, particularis unius alteriusve artuum? quales quandoque dolores diuturnos etiam articulorum conſequi ſolent. An verò univerſalis ſeu emaciatio totius ſit, ut cutis oſſibus hæreat, quæ quoque conſequitur creberrimè affectus chronicos arthriticos. Quæ maciei tamen cauſa ſit,

ſa ſit, ſcire multum intereſt, an nimirum hanc pepererint dolores, vigiliæ, & ἀσιτία? anne verò febris aliqua lenta adhuc ceu ignis ſub cineribus doloſis occultatus? Dubia quæque occurrunt ratione debilitatis capitis, nam ut Illuſtriſſimus Dominus ſcribit, capitis quandam debilitatem vertiginoſam non ſolum experitur quando extra lectum eſt, & illum memoria & judicio ſatis benè valere in hac ætate & tam diuturno conflictu cum morbo atroci, teſtantur literæ ipſius concinnè & propria manu ſcriptæ. Auris ſiniſtræ tinnitus proveniet à particulari organi acouſtici vitio. Hanc capitis debilitatem derivarem potius à paupertate ſpirituum animalium, quam attulere cauſæ atrophiæ univerſalis cauſa. Tinnitus auris ſiniſtræ cauſa procul dubio erit obſtructio aliqua meatuum circa aurem motum aeris impedientem, quid vero tale impedimentum efficiat, facilè agnoſcitur, ſi vel digito ductus auditorius obturetur. Nuperus dolor punctorius lateris ſiniſtri cum vomitu primum muci acidi craſſi & ſic etiam juſculi, nephritico ſimilis; nam Illuſtriſſimus Dominus in literis memorat ſe poſt uſum pulveris viperarum emingere urinam rubram, quandoque fuſcam, cum ſedimento craſſo & fœdo; præterea Clyſter ſtatim levamen attulit; & non abſonum eſt, in tam longo decubitu talem gorgonium fœtum productum fuiſſe. Quomodocunque ſe res habeat, interea, tum aliter edoctus fuero, hæc ſuadeo, quæ tamen Exc. T. judicio & prudentiæ ſubjicio. 1. Ad reliquias Arthritidis auferendas 1. Pulverem hunc.

℞. *Pulv. antihect. Poter.* ʒij. — *Pulv. antiarthriticus.*
CC. præp.
Ungul. alcis. præp. ana ʒiß.
Cinnab. ☿*. rectif.* ∋ß. *vel ejus loco nativ. Ungar.*
ois volat. lumbric. terr. ʒß.
Theriac. cœleſt. gr. vj. aut ſi placeat Eſſent.
Langelott. anodyn. gr. iiij.
Matr. perlar. præp. ʒß. *Ol. nucis moſch. expr. gr. iiij.*
ſacch. albiſſ. ℥ij. *M. f. pulv. ad ſcatul.*

Hujus pulveris ʒß. manè hora 5. & veſperi hora 5. dari poſſent, loco pulveris viperarum, quem urinam depravaſſe Illuſtriſſimus Dominus putat, 2. Locus doloris etiam, ſi dolor vehemens eſſet, obvolvi poſſet linteo molli aliquot vicibus complicato, & hujus pulveris fumo imbuto.

℞. *Succini flavi* ʒij. — *Pulv. pro fumo.*
Maſtic. el. ʒß.

Summit. rorismar.
fl. Lavend.
Calendul. ana ʒvj.
Bacc. juniper. ʒj. M. f. pulv. grossus.

lintea tam calidè imponantur, quam perferre poterit, inprimis si dolor valdè sæviat, nec statim amoveantur si dolores acerbentur, nam certum levamen continuatione adferet. Empl. Ung. Cataplasmata, Spir. antiarthriticos in arthritide vaga sæpè plus nocuisse, cum aliis observavi.

II. Atrophiam Universalem & capitis debilitatem à spirituum animalium aliquo defectu victus analepticus magis tollet, quam mille alia ex pharmacapoliis petita, atque hanc ob causam curam lacteam tum hæc vitia emendasse, tum causam arthritidis inveteratæ sustulisse, cum aliis experientia didici. Illustrissimus Dominus Franciscus Carolus Comes de Fürstenberg ex male tractata Arthritide vaga Brisacci à Barbitonsore ante 30. annos atrocissima postea Podagra correptus fuit, diu frustra ad illam amoliendam tentatis plurimis etiam dogmaticè administratis, tandem curam lacteam suasi, qua aliquot annis ab illa immunis fuit, etiam per biennium postquam rursus vinum bibisset: Illa recrudescente anno 1678. rursus ad illam Illustrissimum persuasi, quam in hunc usque diem continuat: post ultimam recidivam subindè quidem paroxysmos experitur, sed tolerabiles. Interea est obæsus, vegetus, à multis affectibus quibus aliâs obnoxius erat, planè liber. Est Illustrissimi Domini Comitis coætaneus, ipsique quod equidem sciam cognatione junctus, ut mihi Illustrissima Domicella Maria Francisca Eusebia Comitissa Fuggerin sæpius Meskirchii significavit, quam anno 1676. Mense April. vehementer Arthritide vaga decubuam feliciter benedicente Deo curavi. Verum Illustrissimo Domino Comiti non facilè suaserim curam lacteam, priusquam mihi ipsius constitutio optimè perspecta esset: novi enim plurimos hanc curam non toleravisse: & nunc minus conveniret, quia nuper acida evomuit. Præter analeptica præstant gelatinæ; hanc in frequenti usu hoc in casu habeo. ℞. *Carn. vitulin. vel vervecin. macræ* ℔j. *Gallin. mund. dimidiam, Epatis vitul. vel agni* ℔ß. *Ichtiocoll.* ʒij. *Macis* ʒß. *incis. & lota inde Lagenæ stann. add. pom. Citri in 4. frustra divis. n. j. vin. alb. Nicar. vel* ℔j. *aq. font.* ℔ij. *Lagena stannea benè obturata indatur lebeti aqua pleno: coq. 5. vel 6. horis, Colatura exprimatur fortiter. De hac gelatina quoties jusculum comeditur immisceri poterint cochlear. iiij. vel v.* Ex aliis analepticis prodesset *Pulvis analepticus frigidus Münder. compl.* qui vel solus cum congruo vehiculo subinde dari posset.

Cura lactis non rarò causam arthritic. inveteratæ sustulit. Hujus rei Exemplum.

Plurimi curam lacteam non tolerarunt. Gelatina analept.

Pulv. analept. Münder. compl.

Vel

Vel ℞. *Conſerv. roſar.* ʒij. *Conſ. anthos, flor. bugloſſ. ana* ʒß. *Conf. Alkerm. compl.* ʒj. *Pulv. analept. frig.* ʒiij. *Syr. cortic. citr. parum Doſ.* ʒj. *vel* ʒij. *bor. 9. noct.* Cephalica cujuscunque generis prætereo ſtudio. *Electuar. confort. analept.*

III. Si nuper paroxyſmus Nephriticus vere fuiſſet, ſique rediret, proderunt ſolida in hoc affectu.

IV. Tinnitum aurium ſenſim aufferet mundatio auri ductus ſingulo mane facta turunda linea craſſitie pennæ anſerinæ parum imbutæ Tinctura fellis ejusque noctu occluſæ goſſipio imbuto pauxillo Balſ. Apoplect. Interdum relinquatur ductus apertus. Vinum acidulis diluere connivendo concedere poſſumus appetitus cauſa, alias illud non probarem. Clyſteres ſubinde repetantur. Scire averem num cum Exc. T. communicata fuerint Conſilia Sereniſſimo Duci Oelſnenſi à me ſcripta, ut petii. Ego vix & non niſi per tertium reſcivi tradita fuiſſe, quamvis non exiguo labore conſcripſerim. Hoc momento literas à D. D. Brunnero Dyſſeldorpio accepi, datas 8. Jul. quorſum intra 5. dies hinc pervenit. His Exc. Domine cum tota familia optimè vale. Scaphuſii d. 16. Julii, 1692.

Exc. T.

Ubi manent Exc. T. Obſervationes
pridem pollicitæ?

cultor perpetuus
Johann. Jacob. Wepfer, MD.

Cui ad has iterum reſpondi.

Prænobiliſſime ac Doctiſſime Vir,
Fautor colendiſſime.

LIteras Exc. T. gratiſſimas Scaphuſii die 16. Julii exaratas accepi, easque ſtatim Illuſtriſſimo Domino Comiti Fuggero in Kirchberg prælegi, qui ab iisdem ſummè conſolatus eſt. Ex quibus inter alia intellexi, quod tuo conſilio præprimis reliquiæ arthritidis nondum penitus debellatæ per ſpecificum communicatum pulverem antiarthriticum expugnandæ, corporis atrophiæ per analeptica & inſtaurativa roborantia bonamque Diætam, præſertim vero cibos boni ſucci, ſanguinemque laudabilem generantes; nec non capitis debilitati, ac auris tinnitui per Cephalica interna & externa ſuccurrendum ſit, cui ſenten-

ſententiæ & ego cum aliis Medicis in Conſilium vocatis lubentiſſimè ſubſcribo. In quem finem etiam præfatus Illuſtriſſ. Dn. Patiens jam per multos dies præſcripto tuo pulvere antiarthritico, nec non Electuario conſortante reſtaurativo, ut & Gelatina Exc. D.D. Brunneri (quam hactenus ferre potuit & optimè conduxit) non ſine peculiari emolumento, dolorumque mitigatione, uſus eſt. Quod corporis atrophiam concernit, illa non particularis ſed univerſalis eſt, quæ verò ut Prænobiliſſ. Dn. D. Dürrio, Medico Auguſtano, mihique videtur, non à febre hectica, ſed à diuturno morbo, vigiliis, doloribus, ac longiore decubitu; ſicuti Capitis debilitas, tinnitusque auris ſiniſtræ itidem à morbi longitudine, Senio, ac ſpirituum animalium penuria propullulat, modò ſudor quotidianus humidaque per poros & ſpiracula cutis evaporatio, nullam ſubſtantiæ corporis colliquationem atque reſolutionem indigitet.

Hæc omnia cum literis tuis terſoque dato Conſilio nuperrimè Exc. Dn. D. Dürrio communicavi, qui in reſponſoriis non ſolum Exc. T. Conſilium cum applauſu approbavit, ſed etiam penes illa remedia ſingulo mane pulverem viperinum cum pulv. analeptico frig. Münder. ana ℈j. permixtum, veſperi v. ante ſomnum pulverem ſupradictum antiarthriticum, interdiu autem Gelatinam, ac ad roborandum caput, præter Electuarium à T. Exc. ordinatum, pulverem Cephalicum à ſe ſæpiſſimè expertum, (quem hic communico,) ſingulo Novilunio in aq. Ceraſ. nigr. drachmæ unius pondere ſumendum ſuaſit.

Interim Illuſtriſſ. Dn. Comes nullum amplius acidum evomuit, per plurimos dies cibos benè appetit & concoquit, ſomno & quieti indulget, nullam alterationem febrilem ſentit, optima ratione fruitur, alvus per duas vel tres pilulas Emanuelis adjuta eſt aperta, pulſusque cum urina naturæ ordini reſpondet; ſed partes inferiores, præſertim pedes, præ aliis adhuc ita ſunt debiles, ut neque ſtare neque ambulare poſſit, ſed ab aſtantibus clinicis & miniſtris de lecto in lectum deportari cogatur. Quæ omnia Illuſtriſſ. Dn. Comes, cum gratioſa ſalutatione, Exc. T. reſcribere mandavit. An itaque dictæ huic Curationis methodo, in delendis reliquiis arthriticis, & reſtaurando corpore ac viribus per enumerata remedia inhærendum & continuandum, aut quid ulterius penes illa ſanitatis adminicula ad recuperandam bonam valetudinem inchoandum vel intendendum & an futuro tempore ſi neceſſitas poſtularet, curâ lacteâ progrediendum ſit, Illuſtriſſimus Dominus Patiens mecum per proximas reſponſorias avidè expectat.

Quod

Quod conſilia Sereniſſimo Duci Oelſnenſi à T. Exc. ſcripta attinet, mihi nullum eorum (præter illud, quod Sereniſſimo Duci Weiltingenſi datum eſt) legere contigit, ſed nullus dubito, quin laborem hunc gratiosè cum tempore compenſaturus ſit. An Excell. T. per Obſervationes meas pridem pollicitas, eas, quæ ante aliquot annos prodierunt, Scaphuſium ad Muſæum tuum mittendas, vel eas, quæ proximè prodibunt, intelligat, propiorem explicationem expecto, ſique illæ locum inter libros tuos (ſi adhuc aſſociatæ non ſunt) merentur, ſine longiore mora tranſmittam. Imaginem Exc. T. æri inſculptam nuperrimè in Muſæo DD. Reiſelii, nec non Tractatum d. Apoplexia in Monaſterio Wengenſi, vidi, ſi de utrisque adhuc exemplaria ſuperſunt, & Exc. T. mihi pro memoria ea communicare, ſimulque novas meas Obſervationes Diſticho condecorare dignabitur, faciet id, quod mihi gratiſſimum erit. His Excell. T. cum tota nobiliſſima Domo Divinæ protectioni commendo. Ulmæ Suevor. ſeptimo Iduum Auguſti, 1692.

Excell. T.

ad quævis Officia paratiſſimus

Eberhardus Gockelius, D.

Ad quas iterum ſequentes accepi.

Copiæ literarum reſponſoriarum Excell. Dn. D. Wepferi.

Salve plurimum Nobiliſſime & Excellentiſſime Domine,
Fautor honoratiſſime.

GAudeo Exc. Dominis Medicis mea non diſplicuiſſe, magis tamen poſtquam intellexi dolores arthricos evanuiſſe. Atrophiam vobiſcum, quia univerſalis eſt abſque ullo ſigno febrili, cum etiam pulſus naturalis ſit, adſcribo morbo chronico cum multis doloribus conjuncto & vigiliis. Quoniam Illuſtriſſimus Dominus appetit, aſſumpta tolerat, concoquit, nullum alvi fluxum patitur, ſpero & illam ablatam iri, potiſſimum alimentis congruis & Medicamentis præſcriptis quibus pergendum vobiſcum omninò ſentio. Placet Pulv. Cephalicus Exc. DD. Dürrii, ſudorem colliquativum fore non timeo, quia non febricitat: ſi non delaſſet, aut debilitet, non impediendus erit,

erit, non tamen urgendus est: ne nimius sit, postquam aliquamdiu morarit, cohibendus erit brachiis extra lectum emissis, & statim post sudorem jusculo refocilletur, cui aliquid gelatinæ permixtum fuerit. Quæ ulterius hâc vice addam, non succurrunt. Quoniam non amplius acida evomit, de cura lactea cogitandum erit; verum antequam ad illius potum accederet, prius erudiri cuperem de ejus temperamento, morbis pridem perpessis, victus ratione, & inprimis an lacticinia benè semper toleraverit? Mea methodus aliâs non est usque adeò Tyrannica ut Italorum & Gallorum: concedo pleniorem victum, at denego penitus vinum, acetum, succos citri, arantiorum aliorumve similium, omnia cruda, abusum saccharatorum, & butyro aut oleo frixorum. Rarius purgo, sicut autem Galli solent: Dom. du Closs singulis septimanis purgat. Ante biennium suasi Domino Montmelin arthritico etiam post hemiplegio Neoburgi in vicinia Burgundiæ: nunc pro lubitu pedes it & equitat sine ullo incommodo etiam ad unam alteramque Leucam. Pedibus autem pleniore nutritione robur suum rediturum spero, nonnihil Paralytici subesse credo.

Dn. D. VVepferi methodus in præscribend. cura lactis.

Inter meos habeo Exc. T. Tractatus de Veneno, de Peste, de morsu canis rabidi; at librum Observationum & Consiliorum nondum vidi: grato animo illum accipiam. Mitto Observationes meas de Apoplexia; De cicuta aquatica quoque commentarium scripsi, ei inserui plures Observationes de viribus aliorum venenorum: conatus sum inquirere quomodo agant tum septica, tum alia occulta vi agentia: Verum nullum Exemplar amplius penes me est, quod habeo additamentis & correctionibus variè maculatum est, nam plurimis mendis scatet, quia me absente Basileæ excudebatur. Aliquot historias à lupis rabidis demorsorum penes me sunt, quas quoque commentario illustrare constitui, si Deus vires & tempus concesserit. Casus & historias tales Practicis utilissimas deprehendo, cum Generalibus propè nimium abundemus, certè ad confirmationem ab aliis traditorum multum conferent: Quia lubet, addo etiam imaginem meam. Vale Exc. Domine cum tota familia.

Scaphusii, die 13. Aug. 1692.

Illustrissimo Domino Comite me humilimè commendes rogo; data occasione & Exc. DD. Dürrium officiosè saluta. Heri literas Düsseldorffio à DD. Brunnero accepi, innuit, se

diu

diu adhuc ibi detentum iri, quamvis valdè his in locis deſideretur. Satis mirari non poſſum cum Exc. T. Conſilium meum Sereniſſimis Oelſenſibus impertitum non fuiſſe communicatum: Ego hactenus nec bonum verbulum hujus cauſa obtinui.

Exc. T.

cultor perpetuus

Joh. Jacob. Wepfer, MD.

Menſe Septembri rurſus ex mandato Illuſtriſſimi Domini Comitis literas ad Excellentiſſ. Dn. D. Wepferum dedi, eiq; neceſſaria de hoc morbo communicanda retuli, qui per ſequentes animi ſui ſententiam explicavit.

Salve plurimum Nobiliſſime & Excellentiſſime Domine,
Fautor honoratiſſime.

QUod in proverbio dicitur, id nos vel maximè vexat: Lupum nimirum auribus tenemus: Illuſtriſſimi Domini Arthritis & atrophia totius cum inſigni proſtratione virium Lactis potum exigeret: mala Maſſæ ſanguineæ diſpoſitio & non omninò febrilis inquinamenti expers illum diſſuadet, quoniam enim die 16. Aug. ſtyli veteris in ipſo Novilunio prævio dolore interſcapulio, ſtatim appetitum amiſit, urinaque craſſa & rubra reddita fuit, & 26. Aug. Styl. vet. rurſus appetitus ablatus fuit, urinam craſſam rubram, fuſcam, graveolentem & brevi turbatam emiſit, ſimulque vires & habitus recreſcens aufferebantur, pedes ſubinde refrigerabantur, nec à cibo reficiebatur, & licet 27. Aug. urina pallidior eſſet, attamen turbidiuſcula manſit, inſuper lingua impegit, undè meritò, Excellentiſſime Domine, cum Exc. DD. Geigero periculum imminere prædixiſtis. Vitium certè magnum, præcipuè in maſſa ſanguinea ſubeſſe ſuſpicor, quod à tot & tantis ſudoribus non emendabatur: vereor particulare alicubi in viſcere latitare, unde illud in ſanguine fovetur. Semper mihi præ oculis verſatur illud Hippocratis: Impura corpora quo plus nutriveris, etiam plus læſeris; forte etiam melioris notæ alimentis, quæ æquè facile corrumpuntur atque alia quæ deterioris conditionis ſunt. Verum quoniam etiam hecticis, quorum febris à pulmonum ulcere dependet, Lac innoxiè, certè plerumque ſine culpabili Medicis damno ſuadetur, quidni hac virium proſtratione & magna habitus atrophia

An curæ lactis hoc in affectu proſit?

Lactis electio, & Modus utendi.

compulsi lactis potum probaremus, eoque magis quia lacticinia pridem pertulit, & jam aliquandiu nulla acida amplius evomuit? Exordium potus lactis fieri posset ab ʒiij. & si Illustrissimus Dominus illum benè toleraret, ascendi sensim posset ad ℔j. & quidem primis diebus solum mane. I. Sumatur Lac vaccæ non utero gerentis, sanæ, benè pastæ, fœno potius melioris notæ quam gramine, quandoque etiam manè datis Avenæ Mij. vel iij. aut frusto panis sale consperso. II. Statim à mulctura ebulliat, & postquam refrixerit, detrahatur cremor obiter cochleari mundo. III. Propinandum in scypho argenteo & benè tecto ad calorem in fervidam immisso ferè illum reduc cum quo recens mulctum præditum erat: Immiscui semper aliquid Syr. violar. aut Julep. rosac. & si nimis crassum ægris appareret, cochlear. j. vel ij. decocti rad. chinæ aut ligni visci querc. aut Lentiscini. IV. A matutino hoc haustu nullum cibum & potum concessi ad prandium usque, quod quoque apud Illustrissimum Dominum observandum foret, si vires permitterent, tunc vel solo jusculo cum pauxillo panis reficiendus esset. V. Prandeat hora 10. matutina, cœnet hora septima vespertina, si quoque post meridiem lac bibendum esset. Germanis, secus ac Galli & Itali solent, in prandio concessi præter juscula carnes animalium juniorum scil. pullorum, aviculârum montanarum, perdicum, alaudarum, coturnicum, & simil. Carnem vitulinam, hœdinam, agninam, ferinam juniorum elixam & assam. Item fructus dulces & olera cocta, ova sorbilia. In principio tamen etiam de prandio & in cœna semper sit parcior: Insuper concessi panem in jusculis & siccum benè coctum, pultes lacteas ex farina, ovis, aut oryza paratas. Vitanda studiosissimè omnia acida, cruda, in butyro frixa, coctu difficilia & pravi succi, viscida nimium, saccharo condita: Vinum, Cerevisiam & Hydromel. fermentatum qualecunque sit, semper disuasi. *Pro Potu ordinario coq.* ʒij. *radic. chin. vel lign. visc. querc. vel lentisc. in aq. fontan.* ℔iiij. *addi possent passulæ major. exacin. aut minor. Item sem. anis. fœnic.* Alvus semper aperta sit; si tardaret provocari posset globulis saccharatis aut clystere ex vitell. ovor. Ol. lini, melle & lacte. VI. Si lac vesperi dabitur, fiat id in minori dosi, & cœnet duabus horis à potu. VII. Diligenter attendendum num vitiosè acescat, aut bilescat in ventriculo, tunc aliquandiu à lactis potu cessandum est: Semper quidem in ventriculo acescere vix dubito, cum illud in vitulis saniissimis, hœdulis & agnis observarim etiam pinguissimis: & in adultis acorem spirantibus & ructibus id conjecerim: cum damno id fit, si ventriculus inde gravatur & valdè distenditur cum dyspnœa, tunc si vires ferunt ventriculus purgandus

Cibi inter usum Curæ lactis concessi.

Cibi prohibiti.

Potus ord.

potione

potione mannata aut ſimili: poſtea aliquandiu dandus *pulvis Stomachicus Birckmanni, Ocul. cancr. pulv. ſtom. Poter. Conſerv. ſtom. cum Nuc. moſch. cond. calam. arom. cond. &c.* Si bileſcat, conveniunt illa, quæ in depravatione nidoroſa ſuadentur, item in Diarrhœa bilioſa. Propter linguæ debilitatem veſperi Exc. *DD. Dürrii pulvis Cephalicus*, & ſæviente arthritide *pulvis antiarthriticus* ſummo mane ſine ſcrupulo dari poſſent. Dum ante aliquot annos Neocomi verſarer, unum alterumque Conſilium DD. Cloſ. Medici & Practici in Gallia celeberrimi legi; obſervavi illum plerisque commendaſſe ſingulis ſeptimanis purgans ex Rhabarbaro, nam in vicinia Pays de Vaud plures Nobiles contra arthritidem utebantur hâc cura. Verum id non conſultum ducere potui, cum à crebris purgantibus ventriculus nimium denudetur, aliisque morbis obnoxius reddatur: imò annotavi ab humorum perturbatione dolores arthriticos recruduiſſe; hæc cum Perilluſtr. Dom. Cancellar. Montmonlin. omiſiſſet, hucusque ſemper melius ſe habuit ſenex 87. Annorum. Remitto literas Exc. DD. Dürrii, quæ de potu lactis memoro, veſtro judicio penitus ſubjicio; ex tuis Vir Exc. intelligo manifeſtè Illuſtriſſimi Domini Comitis valetudinem in horas mutabilem eſſe, proinde quamprimum patebit, Illum huic imparem eſſe, omittatur, ne remedium hoc, quod multis ſalutare fuit, evileſcat, & nos malevolorum ludibrio exponamur.

Stomachicus.

Ab humorum perturbatione dolor. arthritici recrudeſcunt.

Pro Decadibus Conſiliorum & Obſervationum dono miſſis, maximas gratias ago; illis perlectis cognovi Te quoque mei honorificam mentionem feciſſe, quam obrem me Tibi magis obſtrictum teſtor: Deus T. opt. Max. vitam & vires abundè largiatur ut promiſſas perficere poſſis. Ex his nunc plurimum utilitatis accedere exiſtimo, cum ſyſtematibus quibus abundamus, aut litigiis de rebus vanis & ſæpè parum lucis artem exercitaturis aliquando allaturis: quamprimum ocium nactus fuero, operam dabo, ut carmen, ſiquidem ita lubet, conſcribam & tranſmittam, quamvis facundum non me Natura Poetam fecerit. Vale Excellentiſſime Domine cum tota Familia: Rogo Illuſtriſſimo Domino Comiti me humilimè commendes; Exc. DD. Dürrium & Geigerum officiosè ſalutes.

Exc. T.

Scaphuſii, die 7. Sept. 1692.

cultor perpetuus
Joh. Jacob. Wepfer, MD.

Præter has literas adhuc unicâ vice alias ad Excellentiſſ. Dn. D. Wepferum circa finem morbi, ratione ſupervenientis ſtertoris dedi, qui reſcripſit, quod tales Patientes accedente hoc ſymptomate rarò aliquot dies ſupervivant; Remedia verò contra hoc malum ab illo propoſita infra, in conſignatione omnium per totum morbi tempus uſurpatorum ac adhibitorum remediorum enumerabuntur.

Hoc durante affectu etiam aliquot literas ad Excellentiſſ. Dn. D. Georgium Tobiam Dürrium, Medicum Auguſtanum celeberrimum dedi qui per reſponſorias animum ſuum explicavit, ac præter noſtra remedia, (quæ in omnibus approbavit) etiam ad maſſam ſanguinis corrigendam, dolores arthriticos coercendos, atrophiam expugnandam, caputq; roborandum, *pulverem viperinum cum pulvere analeptico frigido Mündereri ana ℈j. mixtum*, veſperi verò ante ſomnum pulverem arthriticum, & interdiu *Gelatinam* uſurpandam, nec non ſingulo Novilunio *pulverem roborantem Cephalicum*, (cujus deſcriptio infra recenſebitur) drachmæ unius pondere in aqua Ceraſorum nigrorum capiendum ſuaſit.

Pulv. viper cum pulv. analept. frig. Munder. mixtus. Gelatina. Pulv. robor. Cephal.

Sequuntur illa Remedia, quæ pro Illuſtriſſimo Domino Comite toto ſui decubitus tempore præſcripta fuêre.

Anno 1692. die 24. Januarii.

Ad totum corpus à vitioſis humoribus expurgandum.

Sacculus laxat.

℞. *Herb. cochlear. Naſturt. aquat. fumar. ſcolopendr. trifol. fibrin. ana pij. Rad. fœnic. garyophyllat. ana ʒij. Calam. arom. ʒj. Cortic. tamariſc. cappar. ana ʒj. Rhabarb. ver. ʒß. Fol. ſen. el. ſ. ſt. ℥j. Heleb. nigr. præp. Polypod. querc. Agaric. troch. ana ʒij. Cinnam. el. ʒj. Cubeb. ℈j. ſalis abſynth. Card. bened. ſal ♀ri ana ℈j. chalyb. c. ♆. ʒj. M. & conciſ. f. cum Syndon. alb. nodulus. Cum quinque vini quartariis infundendus. Doſis, ſingulo manè jejuno ſtomacho ʒv.*

Pulv. Antiarthrit.

Pulv. antiarthrit.

℞. *♃ ii diaphoret. ʒiß. ſalis lumbricor. volat. ℈ij. Cinnabar. nativ. Cinnab. ♃ ii ana ℈j. CC. philoſ. præp. pulv. Marchion. ana ℈ij. Ol. Cinnam. gutt. iij. M. f. pulv. divid. in 12. part. æqual. De quibus pulviſculis mane & veſperi unus in aq. Ceras. nigr. ſumatur.*

Externè.

Spir. arthrit.

℞. *Spirit. lumbric. ʒij. d. ad vitr. quo membra doloris expertia illinantur.*

Species pro Potu Ordinario.

Spec. pro pot. ord.

℞. *Scob. Lign lentiſc. ſantal. citrin. Rad. chin. ana ʒß. Cinnam. opt. ʒij. Raſur. ebor. ʒß. Galang. minor. ʒj. Ocul. ♋. præp. Mandibul. lucii præp. ana ʒiß. M. f. pulv. groſſus, de quo cochlearis capacioris quantitas in Urceo cum aq. fervidæ menſura una infundatur.*

Die

Die 30. Januarii.

Contra dolores Nephriticos, & urinæ retardationem.

℞. *Aq. contr. calcul. Fuchſ. Ononid. Saxifrag. Petroſel. Fragor. ana* ℥j. *Ocul.* *Aqua Nephritica.*
℞. *præp.* ℈j. *Syr. d. alth. Fernel.* ℥vj. *f. mixtura cochleatim ſumenda.* *Syrup.*

Et Syrupus potui ord. cochleatim immiſcendus.

℞. *Syr. d. althea Fernel.* ℥iiij. *d. ad fictile.*

Die 4. Febr.

Ad Renes, viasque Urinarias mundificandas.

Electuar. pr. Clyſter.

℞. *Elect. Lenit. Florenz. Diacathol. ana* ℥iß. *Caſſ. pro. Clyſterib.* ℥j. *Syr. roſ. ſolut.* ℥ij. *Ol. lumbric. aneth. ana* ℥iß. *vitell. ovor. num. 3.* ☉*is gemm.* ℥iß. *M. pro 3. vicibus.* *Elect. pro Clyſter.*

Spec. pro Decoct. ad clyſter.

℞. *Herb. 5. emoll. ana Mj. flor. chamomill. ſummit. aneth. melilot. ana* ℥ß. *Rad. alth. lil. alb. ana* ℥vj. *Sem. lini, fœnugræc. aneth. ana* ℥ß. *M. & conciſ. d. ad chart. pro 3. vicibus.* *Spec. pro decoct. ad Clyſter.*

Contra Dolorem arthriticum.

℞. *Bacc. juniper.* ℥ß. *piper. nigr. Maſtic. elect. ana* ℥ij. *M. f. pulv. groſſ. ind. vitro anguſt. orific. ſuperfundendo ſpir. vin. opt. rectif.* ℥iiij. *Spir. juniper* ℥ij. *Veſtent bene clauſa in loco calido per horas 8. poſtea in colatur. diſſolv. Sapon. Venet.* ℥ij. *adde Spir. lumbric.* ℥j. *d. ad vitr. quo partes ac membra dolorifica illiniantur.* *Spir. arthrit.*

Die 6. Februarii.

Ad calorem præternaturalem & ſitim reſtinguendam.

℞. *Syr. rub. Idæi, violar. papav. err. ana* ℥ij. *M. ad fictile.* S. **Kräfftiger Syrupi Safft zum Julep.**

℞. *Aq. Lunæ* ℥vj. *Julep. roſar.* ℥iß. *M. d. in vitro.* S. **Kühlwaſſer/ Löffelweiß zu nehmen.** *Aq. Lunæ.*

Die 11. Februar.

Contra dolores arthriticos vagos.

℞. *Spir. lumbric. terr.* ℥iiij. *theriacal. comphor.* ℈j. *cochlear.* ℥ß. *Eſſent. caſtor.* ℥ij. *M. d. in vitro.* S. **Euſſerlicher Glieder-Geiſt.** *Spir. antiarthrit.*

Ad alvum apertam ſervandam.

℞. *Pulp. Paſſul. min. Tamarind. flor. Caſſ. ana* ℥j. *Cortic. arant. cond. Rad. cichor. cond. ana* ℥ß. *Pulv. ſtomach. Poter. Rad. Jalapp. ana* ℥ij. ♀*ri* ☽*olat.* ℈j. *M. f. c. Syr. de fumar. q. ſ. Elect. moll d. ad fictile.* S. **Laxir-Latwerg auf viel mahl.** *Elect. laxativ.*

Ad debile Caput roborandum.

Spec. pro Cucupha. ℞. *Pulv. viol. odor. ʒvj. balſ. Apoplect. opt. compl. ℈ß. M. d. ad chart. pro paranda cucupha.* *S. Species* **zum Haupt-Häublein.**

Ad obſtructiones viarum aperiendas.

Spir. ⊖ coagul. ℞. *Spir. ⊖is coagulat. gr. xv. d. ad chart. & ſic doſes 12.*

Die 18. Febr.

Ad dolores demulcendos, ac quietem promovendam.

Pil. confort. ℞. *Theriac. cœleſt. gr. iij. Extr. laudan. opiat. Paracelſ. compl. gr. j. M. f. pilulæ obauratæ num. 4. circa. veſperam una vice ſumendæ.*

Die 20. Febr.

Ad eundem finem.

Pulvis pro quiete conciliandæ. ℞. *Pulv. Marchion. ℈ij. analept. frig. Münder. incompl. ℈iiij. Laudan. opiat. perlat. gr. ij. Man. Chr. perlat. ʒij. M. f. pulv. divid. in 12. part. æqual. d. ad totid. capſulas papyraceas.* *S.* **Kuh-Pülverlein/ darvon alle Abend eines in der Kühl-Milch zu nehmen.**

Emulſio refrig. ℞. *Sem. 4. frig. maj. ana ʒj. papav. alb. ℈iiij. aq. acetoſ. cichor. ana ʒiij. M. f. Emulſio, quæ edulcoretur ſaccharo finiſſimo, d. ad vitr.* *S.* **Kühl-Milch.**

Die 22. Febr.

Ad cor, & ſtomachum roborandum.

Aq. confort. ℞. *Aq. confort. Offic. perlat. cordial. temperat. ceraſ. nigr. ſplenet. Mynſ. cinnam. cydoniat. ana ʒj. pulv. Marchion. ℈j. Confect. Alkerm. compl. ʒß. ſacch. perlat. ʒij. M. d. ad vitr. Doſ. cochlear. vel alterum aliquoties in die repetend.* *S.* **Kräfftiges Hertz- und Magen-Waſſer.**

Die 5. Martii.

In eundem finem.

Tragea corrob. ℞. *Spec. diarrhod. Abb. Diatrionſant. ana ʒß. Cinnam. opt. Nuc. moſch. ana ʒj. Corall. rubr. præp. Ocul. ♋. præp. Eboris ſine igne præpar. ana ℈ij. Macis ℈ß. ſacchar. albiſſ. ʒiiij. fol. ⊙. num. 2. M. f. Tragea d. ad ſcatul. Doſis cochleare minus vel per ſe, vel cum pane ſaccharato in vino macerato, poſt menſam ſumendum.*

Die 13. Martii.

Ad dolorem iſchiadicum mitigandum.

Emplaſtr. Iſchiadicum. ℞. *Empl. de melilot. diapalm. ana ʒij. pulv. ⊖is armoniac. ʒj. M. & malax. ç. Ol. chamomill. & lumbric. d. ad chartam.*

Die 24. April.

Ad caput debile roborandum.

Aq. corrob. cephal. ℞. *Aq. Apoplect. Oſwald. Ceraſ. nigr. flor. til. pœon. ana ʒj. Epilept. Lang. ʒß. Cinnam. ſtill. ʒij. Spir. ceraſ. nigr. lilior. convall. ana ʒij. Cephal. Anhalt. compl. ʒj. pulv. Epilept. Marchion. Cinnab. nativ. præp. ana ℈j. confect. Alk. compl.*

compl. ʒß. Lap. Bezoard. or. gr. v. ſacch. perlat. ʒij. M. d. ad vitr. S. **Haupt-ſtärckendes Waſſer/ Löffelweiß zu nehmen.**

Et

℞. *Spir. ceras. nigr. lil. convall. ana ʒß. Cephal. Anhalt. compl. ʒij. M. d. ad Sptr. cephal. vitr. S.* **Euſſerlicher Haupt-Geiſt/ den Wirbel und Schläffa-mit zu beſtreichen**

Ad intenſos dolores mitigandos, quietemque procurandam.

℞. *Theriac. cœleſt. gr. ix. Extr. laudan. opiat. compl. gr. iij. M. f. cum Syrup. Pil. dolor. papav. err. pill. num. xij. obaurentur. S.* **Schmertzen-ſtillende Stärck-Pillulen/ davon auf 1 mahl 1½. Stund nach dem Nacht-Eſſen 4. zu nehmen.** *Sedant.*

Die 12. Maji.

Ad vitioſos humores, febrem inducentes, eliminandos.

℞. *Herb. abſynt. Card. bened. centaur. min. Agrimon. ſcolopendr. capill. ♀. chamædr. fumar. ana pj. Rad. 5. aperient. maj. ana ʒj. rad. helleb. nigr. præp. Galang. minor. Garyophyllat. aaa ʒij. Rhab. ver. ʒiij. Fol. ſen. el. ſ. ſt. ʒj. Agaric. troch. Polypod. qu. ana ʒij. Cinnam. opt. ʒj. Macis ℈j. ſal. abſynth. ʒj. ſal. ♀ri ʒß. ſem. anis. fœnic. ana ʒß. chalyb. cum ♃. præp. & in petia ligat. ʒj. M. f. cum ſyndon. alb. nodulus cum menſura vini albi odoriferi infundendus. Doſis ſingulo mane jejuno ſtomacho ℥v.* *Sacculus purg.*

Ad paroxyſmos febriles peſſundandos.

℞. *⊖is abſynth. Card. bened. centaur. min. ana ʒj. pulv. cortic. rad. chin. chin. ʒiij. M. f. pulv. divid. in 12. part. æqual. d. ad diſtinct. capſulas papyraceas. S.* **Fieberpülverlein/ davon täglich früe nüchtern eines zu nehmen.** *Pulv. antifebril.*

Die 23. Maji.

Ob inſignem corporis atrophiam, & metum Hecticæ.

℞. *Conſerv. roſar. rubr. ʒiij. borrag. ʒj. Confect. Alkerm. incompl. ℈ij. pulv. antihect. Poter. ʒiij. pulv. analept. frig. Münder. Corall. rubr. præp. Margarit. præp. ana ℈j. Syr. rub. Id. ʒß. M. d. ad fictile. S.* **Kräfftige kühlende Hertz-Latwerg/ davon offt einer Haſelnus groß zu nehmen.** *Electuar. alter. & confort.*

Externè, ad ſpinam dorſi inungendam.

℞. *Ung. infrig. Gal. Roſat. Meſ. Reſumptiv. Fernel. ana ʒj. Ol. roſ. ʒij. M. d. ad fictil. S.* **Kühlſalb/ den Rückgradt Morgens und Abends damit zu ſchmieren.** *Unguent. refrig. & reſumptiv.*

℞. *Syr. rub. Id. Ceraſ. acid. acetoſ. citr. ana ʒiij. Spir. ⊖ol. rectif. ℈j. M. d. ad fictil. S.* **Kräfftiger Safft unter das Trincken.** *Syrup. refrig. potui immiſcend*

Die 25. Maji.

Ad ſegnem alvum aperiendam.

℞. *Syr.*

Syr. laxat. ℞. *Syr. roſat. ſolut. de cichor. cum Rhab. Diaſereos Andernac. ana* ʒj. *pulv. rad. Jalapp.* ʒij. *ſalis abſynth.* ℈j. *M. d. ad fictile.* *S.* **Laxir-Safft/ davon bey außbleibender Oeffnung einen guten Löffel voll zu nehmen.**

Et,

Infus. laxat. ℞. *Pulv. Rhabarb. ver.* ʒj. *Crem.* ♀. ℈ß. *ſalis abſynth. gr. v. infund. c. vin. alb.* ʒv. *per noct. & manè, facta prius forti expreſſione per pannum, ſumatur.*

Die 28. Junii.

Contra Atrophiam, ex præſcription. Excellentiſſ. Dn. D. Brunneri von Schaffhauſen.

Gelatina. ℞. *Raſur. CC.* ʒiij. *Raſur. Ebor.* ʒiß. *infund. per noct. in aq. fervid. menſur. duab. mane coq. l. a. in vaſe fictili per 5. in 6. horas, adde Paſſul. maj. exacinat.* ʒij. *Flor. rec. borrag. bugloſſ. bellid. ana pj. Rad. ſcorzoner.* ʒß. *coq. ad gelatin. conſiſtent. Colatur. add. Confect. Alkerm. compl.* ʒij. *poſtea refrigeſcat in fictili.* *S. Gelee* **Morgens und Abends ein paar Löffel voll allein und warm/ oder in einer leißgeſaltznen Hennenbrüe zu nehmen.**

Emulſio refrig. & confort. Ft, ℞. *Amygdal. dulc. excort.* ʒß. *ſem. cucurbit. excort. Melon. excort. ana* ʒj. *ſem. papav. alb.* ʒiß. *cum aq. Borrag. Nymphææ, Flor. tiliæ ana q. ſ. f. Emulſio. Colatur.* ʒiiij. *adde Pulv. Marchion.* ℈j. *Syr. papav. alb.* ʒß. *M. ad vitr.* *S.* **Kühlende** *Emulſion*, **halben Theil Nachts um 9. den andern halben Theil um 12. Uhr zu nehmen.**

D. 30. Junii Ex præſcriptione Excell. D. D. Dürrii, Med. Aug.

Ad renovand. & purificand. ſanguinem.

Pulv. viperar. ℞. *Pulv. viperar.* ℈j. *d. ad chart. & hoc modo doſes. 12.* *S.* **Pülverlein/ davon täglich früe eines in Hirſchkolbenwaſſer zu nehmen.**

Ad laxandam alvum.

Paſſul. laxat. ℞. *Fol. ſen. el. ſ. ſt.* ʒij. *coq. in aq. ſimpl.* ℔j. *ad conſumption. tertiæ partis, in expreſſion. infund. Paſſular. minor. exacinat.* ℔ß. *coq. ad mollitiem, & condiantur cum Syrup. roſat. ſolut.* ʒvj. *d. ad fictile. Doſis cochlearia duo horâ unâ ante cœnam.* *S.* **Laxir-Weinbeerlein.**

Die 15. Julii ex præſcriptione Excell. D. D. Dürrii.

Ad ſanguinem purificand. & humores acres atque peccantes exterminandos.

Pulv ſanguin. mundif. ℞. *Antimon. diaphoret. ex Regul.* ʒj. *Ocul.* ♋. *è vivis exempt.* ℈ij. *Margarit. præp.* ♁*is ſuccini volat. ana* ℈iß. *Theriac. cœleſt. gr. iij. M. f. pulvis, dividendus in doſes æqual. num. vj. d. ad totid. diſtinct. chartas.* *S.* **Pülverlein/ davon eines deß Abends auf 1. mal zu nehmen.**

Si placet, poteſt loco antimon. diaphoret. aut ſpecificum antihecticum Poterii, aut ejusdem ſtomachicum ſubſtitui.

Die 16. Julii.

Ad reliquias Arthritidis aufferendas, ex præſcriptione Excell. DD. Joh. Jacob. Wepferi, Medici Scaphuſiani.

℞. *Pulv. antihect. Poter.* ʒij. *CC. præp. Ungul. alcis præp. ana* ʒiß. *Cinnab.* ♂ *ii rectif.* ℈j. *vel ejus loco nativi Ungar. ſalis volat. lumbric. terr.* ʒß. *Theriac. cæleſt. gr. vj. aut ſi placeat. Eſſent. Langelott. anodyn. gr. iiij. Matr. perlar. præp.* ʒß. *Ol. nuc. moſch. expr. gr. iiij. ſacch. albiſſ.* ʒij. *M. f. pulv. d. ad ſcatul. Hujus pulveris* ʒß. *mane hora 5. & veſperi hora 5. loco pulveris viperarum in aq. Ceraſ. nigr. vel alio convenienti vehiculo, utpote aq. ſerpilli lumbricata, vel alia propinetur.* Pulv. antiarthrit.

Et,

℞. *Succini flavi* ʒij. *Maſtic. elect.* ʒß. *Summit. Roriſm. Flor. Lavendul. flor. Calendul. ana* ʒvj. *Bacc. juniper.* ʒj. *M. f. pulvis groſſus, linteo molli aliquot vicibus complicato excipiendus, partibusque ac membris doloris expertibus calidè circumvolvendus.* Pulv. pro fumo.

Gelatina analeptica, ejusd.

℞. *Carn. vitulin. vel vervecin. macræ.* ℔j. *Gallin. mund. dimid. Epatis vituli vel agni* ℔ß. *Ichtiocoll.* ʒij. *Macis.* ʒß. *inciſa & lota inde Lagenæ ſtanneæ, adde pom. Citr. in 4. fruſta diviſ. n. j. vin. alb. Nicar. vet.* ℔j. *Aq. font.* ℔ij. *Lagena ſtannea benè obturata indatur lebeti aqua pleno, coq. 5. vel. 6. horis, Colat. exprim. fortiter. De hac Gelatina quoties juſculum comeditur, immiſceri poterint cochlearia iiij. vel v.* Gelatina analeptica.

Pulvis quoque analepticus frigidus Mündereri vel per ſe in convenienti vehiculo quotidiè bis, vel ſeq. Electuarium inſtauratívum ſumatur. Pulv. analept.

℞. *Conſerv. roſar.* ʒij. *anthos. flor. bugloſſ. ana* ʒß. *Confect. Alkerm. compl.* ʒj. *pulv. analept. frig. Münder.* ʒiij. *Syrup. Cortic. citr. parum. Doſis* ʒj. *vel* ʒij. *hora 9. nocturna.* Electuar. inſtaurativ.

Contra auris ſiniſtræ tinnitum.

Formetur turunda ex linteo molli craſſitie pennæ anſerinæ, quæ imbuatur Tinctura fellis, aurique indatur, illaque goſſypio balſamo Apoplectico illito occludatur. Turunda auri immittenda.

Die 1. Auguſti.

Ad caput confortandum, ex præſcript. Excell. DD. Diirrii.

℞. *Succin. alb. præp.* ʒij. *Corall. rubr. præp. Corall. alb. præp. Margarit. præp. Spec. diarrhod. Abbat. diapliris Archont. ana* ʒj. *Rad. pœon.* ʒiß. *ſol.* ☉. *num. iiij. M. f. pulv. d. ad ſcatul. Doſis* ʒj. *ſingulis menſibus die Noviluni in aqua Ceraſor. nigrorum.* Pulv. cephal. confort.

Die 20. Octobr.

Aq. pector. Contra Asthma, stertorem ac sibilum ex nostr. præscriptione.

℞. *Aq. Cerас. nigr. Hyssop. flor. acac. ana* ℥j. *asthmat. D. Rab.* ℥ß. *sacch. cand. alb.* ℥ß. *M. Dosis cochleare unum vel alterum, sæpius repetendo.*

Et,

Pulv. pectoral. ℞. *Sperm. cet. rec. Ocul.* ♋. *præp. sacch. cand. alb. ana* ℈ij. *M. f. pulvis. Dosis, quantum cuspide cultri capi potest, in aqua modo allegata.*

Contra calorem præt. natur. anxietatem & melancholiam.

Aq. Lunæ. ℞. *Aq. Lunæ* ℥iiij. *Julap. ros.* ℥j. *f. mixtura cochleatim sumenda.*

Die 25. Octobr.

Ad Asthma, stridorem, & stertorem, ex præscript. Excellentiss. DD. Wepferi.

Mixtura pector. contr. stridor. & sibilum in pectore, ℞. *Syrup. de Erysimo Lobel.* ℥iß. *Oxym. helleb. Gesn.* ℥ij. *Gumm. ammoniac. in acet. squillit. solut.* ℥j. *Essent. Croc.* ℈ß. *Ol. destill. anisi g. iij. Aq. hyssop.* ℥iß. *M. de quo Patiens subinde lingere potest.*

His autem denique parum proficientibus, viribusque quotidiè magis magisque deficientibus & exhaustis, Illustrissimus hic Dominus Patiens, longiore vita dignissimus, die ½. Novemb. anno 1692. mundo huic valedixit, animam Creatori suo reddidit, & sic placidè in Domino obdormivit.

CONSILIUM MED. LXXV.

Affectum hypochondriacum, cum materia Catarrhali exhibens.

Casus.

PRænobilis ac Strenuus quidam Vir, Syndicus Ordinis Equestris meritissimus, in syniistro hypochondrio circa regionem lienis de tensione & flatulentia, celerrimo motu ventriculum petente, nec non molestis eructationibus pectus incommodantibus, cum insequente materiæ atræ punctis ejus-

ejusmodi coloris variegatæ per tussim exscreatione, itemque materiæ catarrhalis à capite ad partes subjectas, præcipuè verò ventriculum, bronchias & fistulas pulmonum, defluxione, tussimque periodicam, (quæ plerumque hora matutina tertia Dn. Patientem divexet, & post expuitionem materiæ excrementitiæ cesset) excitante, conqueritur.

Causa.

CAusa originalis hujus mali est obstructio venarum mesaricarum & ramorum venæ portæ circa regionem lienis, qua mediante non solum flatus in sinistro hypochondrio excitantur, sed etiam materia atrabilaria per vas breve ventriculo communicatur, quæ fermentum ventriculi peregrino acore inquinat, hinc tam à liene quam ventriculo vapores atrabilarii ad caput seu arcem Palladis ablegantur, qui materiam catarrhalem suppeditant, & resoluti ad fistulas pulmonum defluunt, ibidemque asthma causantur.

Indicans curationis in eo consistit, ut 1. totum corpus per vinum medicatum leniter expurgetur. 2. ventriculus & caput, ne materiam peccantem attrahant & admittant, roboretur. In quem finem confert 1. vinum medicatum seq. ℞. *Herb. absynth.* Pont. *Card. bened. salvæ nob. betonic. majoran. rorismar. scolopendr. capill. ana pj. Rad. helen. calam. arom. garyophyllat. ana* ʒij. ʒ. *aperient. maj. ana* ʒj. *cortic. tamarisc. med. fraxin. ana* ʒj. *Rhabarb. ver.* ʒiij. *fol. sen. Alex. s. st.* ℥j. *Jalapp. Turpetb. opt. Agar. troch. polypod. qu. ana* ʒij. *Cinnam. opt.* ʒj. *Crem.* ♀. ʒij. *Sem. anis. fœnic. ana* ʒß. *M f. c. Syndon. alb. nodulus* ℔v. *vini albi odorif. infundendus. de quo cottidiè manè jejuno stomacho* ℥v. *hauriantur.* *Sacculus laxativus.* 2. Pulvis splenneticus deobstruens & aperitivus. ℞. *Crem.* ♀. *Crystall.* ♀. *ana.* ʒij. ♁*is tamarisci. fraxini. juniperi, spiritus* ♁*is coagulat. ana* ʒß. *Ol. macis:* ℈ß. *M. de quo pulvere hora una vel dimidia ante prandium & cœnam, quantum cultri cuspide capi potest, sumatur.* *Pulv. splenet.* 3. Aqua pectoralis & simul carminativa. ℞. *Aq. Ceras. nigr. hyssop. flor. acac. carminativ. Dorncreil. ana* ℥j. *asthmat. Rab. Loch. san. ana* ℥ß. *Bals.* ♃*ris anisat.* ℈j. *Spir. Ceras. nigr. anis. ana* ʒij. *Cephal. Anhalt. compl.* ʒj. *Essent. sacch. Beguini* ʒij. *sacch. cand. alb.* ℥ß. *M. Dosis cochleare unum vel alterum per vices sumendo.* *Aq. pector. & simul carminat.* 4. Cephalicum & stomachicum specificum roborans in forma Trageæ vel Electuarii. ℞. *Spec. contr. Apoplex. diaxyloal. diair. diapenid. ana* ℈j. *Cinnam. opt.* ʒij. *Nuc. mocsch.* ʒj. *Cubeb. Cardamon. Macis, Caryophyllor. ana* ℈ß. *Margarit. præp. succin. alb. præp. ana* ℈j. *sacch. albiss.* ℥iij. *fol.* ☉. *num.* *Tragea confort.*

2. *M. f. Tragea, finito prandio & cœna cochlearis quantitate vel per ſe, vel cum toſto pane albo vinoque ſumenda.* Et, ℞. *Conſerv. roſar. rubr.* ʒiiij. *Nuc. moſch.* ʒß. *Maſtich. in gran.* ∋iiij. *Oliban. pur.* ʒj. *M. & cum ſyr. flor. papav. err. q. ſ. fiat Electuarium, de quo una vice avellanæ quantitas ſumatur.*

Electuar. confort.

Sequentes Trochiſci catarrhales etiam contra defluxiones & Rheumata maximè ſunt proficui. ℞. *Spec. diatragacanth. frig. diamargarit. frig. ana* ʒj. *Bol. armen. or.* ʒij. *Conf. Alkerm.* ʒß. *Conſerv. roſ. rubr.* ʒß. *cum ſacch. alb.* ʒiij. *ſolut. in ſ. q. aq. flor. acac. f. Confectio in rotulis, de quibus unus alterve in ore ad colliquationem tenendus.* Vel ℞. ♃ *ii diaphoret. ex Reg.* ʒj. *flor. benzoe* ʒß. *ſuccin. alb. præp. Maſtic. in gran. ſubtil. pulv. ſpec. diatrag. frig. ana* ∋iiij. *Lact.* ♀. ∋v. *Croc. or. gr. xv. Eſſent. ambr. ſicc. gr. xvj. Ol. anis. g. vj. Ol. fœnic. g. iiij. ſacch. alb. in aq. ceraſ. ſolut.* ʒvij. *f. Confectio in rotulis.*

Trochiſci Catarrhales.

Alii.

Præter hæc dicta *Diæta* quoque conveniens obſervanda erit. Aer ſit temperatus, Cibi ſint laudabiles coctuque faciles. Potus vinum album Nicarinum. In motu & quiete, nec non ſomno & vigiliis teneatur modus. Alvus ſit naturaliter aperta, ac fortiores animi commotiones exulent.

Diæta.

CONSILIUM MED. LXXVI.

Auditus gravitas, cujusdam Cubicularii.

Cauſa.

AUditus gravitas in hoc ſubjecto partim à viſceribus calidioribus & ſanguine ebulliente vapores ad caput ablegantibus, ibidemque à frigiditate cerebri in materiam catarrhalem reſolutis, partim à nebuloſis vaporoſisque humoribus ſpiritus animales perturbantibus, nec non craſſis pituitoſis humoribus in cerebro congeſtis, ibidemque nervum auditorium obſidentibus & obſtruentibus, ſonumque ad tympanum allidentem intercipientibus, proficiſcitur, quod malum, quia non à læſa facultate ſed ab errore externo originem habet, per remedia appropriata & convenientem Diætam ſequenti modo tolli & aufferri poteſt.

1. Ca-

1. Caput, totumque corpus certis temporibus, videlicet singulis anni quadrantibus, vel ad minimum vere & autumno per catapotia seu pilulas, vel aliud medicamentum catarcticum expurgari. 2. Viscerum intemperies calida per remedia alterantia modicèque refrigerantia corrigi, sanguisque vernali & autumnali tempore per sectionem venæ medianæ in dextro vel siniſtro brachio, vel cephalicarum in pedibus ventilari, semelque in mense, in signo libræ, scapulæ & brachia scarificari. 3. Materia catarrhalis & pituitosa nervum auditorium obsidens reserari atque resolvi, nec non spiritus animales à tenebricosis inquinamentis vindicari, refocillari, & cum cerebro foveri ac roborari. 4. Humores peccantes & superflui in cerebro stabulantes uno alterove mense per impositum vesicatorium ponè aures, vel in nuchâ, vel per factum fonticulum in brachio revelli ac derivari. 5. Remedium appropriatum acovisticum externè auribus applicari. Et 6. bona atque conveniens diæta observari debet. *Curationis requisita.*

In quem finem jam dudum *purgantia in forma pilulari & apozematis, nec non aquâ confortans cephalica cochleatim usurpata, venæ cephalicæ in utroque pede tusæ, vesicatoria ponè aures applicata, & peculiaris aqua acovistica cum intincto gossypio ambabus auribus imposita fuit*, quibus remediis ulterius, ut & scarificatione uno quovis mense semel continuandum erit, donec malum sublatum sit. *Remedia.*

Præter hæc, *panis cum baccis juniperi, semine carui & sale permixtus, in clibano coctus, adhuc calens in medio fractus, auribusque adhibitus*; item *cœparum succus cum Oleo amygdal. amar. mixtus, calideque auribus cum gossypio inditus*; vel *succus ex ovis formicarum expressus, aut aqua ex iisdem destillata cum felle leporino permixta, dictoque modo cum gossypio auribus calidè indita*, prodest: In applicatione autem horum dictorum remediorum observandum. 1. Ut nil actu frigidum, sed omnia calidè auribus indantur. 2. Ut una vice parva quantitas, & quæ non multum pinguedinis habeat, imponatur. 3. Ut post medicamenti applicationem, (si una saltem auris læsa est) decubitus in sana parte fiat. Et 4. nihil novi in aurem immittatur, donec prior materia per spatulam minorem auribus accommodatam exempta sit. *Remed. contr. auditus gravitat. ex pane calido, &c.* *Cautela in remed. auribus applicand.*

Quod Diætam concernit, Patiens à frigido nebuloso, ventoso, & pluvioso aere sibi caveat, cibis boni ac laudabilis succi, facilisque concoctionis, iisdemque majorana, rorismarino, nuce myristica, macere, aromatibusque cephalicis conditis utatur, è contra ab omnibus coctu difficilibus, acribus, salsis, fumo induratis, flatulentis cibis, brassica videlicet sale condita, carne suilla, fumigata, caseo antiquo, cœpis, raphanis, leguminibus, &c. nec non ebrietate crapulaque abstineat, *Diæta.*

ſtineat, in ſomno & vigiliis, quin etiam motu & quiete modum teneat, alvum naturaliter apertam habeat, omnesque animi fortiores motus atque pathemata refrenet. 1692.

OBSERVATIO MED. LXXVII.

Læſio meatus urinarii ex vulnere per ſclopetum inflicto.

Morbus.

ANno 1692. menſe Auguſto, Johannes Georgius Köhler, aciei inſtructor vel diſpoſitor, (Germ. **Feldtweibel**) ſub Legione Fürſtenbergenſi, ætatis anno trigeſimo quarto, propè Spiram à Gallis globo è tubo pyrio explоſo infra ſcrotum in latere dextro tactus eſt, qui per medium ſcroti penetravit, ac in ſuperiori parte erupit, ex qua læſione gangræna oborta eſt, quæ adhibitis remediis quidem expugnata, ſed vulnus, per quod urina tranſiit, à primo chirurgo non legitimè tractatum & conſolidatum eſt, quod deinceps alius, ſecundum Patientis effatum, clauſit & conſolidavit; Quia verò dictus Patiens brevi poſt conſolidationem tempore per pedes iter faciebat, ex crebriori commotione & attritu vulnus de novo apertum eſt, ac urina per priſtinam viam vulneris exitum quæſivit, quod deinceps præterlapſis decem poſt læſionem menſibus Ulmæ ex mandato Ampliſſimi Magiſtratus die 9. Junii 1693. inſpeximus, ac in primo læſionis loco infra ſcrotum cavitatem vulneris usque in meatum urinarium, (qui vel à globo, vel primi chirurgi mala ac ſiniſtra tractatione & negligentia, gangrænoſaque accedente putredine, vel medicamentis exedentibus & cauſticis apertus

tus est) penetrantem, urinamque partim per fistulam virilem, majori verò ex parte per vulnus exeuntem deprehendimus; Et quoties urina moram trahit vel subsidet, toties Patiens dolorem ob consensum nervosarum ac membranosarum partium supernè circa regionem renis dextri sentit: Vesica verò urinaria cùm musculo sphincktere illæsa est, quia urinam ad debitum usque tempus retinere potest.

Curationis requisita.

QUod sententiam nostram de curando hoc affectu molesto concernit, judicavimus, quod quidem Curatio aggredi, & post præmissa Universalia ac corporis expurgationem, callus labiorum vulneris per convenientia medicamenta absumi, & deinde vulneris consolidatio per interna & externa remedia tentari possit; Quia verò post ablationem calli labiorum vulneris ad perfectam consolidationem obtinendam præter legitima adhibita remedia mutuus quoque contactus & quies requiritur, quæ verò ob continuum urinæ & materiæ serosæ transitum, per quem etiam imposita remedia abluendo & inquinando irrita & inefficacia redduntur, difficulter obtinetur, ac ob vulneris in interiori ac penitiori parte angustiam difficulter ad læsi meatus urinarii locum affectum perveniri potest, ac insuper dubitandum, an non per causticorum ad ablationem calli labiorum vulneris impositionem major meatus urinarii læsio, aut postmodum in consolidatione vulneris etiam dicti meatus clausura, & per consequens totalis urinæ suppressio formidanda sit, iccircò hujus affectus curatio, vulnerisque consolidatio, & Patientis firma ac stabilis restitutio, (quæ spatiosum tempus requirit) per allegatas causas & rationes non immeritò in dubium vocata fuit.

OBSERVATIO MED. LXXVIII.

Febris tertiana duplex, cum corporis atrophia hectica, & tympanite felicitèr curata.

Casus.

Casus.

ANno 1692. die 3. Octobr. ad Illustrem ac Generosum quendam Baronem, 63. annorum vocatus sum, qui febre tertiana duplici, quotidiè hora quarta vespertina irruente, cum stomachi inversione ac vomitu, corporis atrophia hectica, ventris tympanitica inflatione ac duritie laboravit; Præterea appetitus erat dejectus, vires deficiebant, caput catarrhis, qui nonnunquam loquelam impediebant, infestabatur, respirandi difficultas per intervalla accedebat, alvus multoties erat præternaturaliter obstructa, tenesmus cruciabat, partesque extremæ non rarò frigebant, & summatim sic dispositus erat, ut non solum ipse Dn. Patiens, sed etiam domestici & adstantes de ipsius restitutione desperarent, cui sequentia remedia ordinavi.

Curatio.

ET quidem primò ad materiam peccantem è toto corpore eliminandam. ℞. *Magist. Jalapp. Extract. troch. alhand.* ♃ *ii dulc. sedecies sublimat. ana gr. v. M. f. c. Syr. ros. sol. pil. num. 11. obaurat. & hora vespertina una vice sumendæ.* Et, ℞. *Mass. pil. fœtid. de castor. ana* ℈*j. Troch. alhand. gr. v. M. f. cum Tinct.* ♀. *pil. obaurat. num. xxj. una vice deglutiendæ.*

Pil. purg.

Pilulæ.

Et, ℞. *Extr. Rhabarb. gr. iij. Extr. Panchymag. Croll. gr. v. Mag. Jalapp. gr. iiß.* ♃ *ii dulc. gr. vj. M. f. cum Elix. vit. Matthiol. pil. num. xxij. inauratæ, in duas partes pro duabus dosibus dividendæ.*

2. Ad vomitus compescendos, ventriculumque roborandum, internè. ℞. *Spec. diarrhod. Abb. diatrionsant. ana* ʒß. *Cinnam. opt.* ʒij. *Nuc. mosch.* ʒj. *Macis, Garyophyll. ana* ℈ß. *Sem. anis.* ℈j. *CC. præp. Ocul.* ♋. *præp. Corall. rubr. præp. ana* ℈ij. *sacch. albiss.* ʒiiij. *sol.* ☉. *num.* 2. *M. f. Tragea, cochlearis minoris quantitate meridie ac vesperi vel per se, vel cum pane biscocto saccharato madefacto sumenda.* Item, ℞. *Aq. cinnam. cydoniat. mastichin. ana* ℥j. *stomach. Horst.* ʒß. *Elix. propriet. Parac.* ℈j. *Elix* ℙ*-ol. Mynsicht.* ℈ß. *Conf. Alherm. incompl.* ℈j. *Man. Chr. perlat.* ʒij. *f. mixtura cochleatim capienda.* Item, ℞. *Aq. confort. Offic. perlat.* ʒij *aq. Cinnam. Cydoniat.* ℥j. *vini granator.* ʒß. *Corall. rubr. præp. Margarit. præp. ana* ℈ß. *Man. Christ. perlat.* ʒij. *M. d. ad vitr. Dosis cochleare unum vel alterum, aliquoties de*

Tragea.

Aq stomach.

Alia.

die

die repetendo. Quin etiam conditura ſtomachicorum roborantium ſequens. ℞. *Cort. citr. cond. aurant. cond. ana* ʒvj. *Nuc. Indic. condit. Zingib. in China cond. ana* ʒij. *conciſa miſce cum Brod Zingib.* ʒß. *de qua mixtura ſtomach. de die bis vel ter, pro lubitu, avellanæ quantitas comedatur.* Præter hæc, ad vomitum ſedandum, *Pilular. Theriacal. cœleſt grana tria cum grano uno Extract. laudan. opiat. Croll. propinata fuerunt*, quas vero pilulas tolerare nequivit. Eſſentia quin etiam abſynth. compoſita, viſcerum obſtructiones potenter reſerante in ſtatu reconvaleſcentiæ cum fructu utebatur, cujus deſcriptio hæc eſt. ℞. *Lign. ſaſſafr.* ʒiiij. *Lentiſcin.* ʒij. *flaved. Cortic. citr. arant. ana* ʒiij. *Sem. aniſ. Cinnam. acut. ana* ʒiß. *Mixtis, inciſ. & contuſis adde Herb. abſynth. Mviij. Spir. Ceras. nigr. Juniper. ana* ℔iiij. *vin. generos.* ℔v. *deſtilla ſ. a. abſtrahendo* ℔viij. *in quibus infund. in loc. calid. flaved. cortic. aurant.* ʒiij. *abſynth. Miiij. filtretur, d. ad vitr. Doſ. cochleare unum in vino albo.*

Conditi. ſtomach.

Eſſentiæ abſynth. compoſitæ. P. Emerici.

Externè, Emplaſtrum ſequens. ℞. *Gumm. tacamahac. ladan. ana* ʒiij. *Maſtic. in gran.* ʒj. *Garyophyll.* ʒß. *Cer. flav.* ʒiiß. *Ol. ſtill. maſtich. gr. xv. Ol. menth. abſynth. ana* ℈ß. *Balſ. peruvian.* ℈j. *M. f. l. a. Empl. ſuper aluta extenſum regioni ventriculi imponendum.* Et Unguentum ſtomachicum ſeq. ℞. *Ol. abſynth. menth. criſp. maſtich. ana* ʒiß. *nuciſt. rec. expreſſ.* ʒj. *Ceræ* ʒij. *f. Unguent. add. Balſ. Peruvian.* ℈ß. *M. d. ad pyxidem, quo Unguento M. & V. ſtomachi regio inungatur.*

Emplaſtr. ſtomach.

Unguent. ſtomach.

3. Ad meſenterii, ramorumque venæ portæ circa regionem lienis obſtructiones reſerandas. ℞. *Elix. Propriet. Paracelſ.* ℈ij. *ſpir. ſalis, ♀ri, aperitiv. Penoti, ſalis armoniac ana* ℈j. *Doſ. M. & V. gutt. 12. vel 15. in brodio carnis.* Et, ℞. *Crem. ♀. Cryſtall. ♀. ana* ʒj. *Spir. ſalis coagulat. ſalis tamariſc. ſcolopendr. juniper. ana gr. xv. Ol. macis gutt. vj. M. f. pulv. ſubtil. de quo dimidia ante cibum hora quantum cultri cuſpide capi poteſt, in brodio ſumatur.*

Mixtur. aperitiv.

Pulv. deobſtr.

4. Ad febrem ſedandam. ℞. *Cortic. rad. chin. chin.* ʒj. *f. pulvis in brodio vel potu ordinario ſub tempus paroxyſmi ſumendus.* Et, ℞. *Salis Card. bened. abſynth. centaur. min. ana* ℈j. *M. f. pulv. ſubtil. in duas partes pro duabus doſibus dividendus, quorum unus ante febris acceſſum in aq. centaur. minor. capiendus.*

Pulv. antifebril.

5. Ad caput catarrhis inquietatum cum loquelæ vitio roborandum. ℞. *Aq. Apoplect. Oſwald. confort. offic. perlat. ana* ℥ij. *Margarit. præp. Corall. rubr. præp. ana* ℈j. *Confect. Alk. incompl.* ʒß. *Man. Chr. perlat.* ʒij. *f. mixtura cochleatim ſumenda.* Item, ℞. *Aq. Apopl. Oſwald. Ceraſ. nigr. meliſſ. ſimpl. ana* ℥j. *aq. meliſſ. compos. Epilept. Lang. ana* ʒß. *Cinnam. bugloſſ.* ʒij. *Spir. lil. convall. ceraſ. nigr. ana* ʒij. *Cephal. Anhalt. incompl.* ʒj. *Sacch. perlat.* ʒij. *M. d. ad vitr. Doſis cochl. j. vel alterum repetitis vicibus*

Aq. cephal. confort.

Alia.

Empl. cephal. *bus propinandum.* Et. ℞. *Empl. d. tacamahac.* ʒß. *malax. cum ol. majoran. fiatque Emplastrum super aluta extensum vertici capitis derasis capillis, imperialis magnitudine imponendum.*

Aq. asthmat. 6. Ad respirandi difficultatem, ℞. *Aq. Ceras. nigr.* ʒij. *hyssop. flor. acac. ana* ʒj. *Loch. san.* ʒß. *Julap. viol. sacch. cand. alb. ana* ʒß. *M. Dosis, cochleare unum vel duo.*

7. Ad cor roborandum, viresque restaurandas, internè. ℞. *Aq. Cordial.* *Aq. confort. offic. perlat. Ceras. nigr. flor. acac. hyssop. Cinnam. cydoniat. ana* ʒß. *Corall. rubr. præp. Matr. perlar. præp. ana gr. xv. vin. granator.* ʒij. *Man. chr. perlat.* ʒij. *f. mixtura, cochleatim sumenda.* Externè Aqua refectoria sequens. *Aq. refector.* ℞. *Aq. rosar. fragrantiss.* ʒij. *odorif. Fuchs.* ʒj. *Spir. cephal. Anh. compl.* ʒß. *acet. rosar. rubi Idæi ana* ʒij. *Mosch. gr. ij. M. d. ad vitrum.* Item, Noduli odoriferi. *Noduli odorif.* ℞. *Fol. meliss. pj. Cinnam. Macis, Galang. Garyophyll. ana* ℈ß. *M. & concis. f. cum synd. alb. duo noduli odoriferi, in aq. refectoria madefaciendi, naribusque admovendi.* Et, *Sacculi pro pulsibus.* ℞. *Spec. pr. epithem. Cord.* ʒvj. *f. cum syndon. rubr. duo sacculi, aqua refectoria irrorandi, ac pulsibus superligandi.*

Elect. Cordial. refrig. 8. Contra atrophiam corporis hecticam, internè. ℞. *Conserv. rosar. rubr.* ʒiiij. *Borrag.* ʒj. *Pulv. antihect. Poter. analept. frig. Miinder. ana* ʒj. *Syr. rub. Id.* ʒj. *M. d. ad fictile. Dosis, avellanæ quantitas, aliquoties de die repetenda.* Externè, *Unguent. dorsal.* ℞. *Ung. infrig. Gal. Rosat. Mes. Resumptiv. Fern. ana* ʒvj. *Ol. rosar.* ʒij. *M. f. Unguent. M. & V. Spinæ dorsi illinendum.*

Brod. laxat. Passul. laxat. Clyster. Globul. sacchar. cum mosch. & suppos. Clysma. Suppositoria. 9. Ad alvi constipationem, flatuumque subductionem. ℞. *Brod. Cibeb. lax.* ʒj. *ad* ʒiß. *aq. flor. acac.* ʒvj. *M. pro dosi una.* It. ℞. *Passul. min. laxat. cum brod.* ʒj. *Dosis, cochleare unum.* Et, ℞. *Lact. vacin.* ʒvj. *in quo dissolv. sacch. Thom. Mell. ros. solut. ana* ʒij. *vitell. ovor. num. 2. M. f. Clyster.* Quocirca etiam *globuli saccharati cum mosco & suppositoria* locum habuerunt.

10. Ad Tenesmum. ℞. *Lact. vaccin.* ʒvj. *Ol. lini rec. expr.* ʒiiij. *vitell. ovor. num. 2. M. f. Clyster.* Et, ℞. *Ceræ citrin.* ʒj. *sevi cervin.* ʒij. *pulv. nihil.* ℈j. *Opii Thebaic. gr. v. M. f. l. a. suppositoria longiora num. iij. intestino recto applicanda.* Præter hæc, fumus ex resina alba prunis injecta intestino recto aliquoties exceptus fuit.

11. Ad ventris flatibus referti duritiem non solum dicti Clysteres repetitis vicibus injecti sunt, sed etiam externè seq. Emplastrum super corio extensum fuit ordinatum. *Emplastr. ventri imponend.* ℞. *Empl. Filii Zachar. Malactic. ana* ʒiß. *M. & malax. c. Ol. chamomill. & rutac. fiatque l. a. Emplastrum ventri imponendum.*

Epithema. 12. Ad partium extremarum frigiditatem. ℞. *Spir. vin. opt. rectif.* ʒv. *salis armoniac* ʒß. *f. mixtura cum intinctis linteis applicanda.*

Quod

Quod Diætam concernit, Aer erat moderatè calidus. Cibis euchymis, coctuque facilibus utebatur. Potus ex sequentibus speciebus parabatur. ℞. *Scob. Lign. sassafr. Lentiscin. Rad. chin. ana* ʒß. *Cinnam. opt.* ʒij. *Sem. anis.* ʒj. *CC. præp. Ocul.* ꝏ. *præp. ana* ʒiß. *M. f. pulv. gross. cui adde passul. min* ʒj. *de quo pulvere cochleare majus in mensuram unam aq. fervidæ injiciatur, & mox contegatur.* Urgente siti etiam tali *Julapio* reficiebatur. ℞. *Syr. rub. Idæi, Ceras. acid. ana* ʒij. *aq. fontan.* ℔ij. *Spir. ℰ-ol. rectif. q. s. ad grat. acorem.* *Diætæ.* *Spec. pro pot. ord.* *Julapium.*

De cœtero, quieti, modicoque somno, quantum possibile, indulgebat; alvum apertam per enumeratos clysteres ac laxativa remedia servabat, animique fortiores motus refrenabat. Quibus ita usurpatis remediis, & observata convenienti Diæta, dictus Dn. Patiens, per Dei gratiam pristinæ sanitati, (qua etiam adhuc anno 1694. fruitur) felicissimè restitutus fuit.

CONSILIUM MED. LXXIX.

Cancrum mamillæ sinistræ exhibens.

Vir Nobilissime Amplissime Excellentissime,
Fautor & Patrone æstumatissime.

GRatulor mihi Fortunam ex alius infortunio mihi aliquando occasionem præbuisse Excellentiæ Tuæ manus literis his exosculari, licet temeritatis charactere notari possit; tamen fretus amicitia, quam Excell. Tua fovit cum Patre meo b. m. & singulari Humanitate, quæ maxime mihi laudatur, has ad Excellentiam Tuam exarare volui. Est nimirum in curis Uxor &c. Domini Caspari, Filia D. Rambacheri Parentis mei b. m. Soror, quos Excellentia Tua sine dubio optimè novit, hinc etiam Salute plurima eam impertiunt. Tumore scirrhoso mammæ sinistræ sub papilla laborans, & in cancrosum degenerare omni modo allaborans, hinc & nos hunc tumorem extirpare, vel potius

mitigare omnem lapidem movemus, præsertim quia hæmorrhoides sese ostentant, in quarum apertionem omnes Medici unanimiter confugiunt, ac ibi Salutem quærunt. Ast ob defectum mediorum verorum, nempe Hirudinum ad huncusque diem tentare non valuimus. Recordatus igitur fuit Ægræ Maritus, dum Excell. Tuam aliquando Ulmæ visitarat, mentionem factam fuisse de his animalculis, quæ sine hæsitatione Ulmæ in promptu erunt. Conjunctis propterea viribus Excellentiam Tuam exoramus, horum animalculorum aliquot, nempe 8. vel 12. transmittere pretiumque addere, cujus desiderii si compotes erimus, non solum pretium transmittere pro hirudinibus, sed & laborem remunerare ut grata mens expostulat, studebimus.

Hisce vale & Patrocinio Tuo fove

Excellentiæ Tuæ

Eslingæ, d. 21. Maji,
1690.

obstrictissimum
Georgium Fridericum Cellium,
M. D. & Phys. Patr. Ord.

RESPONSIO.

Nobilissime atque Doctissime Domine Doctor.

LIteras tuas charissimas accepi, & lætor, quod à desideratissimi quondam mei amici, (cujus memoria sit in benedictione) Filio columnas aliquot mihi videre contingat, sique aliquid accepti nunc ac in posterum præstare potero, idipsum sanè non intermittam.

Cœterum, periculosum Domini Caspari Conjugis, (quam cum Marito meo nomine amicissimè salutabis) affectum

fectum certò cancrum minitantem, maximè doleo, *in quo caſu unicè intendendum erit, ne tumor hic durus, inæqualis, tactui renitens & ſcirrhoſus per emollientia ſuppuretur*, ſicque putredini & corruptioni via aperiatur, *vel per acria & fortiora remedia irritetur* ac exacerbetur, *ſed potius per refrigerantia & adſtringentia, qualia ſunt remedia ex plumbo parata, exempli gratia, Emplaſtrum deplumbo Mynſichti, diapompholigos, Unguentum de Ceruſſa & lythargyrio in mortario plumbeo diutius trita, ac plumbum in laminam malleo redactum, mercurioque vivo illitum, partique affectæ impoſitum* in cancellis ſuis, (non neglectis internis remediis inter quæ *acidulæ quoque proficuæ* eſſent) retineatur, & tali modo omnis exulceratio atque corruptio præcaveatur. *Cautela in cancro occulto adhibendis remediis. Remedia convenientia.* *Acidulæ.*

Hirudinum applicatio ad educendum ſanguinem atrabilarium ac phagadænica acredine tinctum hoc in malo auxiliatrices manus præbebit, ſed hoc tempore hæc animalcula rara ſunt, & ægrè à Chirurgo noſtro Georgio Riedlino ſex obtinui, quæ per tabellarium Stutgardianum ollæ incluſa tranſmitto. Faxit Deus, ut remedia huic malo oppoſita deſideratum effectum conſequantur. *Hirudinum applicatio.*

Hiſce Clariſſime Vir vale, & me amare perge. Ulmæ, die 23. Maji, 1693.

Tuus

ad quævis Officia paratiſſimus

EBERHARDUS GOCKELIUS, D.

Vir Nobiliſſime, Ampliſſime, Excellentiſſime,
Fautor & Patrone æſtumatiſſime!

PRo tranſmiſſis nuper Hirudinibus & conſilio ſatis prudenti Medico in hoc affectu periculoſo, Ægræ & hujus Mariti nomine gratias habeat Excellentia ſua quam maximas, omnia ſpondentes officia reciproca cum ſalutatione iterata, in ſimul quoque Imperialem deſideratum tranſmitten-

mittentes. Inquisivit quidem & acquisivit etiam Chirurgus aliquis hic loci tales bestiolas, in omnibus transmissis æquantes, nisi quod applicatæ noluerint cuti sese affigere ac sanguinem desideratum exsugere. Hinc iterum Excell. Tuæ opem implorant, tales si ad manus sunt & licet quotquot sint 8. 10. vel 12. transmittere, magis enim levaminis ex horum animalculorum applicatione sensit ægra, quam externorum remediorum in loco affecto; licet methodus nostra in omnibus fere cum Excellentiæ Tuæ transcripta conveniat. Jam proscripsimus externa ad tempus aliquod quo videbimus an inde emineat an vero sese imminuat Tumor, & solis interne utitur acidulis cum Tinctura ♂tis ☉ta mixtis, externè vero hirudinum applicatione, debita non deerit pecunia tam pro animalculis quam consiliis.

His Vale Vir Excellentissime & Favore ulteriori fove

Excell. T.

Raptim Eslingæ, d. 2. Julii,
1691.

Obstrictissimum

Georgium Fridericum Cellium, D.

Hic tumor mammæ Cancrosus, durus, inæqualis, tactuique renitens post semestre in cancrum exulceratum multisque acerbissimis doloribus concomitatum degeneravit, qui etiam paulò post dictam Patientem jugulavit.

OBSERVATIO MED. LXXX.

Mica clavi rotarii siniſtro oculo infixa, post quatuor demum menses extersa.

Casus.

Casus.

ANno 1694. Mense Aprili, Georgius Eberlinus, aurigaDietenheimensis,quadragesimum quintum annum agens, cum clavum rotarium, (Germ. **einen Schiennagel**) malleo rostrato altius infigeret, mica quædam disrupta ferrea lentis magnitudine in oculum sinistrum infra iridem prosiliit, ac se inter tunicam conjunctivam & corneam insinuavit, iisdemque tenacissimè adhæsit, quam nec ipse patiens, nec loci balneator eximere potuit; Relicta igitur hâc ferrea in oculo portiuncula, postpositis exinde conceptis doloribus, merces & materias vectibiles variis cœli & aeris injuriis expositus, per sedecim integras septimanas, (quod summè mirandum) non sine singulari & continuo oculi incommodo, ex uno loco ad alterum vexit, donec præterlapso hoc tempore Patientem ingens & fermè intolerabilis capitis & oculi dolor, cum totius corporis horrore febrili, membrorum lassitudine, siti, & animi deliquiis invasit, ac in lectum conjecit.

QUo facto, ægroti frater ad me missus totam rem mihi exposuit, meamque opem atque auxilium desideravit, cui statim indicavi, quod nisi ferrea hæc oculo inhærens portiuncula extrahatur, nulla Patientis restitutio speranda sit,quapropter hujuscemodi heterogenei extractionem sine omni mora per expertum chirurgum tentandam esse. Ne autem hic Patiens interim remediis destitueretur, *aquam ipsi cephalicam ex aqua Cerasor. nigror. quatuor cordialibus, & confortante officinali perlata, admixtis pulveribus CC. præp. Corall. rubr. præp. Matr. perlar. præp. Syrup. rub. Idæi & Julapio Rosarum paratam;* nec non *syrupos refrigerantes pro Julapio*; ac sequens Collyrium præscripsi. ℞. *Tutiæ præp.* ʒj. *Sief alb. sino opio* ϑj. *Camphor. gr. iij. sacch. cand. alb.* ʒj. *Aq. Euphras. fœnic. rosar. ana* ʒj. *fiat mixtura oculo tepidè instillanda, ac intinctis linteolis externè etiam oculo applicanda.*

Morbi hujus tractatio.

Aq. Cephal.

Syrup. refrig.

Collyrium.

Cum itaque patiens dicta remedia accepisset, balneatorem incolam, ut ea sibi legitimè applicaret, accersivit, qui ægrotum supinum super scamno collocavit, & ante adhibita remedia subtilissima spatu-

ſpatula ſquamulam hanc ferream iteratò eximere tentavit, eamque aliquantiſper ad latus movit, ſed ex formidine, ne altius oculo infigeret, illam, reliquit, & aquam ophtalmicam oculo guttatim inſtillavit, ac ut conjux idem poſt ſuum abitum repetitis vicibus faceret, adhortatus eſt; cui admonitioni hæc patientis uxor morem geſſit, aquam diductis palpebris infudit, ac intincto in ea linteolo oculum exterſit, & ſic fortè fortuna ferream hanc per quatuor menſes cruciantem ſcoriam minutiſſimam, moleſtiſſimumque aculeum ex oculo inſcia deturbavit; Quo facto, patiens confeſtim melius habuit, & ſe ab hoc diro hoſpite liberatum eſſe, autumavit.

Ne autem in opinione ſua falleretur, altero ſtatim die qui erat decimus octavus Julii, me cum chirurgo exercitatiſſimo Georgio Riedlino, Ulmâ ad ſe Dietenhemium rhedâ transportari curavit, ubi inſpecto oculo, nil niſi relictum vulnuſculum deprehendimus, quapropter dictam aquam ophtalmicam oculo identidem inſtillavimus, externè linimentum ſimplex Sculteti linteamento inductum impoſuimus, & huic ſtuppam cannabinam ovi albumine cum alumine crudo conquaſſato imbutam applicavimus; Quibus adhibitis & applicatis remediis omnia ſymptomata remiſerunt, dictusque patiens cum gaudio proprio & domeſticorum convaluit.

OBSERVATIO MED. LXXXI.

Manus ſiniſtra cujusdam militis à disrupta bombarda fiſſa, necem inferens.

Caſus.

ANno 1694. Menſe Junio, cum Balduinus, miles præſidiarius Ulmenſis, quinquageſimum octavum annum agens, tempore veſpertino circa ſolis occaſum in propugnaculo bombardam, (in ſignum claudendæ portæ) exploderet, tubus hic pyrius in multas partes diſruptus manum ſiniſtram in medio fidit, pollicem fermè radicitus extirpavit,

ac

ac digitos minores dilaceravit; hic patiens in Xenodochium receptus, ritè deligatus, defensivis munitus, internis etiam externisque remediis optimè instructus per octiduum decubuit, quo tempore præterfluxo spasmus cynicus accessit, qui per biduum durans, mortem huic vulnerato intulit, sicque præfatus Patiens ex hac miseriarum valle ad arcem ætheream emigravit.

OBSERVATIO MED. LXXXII.

Tumor glandulosus adipe interseptus siniſtro cruri in posteriori parte à nativitate inhærens, sectione sublatus.

Casus.

ANno 1694. Chirurgus quidam Ulmensis certæ cuidam personæ excrescentiam quandam carnosam abstulit, eandemque ostentationis gratia variis hominibus, & inter illos etiam gravidæ cuidam mulieri in ultimis mensibus existenti, inconsideratè & improvidè monstravit, à quo horrendo aspectu perterrita, manu posteriorem cruris sui partem tetigit atque fricavit, sicque characterem hunc tenerrimo fœtui suo in utero impressit. Et cum postea formosissimam Filiolam nomine Annæ Sybillæ in S. Baptismate insignitam exclusisset, illa in siniſtri cruris sui posteriori parte durum nodosum & glandulosum tumorem habuit, qui nec Emplastris resolventibus, nec ulli remedio cedens, indies sensibile incrementum sumsit, ac spatio novem mensium in pugni majoris magnitudinem excrevit. Parentibus itaque mœstis ac de curatione hujus charissimæ suæ filiolæ valdè sollicitis tam à me, quam etiam chirurgo

indicatum eſt, quod hoc malum non aliter, nec citius & ſecurius, quàm per ſectionem tolli ac removeri poſſit; Unde illi tandem in hanc operationem conſenſerunt, quæ etiam hoc anno die 24. Septembris ſequenti modo ad actum perducta eſt.

Mali hujus per exciſionem Curatio.

ET quidem dictæ filiolæ brachia latæ faſciæ involuta fuerunt, quo facto illa prona in ventrem ſuper pulvillo collocata, & totus tumor circumdita habenula conſtrictus fuit, hinc Joh. Barthol. Heckhingius, Chirurgus Reip. Ulm exercitatiſſimus tumorem cultro inciſorio per totam ſui longitudinem aperuit, & in illo repertam ſubſtantiam glanduloſam, albam, & undiquaque adipoſa pinguedine interſeptam, cutique ex utraque parte firmiter adhærentem digitis ſeparavit ac exemit, per quem ductum, meatum vel canalē interiorem, huic tumori alimentum hactenus ac incrementum ſubminiſtrantem acum majorem cum annexo funiculo ex filo contorto trajecit, ex utraque parte arctiſſimè conſtrinxit, & in anteriori conſtrictionis parte glanduloſam excreſcentiam à ſuo ductu per abſciſſionem ſeparavit, poſtea applicatis ſtegnoticis vulnus linteolis carptis implevit, illudque ab extra Linimento ſimplici munivit, & decenter deligavit, ſicque filiolam ab hoc moleſtiſſimo tumore, duodecim uncias pendente, liberavit. Inter operandum pauciſſimus ſanguis effuſus eſt, ac patiens finita operatione erecta, ambobus pedibus ſtatim inſiſtere potuit; Die decima ſexta ligatura à conſtricto ductu per naturam ſeparata diſceſſit, vulneris labia ex omni parte indies magis magisque contracta fuerunt, benè coctum & laudabile pus prodiit, ac vulnus menſis ſpatio feliciter conſolidatum fuit.

OBSERVATIO MED. LXXXIII.

Arthritis vaga, colicam convulſivam inſequens, cum moleſtiſſimis ſymptomatibus feliciter curata.

Morbus.

Morbus.

ANno 1693. Mense Julio, plurimum Reverendus Dn. P. Franciscus, Celeberrimi Imperialis Monasterii Elchingensis conventualis dignissimus, colica convulsiva, fibras intestinorum nerveas acido-vitriolata sua acredine vellicante, cum lancinantibus doloribus corripiebatur. *Causa.*

Curatio.

AD quos, seq. Clyster leniens injectus fuit. ℞. *Vitell. ovor. num. 2. Clyster. Ol. lini ℥iij. Lact. vaccin. ℔j. M. f. Clyster.* Postea sequentem potiunculam hausit. ℞. *Ol. amygdal. dulc. ʒiß. Philon. Rom ℈ij. Sperm. ceti rec. ℈j. Syr. papav. err. d. alth. ana ʒij. Aq. flor. chamomill. ʒvj. M.* Cum autem Dn. Patiens per plures dies atrociss*imis* hisce doloribus divexaretur, materia hæc peccans sale volatili scorbutico imprægnata, tandem toto nervoso generi communicata, Arthritidem vagam cum intolerabilibus fermè doloribus, brachia, manus, digitos, pedes, cervicem, &c. percurrentibus ac cruciantibus, aliisque molestissimis ac periculosissimis symptomatibus, utpote creberrimis epilepticis convulsionibus, aphonia, totius corporis atrophia, brachiorum paresi vel paralysi, manuum ac digitorum summa movendi imbecillitate, narium hæmorrhagia, virium prostratione, alvi constipatione, &c. excitavit, ad quem morbum profligandum sequentia remedia præscripta & applicata fuerunt. Et quidem 1. contra Arthritidem, internè Pulvis sequens antiarthriticus & specificus in aqua Cerasor. nigrorum, vel serpilli lumbricata sumendus fuit ordinatus. ℞. *Ocul. ♋. præp. CC. philos. præp. Corn. Rhinocerot. præp. Corn. alcis philos. calcinat. ana ʒj. Pulv. antihect. Poter. ℥iß. Cinnab. nativ. Cinnab. antimon. ana ℈ß. Extr. Castor. ℈j. Extr. Croc. gr. iiij. salis lumbric. volat. ℈ij. M. f. pulv. subtiliss. in 18. partes æquales dividendus, totidemque capsulis papyraceis includendus, ac de his manè & vesperi unus in dicto vehiculo sumendus.* Externè, ℞. *Ol. chamomill. lumbricor. aneth. hyosciam. ana ʒvj. M. quibus oleis membra sæpius calidè inungantur.* 2. Ad alvum apertam servandam. ℞. *Pulp. passul. min. mund. pulp. Tamarind. Flor. Cass. rec. extr. ana ℥ß. Conditur. cortic aurant. ℥iij. pulv. rad. Jalapp. ʒiß. cum syr. d. fumar. ℥ß. f. Elect. molle. De quo unâ vice nucis moschatæ quantitas sumatur.* 3. Ad humorum Orgasmum, nariumque hæmorrhagiam compescendam. ℞. *Aq. confort. Offic. per-*

Ex colica arthritis.

Symptomata pessima ex hoc morbo emergentia.

Pulv. arthrit.

Ol. anodyn.

Elect. laxat.

Aq. confort. lat. stegnot.

lat. ʒij. Ceraſ. nigr. Epilept. Lang. Tinctur. Ros. ana ʒj. Cinnam. cydoniat. ʒij. Corall. rubr. præp. Carneol. præp. ſpod. præp. ana ϑß. Conf. Alkerm. incompl. ϑj. Syr. granat. rub. Id. ana ʒß. M. Doſis, cochleare unum vel alterum, ſæpius repetendo. It. ℞. Sperniol. Croll. gr. x. Syr. granator. acid. ʒß. Aq. plantag. ℥j. M. f. potio una vice ſumenda. Et, ℞. Pulv. adſtring. Gal. ʒj. miſc. cum ovi albumine conquaſſato. atque cum linteo cervici applicetur. 3. Ad convulſiones epilepticas ſedandas. ℞. Pulv. Marchion. ϑj. Cinnab. nativ. præp. ϑß. Caſtor. gr. iij. M. f. pulv. ſubtiliſſ. unâ vice ſumendus. It. ℞. Salis CC. volatil. ϑij. divid. in 2. part. æqual. d. ad vitr. pro duabus doſibus, alternatim manè & veſperi, non neglecto pulvere ſequenti, in aqua epileptica capiendis. ℞. Cinnab. nativ. granulat. Cinnab. ♁ ii Spec. contr. Apoplex. ana ϑß. gr. iiij. M. f. pulvis æquè ac prior, manè & veſperi, alternatim ſumendus. Aqua autem epileptica fuit ſequens. ℞. Aq. Ceraſor. nigr. flor. til. pœon. ana ʒj. Epilept. Lang. hirund. c. caſtor. ana ʒß. f. mixtura cochleatim ſumenda. Ad materiam peccantem reſolvendam, talem potiunculam Bezoardicam bibit. ℞. ♁ ii diaphoret. rec. ex Reg. præp. ϑß. Lap. Bezoard. Or. gr. v. CC. philoſ. præp. Corall. rubr. præp. ana gr. v. Syrup. flor. pœon. granat. dulc. ana ʒij. Aq. Card. bened. ʒj. M. Ad humores quoque vitioſos per alvum ſubducendos talis clyſter fuit applicatus. ℞. Herb. 5. emoll. ana Mß. Cochlear. beton. Flor. chamomill. ſummit. aneth. ana Mß. Sem. lini fœnugræc. ana ʒij. Rad. pœon. alth. ana ʒij. M. f. decoct. c. brod. carn. q. ſ. colatur. ℞. ʒvj. in qua diſſolv. Elect. Lenit. Florenz. Diacathol. ana ʒvj. Mell. roſ. ſolut. ʒj. Ol. chamomill. rutæ ana ʒß. vitell. ovor. num. 2. M. f. Clyſt. Et, ad materiam peccantem è cerebro ad circumferentiam evocandam, *Emplaſtrum veſicatorium Horſtii* ponè aures fuit applicatum. Et ut paroxyſmi epileptici magis magisque coercerentur, aquæ ſequentes confortantes ſpecificæ cochleatim fuerunt propinatæ. ℞. Aq. confort. Offic. perlat. ceraſ. nigr. flor. til. pœon. ana ℥j. Epilept. Lang. Hirund. cum caſtor. ana ʒß. pulv. Marchion. ϑij. Cinnabar. nativ. granul. ϑß. Lap. Bezoard. Or. gr. iij. Confect. Alkerm. incompl. ʒß. Man. Chriſt perlat. ʒiij. M. d. ad vitrum. Et, ℞. Aq. confort. Offic. perlat. ℥j. 4. Cordial. ana ʒß. Ceraſ. nigr. ʒj. Epilept. Lang. ʒß. Cinnam. cydoniat. ʒij. CC. philoſ. præp. Corall. rubr. præp. pulv. Marchion. ana ϑj. Conf. Alkerm. incompl. ʒß. Syr. granator. ʒß. Man. Chriſt. perlat. ʒij. M. à quibus uſurpatis remediis convulſiones epilepticæ ceſſarunt. Hinc 4. ad capitis dolorem, ſummamque inquietudinem ſequentia exhibita & applicata fuerunt. ℞. Theriacæ cœleſt. gr. iij. Extr. laudan. opiat. incompl. gr. j. diſſolv. cum aq. confort. perlat. ℥j. f. potiuncula una vice bibenda. Item, ℞. Syrup. papav. err. de ſiliquis. ana. ʒiß. f. mixtura cochleatim ſumenda, & aliquoties repetenda. Externè, *Oleum papaveris albi* vertici capitis & temporibus fuit inunctum.

Pot flegnot.

Epithem. cervici imponend

Pulv. Epilept.

Pulveres alternatim ſumendi.

Aq. Epilept.

Pot. Bezoard.

Clyſter.

Empl. veſic. Horſtii.

Aq confort. epilept.

Alia.

Potiuncula theriacalis.

Ol. papav. alb.

inunctum. Ac Unguentum sequens linteo illitum fronti & temporibus applicatum. ℞. *Ung. alabastr.* ʒj. *rosat. popul. ana* ʒß. *Ol. papav. alb.* ziß. *Croc. Or. gr. v. Opii Thebaic. gr. v. M. d. ad fictile.* *Unguent:* 5. Ad exæstuantem insecutum calorem, ac sitim compescendam. ℞. *Sem. 4. frigid. maj. ana* ʒß. *papav. alb.* ℈ij. *Amygd. dulc. excort.* zij. *Aq. acetos. cichor. Endiv. Ceras. nigr. ana* zvj. *M. f. Emulsio in colatur. dissolv. CC. præp. Ocul.* ♋. *præp. ana* ℈ß. *Nitri tabulat. gr. xij. sacch.* ♄. *gr. v. sacchar. perlat.* zij. *M. f. potio una vice sub vesperam haurienda.* *Emulsio.* Et, ℞. *CC. præp.* ☉*i tabulat. ana* ʒj. *sacch. albiss.* ʒij. *M. f. pulvis cum duabus mensuris aquæ pro potu permiscendus.* *Pulv pro potu parando.* Præter hæc, Tinctura Rosarum fuit propinata. 6. Ad caput & cor roborandum, ℞. *Conserv. rosar. antiq.* ʒiß. *Cochlear.* ʒj. *conf. Alkerm. incompl.* ʒß. *Syr. d. Stœchad.* ʒij. *f. mixtur. successivè nucis avellanæ quantitate deglutienda.* *Elect. confort. cephal. & cordial.* Et, ℞. *Conserv. ros. antiq.* ʒviij. *Conf. Alk. incompl.* ʒj. *pulv. antihect. Poter.* ʒij. *Syr. rosat. simpl.* ʒß. *M. d. ad. fictile.* Externè, *Balsamus Apoplecticus* naribus fuit illitus. 7. Ad nervos reserandos ac roborandos. ℞. *Spir. lumbric. terr. paralyt. Mynsicht.* ʒj. *cephal. Anhalt. compl.* ℥j. *M. Quo spiritu paralytico membra ac junctura manuum & pedum erunt fricandæ.* *Bals. Apoplect* *Spiritus paralyticus.* 8. Ad materiam in genubus congestam resolvendam, *Emplastrum Diaphoreticum Mynsichti cum Ol. chamomill. malaxatum* fuit applicatum. *Empl. diaphoret.* 9. Ad manuum & digitorum denique motum restituendum, *Spiritus paralyticus* jam commemoratus, & sequentes species cum duabus mensuris aquæ ac mensura una vini pro quotidiano fomento & balneo manuum fuere ordinatæ. ℞. *Herb. menth. Thymi, puleg. hyssop. origan. rut. Meliss. serpilli, Majoran. Rorismar. salv. hyperic. Lavendul. ana* M ß. *Flor. chamomill. sambuc. spicæ, Stœchad. Rosar. rubr. ana* pj. *Scob. Ling. juniper. Guajac. ana* ʒj. *Rad. pyrethr. Ebul. ana* zij. *Bacc. lauri, juniper. ana* ziij. *Salis commun.* ☉*ri ana* ʒj. ♎*is viv.* ☿*oli crud. ana* ʒß. *M. & concis. d. ad chartam.* *Spec. pro fomento & balneo manuum.*

Quod Diætam concernit, Aer erat temperatus, Cibi coctu faciles bonique succi, omni acredine, aciditate, & salsedine carentes; *Diæta.* Potus ordinarius sequens. ℞. *Scob. Lign. Sassafr. Lentiscin. visci quercini, Rad. chin. ana* ʒß. *Cinnam. opt.* zij. *Sem. anis.* ʒj. *CC. præp. Ocul.* ♋. *præp. ana* ziß. *M. f. pulv. gross. add. Passul. min. Corinth.* ʒj. *De quibus speciebus cochleare unum mensuræ aquæ fervidæ injiciatur, & mox contegatur.* *Spec. pro pot. ord.* Juxta hunc potum, *Julapia ex syrup. rubo Idæi. rosar. violar. cum aqua fontana parata* bibit. *Julap.* Præter hæc, quies procurabatur; Alvus obstructa vel per superius allegatum Electuarium laxativum, vel per Clysteres aperiebatur; Animique fortiores motus atque pathemata refrenabantur. Quibus ita adhibitis, præfatus Dominus Patiens, Dia favente gratia, pristinam suam bonam valetudinem ex integro recuperavit.

OBSERVATIO MED. LXXXIV.

Colica convulsiva, cum insequente Arthritide vaga, aliisque periculosissimis symptomatibus, felicissimo successu expugnata.

Morbus.

ANno 1694. Victor Henricus Reinesius ætat. 29. arti Pharmaceuticæ addictus, cum in hac sua Professione Provisoris Castrensis munus obiret, ille ob inordinatam victus rationem, nec non perpessas cœli aerisque injurias, Colica convulsiva & spasmodica correptus fuit, ad quam tollendam variis remediorum præsidiis usus est, inter quæ etiam, à quodam Lithotomo persuasus, bina vice Tartarum Emeticum sumsit, sed exinde propter crebriores vomitus, & vehementissimam humorum commotionem deterius habuit, ac proinde excellentissimum & experientissimum quendam Medicum consuluit, qui violentam hanc purgationem valdè improbavit, ac ipsi Pulverem suum anticolicum specificum, peculiares pilulas anodynas, Oleum amygdal. dulcium anodynis mixtum, aliaque remedia interna & externa dolorem mitigantia ordinavit, ac postea Thermas Zellenses in Ducatu Württembergico suasit, ex quarum usu aliquale levamen sensit. Quia verò præfati dolores colici identidem recrudescebant, dictus hic Patiens ex occasione alius cujusdam Oppidani Medici Consilium imploravit, qui illum post unum alterumve datum remedium ad Thermas Bollenses ablegavit, ac simul Acidulas Göppingenses bibendas suasit, cui Consilio quidem obsequium præstitit, sed inter bibendum nullam

acidu-

acidularum operationem, neque per sudorem, urinam, secessum, vel alium excretionis modum sensit, & à Thermarum insessu halitum sulphureum exspiravit, nec ab ullo horum remediorum usu melius habuit; Quam ob causam se Ulmam ad Patronum suum contulit, variisque ad hunc pessundandum morbum remediis usus est; Sed his quoque ad assequendum Curationis scopum non sufficientibus, lancinantes colici dolores in tantum exasperati sunt, ut nullibi locorum quiescere potuerit, & præ nimio angore, ac intolerabili cruciatu, pedes inverso corpore ad superiora, lectique tectum attollere, capitique insistere sæpius visus fuerit; imò vires per continuos dolores ita exhaustæ erant, ut nullus fermè adstantium de insecutura morte dubitarit.

Curatio.

REbus itaque sic stantibus, ego die 3. Septembris in Consilium vocatus sum, cui statim ad alvum obstructam relaxandam talem potiunculam una vice sumendam, & post aliquot horas sequentem clysterem injiciendum ordinavi. ℞. *Brodii Cibebar. laxat.* ʒiß. *Aq. Ceras. Pot. laxat. nigr.* ʒvj. *M.* Et ℞. *Vitell. ovor. n. 2. Ol. lini* ʒii.. *Lact. vaccin.* ℔j. *Misce. Clyster.* Et, quia simul de urinæ retentione conquerebatur, ipsi per vices sequentis aquæ unum alterumve cochleare bono cum successu propinatum fuit. ℞. *Aq. fragor.* ʒiiij. *Syr. d. alth. Fern.* ʒvj. *Ocul.* ♋. *præp.* ℈j. *Aq. nephrit. M.* Hinc ad dolores sedandos harum Pilularum manè & vesperi septem una vice deglutivit. ℞. *Theriac. cœlest. Cinnabar.* ♂ *ii ana* ℈j. *Pilulæ anodyn. Laudan. opiat. perlat. gr. iiij. M. f. pilulæ num. 42.* Quocirca etiam prædictus Clyster, doloribus urgentibus aliquoties repetitus, & talis potio iteratis vicibus hausta fuit. ℞. *Tripher. magn.* ʒß. *Croc. Austriac.* ʒß. *Macis* ℈j. *Aq. flor. chamomill.* ʒij. *M. pro duabus dosibus.* Externè, ventrem Oleis anodynis indies semel atque iterum calidè inunxit, ac insuper ventrem sale & cumino tosto calidè fovit. ℞. *Ol. chamomill. lumbricor. aneth. ana* ʒvj. *M. d. ad fictile.*

Pot. anodyna.

Ol. anodyn.

Hinc Pulverem antiarthriticum in præcedenti Observatione commemoratum in octodecim partes dividendum, ac manè & vesperi dicto modo in aqua ceraforum dilutum hausit. Ad segnitiem alvi corrigendam, de Electuario laxativo, cujus in priori Observatione mentio facta est, nucis myristicæ quantitatem deglutivit, talemque

clyste-

Clyster. clysterem aliquoties applicari curavit. ℞. *Rad. alth. ℥j. Fol. parietar. hyoscyam. ana Mj. flor. chamomill. M℔. Sem. lini ʒß. concis. & conquassat. coq. cum lact. vaccin. ℔j. in colatur. express. dissolv. Ol. lini sine igne express. ʒv. vitell. ovor. num. 2. f. Clyster.* Membra verò paralytica & junctura manuum ac pedum *spiritu lumbricor. terrestrium & spiritu Paralytico Mynsichti invicem mixtis,* quotidiè inunctæ fuêre.

Spir lumbric. terr. & paralyt. Mynsicht.

Die 12. Septembris, molestissimo asthmate cum insequentibus epilepticis convulsionibus divexatus fuit, ad quas profugandas, sequentem Aquam Asthmaticam & simul Epilepticam cochleatim exhibitam sumsit. ℞. *Aq. cerasor. nigr. flor. til. pœon. hyssop. ana ʒvj. asthmat. ʒß. Confort. perlat. ʒj Cinnam. still. ʒij. Corall. rubr. præp. Matr. perlar. præp. pulv. epilept. Marchion. ana ℈j. Spir. anis. ʒij. Cephal. Anhalt. incompl. ʒj. Spir. cochlear. ℈j. Man. Christ. perlat. ʒij. M.* à cujus usu convulsiones remiserunt.

Aq. asthmat. & Epilept.

Die 15. Septembris, ad nervos roborandos, ac dolores arthriticos magis magisque pessundandos, tali Pulvere in Aquis epilepticis, Ceras. nigr. flor. tiliæ, pœoniæ invicem mixtis sumendo, usus est. ℞. *Antimon. diaphoret. cum triplo nitri detonat. Pulv. antihect. Poter. ana ℈ij. gr. v. Cinnabar. ♃ ii sæpius cum Cinnab. nativo sublimat. ʒß. CC. philos. præp. Ungul. alces præp. ana ʒj. Salis CC. volat. purif. gr. xv. Essent. ambræ. sicc. Essent. Castor. ana ℈ß. Galliæ moschat. gr. v. sacch. finiss. ʒj. M. f. pulv. divid. in 24. part. æquales, dentur ad totidem capsulas papyraceas, de quibus manè & vesperi una portio in dictis aquis assumatur.* Porrò, ad acidum ventriculi fermentum obtundendum *Cremorem ♀ri cum æquali portione Oculor. ♋. mixtum* quotidiè ante sumptionem cibi in jusculo, quantum cultri cuspide capi potuit, sumsit. Quia vero nihilominus semper acidum eructabat, iccircò viribus utcunque restauratis & crescentibus, de sequenti sacculo laxativo, cum aquæ mulsæ ℔v. cocto, quotidiè manè jejuno stomacho ʒv. vel dimidium quartarium bibit, & de die bis vel ter vitiosam materiam excrevit. ℞. *Herb. cochlear. beccabung. nasturt. acetos. Hispan. fumar. scolopendr. ana Mß. Rad. cichor. Raphan. marin. Garyophillat. fœnic. ana ʒij. Rhabarb. ver. ʒiij. Fol. sen. el. s. st. ʒj. Turpeth. opt. Mechoac. nigr. Agar. trochiscat. Polypod. querc. ana ʒij. Cinnam. opt. ʒj. ♀ri alb. crud. & pur. ʒij. Sem. anis. fœnic. ana ʒß. M. & concis. f. cum syndone albo nodulus.* Post hujus usum materia peccans acido-salina beneficio naturæ à centro ad circumferentiam inter cutem ac carnem criticè expulsa, totumque corpus pustulis scabiosis ac materiam salsam & serosam, cum lentore fundentibus, maximumq; pruritum excitantibus, refertum fuit, quæ pustulæ, præsertim etiam in medio umbilici, per tres vel quatuor integras septimanas dicto modo copiosissimam mate-

Pulv. antiarthrit.

Crem ♀. cum Ocul. ♋.

Sacculus laxat.

materiam eructarunt; Pruritus verò, quia omnem quietem denegabat, per Electuarium sudoriferum, quotidie nucis juglandis quantitate in aurora in aq. card. bened. & fumar. sumendum, refrenatus fuit. ℞. *Rob. juniper. sambuc. ana* ℥j. *Elect. Diascord. Fracast.* ℥ß. *Theriac. Androm.* ℥ij. *Terr. sigill. sules.* ℈ij. *Syrup. acetos. citr.* ℥ß. *M.* Hinc ad nervorum reserationem & roborationem etiam sequenti Spiritu membris, ac juncturis manuum & pedum illinendo, usus est. ℞. *Bacc. juniper.* ℥ß. *Mastic. el. piperis. nigr. ana* ʒij. *M. f. pulv. gross. ind. vitr. angust. orific. superfundendo Spir. vin. opt.* ℥iiij. *Spir. juniper* ℥ij. *stent in digestion. per hor. 6. postea colentur, dehinc in colatur. in mortario frigido dissolv. sapon. venet. ras.* ʒij. *d. ad vitrum.*

Elect. sudorif.

Spir. robor. & aperit.

Et postquám brachiorum & manuum dolores per usum dictorum remediorum sopiti fuerunt, Patiens de maximo pedum minorum cruciatu conqueri cœpit, ad quem mitigandum Cataplasma ex sequentibus ingredientibus cum lacte & cochleari uno vel altero olei rosacei coctum, multoties impositum fuit. ℞. *Pulv. Malvar.* ʒij. *Herb. nasturt. beccabung. cochlear. ana* ʒvj. *Flor. chamomill.* ʒiß. *Rad. alth.* ℥ß. *Sem. lini fœnugr. ana* ʒij. *M. f. pulvis.* Toto curationis tempore, usque dum pessima dicta symptomata remiserunt, usus pulveris antiarthritici non neglectus est. Quorum remediorum adminiculo dolor pedum remisit. Quia verò magna adhuc virium nervorumque imbecillitas circa carpos manuum atque digitorum articulos deprehendebatur, species in antecedenti Observatione descriptæ pro manuum balneo, seu Thermis artificialibus cum aqua & vino coquendæ, & post balneum Spiritus arthritici superius commemorati usurpati fuerunt; Postea etiam ad genuum vacillantium corroborationem, atq; humoris serosi, acris & glutinosi circa articulationem contenti resolutionem tale Emplastrum impositum est. ℞. *Emplastr. Nervin. Oxycroc. de melilot. ana* ʒvj. *Pulv. salis amoniac.* ℈ij. *M. & malax. cum Ol. chamomill. fiatque l. a. Emplastrum.* Quorum dictorum Remediorum ope & auxilio, supra nominatus Patiens indies melius habuit, & qui prius omni fermè motu destituebatur, in hypocausto solus ambulare, manibus cibum capere, viresque magis magisque recipere cœpit; cui ad præcavendam recidivam tales pilulas præservativæ experientia comprobatæ, ac in posterum usurpandæ communicatæ fuerunt.

Cataplasma.

Emplastr.

℞. *Extr. pilular. cochiar.*
troch. alhandal.
Scammon.
Turpeth. ana ℈j.
helleb. nigr. gr. xxv.

Pil. antiarthrit. præservativæ.

lign. aloes.
lilior. convall.
pœon. ana gr. iij.
♀*ri* ⊕ *olat* ℈*j.*
Ol. nuc. moſch.
rut.
ſalv.
anis. ana gutt. iiij. M. f. c. aq. Epilept. & aq. ſalv. pil. ex ℈*j. num. vj. quarum ſingulis menſibus tribus diebus ante, vel poſt Novilunium, prima die duæ, ſecunda tres, tertia quatuor manè jejuno ſtomacho deglutiantur.*

Dieta conveniens, De cœtero Diæta eadem in antecedenti Conſilio propoſita, obſervata fuit.

CONSILIUM MED. LXXXVI.

Febris tertiana ſpuria, paucis diebus feliciter expugnata.

Cauſa.

ANno 1694. Menſe Auguſto, Aulicus quidam triginta circiter annorum, de horrore febrili cum inſequente calore præternaturali, ſingulis alternis diebus inordinatè infeſtante, cibi inappetentia, oris amaritudine, flatibus pectus ac regionem ventriculi incommodantibus, ſiti, & ſomno interrupto conqueſtus eſt; Quocirca etiam pulſus celer, ac urina rubra, turbida, & lixivioſa erat; Quem Affectum ſequentibus rogatus ac requiſitus brevibus delineare, ſimul ac remedia curativa præſcribere non dubitavi.

Morbus & Cauſa, HIc Affectus, ut ex omnibus circumſtantiis patet, Febris tertiana ſpuria eſt, quæ à dyſcraſia ventriculi, victu inordinato, præſertim verò bile & pituita per tres integros annos in corpore collecta, aliisque cruditatibus, (ex quibus ructus & ventoſitates oriuntur) ut & nuperrimo itinere, & in eo maximo perpeſſo calore æſtivali, originem

nem habet; A quibus allegatis cauſæ procatarcticæ non excludendæ ſunt.

Signa Febris tertianæ tam ex invaſione morbi cum frigore & calore inſequente, quam etiam ex pulſu celeri, urina rubra & lixiviosa, atque paroxyſmis ſingulis alternis diebus revertentibus, deſumuntur. *Signa.*

Hæc Febris, quia nondum radicata eſt, horrorque febrilis in ſecundo paroxyſmo emanſit, orisque labia puſtulis efflorescunt, procul dubio brevi temporis termino expugnanda erit. *Prognoſis.*

Curatio verò in ſequentibus conſiſtit. 1. Ut materia peccans præparetur. 2. Præparata evacuetur. 3. Remedia ſpecifica antifebrilia adhibeantur. 4. Flatus per carminativa eliminentur. 5. Corroborantia propinentur. Et 6. Bona & conveniens Diæta obſervetur. *Curatio.*

In quem finem ſequentia remedia præſcripta fuerunt.

1. Ad materiam peccantem præparandam. ℞. *Crem. ♀. Ocul. ℔. præp. ana ℈j. M. f. pulvis hora nona veſpertina in brodio carnis ſumendus.* *Pulv. præp.*

2. Ad vitioſos humores educendos. ℞. *Fol. ſen. el. ſ. ſt. ʒij. Rhabarb. ver. Crem. ♀. ana ʒß. Aq. Ceraſ. nigr. flor. acac. ana ʒiß. M. f. lenis ebullitio, in qua diſſolve Syr. roſ. ſolut. ʒß. ♀ri Emet. Mynſ. gr. ij. M. f. potio una vice ſumenda.* *Pot. purg.*

3. Ad Febrem compeſcendam. ℞. *℥ ii diaphoret. rec. ex Reg. præp. CC. præp. Matr. perlar. præp. Ocul. ℔. præp. Corall. rubr. præp. Pulv. antifebr. Croll. Pulv. ſtomach. Poter. ana ℈j. ſalis abſynth. centaur. min. card. bened. ana ℈ß. M. d. ad ſcatulam.* De quo pulvere Patiens duabus horis ante prandium & cœnam, quantum cultri cuſpide capi poteſt, in brodio carnis capiat. *Pulv. antifebril ſpecificus.*

4. Ad Flatus, eructationes, vapores aſcendentes pectusque moleſtantes exterminandos, materiamque febrilem ſimul reſolvendam, *de noſtro liquore volatili oleoſo, manè & veſperi, 10. 12. vel 15. guttæ in ſequenti aqua carminativa ſumantur.* ℞. *Aq. menth. fœnic. ana ʒiß. Carminativ. Dorncreil. ʒj. Spir. anis. ʒij. Tinct. arant. ʒij. ſacch. cand. alb. ʒij. M* *Liquor. volat. oleoſus. Aq. carminativa.*

5. Ad corroborationem confert Electuarium ſequens. ℞. *Conſerv. roſar. rubr. ʒij. Borrag. Bugloſſ. ana ʒß. CC. præp. Ocul. ℔. præp. Corall. rubr. præp. Matr. perlar. præp. ana ʒß. Confect. Alkerm. incompl. ʒj. Syr. rub. Idæi ʒvj. M.* *Doſis, avellanæ quantitas, ſæpius repetendo.* Externè, ad ventriculi roborationem, *Balſamus Indicus cum Ol. carui guttulis aliquot permixtus, regioni ventriculi illinendus*, & *Cataplaſma ex tritis cruſtis piperinis mellitis Noribergenſibus, admixtis in parva quantitate pulveribus nucis moſchatæ, maceris, Cinnamomi & garyophyllorum cum vino Hiſpanico ad pultis* *Electuar. confort.* *Confortantia externa.*

formam coctis, cum linteis ſtomacho ſæpius calidè applicandum conducit

Diæta. 6. Quod Diætam concernit. 1. Aer ſit temperatus. 2. Ex cibis conveniunt coctu faciles, laudabilem ſuccum & ſanguinem generantes, quales ſunt, brodia carnis bubulæ & gallinarum, ptiſana hordeacea, Oryza cum brodio carnis cocta, carnes gallinarum, vitulorum & agnorum, cum radicibus petro ſelini, ſcorzoneræ, cichorii, paſtinacæ, & ſimilibus alteratæ. Pro Potu ſequens Pulvis groſſus proderit de quo cochleare majus in urceo benè tecto cum fervida menſura aquæ fontanæ infundendum, & donec refrigeſcat, relinquendum. *Pulv. groſſ. pro potu.* ℞. *Scob. Lign. Lentiſcin. Rad. chin. ana* ʒß. *Cinnam. opt.* ʒij. *Sem. anis.* ʒj. *CC. præp. Ocul.* ℔. *præp. ana* ʒij. *M. f. pulv. groſſ. cui add. Paſſul. min.* ʒj. *d. ad ſcatulam.* 3. In motu & quiete. Ut & 4. In ſomno & vigiliis modus teneatur. 5. Alvus vel arte, vel naturaliter ſit aperta. Et 6. Fortiores animi commotiones coerceantur.

OBSERVATIO MED. LXXXVI.

Colica ſpaſmodica & convulſiva, cum inſequente arthritide vaga, in quadam Domo quatuor homines uno eodemque modo invadens, omnibus, excepto unico, exitialis.

Morbus.

ANno 1694. circa Feſtum Nativitatis Chriſti, tres viri juvenes, temperamenti Cholerico-Melancholici, & ad affectum hypochondriacum ac diſpoſitionem ſcorbuticam proni, (inter quos ſacellanus erat) in certa quadam Domo, uno tempore, & poſt ſequentes elapſas ſeptimanas, illorum magni nominis Antiſtes, (qui per aliquot annos valetudinarius, & cum cœteris tribus pari fermè temperamento prædítus erat,) colica convulſiva & ſpaſmodica correpti fuerunt, quam arthritis vaga cum paralyticis inſultibus, ven-

ventoſitatibus, ventris inflationibus, continuis alvi conſtipationibus, ructibus, pectoris compreſſione, aſthmate, aliisque internis moleſtiis, & apud ſacellanum, paulò ante ejus obitum; (materiâ peccante dolorificâ è femoris nervoſis partibus ſubitò ad cerebrum translatâ) horrendis convulſionibus, Domusque Illuſtriſſimum Antiſtitem aliquot dies ante mortem, acutis in dextro latere, & vix tolerabilibus capitis doloribus, rationisque ac ſpirituum animalium obfuſcatione & perturbatione, excepit. Inter hos Patientes, Secretarius & Cubicularius quoad morbum & ſymptomata de pari malorum ſyndrome conqueſti ſunt; Quia vero materia peccans apud cubicularium à centro ad circumferentiam, ac inter cutem ac carnem, cum aliquali ſcabie & pruritu, nec non per continuam diaphoreſin & madorem, à benigna Matre Natura expulſa fuit, iccircò de his quatuor Patientibus ille ſolus vitam retinuit, & evaſit. Quod Cauſam hujus morbi attinet, omnes quidem dicti quatuor Patientes malo hypochondriaco antea affecti fuerunt, quam ob rationem illi ob humores acido-vitriolatos & ſcorbuticos intra corpus genitos tali Colica convulſiva & doloribus vagis arthriticis facilè corripi potuiſſent: Quia verò decumbentes ratione naturarum, & complexionum in uno alterove notabiliter diſcreparunt, uno quin etiam tempore, unoque eodemque morbo, paribusque ſymptomatibus laborarunt, & malum, quod ab initio in fibris inteſtinorum nerveis obortum eſt, poſtea nervos artuum, itemque nervos muſculi ſphincteris ani arctiſſimè conſtringendo, ſicque beneficium alvi impediendo & retardando, nec minus nervoſam ſubſtantiam diaphragmatis, cum inſecuta reſpirandi difficultate, tandemque etiam ipſum Cerebrum & principium nervorum, partim convellendo, partim rectam rationem infringendo, ſpiritusque animales perturbando, magnosque dolores cephalicos excitando, occupavit, & duo vel

tres Domin. Patres Franciſcani extranei, qui circa ſpiritualia tam in Templo, quam apud lectos ægrotantium occupati erant, pari fermè dolore colico laborare cœperunt, & domum abire coacti ſunt: Iccircò non ſine ratione judicatum eſt, quod hoc malum à cauſa externa corroſiva & ſimul ſtiptica ſeu conſtrictiva, præcipuè nervis inimica, obortum ſit. An verò hæc incommoda à materia quadam arſenicali, ſimulque intermixta alia calcem vel gypſum redolente, vel ab aliquo veneno dolosè per veneficium in cibo, vino, aqua, vel alio quodam vehiculo propinato provenerint, (quia ipſe Illuſtriſſ. Antiſtes talem ſuſpicionem habuit, ac propterea duos fontes exhaurire curavit) id Medicos, aliosque hujus rei ſcrutatores & percontatores hactenus latuit. Interim hi Patientes, excepto ſolo cubiculario) debitum naturæ ſolvere coacti ſunt, vitamque cum morte permutarunt.

OBSERVATIO MED. LXXXVII.

Puerulus poſt duras acceptas plagas, intra paucos à læſione dies, mortuus.

Caſus.

ANno 1694. in Autumno quidam Vitricus in agro Ulmenſi, puerulum tres años cum dimidio habentem, ex præconcepto novercali odio, (cum ſoli domi eſſent) duris verberibus excepit, ita, ut ſtatim poſt acceptas plagas neque ſolus ſtare, neque ambulare, neque cibum capere, imò præ nimio ventris dolore tam diurno quam nocturno tempore, nec quieſcere, multò minus dormire potuerit, & paucis præterlapſis diebus vitam cum morte mutârit.

Cujus

CUjus cadaver ex mandato Ampliſſimi Magiſtratus à me, & Johanne Bartholomæo Heckhingio, Reipubl. noſtræ Ulmenſis Chirurgo ordinario, inſpectum, ſectum & apertum, ac deprehenſum eſt, quod externè totus venter inſtar tympani inflatus, totumque abdomen cum dorſo atro-livido ſeu plumbeo colore tinctum fuerit. Internè, medius venter ſupra diaphragma illæſus erat; In infimo verò ventre ſub hepate veſicula fellis collapſa & evacuata, ac inteſtina hinc inde maculis flavis, ac ſi inuſtæ eſſent, variegata conſpiciebantur, quin etiam in abdominis infima parte circa os pubis, totus venter materia putrida, gangrænoſa, fœtida & corrupta refertus erat, ac inteſtinum rectum quinque foraminibus, à materia hac putrilaginoſa, acri & mordaci pervium, corruptum ac exeſum cernebatur. Quibus rebus ſic ſtantibus judicatum eſt, Puerulum hunc, ob gangrænoſam inteſtinorum corruptionem ac putredinem, præcipuè verò ob acceptas plagas, utpote cauſam antecedentem ſine qua non, ultimum diem ſuum clauſiſſe. *Cadaveris ſectio & inſpectio.*

OBSERVATIO MED. LXXXVIII.

Loquelæ amiſſio, ob validam à lapſu ab alto concuſſionem cerebri, reſtituta.

Caſus.

ANte aliquot annos, cum adhuc Phyſicum Reipubl. Giengenſis agerem, Tabellarii, (German. **Karren Martin** dicti) Filius octo vel novem annorum extra portam Memmingenſem, catenam, qua pons ductilis attollitur, arripuit, ſeque inverſo corpore in altum ſuſtulit, & ſic petulanter ludendo tempus fefellit, quæ catena verò inter ludendum manibus excidit, & puer præcipiti caſu, capite in terra lapidibus ſtrata vehementiſſimè alliſo, decidit, & motu ſenſibus, atque loquela, ſecundum Hippocr. Aphoriſmum 58. ſect. 7. deſtitutus decubuit.

Cura-

Curatio.

PUer itaque à ſuis Parentibus domum deportatus eſt, cui, cum chirurgo requiſitus ſtatim ſequentem clyſterem injici curavi. ℞. *Spec. decoct. carminativ.* ʒiiij. *Mell. roſ. colat.* ʒj. *Elect. diacathol.* ʒß. *Ol. roſar.* ʒß. *M. f. Clyſter.* Capitis tumefacto bregmati chirurgus ſequens digerens ac roborans Cataplaſma applicavit. ℞. *Pulv. flor. roſar. Betonic. ana* ʒß. *Furfur. tritic. Farin. hord. ana* ʒij. *Micæ panis domeſtici* ʒiij. *vini rubri q. ſ. ſal. communis* ʒj. *M. ad ignem in form. cataplaſmatis.* Collum cum cervice *Oleis roſarum, lumbricorum, & chamomillæ* fuit inunctum. Potus ordinarius *ex Corn. Cerv. uſto, hordeo integro, liquiritia, ficubus, paſſulis, ſemine aniſi & fœniculi cum aqua coctis* conſtabat.

Clyſter.

Cataplaſma.

Coll. ac cervic. inunctio.

Pot. ord.

Et ut loquela ipſi reſtitueretur, tale Emplaſtrum corio Imperialis magnitudine obductum, capitis vertici impoſitum fuit. ℞. *Empl. d. Tacamahac.* ʒvj. *malax. cum Ol. majoran. fiatque l. a. Emplaſtrum.* Hoc adhibito, patiens paucis horis ptæterlapſis loquelam recuperavit & poſtea feliciſſimè convaluit.

Emplaſtr.

OBSERVATIO MED. LXXXIX.

Aphonia, Apoplexiam inſequens, per remedium topicum ſublata.

Caſus.

ANte aliquot annos Illuſtriſſimi Comitis Alberti Fuggeri, Sacellanus Kirchbergenſis, prævio vertigine, momentanea Apoplexia, cum ſtertore, ac internorum externorumque ſenſuum læſione correptus fuit; Et poſtquam ſe recollegit, aliter non quam balbutiens, ob nervorum recurrentium ac ſeptimæ conjugationis læſionem, loqui potuit, brevi autem poſt ex toto obmutuit.

Cura-

Curatio.

CUi internè varia remedia, utpote clysteres reiterati, Aquæ & Spiritus Cephalici & Apoplectici; externè verò non neglecta venæsectione, localia, odorifera, & Spiritus pro capitis vertice, cervice, temporibus atque naribus illinendis, adhibita fuerunt, sed illa ob materiæ peccantis, nervos ac ventriculos cerebri oppilantis abundantiam, neque morbum sustulerunt, neque loquelam revocârunt. Quapropter ipsius vertici tale Emplastrum à DD. Philippo Höchstettere, Reip. Augustanæ olim Physico celeberrimo in suis Observationibus Medicis in tali casu commendatum impositum fuit. ℞. *Emplastr. de Tacamahac. ʒvj. malax. cum Oleo majoranæ, extend super alutâ, fiatque Emplastrum.* A cujus usu loquelam recuperavit, ac ante obitum res suas tam spirituales quam domesticas disponere potuit.

Empl. Cephal. loquelam revocans.

OBSERVATIO MED. XC.

Capitis vehemens percussio, aphoniam excitans, feliciter curata.

Casus.

ANno 1694. die 9. Novembris, in Pago Rietheim, propè Oppidum Leipheim, quatuor Equites de Centuria cæsarea Domini à Kreilsheim, in Tugurio rusticano per totam diem compotarunt, hancq; compotationem usque ad horam octavam vespertinam continuarunt, quo tempore ipsorum Heri rustici lucernis advenerunt, ipsosque domum avocarunt. Cum autem unus horum Rusticorum, nomine Georgius Ege, triginta quinque annos habens, Equitem suum, cognomine Klaiberum domum duxisset, Commilito ipsius Michael Burckhardus antè fores sui domicilii impetuosè venit, eumque contumeliosis verbis provocavit, quibus auditis, prænominatus Eques Klaiber, (aliâs

Venator dictus) acinace suo armatus ex ædibus progreditur, & quid desideraret, quærit? quem verò loco responsi supra nominatus suus consodalis in densis tenebris stipite longo, crasso, & prægrandi è sepimento desumpto, circa lumbos, & reiteratis vicibus duabus plagis tam vehementer supra caput percussit, ut cutis carnosa in duobus locis, ante & post futuram coronalem usque ad pericranium disrupta fuerit, ac Eques in terram prostratus exanimis fermè decubuerit. Postquam autem se parumper recollegisset, & ut Herus illum erigeret, atque in ædes suas duceret, petiisset, dictusque rusticus ex commiseratione extra ædes suas, Vulcanum in cornu gerens, advenisset, suoque Equiti domestico auxiliatrices manus porrexisset, præfatus Eques Burckhardus hunc rusticum simili modo, sine omni data causa, diro hoc stipite supra frontis latus sinistrum, sed sine insecuto vulnere, horrendissimè percutit, eumque quasi bovem in terram prosternit; Ex qua vehementi percussione rusticus instar mortui decubuit, & loquelam, (secundum Hippocr. Aphorismum 58. Sect. 7. Quibus cerebrum vehementer concutitur, eos protinus mutos fieri necesse est) amisit, ac tertia vice sanguinem cum cibo mixtum evomuit, cui accersitus Balneator Leipheimensis venam medianam in brachio secavit, atq; hunc Rusticum cum Equite deligavit.

Curatio.

ALtera die, ex Ampliss. Magistratus Decreto, ego cum Joh. Bartholomæo Heckhingio, Chirurgo Reipubl. nostræ ordinario jurato, vulnera hæc inspexi, & quia Eques in ædibus obambulare potuerat, nos ambo præcipuè rustici fermè sui non conscii, in curando ra-

Curatio. tionem habuimus, ipsique sequentia remedia applicavimus. Et qui-

Clyster. dem internè sequens Enema injectum est. ℞. *Decoct. communis pro clysterib.* ʒix. *Mell. rosat. colat.* ʒiiß. *Elect. Diacathol.* ʒj. *Ol. chamomill.* ʒij. *M. à. quo bis dejecit.* Ad cor & caput roborandum, sequentis Aquæ

Aq. cordial. & cephal. cordialis & cephalicæ sæpius unum alterumve cochleare propinatum est.

est. ℞. *Aq. Cerас. nigr. flor. tiliæ, pœoniæ, meliss. compl. confortant. perlat. Augustan. ana* ℥j. *Cinnamom. buglossat.* ʒij. *Confect Alkerm. incompl.* ʒß. *Lap. Bezoard. occid. gr. v. Margarit. præp.* ∋ . *Corall. rubr. præp.* ∋j. *Syrup. rub. Idæi, Granator. Julap. rosar. ana* ℥ß. *M. d ad vitrum.* Pro Potu ordinario tale Decoctum cum duabus mensuris aquæ fontanæ paratum bibit. ℞. *CC. ust.* ℥j. *Hord. integr.* ʒiß. *Spec. pro Decoct. pectoral. flor. & fruct. ana* ℥j. *M.* *Spec. pro pot. ord.*

Externè, fronti & capiti seq. Cataplasma calidè applicatum fuit. ℞. *Micæ panis domest.* ℥iij. *Furfur. tritic. Farin. hord. ana* ℥ij. *Pulv. flor. rosar. betonic. ana* ʒß. *salis communis* ʒj. *M. f. c. vino rubro, vel aceto vini cataplasma, in fine addendo, olei rosarum cochleare unum vel alterum.* *Cataplasma.*

Cervix atque collum *Oleo rosarum, chamomillæ, & lumbricor. terrestrium*, invicem mixtis, fuit inunctum. *Colli inunctio.*

Die 16. Novembris, Patiens valde inquietus, alvusque per aliquot dies obstructa fuit, quam ob causam tali clystere fuit soluta. ℞. *Lactis vaccin.* ℥vj. *in quo dissolv. Mell. rosat. colat. sacch Thom. ana* ʒij. *vitell. ovor. num. 2. M. f. Clyster.* Quocirca etiam ad derivandum & ventilandum sanguinem vena mediana sinistri brachii aperta fuit. Sequentibus diebus de dolore totius corporis & membrorum, nec non dolore lateris punctorio conqueri incipiebat, quapropter Aqua confortans reiterata, & sequens Potiuncula antipleuritica ordinata fuit. ℞. *Ol. lini sine igne express.* ʒij. *Ol. anis. still. gutt. v. M.* Ab his itaque remediis Patiens successivè se recollegit, & pristinam suam bonam valetudinem recuperavit. *Clyst.* *Pot. anodyn.*

OBSERVATIO MED. XCI.

Caput à calidis vaporibus inquietatum, cum narium hæmorrhagia periodica.

Morbus.

ANno 1694. die 16. Novembris, Castissima quædam Virgo, annos quadraginta novem habens, habitus corporis gracilis & temperamenti cholerici, cui menses inordinatè fluebant, de insipidorum vaporum è ventriculo ad os, caput, fron-

frontem, & oculos moleſtiſſima aſcenſione, cum inſequente narium hæmorrhagia & ſanguinis floridi expulſione, nec non concomitante ſiti, conquerebatur, addita quæſtione, unde hic affectus oriatur? & qua ratione, quibusque remediis ei ſuccurrendum ſit?

Reſolutio morbi per cauſas.

CUi loco reſponſi indicatum fuit, quod ipſius temperamentum cholericum corpusque macilentum magnam intemperiem calidam, ſanguinemque bilioſum ac ad ebullitionem & effervescentiam pronum indicet. Quod verò menſes inordinatos, conſuetumque tempus antevertentes concernat, illos à ſanguinis & humorum acrium ac bilioſorum ſanguini permixtorum, facultatemque expultricem ſua acredine ad expellendum ſtimulantium fermentatione provenire, menſiumque (præſertim hâc ætate) brevi defuturorum prodromum eſſe, notificatum eſt.

Curationis requiſita.

Quod Curationem attineat, ante omnia opus eſſe, ut 1. Bilis per laxativum remedium blandè evacuetur. 2. Viſcera calidiora, cor, hepar, totaque maſſa ſanguinea refrigeretur, ſanguis incraſſetur, vapores aſcendentes præcipitentur, & atrophia corporis hectica præcaveatur. Et 3. bona Diæta obſervetur. In quem finem ipſi felicissimo cum ſucceſſu ſequentia remedia ordinata fuerunt. Et quidem 1. Potio laxativa ſequens. ℞. *Fol. ſen. el. ſ. ſt.* ʒiij. *Rhabarb. ver. Crem.* ♀. *ana* ʒß. *Aq. cichor. Endiv. ana* ʒij. *M. f. lenis ebullitio, in Colatur. diſſolv. Mann. Calabr. el. ſ. ſt.* ʒiß. *Miſc.* 2. Electuarium refrigerans & adſtringens. ℞. *Conſerv. roſar. rubr.* ʒiij. *roſar. Damaſcen. Rob acaciar. de cornis ana* ʒß. *Corall. rubr. præp. Lap. Carneol. præp. hæmatit. præp. Pulv. antihect. Poter. ana* ʒß. *Syr. Corall. è Roſis ſicc. ana* ʒß. *Miſc.* 3. Species pro Potu. ℞. *CC. uſt.* ʒß. *Hord. integr.* ʒiß. *Rad. biſtort. Cichor. tormentill. ana* ʒij. *Flor. papav. err.* Mß. *Acac. Ceras. acid. Paſſul. min. ana* ʒj. *Sem. 4. frig. maj. ana* ʒj. *Sem. anis fœnic. ana* ℈j. *Miſc.* Poſt cujus uſum ſequens potus ſubordinandus. ℞. *Rad. chinæ* ʒß. *ſcob. Lign. Lentiſcin.* ʒij. *Cinnam. opt.* ʒij. *ſem. anis.* ʒj. *CC. præp. Ocul.* ♎. *præp. ana* ʒvj. *M. f. pulv. groſſus. Cui adde Paſſul. min.* ʒj. *M. d. ad ſcatul.* De quo pulvere cochleare unum in vaſe vitro incruſtato cum menſura una aquæ fervidæ infundatur, ac mox contegatur.

Potio laxat.

Electuar.

Spec. pro pot.

Ratione Diætæ Patienti dictum eſt, Aerem temperatum & ad frigidum inclinantem eſſe eligendum. Cibos refrigerantes, humectantes, ac laudabilis ſucci, facilisque concoctionis, omnique incalescentia, acredine, dulcedine, & ad bilis generationem diſpoſitione carentes,

rentes, esse eligendos; in mensa, juxta potum ordinarium etiam vitrum vini ad roborandum stomachum esse bibendum; Quietem procurandam: Motus validos vitandos; alvum apertam servandam; omnesque fortiores animi commotiones esse refrenandas. Quibus ita observatis, prædicta virgo ab hisce incommodis, (præter periodicam narium hæmorrhagiam, quæ cum levamine Patientis fit) liberata, commodius vivit, ac bona valetudine fruitur.

OBSERVATIO MED. XCII.

Cachexia cum ventris inflatione, alvi constipatione, doloribus colicis, atrophia, tussi, Empyemate, & insequente magno abscessu in dextro dorsi latere supra coxendicem oborto.

Casus.

ANno 1694. in principio mensis Octobris, Johannes Dick, textor Ulmensis, annum quinquagesimum tertium agens, de crudelissimo dolore & inflatione ventris, flatibus interceptis, alvi constipatione asthmate & tussi conquerebatur.

Causa.

QUi affectus cum suis symptomatibus à cachexia & cruditatibus in toto corpore collectis & congestis originem habebat, ad quas expurgandas ipsi sequens potiuncula laxativa una vice sumenda ordinata fuit. ℞. *Magister. Jalapp. gr. xv. Mag. scammon. gr. iij. Nucl. pin. num. 2. Syr. de cichor. cum Rhabarb.* ʒß. *Aq. flor. acac.* ʒvj. *M.* Et, ℞. *Syr. de cichor. cum Rhabarb. Diaser. Andern. Rosat. solutiv. ana* ʒß. *Pulv. rad. Jalapp.* ʒj. *f. mixtura. Dosis, cochleare unum manè jejuno stomacho.* Ad flatus expellendos, de sequenti Tinctura M. & V. guttas x. vel xij. in aqua carminativa sumsit. ℞. *Tinctur. arantior.* ʒj. *Spir. salis, ♀ri, salis armoniac ana* ℈j. *M. d. ad vitrum.* Aqua verò carminativa fuit talis. ℞. *Aq. menth. fœnic. ana* ʒiß. *Carminativ. Dorncreil.* ʒj. *Cinnam. still.* ʒij. *Curatio. Pot. purg. Syrup laxativ. Tinctur. Aq. carminat.*

Spir. anis. ʒij. *Ol. chamomill. ſaphyræi Tinctur. aurant. ana* ϑj. *ſacch. cand. alb.* ʒß. *Miſc.*

Brodium laxat. Ad laxam ſervandam alvum, decocto folior. ſenæ, nec non *brodio cibebar. laxativo, ad* ʒiß. *cum aqua flor. acaciæ diluto* utebatur. Clyſteres verò ex toto recuſavit.

Aq. aſthmat. Ad aſthma corrigendum, ſequentia ipſi remedia in uſum venerunt, ℞. *Aq. Ceraſ. nigr. flor. acac. hyſſop. ſcabioſ. Veron. ana* ʒj. *aſthmat. D. Rab. Loch. ſan. ana* ʒß. *Spir. anis.* ʒij. *Balſ.* ♀. *aniſat.* ϑj. *ſacch. cand. alb.* ʒß. *M.* It. ℞. *Aq. antiphthiſ. Mynſicht.* iiij. *Corall. rubr. præp. Margarit. præp. ana* ϑj. *Lact.* ♀*is* ʒß. *flor.* ♀*ris* gr. xv. *ſacch. cand. alb.* ʒij. *M.* Et, ℞. *Electuar. pectoral.* *Conſerv. roſ. rubr.* ʒiij. *Loch ſan. & expert. de pulmon. vulp. de farfar. ana* ʒß. *Pulv. Haly contra Phthiſ. ſine ſacch. Anonymi ana* ʒß. *Flor.* ♀*ris* ϑj. *Syr. violar. d. Eryſimo Lobel. ana q.ſ. ad Electuar. mollior. conſiſtentiam. De quo* *Linctus.* *ſæpius avellanæ quantitas ſumatur.* It. ℞. *Syr. de Eryſimo Lobel.* ʒiß. *Oxymel. helleborat. Geſner.* ʒij. *Gumm. ammoniac. in acet. ſquillit. ſolut.* ʒj. *Eſſent. Croc.* ϑß. *Ol. deſtill. anis. gutt. iij. Aq. hyſſop.* ʒiß. *M. de qua mixtura ſæpius lingat.*

Præter hæc dicta, Salis quoque volatilis oleoſi Mane & veſperi guttas 12. ad 15. & 20. in ſupradictis aquis aſthmaticis ſumſit, cujus *Sal. volat. oleoſ. deſcriptio.* deſcriptio hæc eſt. ℞. *Ciner. clavellat.* ʒj. *ind. mortar. marmor. cui adde Ol. anis. deſtill. Caryophyllor. macis, Roriſmar. cortic. citr. cortic. aurant. puleg. juniper. ex baccis. ana gutt. 40. vel* ϑij. *miſceantur invicem exactiſſimè, Poſtea iterum* ℞. *Ciner. clavellat.* ʒiij. *contundantur probè, addendo ſpir. vini opt rectif.* ℔iß. *indantur omnia vitro benè clauſo, & ſtent in digeſtione in loco calido per horas 24. tunc. add. Spir. ſalis armoniac urinoſ. volat.* ℔ß. *muniantur in vitro ſigillato, & reponantur in loc. calid. pro digeſtion. per dies octo, fiat, deinceps ſeparatio Spiritus per inclinationem, & ſervetur pro uſu. Doſis pro puſillis, 6. 7. usque ad 15. & pro adultis à 20. usque ad 40. guttas.*

Pro potu ordinario Decoctum ex ſequentibus Speciebus paratum hauſit. *Spec. pro pot. ord.* ℞. *Rad. chin. el.* ʒiij. *Liquirit.* ʒij. *Paſſul. min. mund. major. exacinat. ana* ʒß. *Fic. ping. Dactylor. ana num. v. Jujub. ſebeſt. ana num. xij. Sem. 4. frig. maj. ana* ʒij. *anis. fœnic. ana* ʒj. *conciſ. & conquaſſat. coq. cum aq. fontan.* ℔viij. *vel duabus menſuris ad tertias.*

His ita uſurpatis, poſt præterlapſos aliquot dies, tumor œdema- *Tumoris œdematoſi provenius in dextro dorſi latere. Emplaſtr.* toſus dolorificus pugni magnitudine in dextro dorſi latere ſupra coxendicem obortus eſt, *cui Emplaſtrum de meliloto cum diachylo compoſito mixtum, oleoque chamomillæ malaxatum impoſitum fuit.* Quia vero materia purulenta in profundo hærebat, nec ullum externum ſignum ruptionis vel apertionis apparebat, dolorque valdè cum ſupradictis ſymptomatibus, tuſſi præſertim & aſthmate urgebat, tumor hic in medio,

medio, ubi aliqua mollities digito deprehendebatur, per impoſitionem lapidis ſeptici apertus eſt, ubi in principio, craſſa, cruda, denſa & inconcocta materia purulenta prodiit, poſtea verò copioſa ſanies ichoroſa, tenuis & graveolens, quæ interdiu tertia vice inter deligandum emittebatur, multosque dies fluxus ille continuabat, egeſta eſt; Et quoties patiens inter puris emiſſionem tuſſiebat, toties materia illa purulenta magno cum impetu explodebatur. Interea temporis cum unguentis digeſtivis & mundificativis turundæ illitis, nec non ſupradictis Emplaſtris emollientibus & digerentibus pergebatur. Quocirca verò patiens omnem ad cibos appetitum, quin etiam ex ſuperveniente atrophia muſculoſam carnem amiſit, & nuda cutis oſſibus adhæſit, contra quam atrophiam de tali Electuario alterante & confortante quotidiè ſæpius nucis moſchatæ quantitatem deglutivit. ℞. *Conſerv. roſar. rubr.* ʒiij. *Borrag.* ʒj. *Corall. rubr. præp. Matr. perlar. præp. Pulv. antihect. Poter. ana* ʒj. *Confect. Alkerm. incompl.* ʒß. *Syr. rub. Idæi* ʒvj. *M. q. ad fictiln.* *Apertio per cauter. potentiale.* *Unguent. digeſtiv.* *Electuar. alter. & confort.*

Et quia etiam tuſſis ſicca valdè urgebat, iccircò ſequentes ſpecies cum brodii gallinæ ℔vj. coctæ, ipſique M. & V. unciarum quinque pondere calidè bibendæ propinatæ ſunt. ℞. *Herb. byſſop. capill.* ♀. *ana* Mß. *Rad. helen. fœnic. tarax. ana* ʒij. *Spec. pro decoct. pector. pector. flor. & fr. ana* ʒß. *jujub. ſebeſt. pinear. piſtach. ana* ʒß. *ſem. 4. frig. maj. ana* ziß. *anis. fœnic. ana* ℈j. *Conſerv. roſ. rubr.* ʒvj. *Borrag.* ziij. *M. inciſ. & contuſ. d. ad chartam.* *Decoct. pector.*

In quem finem etiam de ſequenti Syrupo pectorali unum alterumve cochleare deglutivit. ℞. *Syr. liquirit viol. papav. err. de Eryſim. Lobel. ana* ʒvj. *Oxym. ſimpl.* ʒiß. *Tabb. diatrag. frig.* ʒj. *M. d. ad fictile.* *Syrup. pector.*

His itaque uſurpatis Patiens appetitum ad cibos rurſus obtinuit, illos cum incremento corporis benè concoxit, vires recuperavit, ac abſceſſus benè coctum, leve, album & æquale pus edidit, cavitasque quotidiè magis magisque carne repleta, & tandem ulcus feliciter conſolidatum eſt.

De cœtero bonam & convenientem Diætam obſervavit, cibos facilis concoctionis ingeſſit, quieti in lecto indulſit, alvum laxam & apertam ſervavit, animi fortiores motus refrenavit, & ita ex voto feliciſſimè convaluit. *Dieta.*

OB-

OBSERVATIO MED. XCIII.

Contusio Coxæ dextræ, cum luxatione tali pedis ejusdem lateris, à rota vehiculi facta.

Casus.

ANno 1694. die 14. Decembris, Cauponis Ulmensis apud auream rotam servus ad vecturam destinatus, nomine Martinus Mannes, Brenzensis, annum trigesimum secundum ætatis agens, cum vehem fœni Riethemio propè Oppidum Leipheim, Ulmam vehere occupatus erat, & in medio viæ montem, qui à fagis nomen habet, (Germ. **Buchberg**) præteriret, & vis frigoris terram valdè astrinxisset, flagello equos ad velociorem gressum adegit, qui exinde irritati strenuè & cum impetu curriculum suum fecerunt, quos, ne vehiculum cum fœno in terram prosternerent, propè elatiorem terræ locum cohibere & compescere volebat, sed ob lubricam glaciem supinus in terram decidit, ubi à rota prætereunte supra coxam arreptus, ac dexter pes circa caput ossis femoris valdè contusus, & talus seu astragalus pedis cum aliquali læsione cutis versus internam partem, luxatus fuit, ob quam læsionem miser hic homo in via diro ferociente gelu, cœli aerisque injuriis expositus, donec prætereuntes illum invenerunt, currui stramine repleto imposuerunt, eumque Ulmam in dictum diversorium deportarunt, decubuit. Hic patiens ex nimia corporis refrigeratione usque ad vesperam rigidus & quasi insensibilis in lecto jacuit, nec pedis extensionem vel tali repositionem sensit. Interim verò totius corporis calor

lor in lecto & hypocausto calefacto per adhibita triplicata linteamina vino calido madefacta locisque affectis applicata revocatus fuit.

Curatio.

CUi ego circa vesperam vocatus, contra corporis vehementem contusionem, partiumque internarum læsionem, difficilem respirationem, & dolorem lateris punctorium sequentem potiunculam una vice hauriendam præscripsi. ℞. *Sperm. ceti, Ocul. ♋. præp. ana* ʒß. *Syrup. de hyssop.* ʒß. *Aq. chærefol. scabios. ana* ʒj. *M.* Ventri *cœpas in butyro tostas*, ac linteo duplicato involutas, repetitis vicibus imponere curavi. Altera die, qui erat 15. Decemb. ad dolorem ventris lumborumq; demulcendum tale Enema præscripsi. ℞. *Sacch. Thomæi, Mellis rosat. colat. ana* ʒij. *Vitell. ovor. num. 2. Lact. vaccin.* ʒvj. *M. f. Clyster.* Ad hæc, spina dorsi, lumbi, venter ac pedes tali Linimento manè & vesperi calidè inuncti fuere. ℞. *Ung. d. alth.* ʒiß. *populeon* ʒß. *Ol. chamomill. lumbricor. anethi, rosar. ana* ʒij. *M. d. ad fictile.* Die 16. Decemb. singultus illum inquietavit, ad quem compescendum, internè mane & vesperi de sequenti Tinctura guttas xij. in aquæ stomachicæ cochleari uno sumsit. ℞. *Elix. proprietat. Paracels. Tinctur. Bezoard. Michael. ana* ℈ij. *Tinctur. aurant.* ℈j. *M. d. ad vitrum.* Aqua stomachica fuit talis. ℞ *Aq. menth. fœnic. confort. perlat. ana* ʒj. *stomach. August. Mastichin. Cinnamon. cydoniat. ana* ʒß. *CC. philos. præp. Ocul. ♋. præp. Corall. rubr. præp. ana* ℈ß. *Man. christ. perlat.* ʒß. *M. d. ad vitr.* *De qua etiam interdiu unum alterumve cochleare deglutivit:* Externè, *Cataplasma contra singultum Mynsichti* regioni ventriculi fuit applicatum. Die 17. Decemb. Patiens iterum ritè deligatus, tumorque coxendicis magnitudine pugnum æquans atro-lividus ac sanguine suffusus deprehensus fuit: Astragalus rectè quidem repositus, sed tumefactus erat, quibus omnibus, coxæ videlicet & pedi recentia Emplastra superposita fuerunt. Et quia die 18. Decembr. urina rubra & biliosa apparebat, iccircò circa vesperam prænominatus Clyster injectus, & sequenti die manè jejuno stomacho talis laxativa potiuncula exhausta fuit. ℞. *Fol sen. el. s. st.* ʒiij. *Rhabarb. ver. Crem.* ♀. *ana* ʒß. *Aq. scabios. hyssop. ana* ʒiß. *M. lenis ebullitio, in colatura dissolv. Syr. d. cichor. cum Rhabarb. rosat. solut. ana* ʒß. *M. d. ad vitrum* Die 19. Decemb. ob sibilum in pectore *spiritus salis armoniac. anisat. gutt. x.* in seq. aquâ pectorali bibit. ℞. *Aq. Cerас. nigr. hyssop. Veron. flor. acac. ana* ʒj. *Asthmat. Rab. Loch. san. ana* ʒß. *Spir. anis. Essent. sacch. Beguin. ana* ʒij. *Balsi. ♃ris anisat.* ℈j. *sacch. cand. alb.* ʒß. *M. d.*

Potio. Cataplasm. ex cœpis in butyro tostis. Enema. Linim. Tinctur. Aq. stomach. Cataplasma contra singult. Mynsi. Pot. laxat. Spir. salis armoniaci. Aq. pectoral.

Dieta. *M. d. ad vitrum.* De cœtero *Diæta* conveniens ratione ſex rerum non naturalium fuit obſervata. His ita uſurpatis, Patiens indies melius habuit, & poſt præterlapſas ſex circiter ſeptimanas priſtinam ſuam bonam valetudinem recuperavit.

OBSERVATIO MED. XCIV.

Puer Cachexia hydropica defunctus, ante ſectionem de accepto veneno ſuſpectus.

Caſus.

ANno 1694. in æſtate, puer 6. vel 8. circiter annorum cum ſorore uno eodemq; tempore leucophlegmatia affectus, toto corpore intumeſcere cœpit, appetitus fuit proſtratus, ac ambo periculoſiſſimo aſthmate, ſuffocationem minitante, laborarunt, quo etiam puella, antequam remedia appropriata à me præſcripta è Pharmacopolio afferri potuerunt, ſuffocata interiit.

Puer verò, qui poſt ſumptum remedium laxativum, itemque Electuaria ſtomachica & hepatica. Theriaca permixta, ut & ſudorifera, aquas aſthmaticas & confortantes, nec non ſpiritus ſalis armoniaci aniſati uſum, (ut externè videbatur) melius habuit, nihilominus poſt recurrentia periculoſa illa ſymptomata, præſertim aſthma, pari modo ut ſoror, diem ſuum obiit. Cujus cadaver ſectum, apertum, pectorisque cavitas ſupra diaphragma ſero acri-ſalino inundata & repleta inventa fuit, pulmonisque lobi ſuperficialiter corroſi in dicta materia ſeroſa quaſi natarunt, unde ob impeditum liberum eorum motum & depreſſionem diaphragmatis periculoſiſſimum iſtud aſthma, mortem inferens, inſecutum eſt. Reliqua viſcera, utpote ventricu-

Cadaveris ſectio & inſpectio.

triculus, hepar, lien, inteſtina &c. illæſa deprehenſa fuerunt, ſed abdomen pari modo, ut pectus, ſeroſa colluvie repletum cernebatur. Hinc judicatum eſt, hunc puerum non à dato veneno, ſed cachexia hydropica periiſſe.

OBSERVATIO MED. XCV.

Menſes in ſenio, contra naturæ conſuetudinem erumpentes plerumque mortis brevi inſecuturæ prodromus.

QUod apud fœminas juvenes ac in florenti ætate conſiſtentes Menſium ordinatus fluxus, quo mediante ſæpius mali, vitioſi, excrementitii & corrupti humores ſimul cum ſanguine expurgantur,) ſalutaris, ac ad conſervandam ſanitatem proficuus, ejus verò retentio præter naturam noxia & damnoſa ſit, idipſum quotidiana experientia teſtatur. Econtra, ſi apud vetulas, fœminasque decrepitas, ſive ſanæ ſive ægræ habeantur, uteri hæmorrhagia vel à vitioſis humoribus acriſalinis, acredine ſua facultatem expultricem ſtimulantibus, vel à facultatis retentricis læſione ac imbecillitate excitatur, plerumque mortis brevi temporis termino ſupervenientis prodromus eſt.

Quodipſum in ſeptuagenaria quadam piſtoris uxore obſervavi, quæ diverſis vicibus uteri hæmorrhagia laboravit, cui ad expurgandos vitioſos humores remedium laxativum & Trageam confortantem ſtegnoticis & adſtringentibus mixtam ordinavi, à quibus quidem, ut ſibi videbatur, melius habuit, ſed non multò poſt in morbum incidit, animamque exhalavit. *Exempla.*

Alia talis vetula ſeptuagenaria in Xenodochio noſtro

Ulmensi ægrota decubuit, cumque uteri hæmorrhagia superveniret, brevi extincta fuit.

Simili modo etiam Matronæ cuidam optimæ Conditionis sexagenariæ, quæ affectu hypochondriaco & uterino, concomitante febre symptomatica acuta, laboravit, unâ ante obitum die sanguis ex utero fluere cœpit, quæ insequente nocte ultimum diem clausit.

CONSILIUM MED. XCVI.

Herpes miliaris in dextro pede propè tibiam curatus.

Morbus.

ANno 1695. Amico cuidam mihi per multos annos familiari & de integritate comprobato, temperamenti sanguineo-cholerici, ætatis anno quinquagesimo sexto, in dextro pede pustulæ multæ materiam ichorosam fundentes, cum pruritu serpendo se extendentes, & indies multiplicantes obortæ sunt, cui in consilium vocatus, tam ad hujus mali notitiam quam curationem sequentia communicavi.

Morbi resolutio per causas.

Definitio. AFfectus præsens est Herpes, qui est tumor Erysipelace pustulosus sive cum ulceratione, proveniens à portionibus ichorosis lixiviosis sanguinis, in habitu corporis subsistentibus, aut etiam ulterius de-

Est duplex. pascentibus. Ejus duplex habetur species, Miliaris & Esthiomenos seu exedens. Latinè dicitur Serpigo.

Causa. Causa est bilis præternaturalis redundantia, quæ interdum fit à causis externis, quæ possunt calefacere humores, corpus & viscera, interdum etiam ex jecoris intemperie calida proficiscitur.

Signa

Signa Herpetis miliaris ſunt ſequentia. Primum habet puſtu- *Signa.*
las multas, milio ſimiles in ſumma cute, & provenit è miſtione pituitæ. 2. Sæpenumero oriuntur aliæ puſtulæ ſerpendo, ſaneſcentibus prioribus. 3. Cum rumpuntur, effluit medium quid inter ſaniem & pus. 4. Locus ſubrubicundus eſt, id eſt, habet miſtum colorem inter pallorem & ruborem.

Celſus dicit, quod omnis ignis ſacer, ut minimum habet peri- *Prognoſti-*
culi, ita difficilioris eſt Curationis inter morbos qui ſerpunt, inter- *ca.*
dum enim adeſt intemperies jecoris, quæ difficultatis cauſa exiſtit.

Curatur internè per evacuationem bilis & pituitæ; Exempli *Curatio.*
gratia. ℞. *Crem.* ♀. ʒiiß. ♀*ri* ☽*olat. gr. xxv. Diagryd. corr.* ʒß. *M.f.* *Pulv. purg.*
pulvis in 6. doſes æquales dividendus, & ſingulo die, vel alternis diebus unus in brodio carnis manè jejuno ſtomacho ſumendus. Vel, ℞. *Rad. helen. polypod. cichor.* *Saccul.*
ana ʒij. *Summit. abſynth. Fol. Eupator. cochlear. Beccabung. Naſturt. Fumar.* *purg.*
ſcolopendr. ana Mß. *Cortic. med. ſambuc. tamariſc. fraxini, Bacc. juniper. ana* ʒij. *Cinnam. opt.* ʒj. ♀*ri alb. crud.* ʒij. *Mixta & conciſ. d. in ſacculo, in vini albi* ℔iiij. *ſuſpendendo.* Ut autem purgatio in hoc affectu eſt utilis, ita Venæſectio eſt damnoſa. Noſter Patiens tali Syrupo cholagogo laxativo per tres dies uſus eſt. ℞. *Syr. roſ. ſolut. de cich. cum Rhabarb. diaſereos Andernaci ana* ℥ß. *pulv. rad. Jalapp.* ʒj. *M. De quo una vice cochlearis quantitas poſt agitationem manè jejuno ſtomacho ſumatur.*

Externè, vel repellentibus vel digerentibus agendum, quæ *Remedia*
Remedia ſint frigida & ſicca, qualia ſunt, *cortex mali punici in vino coctus,* *externa.*
addita Cera & polenta in forma cataplaſmatis applicata. Vel ſumantur *Gallæ, fructus tamariſci, cortices granatorum, Bolus armena, & miſceantur* *Cataplaſ-*
omnia cum aqua roſarum & pauco aceto. Aquæ etiam Thermarum brevi tem- *ma*
pore ſanant herpetem miliarem; In horum defectu, ſubſtituatur *Aq. ther-*
aqua ſalita, adjecto ſulphure & alumine. Saliva etiam hominis jejuni ſæ- *mar ſanant*
pius illita propter copioſum ſal volatile huic malo medetur. Pulvis *herpetem.*
etiam cretæ cum flore lactis, præmiſſa fomentatione cum vappa vini *Aq ſalita*
gallici, certè herpetem ſanat. Heurnius vini fecem duplici linteo im- *cum ſulphu-*
pactam & impoſitam commendat. Hartmannus in praxi ſua chy- *re & alum.*
miatrica, aquam calcis vivæ cum linteis applicatam ſuadet, cui inter- *Saliva ho-*
dum alumen dulce, & interdum ſaccharum ſaturni commiſcet. Fo- *min. jejuni.*
lia farfaræ vel tuſſilaginis viridia ſæpius impoſita huic malo meden- *Pulv. cretæ*
tur. Aquam etiam aluminoſam vel mercurialem in Pharmacopœa Ul- *cum flor.*
trajectina deſcriptam, vel ſolam, vel cum aqua plantaginis tempera- *lactis*
tam, hoc malum curaſſe ſæpius obſervatum fuit. A qua verò ii, qui *Fex vini.*
calidi temperamenti ſunt abſtineant, quia ab illa nonnunquam in- *Aq. calcis*
flammatio excitatur. Urinam quoque, ſi locus affectus ſæpius ea- *vivæ.*
Folia far-
faræ &
tuſſilag. vi-
ridia.
Aq. alumi-
noſa.

dem lavetur, vel linteis applicetur, contra hunc affectum suppetias tulisse, experientia testatur. Vel paretur tale Emplastrum. ℞.

Emplastr. *Sarcocollæ, ♀ris crud. ana ʒij. Mastic. Thuris, Lapid. calaminar. ana ʒß. Troch. alb. Rhas. Litharg. aur. Myrrh. ana ʒiij. Sevi hircin. ʒß. Ceræ & terebinth. ana q. s. M. f. l. a. Emplastrum.*

Empl. Celsus hoc componit remedium. ℞. *Resinæ terebinthinæ, fuliginis, thuris, ana ʒiij. Spumæ æris ʒj. Litharg. ʒij. aluminis tantundem, spumæ argenti ʒß.* mista impone. Probatur etiam Unguentum triapharmacum, cum thuris *quinta parte.* Vel paretur tale lac virginis, quo pars

Lac Virginis. affecta sæpius abluatur ac leniter fricerur. ℞. *Rad. helleb. alb. Enulæ campan. Iridis Florentin. Altheæ ana ʒß. Pulp. colocynthid. Fol. sabinæ, Nicotian. ana ʒß. Alum. crud. ℈j. Lithargyr. ʒiiij. Contund. & coq. in s. q. aquæ*

Aliud. *pluvialis ad ʒxxviij. Colatur. add. Aceti vini ʒvj. Misce.* Vel, ℞. *Rad. helleb. alb. ʒj. Altheæ, Esulæ minor. Enulæ campan. Irid. Florent. ana ʒvj. Fol. sabin. Mj. pulp. colocynth. ʒiij. alumin. crud. ʒß. Sem. Staphisagr. ʒvj. Lithargyr. ℈vj. Ciner. lign. quercin. ℥viij. coq. in s. q. aq. pluvialis ad ℔iij. colatur. add. Aceti vini ʒvj. Misce.*

Si verò dictus affectus his allegatis remediis cedere nollet, paretur tale remedium à Barbette, chirurg. part. 2. lib. 1. cap. 8. pag. mih.

Unguent. 89. & 90. præscriptum. ℞. *Unguent. Fusc. Felic. Würz. ʒiij. albi camphorat. ʒiß. Cerussæ. Sulphur. Myrrh. Litharg. ana ʒiß. Mercur. dulcis, Æruginis ana ʒß. Ol. rosacei q. s. M. f. s. a. Unguentum.*

Liniment. Vel, ℞. *Lapid. prunell. ʒj. Flor. ♀r. ʒß. sacch. ♄. ʒiß. Ol. rapar. q. s. f. s. a Linimentum.*

Diæta. Ad hæc, conveniens *Diæta* observetur. Aer sit temperatus & ad frigidum inclinans Vitentur cibi coctu difficiles, crudi, salsi, acidi, acres, piper, allium, caseus, dulcia, omniaque bilem generantia; Po-

Potus ord. tus sit Decoctum sequens. ℞. *Scob. Lign. Guajac. ʒij. sassafr. ʒj. Rad. chin. sarsaparill. ana ʒß. Liquir. ʒß. ficuum num. v. passul. min. ʒij. Sem. anis. fœnic. ana ʒj. M. & concis. coq. cum Aq. fontan. ℔viij. vel duabus mensuris ad tertias.* Ad hæc, alvus sit naturaliter aperta, in motu, somno, & vigiliis teneatur modus, & caveatur à fortioribus animi pathematibus.

Quibus observatis, noster Patiens pristinæ sanitati feliciter restitutus fuit.

CON-

CONSILIUM MED. XCVII.

Gangræna cum insequente Sphacelo ab interna causa, lethalis.

GAngræna est partium mollium & carnosarum incipiens corruptio & mortificatio, & nisi maturè succurratur, Sphacel' statim insequi solet, qui partis affectæ vel alicujus membri necrosis & totalis extinctio est ; In Gangræna membrum adhuc totaliter vita privatum non est, sed Sphacelum totalis alicujus partis corporis vel membri, itemque cutis, carnis, venarum, nervorum, ac ossium, cum abolitione omnis sensus & motus corruptio insequi solet. *Definitio*

Causa verò Gangrænæ & Sphaceli est, quando pars aliqua corporis Spiritibus & calore nativo privatur, & ab iisdem non amplius fovetur & vivificatur. Pars verò corporis Spiritus & calore suo nativo spoliatur, quando ii vel in parte affecta suffocantur, vel in eam influere impediuntur. Dicti autem Spiritus vel ab insigni excedente calore; vel ab intenso frigore externo; vel à multis in aliqua parte congestis humoribus aqueis, vel defectu alimenti; vel ab ictu seu morsu alicujus animalis venenati; vel ab externa flamma & combustione; vel validissima alicujus partis contusione & conquassatione; vel à scorbuto; supprimuntur & suffocantur. Spiritus etiam influere nequeunt, si magna obstructio pororum & vasorum adest, ac via Spiritus transeundis clausa, impervia, & obstructa est. *Causa.*

Apud hos Patientes verò, de quibus nobis hic sermo est, alii ob vitiosorum, acrium & corruptorum humorum abun-

abundantiam & congestionem, & hinc spirituum oppressionem & suffocationem; Senio confecti ob succorum alimentariorum & spirituum in corporibus penuriam & exhaustionem, nutrimenti & humidi radicalis defectum, sanguinisque ac succorum in tubulis stagnationem ac impeditam circulationem, tandemque motus illorum cessationem, quibus mediantibus calor nativus extinguitur, ac hæc vel illa pars emoritur, Gangrænam vel Sphacelum patiuntur.

Exemplum primum.

Exemplum hujus rei in Vietore quodam, Johanne **Heissen** in Xenodochio nostro Ulmensi observavi, qui ex inopinato atrocissimos dolores in extremitate trium digitorum dextræ manus sensit, quibus mediantibus brevi dictæ digitorum extremitates unâ cum unguibus livido ac plumbeo colore cum insequente sensus privatione, (spretis omnibus exhibitis sudoriferis, alexipharmacis, theriacalibus, applicatis cataplasmatibus, spiritibus, aliisque remediis appropriatis) atro-livido colore tinctæ & emortuæ sunt, quæ mortificatio indies serpsit, donec totam manum occupavit, insequensque Sphacelus totam manum corrupit, ut in carpo circa articulationem cultro, ad conservationem brachii eandem separare summa necessitas postulaverit, quam manus abscissionem patiens intrepidus aspexit, & cum amputata manus decideret, ad illam jocosè germanicis verbis dixit, **da ligst / was gibst.** Et quamvis post hanc operationem videbatur, ac si Patiens ab omni Gangræna & Sphacelo jam liberatus esset, tamen malum postea ab interna causa recruduit, totumque brachium occupavit, & patientem brevi jugulavit.

Exempl. secundum.

Alterum Exemplum in quodam milite præsidiario Ulmensi, nomine Joh. Laupheimero in Nosodochio nostro publico vidi, qui sine ulla causa externa de ingenti dolore digitorum pedis dextri conquestus est, qui brevissimo tempore unâ cum Unguibus lividi ac plumbei facti sunt,

ac

ac Gangræna & Sphacelus celerrimo curſu, (ſpretis omnibus adhibitis remediis appropriatis & ſpecificis) illos invaſerunt, & non ſolum minorem, ſed totum pedem cum crure, non ſine cadaveroſo & vix tolerabili fœtore, ſic corruperunt, ut totus pes atro colore, inſtar carbonis, apparuerit, & patiens brevi huic mundo valedixerit.

Idem etiam in duabus vetulis in dicto noſtro Xenodochio Ulmenſi mihi obſervare contigit, quæ pari modo ab interna cauſa, defectu nimirum alimenti & ſpirituum, Gangræna ac Sphacelo in pedibus correptæ ſunt, & brevi abhinc tempore animam ſuam exhalarunt. *Exempl. tertium.*

Et, cum ante multos annos adhuc Phyſicum Reipublicæ Giengenſis ordinarium agerem, Reſtionis cujusdam, Viti Brezgeri filia, duodecim vel quatuordecim circiter annorum, ab interna cauſa, præcedentibus acutiſſimis doloribus, in dextro femore Gangræna, cum macula livida atro-purpurea palmam lata, correpta eſt, quod malum, (fruſtra adhibitis ſudoriferis, alexipharmacis, & topicis) unica nocte celerrimo curſu ita ſerpſit ac ſe dilatavit, ut totam fermè coxam vicinasque partes occuparit, ac patiens ſpatio paucorum dierum interierit. *Exempl. quartum.*

OBSERVATIO MED. XCVIII.

Gangrænæ à frigore Curatio.

GAngræna non rarò ab intenſo frigore externo proficiſcitur, quo mediante ſæpius peregrinantium, per nivem & glaciem ambulantium extremitates pedum, nares, & aures emoriuntur. Antequam verò dictæ partes necroſin patiuntur, ingens dolor, punctio & morſura præcedere ſolet, quibus ceſſantibus, ſtatim Gangræna & ſphacelus inſequuntur. *Gangræna à frigore.*

Causa. Causa hujus mali est, quando sanguis, qui in externis partibus movetur, & circulatur, occlusis & adstrictis vasis capillaribus, clausisque poris condensatur & immobilis redditur, & sanguis ad has partes affluens pari modo suum cursum absolvere nequit, stagnat & concrescit; Et postquam spirituosæ, & ex sale volatili consistentes particulæ evanuerunt, cœteræ verò salinæ portiunculæ adhuc fluidæ intensam acrimoniam acquisiverunt, hinc nervosas, tendinosas, & membranosas fibrillas rodunt, & sic dolorificam punctionem & morsuram excitant. Postquam verò sanguis indies magis magisque corrumpitur, & subtilia vascula capillaria exesa sunt, dolor ac simul afluxus & radiatio spirituum vitalium cessat, calorque nativus suffocatur & extinguitur; Econtra frigus & stupor membri cum abolito sensu & horrore aliquo persentitur, quem mox incipiens & postea totalis membri mortificatio excipit, cujus floridus & vivificus color in luridum, atro - lividum, vel nigrum colorem permutatur.

Curatio. In principio hujus morbi membrum frigore alteratum non statim ignis calori admovendum, aut topica actu calida applicanda, sed in aquam frigidam immergendum, ac nive fricandum, quibus mediantibus corpus vel pars affecta sensim incalescit, caloremque naturalem recuperat. Ex hac ratione Incolæ septentrionales hosce Patientes ex frigore rigidos, inflexibiles & semimortuos ante omnia in aquam frigidam mergunt, postea manus, pedes, nares, aures, vel alias à frigore affectas læsasque partes, (antequam eos in calidum conclave vel ad ignem admittunt) nive fricant, ac aqua frigida abluunt. Hoc facto, demum calida remedia applicant.

Exempla. Hujuscemodi Patientes, Equites nimirum Würtembergicos ex Hungaria redeuntes ante aliquot annos in nostro Nosodochio publico extra civitatem sito, habuimus, quorum pedes à gelu malè affecti & insigniter læsi, digitique dictorum pedum omni sensu carentes & emortui atro - lividi fuerunt; His quotidiè manè de Electuario sequenti nucis juglandis quantitas cum aqua cardui benedicti diluta ad movendum sudorem propinata fuit. *Electuar. sudorif.* ℞. *Rob. juniper. sambuc. ana* ℥ij. *Electuar. Diascord. Fracastor. Theriac. Androm. ana* ℥j *Terr. sigill. sfilef.* ℥j. *Syr. acetos. citr.* ℥vj. *M. d. ad fictile.* S. Schwitz = Latwerg.

Epithema pro membris à gelu sideratis. Præter hoc, sequens Epithema manè & vesperi cum intinctis linteis pedibus tepidè applicandum à me præscriptum fuit. ℞. *Spir. vini opt. rectif.* ℔j. *pulv. sal. armoniac.* ℥j. *Camphor.* ℈j. *M. d. ad vitr.* S. Ueberschlag zu den Füssen. Ex horum remediorum continuato usu calor nativus in pedibus fermè emortuus rediit, digiti pedum spha-

ſphacelati ſeparati ſunt, ac exoptata conſolidatio poſt adhibita mundificativa, ſarcotica & epulotica feliciter inſecuta eſt.

Alii duo milites præſidiarii Ulmenſes, cum atrociſſimo gelu exiſtente, ad cuſtodiendam contra hinc inde vagantes ac prædæ inhiantes milites unam alteramve vehem fœni cum equis, in agro Ulmenſi per nivem & glaciem ambularent, digitos pedum ſic corruperunt, ut ingentes puſtulæ nucum magnitudine exortæ ſint, quibus militibus altera die in Xenodochium noſtrum delatis puſtulæ Illæ forfice apertæ ſunt, & præmiſſis præmittendis calidum cataplaſma & herba ſcordii, vincetoxici, rutæ, ſem. naſturtii, Urticæ, &c. cum vino coctum, itemque ſupradictum Epithema ex Spiritu vini rectificato, ſale armoniaco & camphora applicatum fuit; Dicti verò pedum digiti jamdudum à Sphacelo totaliter corrupti, lividi, inſenſibiles facti & emortui ſe à minore pede ſponte ſepararunt, & conſolidatio pedis per decentia adhibita remedia ex voto inſecuta eſt.

Mulieri etiam alicui, Pileonis conjugi, in noſtrum Xenodochium poſt perpeſſum in petulanti divagatione extra civitatem maximum ac intenſiſſimum gelu, delatæ, digiti pedum atrolividi, omni ſenſu carentes, Sphacelo corrupti & emortui, ſeparati, ac oſſicula prominentia à chirurgo Xenodochii ordinario Joh. Barthol. Heckhingio forcipe abſciſſa ſunt, poſtea verò conſolidatio a dicto Chirurgo procurata fuit.

OBSERVATIO MED. XCIX.

Tres lapilli è veſicula fellis exciſi, & ren dexter calloſus, & quoad ſubſtantiam durus & fabuloſus repertus.

ANno 1695. Menſe Martio, Viennæ Illuſtriſſima quædam Comitiſſa, quæ per multos annos continuum dolorem gravativum & prementem in dextro hypochondrio circa regionem hepatis, & in ſiniſtro latere circa lumbos aſſiduos cruciatus ſenſit, poſt obitum, ad inveſtigandam hujus mali cauſam, in præſentia Magnifici cujusdam Medi-

ci, à meo Filio Johanne Christophoro Gockelio, Sereniſſimi Principis à Liechtenſtein &c. &c. Chirurgo aulico, (ex cujus communicatione hæc habeo) ſecta & aperta fuit, ubi in veſicula fellis non ſolum bilis naturalem ſuam formam & ſubſtantiam exuit, ejusque loco materia mucoſa & viſcida cum tribus ſolidis ac ad duritiem coctis & coagulatis atris & ſplendentibus lapillis, quorum quilibet ſua magnitudine nucem moſchatam referebat, reperta fuit. Ren dexter, qui quoad naturalem magnitudinem excedebat, & quoad unum alterumve proceſſum angularis erat, per totam ſuam ſubſtantiam & parenchyma, durus & quaſi calloſus inventus eſt, qui cultro in ſecando reſiſtebat, &, ac ſi culter per tophum vel materiam arenoſam concretam & coagulatam tranſiret, ſtrepitum quendam edidit. Ex quibus facilè colligi potuit, quod dicti lapilli continui & annoſi doloris in dextro hypochondrio, itemque cruciatus aſſidui circa lumbos, ren dexter durus & calloſus, ac forſan etiam tranſeundæ urinæ impervius, cauſa extiterint.

CONSILIUM MED. C.

Cancer occultus in mamma dextra.

Morbus.

ANno 1699. Honeſta quædam Matrona, temperamenti melancholici, ætatis quadrageſimo circiter octavo me vocavit, mihique retulit, quod ante aliquot annos, poſt ultimum puerperium in mamma dextra tuberculum durum, magnitudine piſum majus vel fabam æquans, ſenſerit, quod parvi æſtimarit, & pro glandula lacte concreto repleta ha-

ta habuerit, quod verò hactenus ſucceſſivè incrementum ſumſerit, ita ut non parum de maximo ac deplorato exinde inſequente damno anxia & ſollicita ſit, ac eapropter Conſilium & auxilium meum ſummoperè expetat atque deſideret.

INſpecto itaque tumore hoc duro, inæquali, tactui renitente, atque indies incrementum ſumente, aliter judicare non potui, quam quod hic tumor Cancer occultus ſit, qui procedente tempore in cancrum exulceratum degenerare poſſit, quapropter quam maximè cavendum ſit, ne per externa fortiora remedia tumor hic vel irritetur, vel per emollientia ad ſuppurationem ducatur, & ſic hoc malum in cancrum exulceratum degeneret. *Definitio.* *Cautela.*

Quod cauſam hujus mali concernit, illa ab humore atrabilario, & particulis ſanguinis melancholicis, acri-ſalinis & cauſticis proficiſcitur, qui ſanguis fœculentus, acer & aduſtus mediantibus venis in mammam dextram derivatus fuit, ubi ob inſignem ſuum calorem & acredinem anſam & materiam huic malo præbuit, ex cujus materiæ affluxu & congeſtione hic tumor tale hactenus incrementum ſumſit. *Cauſa.*

Hunc affectum Cancrum occultum eſſe, ex ſequentibus ſignis eluceſcit. 1. Quia in principio magnitudine piſum vel fabam æquavit, nunc verò in mali punici magnitudinem, vel ultra excrevit. 2. Tumor hic in loco ſuſpecto, interna videlicet mammæ parte radices egit, & patiens neque gravida eſt, neque lactat. 3. Patientis temperamentum cauſæ huic morbificæ eſt adæquatum. 4. Tumor durus, inæqualis, tactuique renitens deprehenditur. Et 5. Nonnunquam dolor punctorius, cum tumoris augmento, percipitur. *Signa.*

Cancer occultus, qui interiora corporis occupavit, intactus relinquendus eſt, quia tractatus irritatur, exulceratur, & citius interficit, teſte Hippocr. aphor. 38. ſect. 6. dicendo. Quibus occulti cancri fiunt, non curare melius, curati enim citius intereunt, non curati verò longius vitam trahunt. Et, de periculo circa hanc operationem Celſus lib. 5. cap. 28. ſequentia ſcribit. Sectionem & uſtionem nunquam non periculoſam fuiſſe, & plerumque propter irritationem, & inde excitatam tumoris auctionem, hominem jugulaſſe. Imò licet talis cancer exciſus fuerit, alium tamen ſuccreviſſe & occidiſſe: poſt exciſionem cancri in mamma, alium in utero obortum fuiſſe, ac breviori tempore interfeciſſe. Poſt ablationem ejus in labiis & naſo, alium in liene prognatum, mortem attuliſſe. *Prognoſis.*

Curatio. In curatione hujus mali remediorum internorum & externorum eſt habenda ratio. Internè, hæc tria obſervanda veniunt, 1. ut bilis atra ſæpius è corpore expurgetur. 2. Ipſius generatio & influxus in venas prohibeatur. Et 3. pars affecta roboretur. In quem finem patiens 1. ad humoris atrabilarii evacuationem ſequentem potiunculam hauſit. ℞. *Electuar. diacathol. Confect. Hamech. ana* ʒiij. *Crem.* ♀*ri* ℈*j. Extr. helleb. ningr. gr. v. Diagryd. corr. gr. iij. Aq. fumar.* ℥*ij. M. f. potio una vice ſumenda.*

Potio melanagoga

V. S. Quocirca etiam ad ventilandum ſanguinem Venæſectio in talo pedis adhibita fuit. 2. Ad præcavendam bilis generationem patienti injunctum fuit, ut convenientem Diætam obſervet, ac omnia in cibo & potu, quæ acredinem habent, ſanguinemque acrem & effervescentem generare poſſunt, evitentur. Econtra bilis, ne in corpore cumuletur, ſæpius, & quidem certis temporibus expurgetur, ac ſanguis ventiletur. 3. Ad partem affectam roborandam & firmandam remedia varia confortantia præcipitantibus & antiſcorbuticis mixta fuerunt ordinata, & inter alia ad ſanguinem edulcorandum. ℞. ♃*ii diaphoret.* 2*l. ana* ʒ*ij. CC. philoſ. præp.* ʒß. *Spec. diarrhod. Abb. diatrionſant. ana* ʒ*ij. ſacch. alb.* ʒ*ij. M. f. pulvis. Doſis* ʒ*j. cum aq. Card. bened. M. & V.* Externè verò *Emplaſtrum de plumbo Mynſichti*, & *lamina plumbi tenuiſſima, mercurio vivo illita*, mammæ fuit applicata. Refrigerantia enim & lenientia, quæ acredinem temperant, adhibere licitum eſt, teſte Galeno, lib. 2. ad Glaucum. In quem finem etiam confert *Unguentum ex ranis viridibus*, ut ſingulare & ſpecificum remedium.

Diæta.

Pulv. ſanguin purif. & edulcorans.

Empl. de plumbo Mynſ. Lamina plumbo Mercurio viv. illita.

Ung. ex ranis.

Linim ſimpl. Sculteti.

Item Linimentum ſimplex Sculteti; nec minus *Lutum illud, quod in cote reſultat dum acuuntur ferramenta, (Germ.* Schliff.*) vel per ſe, vel cum Oleo myrtino, ſempervivi, ſolani, vel plantaginis miſtum.* Et *Aquapendentis remedium*, de quo Oper. chirurg. part. 1. pag. mih. 197. teſtatur, quod bis aut ter cancrum mamillæ curaverit, cujus deſcriptio hæc eſt. ℞. *Solatri hortens. virg. aureæ, ſonchi ana* M*ij. coctis in aqua & contuſis adde farin. milii* ℔*j. Olei roſati ducti in mortario plumbeo, donec contrahat colorem plumbi* ʒ*v. ſapæ & decocti prædicti q. ſ. M. & f. l. a. Emplaſtrum*, quod etiam ad cerati formam confici poteſt. Confert quoque *ſacculus ſiccus ex chamomilla, meliloto, floribus ſambuci*, &c.

Lutum quod in cote reſultat

Empl. Aquæpendentis.

Sacculus ſiccus.

Cancri verò illi, qui in aliquam molem excreverunt, (in quorum numero cancer hic occultus, mobilis, & pendulus eſt, de quo in præſenti Conſilio locuti ſumus) ſine ablatione partis affectæ, curari nequeunt. Quod verò Patiens hactenus ob ingens vitæ periculum admittere recuſavit.

INDEX

INDEX
CONSILIORUM ET OBSERVATIONUM CENTURIÆ SECUNDÆ.

CONSIL. I. Efflorescentia scabiosa scorbutica faciei, aliarumq; partium, feliciter curata. 369.

II. Sterilitatem examinans. 372

III. Sterilitatis, & simul affectus hypochondriaci juvamina, cum legitimo usu carnis viperarum explanans. 375.

IV. Affectum hypochondriacum, molesta ventriculi discrasia, & alvi constipatione concomitatum elucidans. 383.

V. Duorum Consiliorum antecedentium de sterilitate & affectu hypochondriaco combinatio, eorundemq; ulterior elucidatio. 387.

VI. Gangrænosa brachii sinistri inflammatio, lethalis. 391.

VII. Colica convulsiva cum aliis molestissimis symptomatibus concomitata. 393.

VIII. Colicam convulsivam concernens. 397.

IX. In puncto colicæ convulsivæ. 399.

X. De Nephritide cum colica convulsiva, aliisque molestiss. symptomatibus Dn. D. Joh. Jacob. Wepferi. 408.

XI. Colicam biliosam concernens. 413.

XII. Affectum hypochondriacum magnæ cujusdam Personæ repræsentans. 416.

XIII. Affectum hypochondriacum & uterinum, in antecedenti Consilio commemoratum, continuans. 420.

XIV Quid in partu tam ex parte magnæ cujusdam Puerperæ, quam ex parte fœtus, faciendum sit? 423.

XV. Fistulam in maxilla inferiori sub dente molari lateris sinistri examinans. 427.

XVI. De Plica Polonica. 431.

XVII. Odontalgia cum lancinantibus aurium doloribus, curata. 437.

Index Consiliorum & Observationum

CONSIL. XVIII. Verruca ponè dextram narium alam oborta, filo serico exstirpata. 438.

XIX. Alvus segnior magneticè ad naturalem statum reducta. 439.

XX. Plaga siniſtri hypochondrii ob læsionem lienis, & corruptionem partium adjacentium, lethalis. 441.

XXI. Lumbrici lati insignis longitudinis à muliere per myrrham excluſi. 442.

XXII. Rasura Unguium in cerevisia propinata prava symptomata excitans. 443.

XXIII. Cranii fissura, insequente vertigine & lethargo, lethalis. 444.

XXIV. Strangulatio paricidalis. 445.

XXV. Fistula lachrymalis feliciter curata. 448.

XXVI. Puerulus sex annorum glande sclopetario extinctus, ac in puteum dejectus. 450.

XXVII. Fœmina theca seu involucro pulveris nitrati papyraceo, vel fartura tormenti in brachio læsa. 452.

XXVIII. Spina ventosa in pede minori siniſtro, accedente tabe, lethalis. 453.

XXIX. Cranii per acceptas plagas enormis læsio, lethalis. 454.

XXX. Incola Albeccensis à cochlea in explosione sclopeti retrò per pulverem nitratum ejecta, supra dextrum oculum periculosè sauciatus. 455.

XXXI. Miles se mutum fingens. 547.

XXXII. Cachexia hydropica feliciter curata. 458.

XXXIII. Febris maligna cum colore fusco totius corporis, lethalis. 459.

XXXIV. Immobile ac rigidum ab intenso frigore hyemali corpus ac membra restituta. 460.

XXXV. Mulier hydropica & simul gravida feliciter pariens. 462.

XXXVI. Combustio & extinctio à fulmine. 463.

XXXVII. Miles à Dæmonio nocturno divexatus. 466.

XXXVIII. Depressio & introcessio cranii à machina mechanica feliciter curata. 468.

XXXIX. Talus in pede luxatus, repositionem respuens. 469.

CONSIL. XL. Veſicæ inter luctandum ruptio, lethalis. 470.
XLI. De hydropica, illæſis viſceribus 45 menſuras aquæ in cavitate abdominis habente. 471.
XLII. Vulnera capitis feliciter curata. 473.
XLIII. Abſceſſum fiſtuloſum in abdomine concernens. 474.
XLIV. Muſcæ majoris ictus admiranda ſymptomata invehens. 479.
XLV. Dæmonis fraudes in decipiendis ac obſidendis hominibus, exhibens. 480.
XLVI. Similem fermè cum priori Hiſtoriam proponens. 482.
XLVII. Cranium à mallei majoris ictu ſicariè fractum, lethale. 483.
XLVIII. Puer novennis duobus globis bombardariis ictus. 484.
XLIX. Res alienæ per Urinam, mediante faſcino, è corpore excretæ. 485.
L. Partus monſtroſus, idolum referens. 487.
LI. Arthritis vaga ſcorbutica. 488.
LII. In puncto diſcraſiæ ventriculi cum febrili diſpoſitione. 489.
LIII. Defluxiones catarrhales, ac nephriticos dolores exhibens. 491.
LIV. Horrenda ambuſtio à pulvere tormentario facta. 494.
LV. Ulcera pedis dextri à ſanguine ſcorbutico & atrabilario provenientia, lethalia. 499.
LVI. Colicam convulſivam bilioſam pertinaciſſimam, peſſima ſymptomatum ſyndrome concomitatam, & feliciter curatam exhibens. 501.
LVII. Inteſtinorum ex hernia prolapſus, accedente iliaca paſſione, lethalis. 507.
LVIII. Sphacelus pedis dextri, febrem malignam inſequens. 510.
LIX. Ulcus phagedænicum febrem diuturnam inſequens, ac interiores oris partes cum facie corrumpens. 511.
LX. Cancer exulceratus inſignis magnitudinis, quatuor pondera civilia habens, feminæ in ſiniſtri femoris ſuperiori parte exciſus. 513.

Index Consiliorum & Observationum

CONSIL. LXI. Fractura tibiæ & fibulæ in dextro pede cum vulnere, lethalis. 515.

LXII. Alia fractura tibiæ & fibulæ in sinistro pede cum vulnere, lethalis. 518.

LXIII. Cachexiæ cum totius corporis atrophia & inflatione ventris, curatio. 520.

LXIV. Urinæ retentio apud senem decrepitum. 522.

LXV. Febris alba cum cachexia & convulsionibus feliciter curata. 523.

LXVI. Brachium sinistrum ab infelici venæsectione ac simul arteriæ læsione horrendè intumefactum, corruptaque materia infarctum, feliciter curatum. 527.

LXVII. Cranii caries & exesio à suppressis mensibus originem habens. 529.

LXVIII. Autholithotomus hernioſus vasa spermatica cum testiculo, intermissa ligatione & constrictione vasorum abscindens, à fusissima hæmorrhagia fermè exanimis liberatur ac restituitur. 532.

LXIX. Gonorrhæa in puero tredecim annorum. 533.

LXX. Deglutitio à potu Nicotianæ læsa. 534.

LXXI. Violenta nervorum ac tendinum pedis minoris extensio, symptomata motui naturali molesta excitans. 536.

LXXII. Diabeten examinans. 538.

LXXIII. Febris tertiana Spuria convulsiva cæcitatem invehens. 541.

LXXIV. Arthritis vaga scorbutica, accedente atrophia corporis hectica, aliisque symptomatibus, lethalis. 544.

LXXV. Affectum hypochondriacum cum materia catarrhali exhibens. 562.

LXXVI. Auditus gravitas cujusdam Cubicularii. 564.

LXXVII. De læsione meatus urinarii ex vulnere, per sclopetum inflicto. 566.

LXXVIII. Febris tertiana duplex, cum corporis atrophia hectica, & tympanite feliciter curata. 567. 571.

LXXIX. Cancrum mamillæ sinistræ exhibens.

CONSIL. LXXX. Mica vel festuca clavi rotarii sinistro oculo infixa, post quatuor demum menses extersa. 574.

LXXXI. Manus sinistra cujusdam militis à disrupta bombarda fissa, necem inferens. 576.

LXXXII. Tumor glandulosus adipe interseptus, sinistro cruri in posteriori parte à nativitate inhærens, sectione ablatus. 577.

LXXXIII. Arthritis vaga, colicam convulsivam insequens, cum molestissimis symptomatibus feliciter curata. 578.

LXXXIV, Colica convulsiva, cum insequente arthritide vaga, aliisque periculosissimis symptomatibus felicissimo successu expugnata. 582.

LXXXV. Febris tertiana spuria, paucis diebus feliciter expugnata. 586.

LXXXVI. Colica spasmodica & convulsiva, cum insequente arthritide vaga, in una Domo quatuor homines, uno eodemq; modo invadens, omnibus, exitialis. 588.

LXXXVII. Puerulus post duas acceptas plagas, intra paucos à læsione dies, mortuus. 590.

LXXXVIII. Loquelæ amissio, ob validam à lapsu ab alto concussionem cerebri, restituta. 591.

LXXXIX. Aphonia Apoplexiam insequens, per remedium topicum sublata. 592.

XC. Capitis vehemens percussio, aphoniam excitans, feliciter curata. 593.

XCI. Caput à calidis vaporibus inquietatum, cum narium hæmorrhagia periodica. 595.

XCII. Cachexia cum ventris inflatione, alvi constipatione, doloribus colicis, atrophia, tussi, Empyæmate, & insequente magno abscessu in dextro dorsi latere supra coxendicem oborto. 597.

XCIII. Contusio coxæ dextræ, cum luxatione tali pedis ejusdem lateris à rota vehiculi facta. 600.

XCIV. Puer cachexia hydropica defunctus, ante sectionem de accepto veneno suspectus. 602.

CON-

CONSIL. XCV. Menses in senio, contra naturæ consuetudinem erumpentes, plerumque mortis brevi insecuturæ prodromi. 603.

XCVI. Herpes militaris in dextro pede propè tibiam curatus. 604.

XCVII. Gangræna cum insequente sphacelo ab interna causa, lethalis. 607.

XCVIII. Gangrænæ à frigore curatio. 609.

XCIX. Tres lapilli è vesicula fellis excisi, & ren dexter callosus, & quoad substantiam durus & sabulosus repertus. 611.

C. Cancer occultus in mamma dextra. 612.

AP-

APPENDIX,

Quæ in ſe continet

OBSERVATIONUM MEDICINALIUM

DECADES V.

Quibus acceſſit

ADDITAMENTUM,

videlicet

Modus inſpiciendi Vulnera Lethalia

atque

Cadavera Venenis extincta.

OBSERVATIONUM MEDICARUM DECADIS PRIMÆ.

OBSERVATIO MED. I.

Ulcus fiſtuloſum, ab intercepto Hæmorrhoidum fluxu ponè inteſtinum rectum, curatum.

Caſus.

ANno 1695. Menſe Decembri, honeſta quædam Matrona gravida, acutum & fermè intolerabilem ardorem in dorſo, circa lumbos, & præſertim inteſtini recti regionem ſenſit, unde factum eſt, ut præ nimio dolore parum comedere, ac graviter ſedere & decumbere, imò ægrè urinam reddere, vel alvum exonerare potuerit.

Morbus, ejusque Cauſa.

EGo cum chirurgo in Conſilium vocatus, mediante inſpectione ponè ſiniſtram partem inteſtini recti, ſinum fiſtuloſum, digiti longitudine profundum, deprehendi, qui apertus, magnam copiam materiæ purulentæ & ſanguinolentæ invicem mixtæ fœtidiſſimæ, evomuit, quæ materia à retento & intercepto hæmorrhoidum fluxu orta & congeſta erat, & per longiorem moram, ſimul ac corruptionem, exedentem acredinem nacta eſt, quæ ſinum illum fiſtuloſum erodendo efformavit.

Curatio.

Expreſsâ itaque per manum chirurgi hâc materiâ purulentâ & putridâ, turunda Unguento digeſtivo illita fiſtulosæ huic cavitati inſinuata, partique affectæ deſuper Linimentum ſimplex in formâ Emplaſtri accommodatum fuit. Secundâ & tertiâ poſt

poſt deligationem die, ſinus iterum tali purulenta materia repletus, atque rurſum per expreſſionem evacuatus fuit. Hoc facto, quotidiè manè & veſperi aqua ſequens ad Ulceris mundificationem per ſiphonem fuit injecta. ℞. *Herb. Centaur. min. ſcordii, Flor. roſar. rubr. ana* M℔. *Flor. balauſtior.* ʒj. *Pulv. maſtich. myrrh. Oliban. aloe ana* ʒß. *Rad. ireos Florent. ariſtoloch. rotund. tormentill. ana* ʒj. *Mixt. & conciſ. coq. cum* ℥xx. *vel menſurâ dimidiâ aquæ fontanæ, &* ℥x. *vel quartario uno vini rubri per quadrans horæ unius, in olla benè tecta, coletur, in colatura diſſolv. Mell. roſ. colat.* ʒj. *M. d. ad vitrum & ſervetur. pro uſu.* Quâ per octiduum, & quod excurrit, injectâ, Ulcus hoc ſinuoſum ex voto mundificatum, ac pus album, læve, & æquale egeſtum eſt. Poſtea indies purulenta materia imminuta, & Ulcus ſpatio quatuordecim dierum conſolidatum fuit. *Aq. mundif. per ſiphon. injicienda.*

Durante Curationis tempore, aliquoties ad movendam alvum talis clyſter injectus eſt. ℞. *Lactis vaccin.* ʒvj. *in quo diſſolv. Sacchar. Thom. Mell. roſat. colat. ana* ʒij. *vitell. ovor. num. 2. M. f. Clyſter.* Et ad Urinam promovendam, aqua ſequenti, cochleatim ſumendâ, uſa eſt. ℞. *Aq. fragor.* ʒiij. *Malvæ.* ʒj. *Ocul.* ♋. *præp.* ℈j. *Syr. d. alth. Fernel.* ʒvj. *M. d. ad vitrum.* Quibus dicto modo adhibitis, omnia Symptomata evanuerunt. Quocirca etiam ægrota convenientem diætam obſervavit, ac pro potu ordinario *Decoctum ligni ſaſſafras & radicis chinæ, addito cinnamomo, bibit.* Sicque Divinâ favente gratiâ dicta Patiens brevi tempore priſtinam ſuam bonam valetudinem recuperavit. *Clyſter. Aq. refrig. nephrit. Pot. ord.*

OBSERVATIO MED. II.

Alius ſinus fiſtuloſus penes inteſtinum rectum, feliciter curatus.

Caſus.

ANno 1697. Menſe Aprili, Joh. Georgii Adami, fabri lignarii uxor, mediæ ætatis, & ſanguine ſcorbutico abundans, in dextrâ parte natium, propè inteſtinum rectum tumorem aliquem ſenſit, qui cum ingenti dolore & inflammatio- *Morbus.*

ne, gangrænam minitante, brevi tempore in magnam molem excrevit, cui etiam febris, ſitis, magna inquietudo, appetitus proſtratus, virium dejectio, ſingultus, aliaque peſſima ſymptomata, non ſine vitæ periculo, acceſſerunt.

Curatio.

QUem tumorem Chirurgus Joh. Riedlinus per Emplaſtra & Cataplaſmata emollientia, ſimul ac defenſiva refrigerantia, ac inter illa Linimentum ſimplex Sculteti, ad maturitatem perduxit, qui ruptus unâ vice ultra menſuram materiæ purulentæ, putridæ & corruptæ, magno cum fœtore evomuit. Ingraveſcente hoc morbo, Ego die 28. Aprilis, affectu hoc diligenter examinato, Patienti ſequentia remedia ordinavi; Et quidem ante omnia ad ſaburram vitioſorum

Pot. purg humorum è toto corpore expurgandam. ℞. *Pulv. rad. Gialapp. ʒß. Syrup. de cich. c. Rhab. ʒvj. Aq. Endiv. ℥j. M. f. potio unâ vice haurienda, à qua aliquoties dejecit.* . Et ad ſitim Tantaleam, ardoremque totius cor-

Pulv. refrig. pro potu. poris reſtinguendum. ℞. *CC. uſt. ♉ri præp. Ocul. ♋. præp. ana ʒij. ſacch. albiſſ. ʒij. M. f. pulvis ſubtiliſſimus cum duabus menſuris aquæ fontanæ pro potu permiſcendus.*

Potus Ord. Die 29. Aprilis ſeqq. ſpecies pro potu Ordinario præſcripſi. ℞. *CC. uſt. ʒj. Hord. integr. ʒiß. Liquirit. ʒij. Ficuum num. v. Paſſul. min. ℥ij. Herb. agrimon. Veron. ana Mß. Sem. anis. fœnic. ana ʒß. M. & conciſ. coq. cum aq. font. menſuris duabus ad tertiæ partis conſumptionem.* Et ad ventriculum

Mixtur. ſtomach. corrob. roborandum, ℞. *Vini Cydon. ℥iiij. Syrup. de agreſt. ʒß. Ocul. ♋. præp. ℈j. M. d. ad vitrum. Doſis, cochleare unum vel alterum, aliquoties de die repetendo.*

Die 30. Aprilis patiens de dolore gravativo circa regionem ven-

Vomitorium. triculi & proclivitate ad vomitum conqueſta eſt, quapropter ♆i *Emetici gr. iij.* cum brodio carnis aſſumſit, cujus beneficio magnam quantitatem bilioſæ ac corruptæ materiæ evomuit. Et, ad Singultum compeſcendum, ſimul ac calorem p. n. febrilem per ſudorem exterminan-

Elect. ſudorif. & alexipharmac dum. ℞. *Rob. ſambuc. juniper. Elect. Diaſcord. Fracaſtor. ana ʒß. Theriac. Androm. ʒj. Terr. ſigill. ſileſ. ʒß. Syr. acetoſit. citr. q. s. ad Elect. moll. conſiſtentiam. Doſis, nucis moſchatæ quantitas, aliquoties repetendo.* Externè, Cata-

Cataplaſm contr ſingult Mynſ. Aq. cordial confort. plaſma *contra ſingultum Mynſ. ventriculi regioni fuit impoſitum.*

Die 1. Maji, ad Cordis infirmitatem. ℞. *Aq. ʒ. Cordial. ana ℥j. Meliſſ. ſimpl. è typh. Cerv. ana ʒß. CC. præp. Ocul. ♋. præp. ♁ ii diaphoret. rec. præp. ana ℈ß. vin. Cydon. ℥j. Syr. granat. ʒß. M. d. ad vitr. Doſis cochleare unum vel alterum, ſæpius reiterando.*

Die

Die 3. Maji, ſeq. Julapium confortans, ſitimque reſtinguens præſcripſi. ℞. *Syr. rib. berber. ana* ʒiß. *Aq. fontan.* ℔j. *Spir.* ⊖ *ol. rectif. q. ſ. ad grat. acorem. d. ad vaſculum.* *Julap.* *Quod Julapium aliquoties fuit repetitum.*

Die 5. Maji, ſequentes ſpecies pro potu ordinario, loco priorum, ſubordinatæ & paratæ fuerunt. ℞. *Scob. lign. ſaſſafr. Santal. citrin. Rad. chin. ana* ʒß. *Cinnam. opt.* ʒij. *CC. uſt.* ʒvj. *Ocul.* ♋. ʒij. *M f. pulvis groſſus, cui add. Paſſul. min.* ʒß. *d. ad ſcatulam.* *Spec. pro pot. ord.* *Cujus cochleare unum in urceo tecto cum aquæ fervidæ menſura una miſceatur, & refrigeſcere ſinatur.* Et, quia ſigna impuritatis ſanguinis, & copia vitioſorum humorum in corpore contentorum apparebant, iccircò de ſequenti Syrupo laxativo alternis diebus cochleare unum deglutivit. ℞. *Syrup. d. cichor. cum Rhab. Diaſer. Andern. ana* ʒvj. *pulv. rad. Gialapp.* ʒiß. *M. d. ad fictile.* *Syrup.* Et quia patiens de maximo dolore femoris conqueſta eſt, iccircò die 20. Maji ſeq. Emplaſtrum parti dolenti fuit impoſitum. ℞. *Emplaſtr. diaphoret. Mynſichti* ʒj. *pulv. ammoniac. gr. xv. M. & malax. cum phlegmate ex ſpiritu lumbricorum reſiduo, d. ad chartam pro uſu.* *Emplaſtr. pro dolent. femore.*

Die 19. Junii, nova ſigna præſentiæ ſcorbuticorum humorum apparebant, qui ſequenti ſacculo laxativo, maximo cum patientis levamine fuerunt expulſi. ℞. *Herb. agrimon. Veron. puleg. Origan. cochlear. ſcolopendr. naſturt. beccabung. ana* Mß. *Rad.* ♄. *aperient. maj. ana* ʒj. *helleb. nigr. præp. Garyophyllat. conſolid. maj. ana* ʒij. *ſcob. lign. ſaſſafr.* ʒß. *Rhabarb. Monach.* ʒß. *fol. ſen. el. ſ. ſt.* ʒvj. *Turpeth. opt. Gialapp. Agaric. troch. Polypod. querc. ana* ʒij. ♀*i alb. crud.* ʒij. *Cinnam.* ʒj. *Macis* ∋ß. *chalyb. c.* ♃. *præp. & in petiâ ligat.* ʒij. *Sem. anis. fœnic. ana* ʒß. *M. & conciſ. f. cum linteo albo puro nodulus in* ℔v. *aquæ mulſæ decoquendus, cujus decocti ſingulo manè* ʒv. *vel vj. ebibendæ.* *Sacculus laxativ.* Ad appetitum reſtituendum, ac obſtructiones meſenterii reſerandas, tali mixtura uſa eſt. ℞. *Elix. Propriet. Parac.* ʒj. *Spir. ſalis,* ♀*i, armoniaci, ana* ∋j. *M. in vitro. Doſis M. & V. guttæ* 10. *in juſculo.* *Elix. ſtomach. & aperit.*

Tandem, die 20 Julii, vinum medicatum ex modo dictis ingredientibus antiſcorbuticis ac laxativis ad reliquias excrementitiorum humorum ſcorbuticorum educendas, denùò bibit.

Externè, ſinus fiſtuloſus per aquam ſuprâ Obſervatione primâ commemoratam, & quotidiè M. & V. per ſiphonem injectam mundificatus, cui ad meliorem repurgationem etiam ſequens ſubſtituta fuit. ℞. ☿*ii ſublimat.* ʒij. *Ceruſſ. litharg yr. alum. uſt.* ♀*i uſt. ana* ʒj. *Aq. font. Spir. vin. opt. ana* ʒij. *M. f. ebullitio, hujus colatur.* ℞. ℥j. *in qua diſ. ſolv. Ung. Ægypt.* ʒß. *M.* *Aq. mundif. per ſiphon. injiciend.* Poſt injectionem dictarum aquarum, turundæ,

rundæ, Unguento Digeſtivo Hildani, ægyptiaco mixto, illitæ, ſinui fiſtuloſo immiſſæ fuerunt.

Carnis corruptæ & gangræno ſ. à ſanâ ſeparatio.

Et quia circa partem affectam maculæ atro-lividæ, gangrænæ & ſphaceli prodromi, apparebant, quæ verſus muliebria ſerpere videbantur, illæ apertæ fuerunt. dictumque Unguentum digeſtivum cum ægyptiaco mixtum, impoſitum, ac deſuper Linimentum ſimplex pro defenſivo in forma emplaſtri applicatum fuit, quorum adminiculo, cooperante naturâ, caro corrupta à ſana ſeparata, excidit. Poſt abſolutam mundificationem, epulotica, & tandem cicatrizantia adhibita ſunt, quorum ope & ſubſidio, (non neglectâ convenienti Diætâ) ulcus hoc fiſtuloſum conſolidatum, atque hæc Patiens, Dia favente gratia) priſtinæ ſanitati reſtituta fuit.

OBSERVATIO MED. III.

Ruptio & dilaceratio venarum cervicis uteri, & colli veſicæ, ex Caſu.

Caſus.

ANno 1697. Menſe Februario, Eva Lindin, Ephippiarii filia, Giengenſis, in hypocauſto improvidè obambulans, toto dextro pede, usque ad inguen, per quadratum ſoli foramen, per quod textores pannos in textrinam ſubterraneam demittere ſolent, decidit, ubi per ſubitaneam ac violentam divaricationem & expanſionem crurum, venas colli uteri diſrupit, & ſimul collum veſicæ dilaceravit, quam læſionem ſtatim uberrima hæmorrhagia ſecuta eſt, quæ tibialia ſanguine implevit, & ſolum hypocauſti copioſiſſimo ſanguine conſpurcavit. Hanc hæmorrhagiam ingens dolor, cum pudendorum tumore & inflammatione inſecutus eſt, qui Unguento ex ſambuco, floribus calendulæ, & butyro parato, oblinitus fuit. Hinc patiens dolorem quidem

dem tolerare potuit, ſed non ſine dolore urinam, cum ſedimento craſſo ac copioſo pure permixtam, reddidit: Poſtea verò urinæ incontinentiâ laboravit, quæ identidem præter voluntatem effluxit.

Reſolutio.

QUod ergò hic affectus à dicto caſu pervenerit, venæque cervicis uteri ruptæ, & collum veſicæ læſum ac dilaceratum fuerit, idipſum fuſiſſima ſtatim poſt caſum inſecuta hæmorhagia, dolorifica item urinæ effluxio, ac materia purulenta urinæ permixta & excreta, ſatis ſuperque teſtantur. Et quia ſtatim in principio cura legitima neglecta, partesque læſæ & exulceratæ medicamentis lenientibus, mundificantibus, ſiccantibus, & conſolidantibus tractatæ non fuerunt, materia hæc purulenta progreſſu temporis inſignem acredinem nacta eſt, vicinasque partes, ac muſculum ſphincterem veſicæ, ejusdemque nervum inſertum corrodendo in tantum læſit & exedit, ut muſculus colli veſicæ ſe non amplius contrahere, veſicam claudere, ac urinam retinere potuerit, unde urinæ incontinentia ſecuta eſt, quæ exulceratio poſtea in ulcus ſordidum ac cacoethes, cum affluxu variorum acrium, inpurorum ac ſordidorum humorum, conſolidationem impedientium, degeneravit. *Cauſa, cum ſignis.*

Et licet Curatio hujus mali dubia & difficilis ſit, ea tamen per ſequentia remedia tali modo tentari poterit, ut 1. Corpus præparetur, & pravi ac vitioſi humores expurgentur. 2. Partes exulceratæ mundificenrur. 3. Eædemque per fomenta, inſeſſus & medicamenta adſtringentia, ſiccantia, epulotica, ac cicatrizantia conſolidentur. Et 4. bona ac conveniens Diæta obſervetur.

In quem finem ſequentia Remedia à me præſcripta fuerunt.

Et quidem 1. ad vitioſorum humorum expurgationem. ℞. *Raſur. lign. Guajac. ℥iij. ſaſſafras ʒvj. Rad. ſarſaparill. ʒiß. chinæ ℥j. macerentur per noctem calidè, in aq. pur. ℔v. dein in vaſe clauſo ſ. a. coquantur, add. Rad. polypod. querc. ʒiß. Turbith. gummos. ʒv. Herb. ſanic. pyrolæ, Veronic. agrimon. ana Mj. pulp. colocynth. j. Liquir. raſ. ʒvj. M. f. decoctio ad remanentiam ℔ iij. d. colatura ad vaſculum. De quo Decocto manè jejuno ſtomacho, & meridiè circa horam ſecundam ʒv. vel quartarium dimidium bibatur.* *Apozema laxatiß & trabmat.*

2. Pro

Mundificativum pro injectione.

2. Pro mundificatione fiat injectio per ſiphonem. ℞. *Aq. aluminos. ſeu ♀ialis* ʒiß. *plantagin.* ʒiij. *Roſar.* ʒj. *Mell. roſat. colat.* ʒj. *Ung. Ægyptiac.* ʒß. *M. d. ad vitrum.*

Ung. ſicc. & epulot.

3. Pro ſiccatione & carnis generatione. ℞. *Plumbi uſti & loti, Pulv. teſtar. oſtreor. calcinat. Rad. iridis Florentin. ana* ʒj. *Ung. diapompholig. de tutia ana* ʒvj. *vel* ʒj. *M. d. ad fictile. Quod Unguentum turundis illitum partibus læſis applicetur.*

Fomenta.

Pro fomento, *Cortices ligni quercini, & radices conſolidæ majoris, in aqua fabrorum, in qua candentia ferramenta extinguuntur, coquantur, ac ille vapor decocti in vaſe apto excepti, cui patiens inſideat, divaricatis cruribus, pudendis excipiatur, ſæpiusque repetatur.*

Hinc, ℞. *Fol. betonic. agrimon. ſalv. lauri, roriſmarin. myrt. puleg. Origan. flor. ſtœchad. Arab. balauſtior. ana Mj. Rad. conſolid. maj.* ʒiij. *biſtort. tormentill. ariſtol. long. ana* ʒß. *alum. roch.* ʒij. *M. & conciſ. d. ad chartam. Coquantur in aqua fabrorum modò dicta, pro inſeſſu, ſæpius ac multoties repetendo.*

Diæta.

4. Quod Diætam concernit, Aer ſit temperatus, cibi euchymi ac laudabiles, bonum ſuccum ac ſanguinem generantes, ut juſcula carnium, ptiſana hordeacea, pruna, pulmenta ex ovis parata, mala elixa, &c. Econtra cruda, coctu difficilia, acria, ſalſa, fumo indurata, &c. vitentur. Pro potu ordinario confert tale Decoctum. ℞. *Scob. lign. ſaſſafr. Guajac. ana* ʒß. *Rad chin.* ʒij. *Conſolid. maj.* ʒß. *Herb. agrimon. Mj. Sanicul. alchymill. ana pj. Liquirit.* ʒj. *paſſul. min.* ʒiß. *Sem. anis. fœnic. ana* ʒß. *Miſceantur & coquantur omnia cum duabus menſuris aquæ fontanæ ad tertias.* De cœtero quies procuretur, ac patiens in lecto decumbat; alvus ſit aperta; ac fortiores animi commotiones refrenentur.

Spec. pro pot ord.

Quibus dictis remediis adhibitis patiens melius habuit, ac urinam retinere potuit.

OBSERVATIO MED. IV.

De Partu monſtroſo.

Caſus.

Casus.

ANno 1697. die Jovis, qui erat quartus Martii, Mosis Strelini, textoris Langenavensis Conjux, Anna Bollingerin, triginta tres annos habens, puellam primogenitam peperit, quæ in S. Baptismate Anna nominata fuit. Hæc infans, (quam ex mandato Ampliss. Magistratus Ulm. inspexi) in superiori oris parte, ubi aliâs superius labium locatur, rostrum suillum apprimè formatum, in cujus medio, nasi cuspis seu extremitas adnata est, habet. Nasus secundum externum apparatum utcunque naturaliter formatus, in cujus inferiori parte ex utroque latere alæ vel pinnulæ prominent, quæ verò perforatæ non sunt, nasusque interno interfinio seu interstitio caret, versusque oris interiora apertus est. Præter hæc, puella superiori maxilla destituta est, locoque ossis basilaris patellam habet, quæ versus partem posteriorem acuminata est; Penes rostrum ex utroque latere labia, instar leporinorum, sunt fissa, sique plorat, ob ossis palati carentiam, ad sedem fermè cerebri, & oculorum cavernas, quibus inserti sunt, inspiciendo perveniri potest. De reliquo, omnes corporis partes naturaliter sunt dispositæ. Hæc infans edit, bibit, ac dormit, nulla ægritudine affligitur, & adhuc vivit.

Causa hujus Monstri.

CAusa hujus monstrosi partus sequens est. Cum mater monstrosæ hujus infantis anno 1696. quæ tum temporis per sex septimanas utero gerebat, messis tempore, cum aliis sui ordinis fœminis rusticis frumentum falce resecare vellet, illa fortè fortuna pede sinistro erinaceum suillum calcavit, & quia mollitiem sui corporis calcando sentiebat, valdè perterrita est, ipsiusque caput, quod erga illam erigebat, cum sociis penitius inspexit, corpus ipsius falce ictim sauciavit, & per fortissimam imaginationem Archæum, ac vim plasticam in formanda & exornanda facie naturali erroneam reddidit, sicque suo fœtui in utero existenti formam ac characterem hujus rostri suilli

impreſſit, qui effectus monſtroſus neque per remedia neque manum chirurgi corrigi poteſt, ſed totum opus Deo committendum.

Caveant ergò matres, ne per aſpectum rerum horridarum & monſtroſarum fœtibus ſuis pari modo monſtroſos characteres imprimant, ac cum mœrore liberos tales monſtroſos educare cogantur.

OBSERVATIO MED. V.

De alio partu monſtroſo.

ANno 1697. die Sabbathi, 24. Aprilis, manè inter horam ſeptimam & octavam, Barbara Mannuſin, Michaelis Pauli, textoris Langenavenſis Conjux, filiolam, in ſacrâ undâ Barbaram vocatam, peperit, cujus maxilla ſuperior cum labio, verſus latus dextrum, profundè fiſſum erat. Dextra pinna naſi, verſus oris interiora, aperta fuit, & in ſuperiori parte narium os baſilare ſeu cuneiforme, Græc. σφηνοειδὴς, verſus cerebrum, ad derivanda recrementa pituitoſa, perforatum erat. In ſiniſtro latere maxilla, & narium ſiniſtra pars naturaliter conſtituta erat, ac reliquum corpus benè formatum fuit. Hæc puella, ſpatio paucorum poſt partum dierum, mundo huic valedixit. Mater ipſius, cum per tempus dimidium fœtum hunc in utero geſtaſſet, violento caſu cum olla culinaria, quam manibus tenebat, prona in terram decidit, quam ventre in fruſta minutiſſima inter cadendum confregit. Proſpiciant ergò ſibi gravidæ mulieres, ne ex vehementiori caſu, vel alio modo noxam capiant, & ſic ſibi, ſuisque fœtibus miſeranda ejusmodi damna, nævosque monſtroſos inferant.

OB-

OBSERVATIO MED. VI.

Fungus carnosus supra genu dextrum, cultro chirurgico resectus.

ANno 1696. Mense Januario, plur. Rev. & Doctissimus Vir, P. Joachimus, Ord. S. Benedicti, & Conventualis celeberrimi Monasterii Elchingensis, ibidemque rei culinariæ Præfectus, Ulmam venit, qui per aliquot annos, ex crebriori genuum inter fundendas preces flexura, & in terram prostratione, in medio patellæ supra genu dextrum protuberantiam carnosam, pugni magnitudinem æquantem habuit, quæ præteritis feriis natalitiis rupta est, in medio digiti longitudine cavitatem versus dictam patellam descendentem habuit, quæ materiâ putrilaginosâ ac fœtidâ referta fuit.

Fungi hujus resectio.

HIc fungus, seu protuberantia carnosa die 7. Januarii, S. V. Ulmæ in ædibus dicti Monasterii, me præsente à Chirurgo & Lithotomo Georgio Riedlino horis antemeridianis, & quidem intra nonam & decimam, sequenti modo cultro resecta fuit.

Primò totus tumor carnosus circumcirca in orbem emplastris, digiti longitudine, (ne per sectionem nervi, ligamenta, tendines, arteriæ & venæ, cum patella læderentur) munitus ac quasi circumvallatus est; postea susis ad Deum pro felici operatione precibus, & clausis per fasciam oculis, tumor transversim incisus, unâque operâ superior & inferior ejus pars per sectionem circularem amputata fuit, unde tres vel quatuor venulæ saliendo sanguinem fuderunt; hinc vulneri statim splenium cannabinum in posca intinctum & expressum, ac medicamento stegnotico probè illitum impositum, insuperque linteo quadruplicato clausum, fasciaque supra & infra genu cruciatim munitum & deligatum fuit, quem vulneris locum, postquam Dominus Patiens in lectum se recepit, chirurgi minister, usq; dum nullum

Vulneris tractatio atque curatio.

amplius hæmorrhagiæ periculum apparebat, manu firmiter compreſſit, & ſic ſanguinem cohibuit. Inter ipſam operationem, quod valdè mirandum, Dominus Patiens ne unicum ſignum ullius alterationis, ac ſi planè inſenſibilis eſſet, de ſe edidit. Elapſis poſtmodum duobus vel tribus diebus, vulnus apertum, Unguentum digeſtivum impoſitum, venulæque, quæ rurſus ſanguinem fundere minabantur, linteamentis carptis ſtegnotico imbutis, & emplaſtro ſumperimpoſito, clauſæ fuêrunt. Poſt mundificationem, ſequens pulvis epuloticus fuit inſperſus. ℞. *Aloepat. ſarcocoll. ſangu. Dracon. Myrrh. Maſtic. Ariſtol. long. æris uſti, ana* ʒj. *M. f. pulvis, vulneri inſpergendus.* Pulvis autem ſtegnoticus ſupra memoratus, erat talis. ℞. *Farin. volat. Sang. Dracon. Bol. armen. terr. ſigill. aloepat. ana* ʒj. *gypſi* ʒiij. *pilor leporin.* ʒß. *ſpong. combuſt.* ʒj. *Album. ovor.* ʒij. *M. f. pulvis.* Poſt ſectionem Dominus Patiens aliquoties alvi conſtipatione laboravit, quæ ſequenti remedio ſoluta fuit. ℞. *Brod. Cibeb. laxat.* ʒiß. *Aq. Ceraſ. nigr.* ʒvj. *M. f. potiuncula, una vice ſumenda.* Toto Curationis tempore de nullo dolore conqueſtus eſt, nec appetitus ciborum unquam defecit. De cœtero, Vulnus, ob nonnunquam errores in Diæta commiſſos, longâ manu clauſum & conſolidatum fuit.

Pulv. epuloticus.

Pulvis ſtegnoticus.

Laxativum.

OBSERVATIO MED. VII.

Capitis vulnus, cum fracturâ & depreſſione cranii, ab equi percuſſione inflictum.

Caſus.

ANno 1696. die Mercurii, qui quintus erat Auguſti, S. V. veſperi circa horam quartam, Conradus Schmalzigaug, Crumenarius, ab equo animoſo, furente & refractario, nuperrimè empto, in campo, propè ædes jaculatorias, dejectus, ac calcaneo dextri pedis, cum habenas remittere nollet, in dextra capitis parte, manum tranſverſam ſupra aurem ponè futuram coronalem, & infra, penes futuram ſagittalem,

gittalem, percussus, ac cranium in forma triangulari cum fracturâ depressum fuit. Anterior rima saltem per superiorem cranii tabulam usque ad diploën penetrabat, rima lateralis verò, ubi fovea depressa se retrorsum inflectebat, ambas tabulas fractas esse, teste stylo exploratorio, immisso, & usque ad duram matrem penetrante, testabatur.

PAtiens statim post percussionem quasi mortuus in terra decumbebat, postquam verò tantillum se recollegisset, sibi tamen minimè conscius erat, sed fortissimis convulsionibus, cum vibratione manuum ac pedum tentabatur. Finitis convulsionibus à chirurgo vena mediana, secta fuit; Post venæsectionem patiens confortantibus refocillatus ad se rediit, & in mactrâ pistoriâ, in quâ aliàs panis subigitur, domum deportatus est, ubi Sacramento Altaris ad consolationem animæ corroboratus fuit. Quo peracto, vulnus à sordibus repurgatum, capillisque prius abscissis & abrasis, per sectionem in formam numeri quinquenarii, ut rustici pingere solent, incisum & amplificatum, sanguinisq; fluxus per stegnotica cohibitus, cavitas vulneris linteolis carptis expleta, emplastrum de betonica impositum, ac desuper Cataplasma ex herbis cephalicis emollientibus & discutientibus cum vino rubro coctum, applicatum, collum cum nuchâ & cervice Oleo rosato calido inunctum & de sequenti aqua cephalica & cordiali sæpius cochleare unum vel alterum ipsi propinatum fuit. *Curatio.*

℞. *Aq. confort. Officin. perlat. Cerasi. nigr. Epilept. Lang. ana* ℥j. *confect. Alkermes incompl.* ʒß. *CC. philos. præp. Corall. rubr. præp. Lap. Chrysol. præp. ana* ƎB. *Syr. granator.* ʒß. *M. d. ad vitr.* Pro potu Ordinario sequenti Decocto usus est. ℞. *CC. ust.* ℥j. *Hord. integr.* ℥iß. *Herb. beton. agrimon. veron. ana* Mß. *liquirit.* ʒij. *ficuum num. v. passul. min.* ℥ij. *sem. anis. fœnic. ana* ʒß. *M. & concis. coq. cum aq. font. mensur. duabus ad tertiæ partis consumptionem.* Et quia Patiens constipatus erat, ipsius alvus sequenti lenitivo recluſa eſt. ℞. *Brod. Cibeb. laxat.* ℥iß. *aq. cerasi. nigr.* ʒvj. *M. pro dosi unâ.* Secundâ læsionis die vulneri Unguentum digestivum cum linteamentis carptis impositum, & vulnus iterum, modo superius allegato, deligatum fuit. Tertia die, squama ossis cranii exempta est. Interim indies & successivè caro contusa & emortua à sana separata est, sed quia etiam caro luxurians in altum ascendebat, illa partim in superficie forfice ablata, partim vero pulveribus siccantibus, ex tutiâ, nihilo, & alumine usto, invicem mixtis, nec non linteamentis carptis consumpta & exsiccata fuit. Quoties etiam vulnus deli- *Vulner. tractatio.* *Aq. cephal. corrob.* *Decoct. pro potu Ord.* *Laxativum.*

gabatur, ejusdem labia, & quidem in ea parte præcipuè, ubi cranium fiſſum fractumque erat, linteamentis carptis ſuffulta ipſisque fiſſuris Balſamus Peruvianus, cum intinctis linteolis ſericis, inſinuatus ac impoſitus fuit. Præterea cranium in ea parte, ubi fiſſum & aſperum erat, raſpatore lævigatum eſt.

De cœtero Patiens ex depreſſo cranio nullum dolorem gravativum vel pungitivum, vertiginem, febrem, ſpaſmum, calorem præternaturalem febrilem, nec ullum periculoſum ſymptoma paſſus eſt, ſed ſemper pulſum eurithmon, ſanum & æqualem, ſanamque rationem habuit, benè comedit, dormire & quieſcere potuit. Die 23. Auguſti, iterum aſperæ cranii particulæ, adminiculo raſpatoris abraſæ & lævigatæ fuerunt, ubi ſquama lata mobilis in ſuperiore cranii tabula verſus futuram coronalem in apricum venit, quæ pari modo lævigata, ipſique pulvis exſiccans ex ariſtolochia longa & radice ireos florentinæ inſperſa fuit. In altera & poſteriore parte vulneris, & quidem in depreſſionis angulo, caro luxurians ad deceſſionem diſpoſita fuit, cujus particulæ ſeparatæ ac penſiles forfice abſciſſæ fuerunt, & Patiens illa nocte placidè dormivit. Mundato itaque vulnere, ablatisque ſquamulis & particulis ex fracturâ reſiduis, inſperſisque pulveribus ſiccantibus, applicatisque emplaſtris Cephalicis, ac obſervatâ bona & conveniente Diætâ, Patiens indies melius habuit, ac vulnus, cùm reſtitutione priſtinæ bonæ valetudinis, ex voto conſolidatum fuit.

OBSERVATIO MED. VIII.

Vulnus femoris ſupra genu, cum inſequenti ſynovia, corporis atrophia, & fiſtuloſis ſinubus.

Caſus.

ANno 1696. die 19. Auguſti, ego cum Chirurgo Joh. Bartholomæo Heckhingio ad carpentarii ploſtrarii, Joh. Schmidii filium, octodecim annos habentem, in Oppidulum Albeck, vocatus ſum,

ſum, qui ante decem ſeptimanas, opificio ſuo incumbens, ſe cultro inciſorio, (Germ. **Schneidmeſſer**) in genu dextro ſuper patellâ improvidè tranſverſim vulneravit, cui poſthabitâ decenti deligatione & curatione, ſynovia, cum calore præternaturali febrili, totiusque corporis atrophiâ, necnon propter longiorem decubitum, tribus in locis, videlicet circa lumbos, in dextra carnoſa parte podicis, ac ſupra oſſe coccygis profunda cutis excoriatio, cum inſequenti exulceratione ſordidâ & exeſione carnis, ita, ut perioſtium coccygis videre licuerit, acceſſit.

Inſpectio & vulneris fiſtuloſi deprehenſio.

INſpecto itaque Patiente, ſtylo exploratorio deprehenſum eſt, quod in loci vulnerati internâ parte ductus fiſtuloſus duplicatus ſurſum per femur dextrorſum & ſiniſtrorſum, digiti longitudine, obliquè aſcendens adſit, ex cujus cavitatibus per manus adaptationem & compreſſionem magna copia tenuis & fœculentæ materiæ emanavit, & patiens pedem tumefactum nec flectere, nec extendere, vel ad ſe trahere, nec ullum adjutorium ſibi ferre potuit. Ad hæc, ægrotus nonnunquam talem anxietatem & alterationem circa præcordia ſentit, ut voce & loquelâ privatus ſæpius ac multoties, inſtar mortui, decubuerit. Ex certis etiam ſignis obſervatum eſt, quod humores etiam noxii è corpore cacochymico per affluxum & congeſtionem in parte affectâ malum augeant & pejus reddant. Quibus ita perſpectis, judicatum eſt, quod ad hujus mali curationem interna & externa remedia requirantur.

Curatio. Apozema purg.

Quapropter etiam internè 1. ad vitioſorum humorum expurgationem ſeq. Apozema ordinatum fuit. ℞. *Herb. Card. bened. Endiv. acetoſ. veron. Agrimon. ana* M ß. *Rad. cichor. fœnic. conſolid. maj. Enul. ana* ʒij. *Rhabarb. Monachor.* ʒß. *fol. ſen. ſ. ſt.* ʒvj. *Jalapp. Turpeth. Agar. troch. ana* ʒij. *Cinnam. opt.* ʒj. ♀. *alb. crud.* ʒij. *anis. fœnic ana* ʒß. *M. & conciſ. coq. cum* ʒxxx. *aq. font. &* ʒxx. *vini albi ad tertias, de quo ſingulo manè, jejuno ſtomacho,* ʒv. *bibat.*

Potus ord.

2. Pro potu ordinario. ℞. *Scob. lign. ſaſſafr.* ʒvj. *Rad. chin.* ʒij. *liquirit.* ʒij. *anis.* ʒj. *CC. uſt.* ʒvj. *M. f. pulv. groſſus, cui adde paſſul. min.* ʒj. *M. d. ad ſcatulam. De quibus cochleare unum majus in in urceo benè tecto cum menſura una aquæ fervidæ infundatur, & refrigeſcere ſinatur.*

Electuar. confort.

3. Ad corporis & virium roborationem. ℞. *Conſerv. roſ. rubr.* ʒiij. *borrag.* ʒj. *citri* ʒß. *pulv. antihect. Poter.* ʒij. *Corall. rubr. præp. Ocul.* ♋. *præp. ana* ℈j. *Conf. Alkerm. incomp.* ʒß. *Syr. rub. Id.* ʒvj. *M. d. ad fictile. Doſis, avellanæ quantitas, ſæpius repetendo.*

Externè,

Aq. mundif fiſtulæ per ſiphon. injicienda.

Externè, ſeq. aqua per ſiphonem ſinubus fiſtuloſis injicienda, fuit præſcripta. ℞. *Herb. centaur. min. ſcordii, ſambuci, ana* Mß. *Flor. roſ. rubr.* Mß. *Balauſt.* ʒj. *Pulv. Maſtic. Myrrh. Olibani, aloe ana* ʒß. *Rad. ireos florent. ariſtol. rotund. tormentill. ana.* ʒj. *M. & conciſ. coq. cum* ℥xx. *aq. font. &* ℥x. *vini rubri in olla benè tecta, in Colatur. diſſolv. Mell. roſ. col.* ʒj. *M. d. in vitro.* Poſt injectionem turunda Unguento digeſtivo illita, fiſtuloſæ

Epithema ſiccans.

cavitati immittenda, ac deſuper ſupra genu tale Epithema ſiccans calidè applicandum. ℞. *Lithargyr.* ℥iij. *Ceruſſ.* ℥ij. *alumin. roch.* ʒj. *Oliban.* ʒß. *ſalis pj. Herb. agrimon. Veron. fol. querc. plantag. ana* Mß. *Mixta conciſ. & pulveriſata coq. cum aceto vini, vel lixivii menſuris duabus, & calidè applicetur.*

Emplaſtr.

Circa genu, ſupra & infra læſionis locum, *Emplaſtrum diapalmæ*, tres digitos latum, compreſsè in forma cinguli circumcirca, ut ulterior affluxus humorum coerceatur, ipſisque aditus claudatur, applicetur. Cœterum, bona quoque Diæta obſervetur.

Quibus ita adhibitis remediis, ut relatum habemus, patiens melius habuit, ita, ut jam rurſus opificio ſuo manum adhibere poſſit.

OBSERVATIO MED. IX.

Spaſmus, ſectioni herniæ ſuperveniens, lethalis.

Caſus.

ANno 1696. Menſe Novembri, Johannes Bitterloff, Ruſticus mediæ ætatis hernioſus, ex pago Pfui, propè Ulmam, ad recuperandam per ſectionem priſtinam ſuam valetudinem, ſe Ulmam recepit, ibidem manui alicujus exercitati chirurgi & lithotomi ſubmiſit, à quo etiam in præſentia quorundam Medicorum & chirurgorum decenter ſectus & tractatus eſt. Hic patiens ad duodecimam usque diem benè habuit, quibus præterlapſis ex improviſo ſpaſmo laborare cœpit, qui etiam in tantum invaluit, nervosque ac muſcu-

muſculos gutturis, temporum ac genarum ita obſedit, ut os ad comedendum vix aperire, nec deglutire vel reſpirare potuerit, & capite pronus & incurvatus in lecto, ac ſi funè tenſus & ligatus eſſet, ſedere coactus fuerit.

CUjus cauſa externa, corporis refrigeratio ab aere externo algido, per ineuntes & exeuntes tempore hyemali ſæpius in anguſtum hypocauſtum immiſſo; interna verò humores acri-ſalini, pontici, auſteri, & aluminoſi, nervos infeſtantes & contrahentes, vel ſanies ſingularem acredinem nacta, nervos vellicans, ac ſurſum verſus principium ſuum contrahens fuit. *Cauſa ſpaſmi.*

Ego ad hunc patientem vocatus, ipſi ſequentia remedia præſcripſi. Et quidem internè. ℞. *Pulv. lumbric. terr.* ʒj. *CC. philoſ. præp. pulv. epilept. Marchion. cephal. Michael. Auguſt. ana* ℈j. *Caſtor.* ℈ß. *Ol. macis gutt. iij. M. f. Pulvis ſubtilis. De quo quantum cultri cuſpide capi poteſt, de die aliquoties in aqua ceraſorum nigrorum patienti exhibeatur.* Et, ℞. *Aq. ceraſ. nigr. flor. tiliæ, pœon. ana* ʒj. *hyrund. cum caſtor. Epilept. Lang. ana* ʒß. *Confect. Alkerm. incompl.* ʒß. *Lapid. Bezoard. Or. gr. v. Margarit. præp. Pulv. Marchion. Cephal. Michael. ana* ℈ß. *ſacch. perlat.* ʒij. *M. Doſis cochleare unum vel alterum ſæpius repetendo.* Ad hæc, Clyſter etiam ſequens fuit applicatus. ℞. *Herb.* ʒ. *emoll. flor. chamomill verbaſc. ſummit. aneth. ana Mß. ſem. lini* ʒß. *Decoct. hord. q. ſ. fiat l. a. ebullitio, Colaturæ* ℞. ℥vj. *in qua diſſolv. Elect. lenit. Florenzol. diacathol. ana* ʒj. *Ung. clyſmat.* ℥j. *Axung. anſer. gallin. anatis, ana* ʒvj. *vitell. ovor. n.* 2. *M. f. Clyſter.* Externè, collum, nucha, genæ, ſpina dorſi, & venter tali linimento calidè fuêre inuncta. ℞. *Ol. chamomill. roſar. lumbric. terr. de caſtoreo, anethi, ana* ʒvj. *terebinth.* ʒj. *pingued. homin. canis, ana* ʒij. *M. d. ad fictile.* *Remedia. Aq. cephal. epilept. confort. Clyſma. Liniment.*

Sed omnia hæc remedia in caſſum fuêre adhibita, ac dictus patiens, ingraveſcente morbo & ſymptomatibus, occubuit, ſicque effatum Hippocratis impletum eſt, qui ſect. 5. aphoriſmorum ſecundo inquit, Convulſio, (vel ſpaſmus) vulneri ſuperveniens, lethalis.

OBSERVATIO MED. X.

Spaſmus incipiens poſt ſectionem herniæ curatus.

Caſus.

ANno 1696. Menſe Decembri, Michael Hutzelin, Civis Ulmenſis, & alutarius, hernioſus, à Georgio Riedlino, Chirurgo & Lithotomo exercitato feliciter ſectus fuit, qui etiam per duodecim dies benè habuit, ſed poſtea tenſiones ſpaſmodicas circa malas & tempora, ita ut vix os aperire potuerit, nec non in ventre, cum calore aliquo corporis præternaturali, pulſuque celeri ac duro perſentire cœpit.

Curatio.

CUi ego ſtatim in morbi principio circa veſperam vocatus, ſequentia remedia ordinavi. ℞. *Herb. 5. emoll. ana Mß. Agrimon. Mß. Flor. chamomill. ſummit. aneth. ana Mß. Sem. lini, fœnugræc. ana ʒß. M. & conciſ. f. cum decocto hordei q. ſ. ebullitio, colatur.* ℞. *ʒviij. in qua diſſolv. Mell. roſat. colat. ſacch. Thomæi ana ʒiß. Ol. chamomill. aneth. ana ʒß. vitell. ovor. num. 2. M. f. Clyſter*, à quo, maximo cum levamine, aliquoties excrementa in copia dejecit.

Clyſter.

Ven. ſectio

Horis duabus poſt Clyſterem vena mediana brachii ſiniſtri ſecta, poſt aliquot dies, ob metum recidivæ repetita, & ſingulis vicibus ſanguinis ʒiij. vel quatuor ſubductæ fuerunt. Poſtea ante ſomnum talem pulverem unâ vice in aqua ceraſorum nigrorum ſumſit, cujus uſum poſtea per biduum manè & veſperi continuavit. ℞. *Pulv. cephal. D. Michael. ℈j. d. ad chartam.* Externè, circa collum & nucham *Cataplaſma ex herbis, radicibus, & ſeminibus emollientibus cum lacte coctum, addito Ol. roſar. lumbric. & chamomillæ, calidè fuit applicatum.* Spina dorſi tali ſpiritu fuit illita. ℞. *Spir. lumbricor. ʒiß. ſpir. ſal. armoniaci ʒß. M.* Venter autem, *Oleo roſar. chamomillæ, lumbricorum, anethi, & Unguento nervino, invicem mixtis, fuit inunctus.*

Pulß cephal. Michael

Cataplaſma nuchæ applicand.

Spec. pro ſpina dorſi.

Liniment. pro ventr. inungend.

Die 11. Decemb. anguſtiam circa pectoris regionem, cum tenſione ventriculi & imbecillitate virium ſenſit, cui vinum cydoniorum auxilium tulit; Circa veſperam verò venæ hæmorrhoides ſanguinem fuderunt, à cujus fluxu dicta ſymptomata ceſſarunt ac remiſerunt.

Die 15. Decembr. rurſus de tenſione ſpaſmodica & alvi conſtipatione conqueſtus eſt, & vix os aperire potuit, cui ſequentia remedia ordinata fuerunt. ℞. *Herb. roriſmarin. ſalv. agrimon. origan. hyperic. lavendul.*

Clyſter.

vendul. ana M℔. flor. chamomill. ſummit. aneth. ana M℔. Rad. alth. lilior. alb. ana ʒij. ſem. lini, fœnugr. ana ʒß. Decoct. hordei ℔j. M. f. ebullitio, Colatur. ℞. ʒviij. in qua diſſolv. Ung. Clyſmat. j. Elect. Lenitiv. Florenzol. Diacathol. ana ʒvj. Axung. anſer. Gallin anatis ana ʒvj. vitell. ovor. num. 2. M. f. Clyſter. Horâ unâ poſt Clyſterem vena mediana fuit ſecta. Pro con- *Ven ſect.*
fortando cerebro & nervoſo genere ſequens Aqua Cephalica fuit or- *Aq cephal.*
dinata. ℞. *Aq. ceraſ. nigr. flor. tiliæ, ſalv. cum vino deſtill. pœon. ana j. hyrund. cum caſtor. epilept. Lang. ana ʒß. Cinnam. ſtill. ʒij. Spir. Cephal. Anhalt. compl. ʒj. Conſ. Alkerm. compl. ℈j. Pulv. cephal. Michael. & Marchion. ana ℈j. Lap Bezoard. occid. gr. v. ſacch. perlat. ʒiij. M. d. ad vitrum.* De *qua ſæpius unum alterumve cochleare ſumatur.* Et, ℞. *Pulv. cephal. Michael.* *Pot. Cephal.*
℈j. Aq. Ceraſ. nigr. ʒiß. Eſſent. caſtor. cum ſpir. vini extract. gutt. vij. M. f. potio unâ vice ſumenda. Externè, ℞. *Ung. d. althea, Martiat. Agripp. ana* *Ung pro collo, malis, ac temporibus.*
ʒiij. Ol. de caſtor. ʒij. M. f. Unguentum, quo mala, collum & tempora calide inungantur.

Die 16. Decembr ad reſolvendam materiam ſpaſmodicam, ſe- *Potio ſudorif.*
quens ſudoriferum dedi. ℞. *Rob. juniper. Elect. Diaſcord. Fracaſtor. Theriac. Androm. ana ʒj. aq. card. bened. ʒiß. Spir. cochlear. ℈ß. M. pro doſi unâ.*

Ad laxandam alvum, ℞. *Decoct. hord. ʒx. in quo diſſolv. Butyr.* *Clyſter. domeſt.*
rec. ʒiß. Ol. lini ʒj. vitell. ovor. num. 2. M. f. Clyſter domeſticus.

Die 17. Decembr. Clyſter hic circa veſperam fuit reiteratus. Et, *Eſſent. caſtorei, cum ſpir. vin. extract. ʒj. ſpir. beccabung. naſturt. ana ℈ß.* *Eſſent caſtor. cum ſpir. antiſcorbut.*
M. d. ad vitrum. Doſis guttæ 7. ad decem in aqua ſalviæ. Ac, ad humo- *Apozema laxatiß.*
res acri-ſalinos & ſcorbuticos eliminandos, alvumque apertam conſervandam. ℞. *Herb. majoran. Roriſmar. ſalv. nob. Beccabung. Naſturt. agrimon. cochlear. ſcolopendr. ana M℔. Rad. Garyophyllat. raphan. marin. ana ʒij. Angelic. ʒj. Bacc. lauri, juniper. ana ʒiß. Rhab. Monachor. ʒß. fol. ſen. Alex. ſ. ſt. ℈j. Gialapp. Agar. troch. Turpeth. elect. Polypod. querc. ana ʒij. Cinnam. acut. ʒj. ♀. alb. crud. ʒij. chalyb. c. ♁. præp. & in petia ligat. ʒiß. Sem. anis. fœnic. ana ʒß. M. & conciſ. f. cum linteo albo nodulus. cum menſura una ſemis hydromelitis, vel aq. mulſæ decoquendus. Doſis ʒv. ad vj. manè jejuno ſtomacho.*

Die 23. Decembr. ad reſolvendas & diſcutiendas mali reliquias ſeq. Electuarium diaphoreticum fuit præſcriptum. ℞. *Rob juniper. Elect. dia-* *phoret.*
ʒiß. Elect. Diaſcord. Fracaſt. ʒß. Theriac. Androm. ʒij. Syr. ſcelotyrb ʒß. M. f. Electuarium, de quo unâ vice nucis moſchatæ vel juglandis quantitas capiatur.
Et denique ad quævis heterogenea, vitioſosque humores, de quibus adhuc Patiens circa infimum ventrem & pubem conquerebatur, eliminandos, maximo cum emolumento talem potiunculam hauſit.

Pot. laxat ℞. *Pulv. rad. Jalapp. ℈ij. Diagryd. corr. gr. iij. Syrup. de cichor. c. Rhabarb. ℥j. Aq. meliſſ. pulegii ana ʒvj. M. pro unâ doſi. Cujus beneficio aliquoties dejecit, & ſic omnium ſymptomatum incommoda evanuerunt.*

Penes hæc dicta, bona ac conveniens Diæta fuit obſervata, quippe Patiens in hypocauſto calefacto fuit repoſitus. Cibi erant coctu faciles, bonumque ſuccum & ſanguinem generantes; Potus fuit Decoctum ex hordeo integro, Cornu cervi uſto, veronicâ, agrimoniâ, liquiritiâ, ficubus, paſſulis minoribus, ſemine aniſi & fœniculi paratum, quies & ſomnus fuit moderatus; alvus vel per ſe, vel arte reſpondebat naturæ; & animi fortiores motus refrenebantur. Quibus obſervatis, Patiens per Dei gratiam ex voto priſtinæ ſanitati fuit reſtitutus.

OBSERVATIONUM MEDICARUM DECADIS SECUNDÆ.

OBSERVATIO MED. I.

De Iſchuria lethali.

Caſus.

ANno 1696. die 10. Octobris, Vir prænobiliſſimus ac ſtrenuus, Dominus Georgius Carolus à Stuttenheim, ex nobili proſapiâ Saxonicâ oriundus, ac apud Ulmenſes Præfectus Vigilum primarius, ætatis ſuæ quadrageſimo primo, aliâs ſanguineæ complexionis, ac roſeæ vividæque faciei, ſed multoties nephritide divexatus, poſt fortiſſimam animi commotionem Iſchuriâ correptus eſt, ad quam tollendam laxativo aliquo à Pharmacopola petito, poſtea Oleo juni-

juniperino cum ſpiritu vini aliquoties uſus eſt; his autem nihil proficientibus, Medicum ſuum ordinarium accerſivit, qui ipſi varia remedia appropriata laxativa ac diuretica, quin etiam balnea & clyſteres, ſed omnia fruſtraneo ſucceſſu præſcripſit. His ergò in caſſum adhibitis, catheter ad educendam urinam in veſicam immiſſus, & penes illum ſuctio quoque penis ac meatus urinarii tentata eſt, quæ omnia nil quicquam profecerunt, nec ulla urina ex veſica evocari potuit. Quapropter Dn. Patiens ſummâ anxietate preſſus, ex deſiderio ſanitatis etiam chirurgi primarii Cæſarei Caſtrenſis manibus ſe expoſuit, cujus adhibita remedia interna & externa nil quicquam ſolatii attulerunt. Poſt hunc alius experientiſſimus Medicus in conſilium vocatus eſt, qui ipſi Arcanum Ludi Helmontii, ſed quoque irrito ſucceſſu; propinavit. Interea temporis acutiſſimi dolores indies cum dejectione virium ita exacerbati ſunt, ut Dn. Patiens eos vix amplius tolerare potuerit, tantoque cum impetu identidem vomere coactus eſt, ut oculi ex cavitatibus ſuis prominere viderentur, quæ materia per vomitum egeſta apertè & ſenſibiliter urinam redoluit. Durante morbo parum cibi aſſumſit, nullumque ciborum appetitum habuit. Dictis his ſymptomatibus convulſiones tandem ſupervenerunt, quibus ceſſantibus ad ſe quidem rediit, ſed poſtea viceſimâ primâ die decubitus, ſalvâ cum ratione inter preces adſtantium piè ac placidè obdormivit.

Cadaveris ſectio & inſpectio.

SEcto & aperto poſt obitum corpore, die 30. Octobris per inſpectionem deprehenſum eſt, renis dextri pelvim ſeu infundibulum uno calculo; ſiniſtri verò meatum tribus mediocris magnitudinis lapillis obſtructum, & totaliter occluſum fuiſſe, quorum poſteriorum unus rotundus, alter oblongus inſtar olivæ, tertius verò aſper fuit; In uretere ſiniſtro verſus veſicam itidem lapillus, piſi magnitudine, repertus eſt, qui viam urinæ arctiſſimè occluſit; Veſica verò vacua, inanis & collapſa fuit, quia ne guttula urinæ ex ſuperioribus viis ad ureteres, & ex iis ad eam penetrare potuit. Veſicula fellis inſignis

magnitudinis ob bilis copiam turgebat. Reliqua viſcera omnia optimè ac naturaliter conſtituta erant, ita, ut nil quicquam in iis deſiderari potuerit, quorum etiam adminiculo longiorem vitam ducere potuiſſet, niſi dicti lapilli in renibus urinæ viam occluſiſſent, & ſic huic viro nobili ac longiore vita digno, filum vitæ in flore juventutis per mortis ferociam reſecaſſent.

OBSERVATIO MED. II.

Vulnus femoris lethale.

Caſus.

ANno 1697. die 25. April. qui erat dies Solis, veſperi inter horam tertiam & quartam, Georgii Nieſſii, Ruſtici Langenavenſ. filia, nomine Scholaſtica, ætatis ſuæ decimo quinto, in ædibus Pauli Maderi, à Georgio Wingart, Sartore Neenſtettenſi, qui militis cujusdam gladium de pariete deſumptum denudabat, ac jocosè puellas præſentes eodem lædere fingebat, præter intentionem in interiori dextri femoris parte, tres digitos tranſverſos infra pudenda, ictim verſus ſuperiora ſauciavit, quo accepto vulnere illa ſtatim ex hypocauſto in aream auffugit, ibidemque in terram decidit, & ab aſtantibus in dictum hypocauſtum deportata, ſtatim animam ſuam exhalavit.

Vulneris inſpectio, ac dijudicatio.

EX mandato igitur Nobiliſſimi & Ampliſſimi Magiſtratus Ulmenſis, Ego & Joh. Bartholomæus Heckhing, Chirurgus Reip. Ulm. Ord. ſalariatus cadaver inſpeximus, ac deprehendimus, truncum venæ cavæ deſcendentem cum comite arteria tranſverſim abſciſſum, ſicque hanc puellam ob fuſiſſimam hæmorrhagiam & effuſos cum illâ Spiritus vitales tam brevi temporis termino mortis aleam ſubiviſſe.

OB-

OBSERVATIO MED. III.

Pes minor, cum carie Ossium, exulceratus, spinam ventosam minitans.

Casus.

PRænobilis quædam Matrona, in optimo Juventutis flore constituta, temperamenti phlegmatici, ante paucos annos, ob humorum acri-salinorum in corpore stabulantium, eorumque ad pedem minorem defluxionem, & hinc insecutam congestionem, & stagnationem in tubulis, fibrillarumque distorsionem sanguinis circulationem impedientem, tumore dolorifico divexata fuit, qui tumor à Chirurgo ordinario per emollientia & maturantia ad suppurationem promotus, ac ulcus post decentem mundificationem, sarcoticis ac epuloticis consolidatum fuit. Recrudescente autem post aliquod tempus morbo, præfatus chirurgus, ut materiæ purulentæ in parte affecta contentæ exitum pararet, cauterio potentiali usus est, quo mediante quidem cutis caroque subjecta erosa & aperta, ac pus eductum fuit, sed pars affecta & exulcerata, ob continuum humorum acri-salinorum affluxum nullam amplius consolidationem admisit, etiamsi multifaria remedia tam interna quam externa, thermæ, Unguenta, pulveres, emplastra, & hujus farinæ alia usurpata fuerint. Patiens tamen, his non obstantibus, pedi insistere ac ambulare potuit. Postea vero chirurgus quidam castrensis, à multis ob insignem experientiam chirurgicam celebratus, hanc curationem cum promissione sanitatis aggressus est, cujus tamem remedia, præsertim corrosiva, ex quorum numero

ro ſucceſſivè parti exulceratæ libram integram mercurii præcipitati inſperſit, infelici ſucceſſu adhibita fuerunt, ſiquidem Patiens poſt primum ſtatim applicatum emplaſtrum nec amplius ſtare, nec in hunc usque diem ambulare potuit. Parentes igitur optimi cum Marito fidiſſimo de hujus affectus curatione valdè ſolliciti, meum quoque hâc de re judicium ferre deſiderarunt, quibus per ſequens conſilium animi mei ſententiam exprimere non dubitavi.

Reſolutio.

Hic affectus principaliter à cachexiâ & vitio ſanguinis dependet, qui particulis heterogeneis acido-vitriolatis, viſcidis, & acri-ſalino-ſcorbuticis cum aliquali malignitate inquinatus eſt, qui humores vitioſi cum ſanguine circulando per totum corpus hactenus divagarunt, membra ejusdem hinc inde percurrendo obſederunt, & tandem pedem minorem per affluxum & congeſtionem occuparunt, ibidemque cutem cum ſubjectâ carne & oſſibus eroſerunt, præſensque malum induxerunt.

Curationis Requiſita. Ad hoc igitur malum impugnandum & exterminandum requiruntur, ut 1. Humores acri-ſalini & ſcorbutici per appropriata remedia leniter evacuentur. 2. Maſſa ſanguinea corrigatur, mundificetur, ejusque virtus balſamica in actum reducatur, erigatur, & roboretur. Et 3. bona ac laudabilis diæta obſervetur. Ad quem ſcopum bono cum Deo aſſequendum, ſequentia Remedia, ut ſperamus, opem & auxilium ſubminiſtrabunt.

Vin. medic. laxat. Et quidem 1. ad humores acri-ſalinos & ſcorbuticos per appropriata remedia evacuandos, confert ſequens Apozema. ℞. *Herb. fumar. Veron. Agrimon. ſcolopendr. Card. bened. cochlear. Naſturt. ana pj. Rad. Helleb. nigr. præp. Enul. camp. cichor. aua* ʒij. *Rhabarb. ver.* ʒß. *fol. ſen. el. ſ. ſt.* ʒj. *Agar. troch. Mechoac. nigr. Turpeth. Polypod. querc. ana* ʒij. *Cinnam. acut.* ʒj. ♀*ri alb. crud.* ʒij *ſem. anis. fœnic. ana* ʒß. *M. & conciſ. f. cum ſyndon. alb. nodulus cum* ℔ij. *&* ʒiiij. *aq. Mulſæ, vel tribus quartariis, id eſt* ʒxxx. *vel* ℔iij. *aq. font. &* ʒx. *vel* ʒxij. *vini albi decoquendus. De quo Patiens ſingulo manè jejuno ſtomacho* ʒv. *vel quartarium dimidium bibat.* Si Pilulæ placent, parentur ſequentes una vice deglutiendæ. *Pil. purg. & ſangu. purificant.* ℞. ☿*ii dulcif. Extr. panchymag. Croll. ana* ℈ß. *Mag. Gialapp. gr. vj. M. f. cum aq. ceraſ. nigr. pil. deauratæ num. xxj. certis temporibus repetendæ.* Fortiora remedia purgan-

gantia, quia in corpore magnam confusionem & agitationem sanguinis & humorum causari solent, omittantur.

2. Ad massam sanguineam corrigendam & purificandam, ac ab acri-salina & scorbutica acredine vindicandam. ℞. *Conserv. ros.* *Electuar. rubr. Borrag. Enul. camp. ana* ʒß. *Pulv. margarit. præp. Corall. rubr. præp.* *sanguin. purif.* *ana* ʒß. *Troch. de viperis* ʒß. *Syr. corall. q. s. pro condito. De quo duabus horis ante prandium & cœnam castaneæ vel juglandis quantitas sumatur.*

Si vero Patienti Pulvis magis arridet. ℞. *Pulv. viperar. Ital. in* *Pulv. sangu. renovans & purif.* *montibus Euganeis captar.* ʒj. *Spec. diambr. compl.* ʒj. *Lap. Bezoard. or.* ℈ß. *M. f. pulvis subtilissimus, de quo manè & vesperi* ℈j. *in brodio gallinæ sumatur, ejusque usus per 40. dies continuetur.* Vel, ℞. *Tinctur. auri antimoniat.* ʒj. *Tinctur. de qua M. & V. gutt. iij. in aqua cordiali, vel alio convenienti vehiculo capian-* *sang. purif.* *tur.*

Quod *Ulcus cacoethicum* concernit, illud ante omnia per Unguenta digestiva & mundificativa repurgandum, siq; cariosa & corrupta ossa reperiuntur, illa pro re nata aut *per pulveres appropriatos, videlicet pulverem aristolochiæ longæ, Ireos florent. Euphorbii,* ♃ *ii dulcif. Vel florum* ♀*ris, vel per se, per insperssionem, vel cum aqua plantaginis per impositionem, à carioſa corruptione vindicanda*, vel si totaliter ac substantialiter corrupta sunt, separanda & eximenda erunt. *Ulceris tractatio.*

Inter Unguenta mundificativa sequens non erit contemnendum. ℞. *Terebinth. venet.* ʒij. *vitell. ovor.* ʒj. *Croc. or. gr. iij. Thur. Mastich. ana gr. vj. Mell. ros.* ʒj. *Ung. Fusci Felic. Würzii* ℈ß. *Misce.* Post mundificationem, remedia siccantia, acredinem obtundentia, ac epulotica requiruntur. Exempli gratia. ℞. *Aloepat. sang. Drac. Æris ust. Thuris, Aristol. ana part. æqual. M. f. pulvis, ulceri inspergendus.* Ex Emplastris conferunt ea, quæ siccant, consolidant, ac cicatricem inducunt, qualia sunt, *Emplastrum de plumbo, diasulphuris Rulandi, de lapide calaminari, gryseum.* Quocirca benè notandum, quod omnia acria & corrosiva malum exacerbent & augeant. *Ung. mundificat.* *Pulv. epulot.* *Empl. siccant. carnemque generantia.* *Corrosiva in hoc affectu sunt fugienda.*

Quod Diætam concernit, Aer sit temperatus cibi coctû faciles, bonum succum ac sanguinem generantes, econtra omnes cibi crudi, acidi, salsi, acres, &c. evitentur. Potus sit sequens. ℞. *Scob. lign. sassafr. Lentiscin. Guajac. Rad. chin. ana* ʒß. *Cinnam. opt.* ʒij. *Sem. anis* ʒj. *CC. præp. Ocul.* ♋. *præp. ana* ʒiß. *M. f. pulv. gross. cui add. passul. min.* ʒß. *M. De quibus speciebus cochleare unum majus in urceo benè tecto cum mensura unâ aquæ fervidæ infundatur, ac refrigescere sinatur.* In mensâ potiuncula vini albi Nicarini vel per se, vel cum dicta infusione permixta, est concessa. Cœterum Patiens quieti indulgeat, modicè dormiat, alvum *Diæta.* *Potus Ord.*

naturaliter apertam teneat, ſibique ab omnibus gravioribus fortioribusque animi pathematibus caveat. Exarab. die 5. Septembris 1697.

OBSERVATIO MED. IV.

Paſſio Iliaca, cum inteſtinorum inflammatione, & motu inteſtinorum periſtaltico inverſo, lethalis.

Caſus.

ANno 1697. die 27. Octob. ad Theodorum Moſerum, virum quadraginta annorum, & ſaltuenſem vocatus ſum, qui jam dudum per ſex ſeptimanas decubuit, & de intolerabili ardore circa lumbos, continuis ventriculi ructibus, oris amaritudine, omnium ciborum per vomitum rejectione, & totius corporis atrophia conqueſtus eſt, cui ipſius mater vinum medicatum paravit, ac regio lumborum, variis medicaſtris ſic ſuadentibus, unguentis refrigerantibus ſed ſine ullo levamine, inuncta eſt.

Curatio.

Syr. Emet. REbus ergò ſic ſtantibus, ob oris amaritudinem, quæ præſentiam bilis indicabat, ipſi de *Syrupo emetico Angeli Salæ* ℥j. ordinavi, quo mediante magna bilis quantitas, cum conſolatione patientis egeſta eſt. Et quia per aliquot dies alvi conſtipatione contumaciſſima laborabat, nullumque catarcticum penetrabat, iccircò ei tale Enema applicatum fuit. ℞. *Spec. decoct. carminat.* ℥iß. *pulp. colocynth. in petia ligat.* ℥vj. *M. f. decoctio cum brodio carnis q. ſ. colatur.* ℞. ℥viij. *in qua diſſolv. Syr. Emet. Ang. ſal.* ℥ij. *Elect. diacathol.* ℥j. *ſalis gemmæ* ℥iij. *Mell. roſat. ſolut.* ℥iß. *Terebinth. Venet. cum luteo ovi unius ſolut.* ℥iij. *M. f. Clyſter. Cujus beneficio feces inparva quantitate egeſtæ ſunt.* Cum autem poſt hujus uſum alvus iterum clauſa maneret, illa ſequenti clyſtere bis repetito, non ſine effectu & eductione fecum recluſa fuit. ℞. *Herb.* 5. *emoll. chamomill. Verbaſci, ſummit. aneth. ana* Mß. *ſem. lini* ℥ß. *decoct. hord. q. ſ. fiat l. a.*

Enema.

Clyſter emoll. & dolor. ſedans.

l. a. ebullitio, colatur. ℞. ℥vj. *in qua diſſolv. Elect. lenitiv. Florenz. diacathol. ana* ℥j. *Ung. clyſmat.* ℥j. *Axung. anſer. gallin. anatis ana* ʒvj. *vitell. ovorum.* 2. *M. f. Clyſter.*

Quia vero ardor intenſiſſimus circa lumborum regionem non remittebat, alvusque clyſteribus adjuta naturæ non reſpondebat, ac ventriculus ob conſenſum cum inteſtinis ſemper nauſeabundus permanebat, omnemque cibum vomitu rejiciebat, iccircò ad alterandum & refrigerandum calorem præternaturalem, & reſeranda inteſtina, die ſolis, trigeſimo primo Octobris, Patienti ☿ii vivi ℥vj. in Oleo lini ſine igne expreſſo, propinatæ, & quotidiè bis *Clyſteres domeſtici, ex lactis vaccini vel decocti hordei Unciis decem, Ol. lini* ℥ij. *cochleari uno butyri, duobus vitellis ovorum, & ſalis pauxillo parati, applicati fuerunt*, quibus adhibitis, ſequenti die ſabbathi, qui erat ſextus Novembris, ☿ius vivus cum fecibus alvi copioſiſſimis ſanguinolentisſtriis permixtis, per ſeceſſum excluſus fuit, quo facto, ardor moleſtiſſimus circa lumbos totaliter remiſit. Poſt dictam ☿ii vivi & fecum exonerationem, ſæpius alvus ſponte, non ſine inteſtinorum dolore, ſoluta eſt, qui dolor per dictos injectos clyſteres oblinitus fuit. *Mercurius vivus. Clyſter. domeſt.*

Contra ſingultum, qui ipſum quoque divexabat, internè ſequentes pilulas deglutivit. ℞. *Theriac cœleſt. gr. iij. Extr. laudan. opiat. incompl. gr. j. M. f. pil. num. iij. vel cum aq. confort. perlat. Offic.* ℥ß. *potiuncula.* Externè, regioni ventriculi *cataplaſma ex fermento, quo piſtores ad panem ſubigendum uti ſolent, pulvere nucis moſchatæ, & theriaca paratum, applicatum fuit.* *Pil. contr. ſingult.* *Cataplaſm. contr. ſingult.*

Penes dicta remedia patienti etiam varia confortantia cordialia & ſtomachica ordinata fuerunt; ſi vero aliquid minimam ſaltem acredinem vel aciditatem habuit, ſtatim inſignem exindè moleſtiam cum dolore ſenſit. Potus ordinarius ex ſequentibus ſpeciebus conſtabat, quem præ aliis tolerare potuit. ℞. *Scob. ligni lentiſcin. ſantal. citrin. Rad. chin. ana* ℥ß. *Cinnam. opt. liquirit. ana* ʒij. *Sem. anis* ʒj. *CC. præp. Ocul.* ♋. *præp. ana* ʒiß. *M. f. pulv. groſſus, cui add. Paſſul. min.* ℥ß. *De his ſpeciebus cochleare unum majus in olla bene tecta cum menſura una aq. fervidæ infundatur, & refrigeſcere ſinatur.* *Confortantia.* *Spec. pro pot. ord.*

Poſt hæc dicta adhibita remedia dolores totius corporis partim inſigniter liniti, partim ſublati fuerunt, ventriculus cibos retinere potuit, & optima reconvaleſcentiæ ſpes apparuit. Sed die 11. Novembris ex inopinato & velociſſimè res in deterius mutata eſt, ubi patiens ingentem quantitatem bilis porraceæ evomuit, quem vomitum lipothymiæ crebriores cum ſudore frigido, & algore totius corporis ſecutæ ſunt, quibus ſupervenientibus ob debilitatem caloris nativi pericu-

riculoſiſſimis ſymptomatibus, tandem die Veneris, 13. Novembris ſuccubuit, ac media nocte vitam cum morte mutavit.

OBSERVATIO MED. V.

Febris maligna, cum pleuritide ſpuria, lethalis.

Morbus.

ANno 1697. die 4. Novembris Eliſabetha N. Decurionis Ulmenſis Conjux, ætatis 34. ex præcedentibus vehementioribus animi commotionibus & facto itinere, cum crebrioribus vomitibus, horrore, inſequenti totius corporis exæſtuatione, ac pleuritide vagâ ſpuriâ, præſertim in ſiniſtro latere, verſus regionem lienis, correpta eſt, quibus dictis tremor membrorum, calor præternaturalis febrilis, capitis & ſtomachi dolor, &c. acceſſerunt.

Curatio.

CUi ſtatim in morbi principio internè potiunculam laxativam bono cum ſucceſſu, ac poſtea varia ſpecifica, antifebrilia, cordialia, ſudorifera, & confortantia cum aquis & pulveribus bezoardicis ac præcipitantibus mixta. Externè vero Emplaſtra ſtomachica & ſplenetica, aquæ odoriferæ, noduli, ac balſama propinata, adhibita, & applicata, fuerunt.

Quibus omnibus in caſſum adhibitis remediis morbus ſingulis quaſi horis incrementum ſumſit, è contra vires ob oppreſſos & reſolutos ſpiritus vitales & frequentiores lipothymias ante & poſt motos ſudores totaliter proſtratæ fuerunt, quod etiam pulſus debilis ac celer cum tremore cordis ſatis ſuperque indicarunt. Ungues manuum ac pedum, ut & lingua nulla duritie correpta, ob gangrænoſam totius maſſæ ſanguineæ corruptionem & putredinem inſigni nigredine tinctæ

ctæ fuerunt, & reſpiratio fuit difficilis, mens tamen ſemper ſalva conſtabat, quibus omnibus mors finem impoſuit, ac dicta Patiens die 12. Novembris, qui erat criticus & ſeptimus decubitus dies, hora ſecundâ pomeridianâ ex hâc miſeriarum valle ad Jubilæa cœleſtia emigravit.

OBSERVATIO MED. VI.

Uteri procidentia, ex ligamentorum laxitate.

Caſus.

ANno 1697. Matrona quædam prænobilis, in optimo juventutis flore conſtituta, & cui menſes ordinatè fluunt, de gravitate ponderis in hypogaſtrio verſus inteſtinum rectum, ac ſi uterus & inteſtina è ſua ſede deorſum decidiſſent, conqueſta eſt, cui laſſitudo corporis ac membrorum, præſertim verò pedum, cum aliquo angore & triſtitia acceſſit, quæ ex deſiderio ſanitatis conſilium & auxilium meum expetiit, cujus morbum Uteri procidentiam ex ſignis diagnoſticis nominare non dubitavi.

Morbi Reſolutio.

CAuſa ejus eſt humorum, præſertim pituitoſorum, à cacochymia ac vitioſa ſanguificatione provenientium, affluxus ad uteri ligamenta, quibus mediantibus lubrica, laxiora, longiora & quaſi extenſa facta ſunt, ac per intemperiem humidam, peritonæum, præſertim eâ parte, qua etiam utero alligatur, in conſenſum traxerunt. *Cauſa.*

Peccant autem aliâs humores vel ſubſtantiâ, ſi nimis tenues & ſeroſi ſint; vel quantitate per congeſtionem & ſtagnationem; vel qualitate & motu, quibus uterus ſtimulatur, & ad exitum invitatur. Wedelius. Affectus hic ex eo cognoſcitur, quod ſenſim generetur, & minore cum dolore affligat. *Signa diagnoſtica.*

Curatio. Curatur longo tempore, inprimis in adultioribus, per phlegmagoga, pilulas de hiera, agarico, aggregativas, indas, cochias, Rhabarbarum. &c. Vomitio frequens multò utilior quibusdam videtur, quia non ſolum pituitam vacuat, ſed etiam uterum ſurſum trahit; Quæ vero mihi ob vehementem corporis commotionem ac concuſſionem ſuſpecta videtur, cum notum ac compertum ſit, vomitum non rarò puerperas à ſecundinis per expulſionem liberaſſe.

Purgantia autem debent eſſe mitiora, ne vehementi ſua operatione Uteri procidentiam magis promoveant, & humorum copiam ad partem affectam depellant.

Pulv. purg. Dictæ ergò Patienti ſequentia ad expurgandos peccantes è corpore humores ordinavi. ℞. *Pulv. rhabarb. veri & ſelect.* ʒiiß. *Myrobalanor. citrin.* ʒß. *M. f. pulvis unâ vice ſumendus.*

Vin med. laxat. Et, ℞. *Herb. abſynth. Card. bened. Meliſſ. Majoran ſalv nob. menth. criſp. ana* Mß. *Rad. fœnic. calam. arom. garyophyllat. ana* ʒij. *Angelic. Leviſtic. ana* ʒj. *Rhabarb. ver. & ſelect.* ʒß. *ſol. ſen. el. ſ. ſt.* ʒvj. *Jalapp. Agar. troch. Turpeth. opt. ana* ʒij. *Tartar. alb. crud.* ʒij. *Cinnam. opt.* ʒiiij. *M. conciſ. & contuſ. f. cum Syndone albo nodulus, cum* ℔ *v. vini albi Nicarini infundendus. De quo Patiens ſingulo manè jejuno ſtomacho* ℥vj. *ebibat.*

Electuar. adſtring. Purgato corpore internè etiam conveniunt adſtringentia, in quem finem ſeq. Electuarium præſcripſi. ℞. *Rob. acaciar. de cornis ana* ʒvj. *Corall. rubr. præp. Pulv. rad. tormentill. ſpodii præp. ana* ʒj. *Syr. myrtin.* ℥ß. *M. f. Electuarium molle. De quo ſæpius nucis moſchatæ quantitas capiatur.*

Remed. adſtring. In adſtringentium numero etiam ſunt *Rad. tormentill. herb. beton. herniar. piloſell. plantag. bellid. agrimon. ſanicul. flor. hyperic. balauſtia, ſem. 4. calida majora, cort. granat. aurant. Cinnamomum*, &c. Ex quibus variæ remediorum adſtringentium formulæ parari poſſunt. Exempli gratia. ℞. *Rad. thapſi barbati,* ʒij. *fol. myrti, ſem. paſtinac. domeſt. ana* ʒj. *Raſur. CC.* ʒß. *Ciner. Oſtraceor. vel conchar.* ʒj. *Corall. rubr.* ʒij. *M. f. pulvis.* Platerus, & Riverius. Vel, ℞. *Fol. lauri, myrtill. ana* ℥ß. *ſem. paſtinac. domeſt.* ʒiij. *macerentur. & coquantur cum vino generoſo. Doſis ad* ʒiiij. *repetenda.* Quercetanus. Vel, ℞. *Ocul.* ♋. *præp. Rad. Zedoar. ſem. paſtinac. domeſt. ana* ʒj. *Nuc. moſcb.* ʒß. *Myrrh.* ʒj. *bacc. laur.* ʒß. *CC. uſt.* ʒj. *M. f. pulvis, dandus ex vino rubro adſtringente.*

Topica. Externè, conferunt ea, quæ adſtringendi ſiccandique vim obtinent, qualia ſunt, Emplaſtra circa lumbos & inguina, Unguenta, fomenta, balnea, ſuffitus, & ſimilia. Exempli gratia. ℞. *Bol. armen. Terr. ſigill. Sangu. Dracon. Corall. rubr. Spodii, Santal. citrin. ana* ʒij. *Acac. thur. maſtich. ana* ʒß. *Terebinth. ceræ ana* ℥j. *Ol. myrtin.* ʒij. *M. f. l. a.*

Emplaſtr. adſtring.

Empla-

Emplaſtrum. Vel ℞. *Rad. biſtort. rad. cyperi. herniar. uſneæ. ana* ʒj. *flor. roſar. rubr. balauſt. ana* ʒß. *gallar. vel cort. granat. vel capul. gland.* ʒij. *nuc. cupreſſ. oſſium. dactyl. vel myrobolan. uſtor. ana* ʒj. *ſem. myrtill.* ʒß. *thur. vel maſtic. acac. vel ſucc. hypociſtid. ana* ʒj. *Spicæ* ʒß. *Corall. rubr.* ʒj. *M. f. pulvis ſubtiliſſ qui excipiatur Ol. myrtin. vel myrtill. aut maſtich. addendo tert. part. Ol. laurin. reſinæ liquid. alicujus & ceræ, q ſ. f. Unguentum vel addita reſina ſicca, pice, & colophonia ſ. Emplaſtrum. Bonettus.* Vel, ℞. *Cerat. ſantalin. Ung. roſar. comitiſſ. ana* ʒvj. *Ol. nymph. & viol. ana* ʒij. *Camphor.* ℈ß. *M. f. Unguentum, quo renum & lumborum regio manè & veſperi inungatur.* *Aliud.* *Unguent. adſtring.*

Præter hæc, etiam conveniunt roborantia, & quæ ſenſibiliter per ſudores, aut inſenſibiliter per halitum corpus exiccant, ut ſunt *thermæ, laconica, decoctum ſudoriferum ex Guajaco & ſaſſafras; ſemicupia vel fotus ex ſalvia, origano, Majorana, thymo, matricaria, tanaceto, abſynthio, ruta, cypero, calamo aromatico, decoctis in aqua fabrorum, & ſimilia. Primoſius.* *Roborantia, & diaphoretica. Thermæ.*

Commendatur quoque Balneum, vel thermæ naturales, vel artificiales. Et quidem aquæ naturales thermarum atramentoſæ, aluminoſæ, ſalſæ, vel in quarum ſtillicidio tophi multi gignuntur, cumque decoquuntur, multum calcis adhæret, ad menſem, vel ultra, ut ſolent, continuatæ plurimum ſæpè proſunt, inter quæ Thalfingenſes & Crumbacenſes maximè probantur, cum licet madore ſuo humectare videantur, tamen non ſolum potentia, ſed & ſudores movendo, humoresque abſumendo exiccare eas tandem & adſtringere effectus doceat, atque corrugatio cutis & aſperitas, quæ inde ſequitur, ſatis oſtendant. Platerus.

Dictæ noſtræ Patienti ego ſequentes ſpecies pro balneo præſcripſi. ℞. *Herb. menth. puleg. Origan. hyperic. rutæ, meliſſ. ſerpill. Salv. majoran. lavendul. ana Mj. Nuc. cupreſſ. roſar. rubr. Spic. nard. cort. granat. capular. gland. ana* ʒj. *Meſpil. immatur. Acac. ana Mj. ſcob. Lign. juniper. Guaj. ana* ʒiiij. *ſalis* ☉*ri, communis ana* ℔ß. *alum. roch.* ℔j. *M. & conciſ. d. ad chartam.* *Species adſtring. pro ſemicupio.*

Pro fomento, hiſce ſpeciebus uſa eſt. ℞. *Nuc. cupreſſ. Roſar. rubr. ſpic. nard. cort. granat. flor. balauſt. capul. gland. ana* ʒß. *Meſpil. immatur. acac. ana Mß. M. inciſ. & contuſ. coq. cum vino rubro, quod inſtilletur lateri ignito, fumusque ſinu muliebri ac ano excipiatur.* *Foment. adſtring.*

Uterum quoque firmant *inceſſiones ex decocto balauſtior. nucum cupreſſi, acac. baccar. myrti, Cortic. pini, quercus, thuris, ac flor. ſtœchados, fol. meſpilor. ſymphyti, rubi, malicorii, &c. quibus etiam alumen crudum addi poteſt. Rodericus à Caſtro.* *Spec. pro inſeſſu.*

Sed

Cautela in adhibend. adſtringentib.

Sed dicta adſtringentia medicamenta interna & externa cautè ſunt uſurpanda, ſi menſtrua ſtatis temporibus adhuc profluant, ne ſupprimantur, & graviora inde mala oriantur.

Tempus autem hujuscemodi remediis magis idoneum eſt, ubi fluxus menſium præteriit, teſte Riverio.

Diæta.

Quod Diætam concernit, Aer ſit calidior & ſiccior, victus ratio tenuis & exiccans, vitatis ſemper humidis, cibi ſint calidi & ſicci, adſtringentes, euchymi, potius aſſi quam elixi, minimè craſſi aut flatulenti. Potus ſit Decoctum ſaſſafras, Guajaci, Cinnamom. Chinæ; vel vinum aqua chalybeata, aut decocto Coriandri dilutum, alvus ſit aperta, ac patiens in ſumma corporis & animi quiete contineatur. Exarab. d. 7. Januar. 1698.

OBSERVATIO MED. VII.

Puer ab acceptis plagis Convulſionibus correptus.

Caſus.

ANno 1697. in Pago Rammingen, tempore vernali, cum frumentum in agris venuſtate ſua omnium oculos delectaret, exoptatamq; meſſem promitteret, Puer duodecennis, cui cura anſerum paſcendorum demandata erat, ex negligentia anſeres in agrum frumento fertilem extravagare, ibidemque roſtris fruges demetere permiſit, quos Ruſticus proprietarius ibidem paſcentes deprehendit, & iracundiâ commotus pueri dorſum baculo flagelli inverſo ſtipavit, per quas acceptas plagas puer terrore perculſus mortui inſtar in terram decidit, ac in ædes parentum deportatus, mentis alienatione, convulſionibus, ac lipothymiis correptus eſt.

Curatio.

Curatio.

AD quem ego vocatus, ipsi ad revellendos, discutiendos, derivandos vapores humoresque caput petentes, talem clysterem repetitis vicibus applicare curavi. ℞. *Herb. betonic. salv. Rorismar. flor. chamomill. summit. aneth. ana Mß. Rad. pœon. ʒij. M. f. cum decocti hordei sufficienti quantitate ebullitio. colatur.* ℞. *ʒv. in qua dissolv. Elect. lenit. Florenz. Diacathol. ana ʒß. Mell. rosat. colat. ʒj. vitell. ovi unius, salis pauxillum. f. Clyster.* *Clyster.*

Postea de sequenti aqua cephalica confortante, simul & epileptica identidem cochleare unum vel alterum deglutivit. ℞. *Aq. confort. offic. perlat. cerasf. nigr. flor. tiliæ, pœon. ana ʒj. hirund. cum castor. epilept. Lang. ana ʒß. Cinnam. stillat. ʒij. Pulv. Marchion. epilept. Cinnab. nativ. præp. ana gr. xv. lapid. Bezoar. occid. gr. v. sacch. perlat. ʒiij. Misce.* *Aq. cephal. & Epilept.*

Vertici, naribus, & temporibus *Balsamus apoplecticus crollii, cum balsamo majoranæ, & succini, nec non castoreo mixtus, fuit illitus.* Nucha & spina dorsi *oleo lumbricorum, rosarum & chamomillæ, invicem mixtis M. & V. calidè inuncta fuit.* *Balsam. cephal. Ol. nuchæ, collo, & Spin. dors. illinend.*

Quia vero nihilominus continua inquietudine & crebrioribus convulsionibus divexabatur, iccircò ipsi è vena mediana dextri brachii ʒij. sanguinis per phlebotomum educere curavi, sequentemque pulverem epilepticum, manè & vesperi ℈j. quantitate in aqua ceraforum nigrorum sumendum præscripsi. ℞. *Succin. alb. præp. Margarit. præp. Corall. rubr. præp. Pulv. epilept. mirab. Mynsichti, pulv. Marchion. epilept. ana ℈j. Cinnab. nativ. præp. Cinnab. ♂ ii. ana ʒß. fol. ⊙. num. j. M. f. pulvis.* *Ven. sectio.* *Pulv. epilept.*

De cœtero, aer fuit temperatus; cibi euchymi; Potus, Decoctum CC. hordei integri, ficuum, passularum, liquiritiæ, seminis anisi & fœniculi; alvus fuit aperta; somnus cum quiete, quantum possibile, procurabatur; ac mœror & tristitia consolationibus ac promissionibus mitigabantur. Quibus dicto modo adhibitis, puer ad se rediit, pristinamque bonam valetudinem recuperavit. *Diæta.*

OBSERVATIO MED. VIII.

Puer ex dentitione convulsionibus spasmodicis, salvâ tamen semper ratione, divexatus.

Caſus.

ANno 1697. tempore æſtivo, Mercatoris Ulm. cujusdam Filius, duodecim annorum, cui dentes molares poſteriores per tubercula gingivarum erumpere morabantur, in affectus principio pedum ſpasmodicam contractionem, acſi pedes decurtarentur, eosque non extendere poſſet, ſenſit, qui, præſertim circa articulos, ſpiritu lumbricorum, & ſpiritu paralytico Mynſichti, invicem mixtis, nec non medullâ cervina, in formam linimenti cum vino malvatico ſubactâ, inuncti fuere. His vero non attentatis, malum indies crevit & invaluit, ac non ſolum pedes, ſed etiam brachia, imò & ipſum caput ac cerebrum occupavit, ita ut Patiens continuis motibus ſpaſmodicis & convulſivis correptus, linguam, maxillam inferiorem, & reliqua membra ſemper hinc inde agitare coactus fuerit. Quibus tandem loquelæ interruptio acceſſit, ita, ut non niſi balbutiendo unum vel alterum verbum inarticulatè proferre potuerit. Quocirca benè comedit, & viribus conſtitit, quæ naturæ robur indicabant.

Curatio.

QUare vocatus ad materiam peccantem in capite, nervoſis ac muſculoſis partibus reſolvendam ac diſcutiendam *ipſi internè ſpiritus ♀ri, cum ſpiritu cephalico Anhaltino permixtus, manè & veſperi guttatim in ſequenti aqua cephalica exhibitus*, ſed etiam *vertex capitis, & nucha ſpiritu ceraſorum nigrorum, lilior. convallium, & cephalico Anhaltino, invicem mixtis*; ſpina vero dorſi *Unguento nervino, & oleo terebinthinæ inuncta fuère*. Aqua *Aq. cephal.* vero cephalica internè cochleatim ſumenda fuit talis. ℞. *Aq. Ceraſ. nigr. flor. tiliæ, pœon. meliſſ. ſ. ana* ℥j. *Epilept. Lang. Hirund. cum caſtor. ana* ʒß. *ſpir. Ceras. nigr. lilior. convall. cephal. Anhalt. inc. ana* ʒij. *pulv. March. Margarit præp. ana* ℈j. *Lap. Bezoar. Or. gr. v. Conf. Alkerm. incompl.* ʒß. *ſacch. perlat.* ʒij. *Miſce.*

Externè, ſequentes ſpecies pro duabus cucuphis in vino decoquendis capiti ſæpius calidè applicandæ fuerunt ordinatæ, quæ etiam optimè

optimè conduxerunt. ℞. *Flor. rosar. rubr. lavendul. Herb. bethon Menth. Meliss. Majoran. Rorismar. Puleg. Salv. ana Mj. Cortic. Citr. Cinnam. Macis, Garyophyll. ana* ʒß. *Nuc. mosch.* ʒj. *Sem. Coriandr. nigell. ana* ʒij. *M. & concis. f. c. syndone albo cucuphæ duæ interpassatæ.* Anteriori parti colli, ubi nervi recurrentes descendunt, iterumque recurrunt, bis in die sequens sacculus in vino decoctus calidè fuit per horam superligatus. ℞. *Flor. betonic. salv. rorismar. primul. veris, summitat. majoran. hyperic. centaur. ana Mß. flor. rosar. rubr. Ivæ arthetic. ana Mj. gran. juniper.* ʒij. *incid. & contund. omnia grosso modo, postea indantur sacculo ejus magnitudinis, ut anteriorem partem colli ad sternum usque cooperire possit.* Emplastrum quoque vertici capitis applicatum laude sua non caruit. ℞. *Empl. d. Tacamahac.* ʒij. *malax. cum Oleo majoranæ, extendatur super alutâ magnitudine Imperialis, & dictæ parti imponatur.*

Cucuphæ cum vino capiti calidè applicandæ.

Sacculus collo superligandus.

Emplastr. vertici capit imponend.

Quod Diætam attinet, aer fuit temperatè ad calidum inclinans, cibi euchymi, Cinnamomo, Majoranâ, nuce moschatâ, & macere conditi. *Potus Decoctum ligni sassafras, Radicis chinæ, Cinnamomi, seminis anisi, CC. præparati, Oculor.* ℔. *cancror. præparatorum & passularum.* Cœterum, quieti indulsit; alvus respondebat naturæ; ac animi motus erant moderati. Quibus adhibitis remediis, postquam circa quadrantem anni decubuerat, convaluit, pristinamque bonam suam valetudinem, Dia favente gratia, recuperavit.

Diæta.

Pot. ord.

OBSERVATIO MED. IX.

Melancholia hypochondriaca, cum loquelæ interceptione.

Morbus.

ANno 1697. mediâ æstate, Adolescens quidam optimæ conditionis ac ordinis, per aliquod temporis intervallum mœrore & tristitia prèssus, ac solitudinem amans, varias erroneas cogitationes animo secum volvens, iisdemque habenas laxans, aliorumque conversationes abhorrens,

& lecto ſuo duos vel tres libros ſuperimpoſitos habens, ex iisdemque neſcio quid, meditans, nonniſi ad prandium vel cœnam vocatus è lecto ſurrexit, vel ex hypocauſto ſuo ad domeſticos prodiit. Cum autem alio quodam tempore pro recepto more ad menſam vocatus non compareret, à ſuis conſanguineis quæſitus, clauſis oculis in lecto cubans & loquelâ deſtitutus inventus eſt; quibus ad varia interrogata nil, *niſi ita, vel non,* & cum etiam Dn. Paſtor de ejus conſtitutione, vel quali morbi genere laboraret, ſciſcitaretur, ſe id profecto neſcire, reſpondit; Et quia etiam cibos averſaretur, à Domino Paſtore perſuaſus duo vel tria cochlearia alicujus juſculi aſſumſit, de cœtero nil prorſus comedere voluit. Nonnunquam pollices manuum arctiſſimè clauſit ac compreſſit, non aliter, ac ſi convulſionibus tentaretur A me quæſitus, an capitis dolorem pateretur, ita, reſpondit, ad alias verò quæſtiones propoſitas loqui quidem ſibi propoſuit, ſed verba ob titubantem linguam haud exprimere potuit. Pulſus fuit ſanorum ſimilis, & æqualis, facies verò livida, oculi tenebricoſi, & quoties è lecto ſurgere tentabat, quorſum progredi vellet, neſciebat. Ex quibus circumſtantiis facilè colligere licuit, quod Patiens mentis alienatione laboret, & ſibi ſolus, ad evitandum majus malum, non relinquendus ſit.

Morbi definitio.

Cauſa. QUod autem Definitionem hujus morbi concernit ille melancholiæ hypochondriacæ nomine rectè indigitatur, quæ ab humore atrabilario & aduſto, quin etiam ab obſtructione venarum meſaraicarum ramorumque venæ portæ circa regionem lienis ſuam originem habet, unde Spiritus animales à vaporibus tenebricoſis & melancholicis obnubilantur, perturbantur, & inquietantur, falſaque & melancholica phantaſmata ex falſis objectis phantaſiæ imprimuntur. Quocirca etiam præcedentes fortiores animi affectus, ut cauſæ antecedentes & procatarcticæ conſiderandi veniunt, qui huic affectui non levem anſam & occaſionem præbuerunt.

Curatio

Curatio autem hujus morbi 1. materiæ atrabilariæ per mitiora melanagoga expurgatione. 2. Vaporum humorumque caput petentium revulsione & derivatione. 3. Viarum obstructarum reseratione. 4. Partium affectarum roboratione. Et 5. Convenientis Diætæ observatione absolvitur. *Curationis requisita.*

Itaque 1. ad materiæ atrabilariæ expurgationem. ℞. *Mass. pil. ♀ear. Quercet. ℈j. Magist. Gialapp. gr. vj. M. f. c. Tinct. ♀ri pil. num. xx. obauratæ, ac una vice deglutiendæ.* Vel, ℞. *Confect. Hamech. Elect. diacathol. ana ʒiij. Extr. helleb. nigr. gr. v. Diagryd. corr. gr. iij. Aq. scolopendr. ʒij. M. f. potio una vice sumenda.* Vel ℞. *Herb. scolopendr. chamædr. fumar. capil. ♀. borrag. buglos. ana pj. Rad. 5. aperient. maj. ana ʒj. garyophyllat. helen. ana ʒij. cort. tamarisc. fraxin. ana ʒij. citr. ʒj. flor. 4. cord. ana pj. Rhab. ʒß. fol. sen. el. s. st. ʒj. Turpeth. elect. Agar. troch. Gialapp. polypod. querc. ana ʒij. passul. min. ʒß. cinnamom. acut. ʒj. ♀ri alb. crud. ʒij. chalyb. c. ♎. præp. & in petia ligat. ʒiß. sem. anis. fœnic. ana ℈j. Macis ℈ß. M. & concis. f. cum synd. alb. nodulus, in seri lactis caprini, vel aquæ mulsæ libris quinque decoquendus Dosis, singulo manè jejuno stomacho Unciæ quinque vel sex.* *Remedia. Pil. purg. Potio melanagoga. Nodulus laxat.*

2. Ad materiæ peccantis revulsionem, conferunt Venæsectiones, Fonticuli, Hirudinum applicatio, &c.

3. Ad viarum obstructarum reserationem, ℞. *Crem. ♀ri, Crystall. ♀ri ana ʒij. Spir. salis coagulat. salis tamarisc. fraxin juniper. ana ʒß. Ol. macis ℈ß. M. f. pulvis, De quo horâ unâ ante prandium, & vesperi duabus ante cœnam, quantum cultri cuspide capi potest, in brodio carnis sumatur.* Vel, ℞. *Tinct. ♀ri rectif. ʒiß. d. in vitro. Dosis, gutt. 30. manè jejuno stomacho in convenienti vehiculo.* Vel, ℞. *Tinct. Melampod. D. Dürrii ʒij. Elix. aperit. Clauder. ʒj. M. d. ad vitrum. Dosis, gutt. 15. 20. vel ultra, M. & V. in brodio carnis, vel alio convenienti vehiculo.* In hunc finem conferunt etiam *Acidulæ Egeranæ, Deinacenses, Göppingenses, Uberkingenses, Jebenhusanæ* &c. quæ non solum viarum obstructiones reserant, sed etiam humores noxios expurgant. *Pulv. splanet. & aperitiv. Tinctur. aperitiv. Alia. Acidulæ.*

4. Ad partium affectarum alterationem & roborationem. ℞. *Conserv. borrag. buglos. rosar. Elect. chalybeat. ana ʒj. Nuc. mosch. cond. ʒj. spec. lætif. Gal. ℈ij. Gran. paradys. Garyophyll. ana ℈ß. Syr. borrag. ʒß. M. De quo interdiu aliquoties castaneæ quantitas sumatur.* Vel ℞. *Aq. splenet. Mynsi. vel Schröder. ʒiiij. Spec. lætif. Gal. Margarit. præp. Corall. rubr. præp. ana ℈j. Essent. croc ℈ß. sacch. perlat ʒij. M. Dosis, cochleare unum vel alterum, sæpius repetendo.* *Electuar. alter. & corrob. Aq. splenet.*

Quod Diætam concernit, Aer sit temperatus; Cibi euchymi, vitentur crassa, cruda, coctu difficilia, fumo indurata, &c. Potus sit *Diæta.*

Potus ord. *Decoctum Rad. chinæ, Cinnam. paſſular. min. CC. Ocul. ☉. & ſem. aniſi vel per ſe, vel cum vino mixtum.* Motus & ſomnus ſit moderatus. Alvus teneatur aperta, & vitentur fortiora animi pathemata.

OBSERVATIO MED. X.

Luxatio ſpinæ dorſi, lethalis.

Caſus.

ANno 1695. die $\frac{10}{20}$. Maji, Joſephus Kramer, Ruſticus & ſubditus Orſenhuſanus, corpore robuſtus, triginta annos habens, quercum inſignis altitudinis conſcendit, ibidemque pullos avium è nido capere ſibi propoſuit, qui vero ex alto in terram decidit, totum corpus validiſſime concuſſit & conquaſſavit, ac vertebras ſpinæ dorſi luxavit, unde partes corporis inferiores ab umbilico usq; ad pedes ſenſu ac motu privatæ ſunt, pectusque cum dorſo valdè intumuit, & fruſtra tentatâ repoſitione, variisque in caſſum adhibitis remediis, poſt aliquot ſeptimanas vitam cum morte mutavit.

SCHOLION.

Quot modis ſpina dorſi luxetur. SPina autem dorſi vel introrſum, vel extrorſum, vel ad latera luxatur vel diſtorquetur; & præter hæc vel totaliter luxatur, aut ſaltem ſubluxatur.

Cauſæ. Cauſæ luxationis & ſubluxationis ſunt vel externæ.

Internæ. Internæ ſunt aut humorum abundantia, qui ſe nervis, ligamentis, & tendinibus per affluxum & congeſtionem inſinuat, eaque relaxant; aut nervorum, ligamentorum & tendinum connata imbecillitas; aut dolor, per quem affluxus humorum, inflammatio & gangræna cauſantur.

Externæ. Externæ ſunt caſus ab alto, violentæ percuſſiones & contuſiones, ac continua corporis inflexio verſus terram, quemadmodum vinitores,

nitores, hortulani, ac alii in plantandis & colendis vineis, agris, & hortis ſe prono & inflexo corpore ad operandum accommodare ſolent.

Si autem vertebræ colli luxatæ ſunt, & non citò reponuntur, illa luxatio ob compreſſionem medullæ ſpinalis, nervorumque reſpirationi dicatorum, brevi tempore mortem infert. *Vertebræ colli diutius luxatæ mortem inferunt.*

Ne verò medulla ſpinalis facilè lædatur, illa non ſolum pia ac dura matre, ſed etiam inſuper menbranâ à pericranio ortum habénte cingitur; præter has etiam nervis, ligamentis, ac tendinibus firmatur.

Per luxationem autem medulla ſpinalis, quæ toto cerebro dominatur, læditur ac comprimitur, ex qua compreſſione partes ſubjacentes per compreſſionem torpent, ac ſenſu & motu ſuo privantur. Signa autem luxationis ſunt ſequentia. *Læſio & compreſſ. medullæ ſpinal. ſenſum & motum aufert Signa luxation.*

Si vertebræ colli luxatæ ſunt, patiens ægrè loqui ac reſpirare poteſt.

Si ſpina dorſi introrſum luxata eſt, tum apparet depreſſa fovea.

Si extrorſum dislocata vel diſtorta eſt, gibbus viſui ſe repræſen-

fat. Si vero ad latera ceſſit, tum diſtorſio ſatis conſpicua eſt.

Luxatio ſpinæ dorſi ob compreſſionem medullæ ſpinalis & nervorum periculoſior eſt, quam omnes aliæ luxationes. *Luxatio ſpinæ dorſi inter alias periculoſiſſima.*

Luxatio ſpinæ dorſi, præſertim introrſum facta, plerumque lethalis eſt, ut Hippocrates, Avicenna, & alii teſtantur. Quod ego etiam multoties, & quidem Giengæ in Dn. Conſulis Oxlini ſervo, *item in* diverſorio ad clavem in ſtraminiſeca; in pago Brenz, in ſubdito Württenbergico-Weiltingenſi; in ruſtico Neohuſano; in ruſtico prænominato Orſenhuſano, ac aliis obſervavi, qui omnes, etiam tentatâ repoſitione & adhibitis remediis, accedente inflammatione, gangræna, & ſphacelo interierunt. Quod etiam in tertiam vel quartam generationem exercitati chirurgi Ulmenſes Riedlini in ſua praxi obſervârunt, ac in ſcriptis reliquerunt, quod omnes fermè hujuscemodi patientes mortui ſint. *& introrſ. facta plerumque lethalis.*

Introceſſio ſpinæ dorſi, ob dilacerationem nervorum, ligamentorum ac tendinum ſemper periculoſior eſt quam ea quæ extrorſum per *diſtorſionem* ac gibboſitatem fit, & hæc quoque facilius reponi poteſt.

Melius etiam eſt, ſi aliquot vertebræ ſimul, quam una ſaltem, luxantur, quia hæc cum majori compreſſione ſpinalis medullæ nervorumque fit, quâ mediante ſpiritibus animalibus influxus, & vicinarum ſubjectarumque partium vivificatio denegatur, ac gangræ- *Unius vertebræ luxatio periculoſior eſt, quam plurium.*

noſa

noſa inflammatio excitatur; in illa vero medulla ſpinalis cum nervis potiùs incurvatur quam comprimitur.

Ii, quibus ſpina dorſi luxatur, plerumque ad pedes usque ſenſu ac motu privantur, quod Guil. Fabr. Hildanus Opere ſuo Chirurg. Cent. 5. Obſ. 68. pag. mih. 608. & ſeqq. duobus exemplis comprobat, & egometipſe apud meos Patientes ſemper expertus ſum, qui etiam intruſas profundè aciculas ſenſu percipere non valebant. Illi etiam, qui ſubluxationem ſaltem paſſi ſunt, plerumque claudi, ac membris capti & debiles per totum vitæ ſuæ curſum permanent.

Subluxatio ſpinæ dorſi claudos & debiles facit,

De Adoleſcente quodam Düſſeldorpenſi, qui ſibimetipſi ob præconceptam deſperatam impreſſionem laqueo gulam frangere tentavit, cui diabolus in operatione ſpinam dorſi introrſum ad ſternon usque depreſſit, vid. Chirurg. Guil. Fabric. Hildani, Cent. 5. Obſ. 68. Exemplo ſecundo, pag. mih. 609.

Curatio.

Curatio vera conſiſtit in repoſitione vertebrarum, quæ ex eo peracta cognoſcitur, ſi poſt eam omnis dolor ceſſat, & ſpina dorſi naturalem ſuam formam & figuram recuperat.

Modus reponendi luxat ſpin. dorſi,

Quâ verò ratione ſpina dorſi introrſum luxata per extenſionem & inſtrumentum ductile, vel etiam per inciſionem & per vertebrarum in ſuum locum per forcipes reductionem reponenda ſit, vid. opus chirurg. Fabr. Hildani Cent. 5. Obſ. 69. p. mih. 609. Et quomodo ſpina dorſi extrorſum vel ad latera luxata per ſcamnum Hippocratis reponenda ſit, vid. chirurgiam Ambroſ. Paræi lib. 15. cap. 16. pag. 625 & Armamentarium chirurgicum D. Joh. Sculteti, Tab. 25. pag. mih. 15.

Cura palliativa.

Cura palliativa conſiſtit 1. in doloris mitigatione & oblinitione per Unguenta & olea nervina ac anodyna. 2. Inflammationis & gangrænæ præcautione, per Linimentum ſimplex Sculteti, &c. 3. In alvi reſeratione & urinæ promotione, per clyſteres, ſuppoſitoria, diuretica, epithemata, inunctiones, emplaſtra, & catheterum applicationem, &c. 4. Partium internarum & externarum roboratione, & quidem internè per cordialia & conſortantia, externè, per fomenta, inunctiones, ſpiritus, &c. & 5. in Convenienti Diæta.

Qui plura hâc de re ſcire deſiderat, illé conſulat jam allegatos, aliosque Claſſicos Authores.

OB-

OBSERVATIONUM MEDICARUM DECADIS TERTIÆ.

OBSERVATIO I.

Herpes miliaris totum corpus occupans, in Puerpera feliciter curatus.

Casus.

ANno 1698. Menſe Octobri, Prænobilis quædam Matrona Puerpera, ætatis circiter 24. annorum, temperamenti Cholerico-Melancholici, ſtaturæ mediæ, poſt difficilem partum, & lochias parcè fluentes, de laſſitudine membrorum, anxietate circa præcordia, virium proſtratione, aſthmate ſeu difficili reſpiratione, ſiti, & calore præternaturali conqueſta eſt, quibus Herpes miliaris, & efflorescentia cutis, cum innumeris puſtulis ſemen milii referentibus, totum corpus, brachia, manus & pedes occupans, *non* aliter, ac ſi undiquaque urticis flagellata fuiſſet, cum largo & per multos dies continuato ſudore, acceſſit.

Cauſa.

AD quam ego vocatus, cauſam hujus mali portiones ſanguinis ichoroſas, acri-ſalinas, lixivioſas, & ſcorbuticas eſſe deprehendi, quapropter ad ὀργασμὸν, ſeu ſanguinis & humorum turgeſcentiam compeſcendam, ſtatim in principio præcipitantibus & confortantibus, (ne purgantibus major humorum ſanguinisque motus & effervescentia cauſaretur, humoresque noxii à natura ad περιφερίαν & circumfe-

cumferentiam expulſi, ad centrum, partesque nobiles revocarentur) poſtea verò ſanguinem purificantibus, (non neglectis alexipharmacis) curam aggrediendam eſſe, æſtimavi; in quem finem die 14. Octob. ſequentem aquam confortantem, cochleatim ſumendam, ordinavi. ℞. *Aq. ceraſ. nigr. Meliſſ. ſimpl. è typh. cervin. borrag. ana* ʒvj. *Cinnam. buglosſat.* ʒij. *Lap. Bez. Occid. gr. v. Margarit. præp. Ocul.* ♋. *præp. CC. philoſ. præp. ana* ℈ß. *Confect. Alkerm. incompl.* ℈j. *Syr. granat.* ʒß. *M. d. ad vitrum.*

Curatio.

Aq. confort.

Die 15. Octob. talem pulviſculum cordialem & alexipharmacum præſcripſi. ℞. *Pulv. rubr. Pannon.* ℈j. *Margarit. or. præp. gr. v. M. f. pulvis unâ vice in brodio gallinæ ſumendus.*

Pulv. cordial.

Die 17. Octob. ad aſthma, & anxietatem circa præcordia tollendam, Patiens talem potiunculam hauſit. ℞. *Ocul.* ♋. *præp. Sperm. cet. rec. ana* ʒß. *Conf. Alk. incompl.* ℈j. *Spec. lætif. Gal.* ℈ß. *Syr. granator.* ʒß. *Aq. borrag. è typh. cerv. ana* ʒj. *M. pro unâ doſi.*

Pot. alter. & diſcut.

Eodem etiam die, pro analeptico & confortante remedio, ſeq. Gelatina cochleatim ſæpius per vices ſumenda in pharmacopolio parata fuit. ℞. *Raſur. CC.* ʒij. *Ebor.* ʒj. *coq. cum vini granat.* ʒviij. *in colatur. diſſolv. & extrah. Gelatinam, poſtea coletur, & in colatur.* ʒiiij. *diſſolv. Conf. Alk. incompl.* ʒß. *ſacch. perlat.* ʒvj. *ſtent in loco frigido, donec coagulentur.* A cujus frequenti uſu optimè refecta fuit,

Gelatina corrob.

Die 18. Octobr. ad purificandum ſanguinem de *Tinctura* ☉. ♁ *iata gutt. iij. vel iiij. in aqua cordiali ſuperius memorata ſumſit*, cujus uſum etiam ſequenti die continuavit.

Tinctur. ☉. ♁ iata.

Die 20. Octob. ob capitis debilitatem, vaporesque tenebricoſos & melancholicos caput petentes, ſpiritusque animales perturbantes, mortemque proximam per falſam imaginationem præfigurantes, talem pulverem cum brodio gallinæ dilutum deglutivit. ℞. *Pulv. cephal. ex Magiſter. parat. D. Michael. Pulv. Epilept. Marchion. ana* ℈ß. *M. pro unâ doſi.* Hinc, per aliquot dies ſequenti Pulvere bezoardico uſa eſt. ℞. *Gelatin. CC.* ʒß. *Ebor. rec. in alcahol. redact.* ℈ij. *gr. v. Ocul.* ♋. *præp.* ʒß. *Matr. perlar. præp. gr xv. Lap. Chryſol. præp.* ℈j. *Lap. Bezoard. occid. gr. x. Spec. diamarg. frig.* ℈ij. *gr. v. ſal. corall. gr. v. M. f. pulvis ſubtil. ſcrupuli unius pondere M. & V. in aqua cordiali vel brodio gallinæ ſumendus.*

Pulv. cephal. alt. & confort.

Pulv. bezoardicus.

Circa noctem, ad ſanguinem refrigerandum, aliquot cochlearia *aquæ Lunæ* ſumſit. Ac quoties alvus ſe ſegnem præſtitit, illa chyſtere domeſtico recluſa fuit.

Aq Lunæ.

Ab uſu horum remediorum Patiens melius habere cœpit, & maculæ ſerpiginoſæ pallidæ factæ, ſenſim evanuerunt.

Quia

Quia vero poſtliminio in dorſo, circa lumbos, nec minus circa mammarum regionem, ac in ventre quam plurima ulcuſcula in ſummitate acuminata, & in illorum circumferentia rubra & inflammata, humoreque ichoroſo referta, cum dolore tenſivo, urente, & pungitivo fermè intolerabili, dies noctesque cruciante, prodierunt, iccircò, recuperatis jam viribus, ad ſanguinem melius purificandum, humoresque noxios expurgandos, talem ſacculum laxativum, libris quinque aquæ mulſæ incoquendum, præſcripſi. ℞. *Herb. cochlear. fumar. beccabung. agrimon. ſcolopend. abſynt. ana* Mß. *Rad. helen. cichor. taraxac. garyophyllat. ana* ʒij. *Rhab. ver.* ʒiij. *fol. ſen. el. ſ. ſt.* ʒvj. *Gialapp. Agar. troch. Turpeth. opt. Helleb. nig. præp. ana* ʒij. *Cinnam. opt.* ʒj. *Maceris* ϑj. ♀*i alb. crud.* ʒij. *ſem. anis. fœnic. ana* ʒß. *M. f. cum ſyndon. alb. nodulus. De quo Decoct. Patiens per aliquot dies, manè jejuno ſtomacho,* ʒv. *hauſit.* *Saccul. laxativ.*

Externè, ulcuſculis *Emplaſtrum diachylon ſimplex* fuit applicatum, cujus beneficio emollita, ad maturitatem perducta, aperta, ac materia in illis contenta evacuata fuit, Patiensque ab omni dolore liberata, obſervatâque bonâ diætâ, ad priſtinam bonam valetudinem rediit. *Emplaſtr.*

OBSERVATIO MED. II.

Ozæna gallica inveterata feliciter curata.

Morbus.

ANno 1698. Menſe Junio, ad Adoleſcentem quendam, ultra viginti annos habentem, vocatus ſum, qui ante biennium, (neſcio an propria culpâ, vel ex contagio alieno) lue gallicâ correptus eſt, & procul dubio in morbi principio ob inobedientiam erga Medicum, & neglectum accuratum uſum remediorum, ſperatum ſanitatis finem non aſſecutus, ſe poſtea, morbo indies incrementum ſumente, & in pejus mutato, Medicaſtris tam indoctis, quam ſordidis, cœnoq; infamiæ conſpurcatis, expoſuit, unde illorum operâ in caſſum abeunte, Ozæna correptus, cruſtis ex ulcere in naribus

ribus circa os cribroſum prognatis, naresque obſtruentibus, acrium malignorumque humorum illuviei viam occludentibus, exitumque prohibentibus, materia illa ſanioſa corroſiva ſucceſſivè non ſolum narium interſtitium cartilagineum, ſed etiam pinnas narium, cum execrando fœtore, corrodit ac exedit, ſimulque cariem oſſium lateralium induxit. Ad quam ærumnarum ſyndromen etiam languor & dejectio virium, cum capitis membrorumque dolore, colore faciei lurido, appetitu proſtrato, odoris intercapedine, cachexiâ cum pedum tumore, pulſu debili, urinâ aqueâ & crudâ, ac atrophiâ totius corporis, acceſſit, & patiens continuè lecto affixus decubuit.

Curatio.

IN re igitur tam dubia vocatus, Curam, (quæ ſæpius in tali caſu Medici chirurgique laborem indefeſſum eludit) ſequenti modo aggreſſus ſum. Et quidem 1. Internè, ad Maſſam ſanguineam purificandam & corrigendam, tales pilulas unà vice deglutiendas, præſcripſi.

Pil. ſanguin. purif.

℞. *Extr. panchymag. Crall.* ☿ *ii dulcif. ana* ℈*j. Troch. alhand. gr. v. M. f. cum Tinct.* ♀. *pil. num. xxv. obaurentur & dentur ad pixidem.* Poſt horum uſum, tale Apozema ordinatum fuit.

Apozema laxat.

℞. *Herb. fumar. cochlear. naſturt. Veron. ſcolopend. Card. bened beton. ana pj. Rad. cichor. Enul. camp. helleb. nigr. præp. ana* ʒij. *Rhabarb. ver.* ʒiij. *fol. ſen. Alex. ſ. ſt.* ʒj. *Agar. troch.* ʒiij. *Turpeth. opt.* ʒij. *ſem. Cartham.* ℈iiij. ♀. *alb. crud.* ʒij. *Cinnam. opt. Zingib. ana* ℈j. *M. & conciſ. ſacculo ſerico incluſa infundantur per 12. horas in menſurâ majori mellicratis, poſtea in Olla benè tectâ leniter ebulliant, de quo poſtea Patiens quotidiè duabus vel tribus horis ante prandium bibat* ʒv. *vel vj.* Cujus uſu abſoluto, ad ſudorifera progreſſus ſum, & quia ſudorem in lecto provocare noluit, iccircò laconico incluſus, capite forâs porrecto, per

Decoct. ſudorif.

ſequens Decoctum eundem provocare coactus eſt. ℞. *Scob. Lign. Guajac.* ʒiiij. *Cortic. ejusd.* ʒj. *ſaſſafr.* ʒij. *Rad. chin. ſarſaparill. ana* ℥ß. *Cinnam. opt.* ʒij. *M. & conciſ. f. infuſio cum aq. font.* ℔viij. *calidè per noctem, poſtea f. decoctio in olla benè tecta ad tertiæ partis conſumptionem, de quo decocto ſingulo mane, per 6. vel 7. dies ſine induciis continuando, ante ingreſſum laconici* ʒv. *vel vj. cum* ♁ *ii diaphoret. gr. xij. ebibit.* Species autem reſiduæ, *addito Cinnamomo, ficubus, liquiritia, paſſulis, ſemine anis. & fœnic. cum quatuor menſuris aquæ font. pro potu ordinario recoctæ fuerunt.* Laconicum vero

Recoctio pro potu ord.

late-

lateribus ignitis, quibus ſeq. decoctum calidè ſuperfuſum, paratum & calefactum fuit. ℞. *Herb. Origan. ſerpilli, menth. meliſſ. puleg. beccabung. hyperic. naſturt. flor. Chamomill. Lavend. ana Mj. M. f. decoctio cum aq. fontan.* ℔*viij.* Ex cujus uſu ſudor fuſiſſimè per integram horam identidem emanavit, & hinc inde puſtulæ gallicæ in corpore eruperunt. Continuato autem indies ſudore per dies 6. vel 7. octavâ quavis die à ſudore abſtinuit, uſumque ſupra memoratarum pilularum repetiit, vel harum loco, *Turpethi mineralis gr. v.* in convenienti vehiculo ſumſit. Et hæc cura ſudorifera, cum reiteratis purgantibus per 4. vel 5. ſeptimanas continuata fuit. Inter uſum horum remediorum, pro Viſcerum roboratione, ſanguinisque renovatione, de ſequenti Electuario ſeu condito interdiu iteratis vicibus nucis moſchatæ vel jugландis magnitudinem deglutivit, ℞. *Conſerv. borrag. roſar. enul. camp. cochlear. ana* ʒj. *Pulv. Margarit. præp. Corall. rubr. præp. ana* ϑiß. *Troch. de viperis* ʒß. *Syr. Corall. q. s. ad Elect. moll. conſiſtentiam.* Poſt hujus uſum, ad cachexiam tollendam ſeq. Trageâ hepaticâ & ſtomachicâ uſus eſt. ℞. *Spec. diarrhod. Abb. diatrionſant. diacurc. dialacc. ana* ϑj. *pulv. ſtomach. Birckmann.* ϑij. *Cinnam. opt.* ʒij. *Nuc. moſch.* ʒj. *Macis, Garyophyll. Cubeb. Cardamom. ana* ϑß *Corall. rubr. præp. Ocul.* ♋. *præp. ſpod. præp. ana* ϑj. *chalyb. c.* ♎. *præp.* ʒij. *ſacch. albiſſ.* ʒiiij. *M. f. Tragea, de qua interdiu aliquoties cochleare minus capiatur.*

Herbæ pro laconico.

Turpeth. minerale.

Electuar. confort. & ſanguin. renovans.

Externè, ad reſiduam narium ſubſtantiam conſervandam, ulteriorem corroſionem ac putredinem arcendam, fœtoris gravitatem tollendam, obſtructionem reſerandam, odorique & reſpirationi occluſam januam aperiendam, per multos dies tale decoctum per ſiphonem manè & veſperi tepidè injectum fuit. ℞. *Herb. Centaur. min. ſcordii, ſambuci ana* Mß. *Flor. roſar. rubr.* Mß. *fl. Balauſtior.* ʒj. *Pulv. Maſtic. myrrh. Oliban. Aloe ana* ʒß. *Rad ireos florent. Ariſtol. rot. Tormentill. ana* ʒj. *M. & conciſ. coq. cum* ʒxx. *aq. font. & vin. rubr.* ʒx. *in Olla benè tecta, in Colatur. diſſolv. Mell. roſ. col.* ʒj. *M.* à cujus uſu nares recluſæ non ſolum inſpirationi & exſpirationi tranſitum conceſſerunt, ſed etiam induratæ cruſtæ, mucoſaque materia inveterata circumcirca in cavitate narium hærens ſeparata, forcipe extracta, ac putredo extincta fuit. Cruſtæ vero ulceroſæ extremitati narium externæ, labioque ſuperiori adhærentes à frequenti uſu & illinitione ſequentis aquæ cauſticæ, deciderunt. ℞. *Flor. balauſt. Rad. tormentill. ana j.* ♀*i uſt.* ☽*ol. uſt. ana* ʒij. *Alum. uſt.* ʒj. *Spir. vin.* ℔ij. *infund. per 8. dies, ſtent in loco calido, & filtrentur.*

Nares à totali corruptione vindicantia.

Decoct. narib. per ſiphon. injiciendum.

Aq. cauſtica.

Oſſibus in utroque narium latere carioſis & denudatis Chirurgus primo *lintea carpta in aq. plantag. & parum* ☿*ii dulc. madefacta,*

Ad cariem oſſium.

deinde *Mixturam ex terebinthinâ, melle roſato, pulvere ariſtolochiæ, rad. ireos florent. & ☿ io dulci, invicem mixtis, linteis illitam impoſuit*, unde in ſiniſtro latere os carnem & cutem induit; Quia vero in dextra parte os carioſum ſimul aſperum extitit, iccircò illud ſcalpro quotidiè deraſum & lævigatum fuit; cui etiam ea adhibita ſunt, quæ cariem penitus abſumunt, corruptamque oſſis partem usque ad ſanam ſeparant & eximunt.

Liniment. contr. oſſium cariem.

Contra hanc cariem Barbette ſeq. Linimentum commendat. ℞. *Plumb. uſt. Ceruſſ. lot. Tut. præp. Lithargyr. ana* ʒij. *Cort. thur.* ʒj. *Myrrh. Ariſtol. rotund. ☿ ii dulc. ana* ʒß. *Ung. Fuſci Felic. Würz.* ʒiij. *Ung. alb. camphorat. q. ſ. M. f. l. a. Linimentum.*

Suffumig. contra carios. exulcerat. probatiſſ.

Rondeletius Prax. lib. 1. cap. 65. poſt perfectam mundificationem tale ſuffumigium utpote probatiſſimum & excellentiſſimum, inſimul ſummè penetrans & ſiccans, quo irritis omnibus aliis remediis, deſperata, & à Gallis ac Italis derelicta carioſa talis exulceratio curata fuerit, ſummis extollit laudibus. ℞. *Ladan. pur. hypociſtid. Maſtic. Myrrh. ana* ʒiij. *Styrac. rubr. & calamit. Cortic. thur. ſandarac. Auripigment. ana* ʒij. *impaſtentur cum terebinthina, & f. Trochiſci, quorum unus vel alter prunis imponatur, fumusque per infundibulum M. & V. naribus excipiatur.*

Cauterium actuale.

His autem nihil proficientibus ad ignem confugiendum, & Ozæna talis gallica cum corruptione oſſis curanda inuſtione per ſtylum ferreum candentem, cannulæ ad latus perforatæ, naribusque locoque affecto adæquatæ, immiſſum; De qua Operatione videatur Joh. Scultetus Armamentar Chirurg. Tabul. 9. Figur. 3. 4. 5. & 6. & Tabul. 37. Fig. 1. pag. mih. 46.

Curatio Ozænæ, cum exeſione narium interſtitii cartilaginei.

De Curatione etiam talis Ozænæ, cum exeſione interſtitii narium cartilaginei conſulatur Guil. Fabr. Hildanus, Cent. 2. Obſ. 22. & 23. pag. mih. 124. In hoc Affectu evolvatur quoque Andr. à Cruce, pag. mih. 393. & 394. Item, Hieron. Fabr. ab Aqua pendente, Opere Chirurg. part. 1. pag. mih. 103. & ſeqq. ubi ex ſententia Celſi talia ulcera maligna & inveterata, interſtitium & pinnas narium exedentia vix curabilia eſſe aſſerit. Quod etiam Joh. Munick. Prax. Chirurg. lib. 3. cap. 10. pag. mih 615. & ſeqq. authoritate plurium Claſſicorum Authorum, quorum hac de re ſententias collegit, confirmat. Interim noſter Patiens dictis adhibitis, & jam ultra quadrans anni continuatis remediis obſervatâque bonâ ac laudabili diætâ, à mortuis quaſi reſuſcitatus, priſtinas vires recuperavit, corpus indies magis magisque incrementum ſumſit, appetitus ciborum rediit, ſomnus rurſus naturalis extitit, & jam per aliquot ſeptimanas, lecto derelicto,

Que vix curabilia ſunt.

licto, per totam diem ſine omni impedimento actiones naturales obiit, ita, ut de ipſius integra reſtitutione, quæ integumento carnoſo & cutaneo oſſis ad latitudinem denarii denudati, (ut ſigna ſpondent) abſolvitur, optimè ſperandum ſit.

NB. Poſt dimidii anni præterlapſum oſſa carioſa narium reliqua, beneficio naturæ, ſponte abſceſſerunt, & ſic omnia interiora narium, cum totali reſtitutione ſanitatis, conſolidata ſunt.

OBSERVATIO MED. III.

De Hæmoptyſi, ex phthiſi.

Morbus.

ANte aliquot años menſor frumentarius phthiſicus, ex improviſo in platea publica, procul dubio ex ansâ fortioris corporis motus tam impetuoſiſſima hæmoptyſi correptus eſt, ut ob dejectas vires ſolus, ſine auxiliatricibus manibus aliorum domum haud pervenire, ibidemque vix reſpirare potuerit, quapropter à me vocato anxiè auxilium deſideravit.

Reſolutio.

HÆmoptyſis eſt ſanguinis ſpumoſi cum tuſſi ex pulmonibus facta rejectio, ejusdem propter anaſtomoſin, vel diapedeſin, vel διάβρωσιν, vel ῥήξιν vaſorum pulmonalium prægreſſam extravaſationem ſequens. In hoc ſubjecto cauſa fuit eroſio vaſorum pulmonalium, ab affectu phthiſico, ſanguine & humoribus acribus, corruptis, ac erodentibus oborta. *Definitio, cum cauſis.*

In mali hujus curatione 1. ſanguis eſt ſiſtendus, ejusque acredo corrigenda. 2. Pars eroſa conſolidanda. 3. Sanguinis circulatio promovenda, ac ſi quæ adſunt obſtructiones tollendæ. *Curationis requiſita.*

Spirituaſcentia quoque ſanguinis per anodyna, utpote Opium, ſem. papav. corall. rubr. terr. ſigill. & alia adſtringentia, Decocta videlicet

delicet ex herbis mucilaginoſis, Tinctur. antiphthiſ. Garmanni, Clyſteres, &c. refrenanda erit.

Curatio, Julapium ſtegnot.

Huic igitur patienti ſequentia præſcripſi; & quidem.

1. Ad ſanguinem ſiſtendum, ℞. *Aq. plantag. burſ. paſtor. centinod. hippurid. ana* ℥j. *corall. rubr. præp. Lap. Carneol. præp. lapid. hæmatit. præp. Sperniol. Croll. ana* ℈ß. *Laudan. opiat. gr. iij. ſyrup. è roſ. ſicc. myrtin. plantag. ana* ʒß. *M. f. Julapium pro duabus doſibus.*

Electuar. adſtring. & conſolidans.

2. Ad vaſa eroſa conſolidanda. ℞. *Conſerv. roſar. rubr.* ʒij. *ſymphit. major. Cynorrhod. ana* ℥j. *Bol. armen. terr. ſigill. lapid. hæmat. præp. ſangu. Dracon. præp. ana* ʒß. *Syr. papav. err.* ʒvj. *vel q. ſ. ad Elect. moll. conſiſtentiam. Doſis, nucis moſchatæ quantitas, ſæpius repetendo.*

Tinct. antiphthiſ.

Vel ℞. *Tinct. antiphthiſ. Garmann.* ʒj. *Doſis gutt. vj. ad gutt. xv. vel* ℈j. *in aqua plantaginis, vel alio convenienti vehiculo.*

Potas trabmaticus.

Et, ℞. *Rad. conſolid. maj. rad. alth. ana* ℥ß. *Herb. pyrol. ſanicul. pulmonar. virg. aur. tuſſilag. agrimon. plantag. ana* Mj. *flor. papav. rhead. piiij. ſem. anis. papav. alb. ana* ʒß. *fic. paſſular. min. ana* ℥iij. *M. & coq. in tribus menſur. aq. commun. colatur.* ℞. *Menſur. iij. add. ſyrup. myrtin. è roſ. ſicc. papav. err. ana* ℥j. *M. pro potu.*

Diæta.

Quod Diætam concernit; aer fuit temperatus; cibi euchymi, pultes ex amylo cum lacte cocti, ptiſana hordeacea, &c. Potus, Decoctum allegatum ac emulſiones ex amygdalis & ſeminibus frigidis paratæ; Quies etiam & ſomnus procurabatur; alvi excrementa reſpondebant conſueto naturæ ordini; & animi fortiores motus coercebantur. Quibus dictis adhibitis remediis hæmoptyſis per Dei gratiam ex voto ſublata eſt, patiens vires recuperavit, & ſuo demandato officio rurſus fungi potuit.

OBSERVATIO,

ſive

CONSILIUM MED. IV.

In Puncto Diabetis.

Caſus.

Casus.

CErtus quidam Prænobilis Patiens conqueritur, quod jam per longum temporis ſpatium crebriori urinæ excretione, & quidem in tali copia, quæ cum aſſumpto potu non reſpondeat, ac inter excernendum in balano fiſtulæ urentem dolorem, cum ejectione circa excretionis finem materiæ turbidæ, (quæ nonnunquam reſpirationem impediat,) ſentiat, afficiatur. Urina, quam mihi monſtravit, erat pallida ac turbida, cum ſedimento albo & turbulento. Qui affectus, ut Domino Patienti videtur, ſuam Originem à longo uſu certæ cujusdam aquæ diureticæ hauſit. De cœtero Patiens bona valetudine fruitur, cum appetitu comedit, ſed plerumque ſiti divexatur. *Morbus.*

Hic affectus, (ut quidam judicarunt,) à nulla exulceratione veſicæ oriri poteſt, quia nulla materia purulenta, nec ſquamæ, nec ſanguis cum urinâ excernitur, nec dolor circa pubem, (qui aliâs ulcus in fundo veſicæ indicat;) nullus etiam dolor juxta meatum urinarium, (qui plerumque exulcerationem ponè illum indigitat;) perſentitur, ac præter hæc Urina ſine difficultate, & ſine omni violentia exit, nec ullum tetrum odorem vel fœtorem de ſeſpargit, ac neque ſanguis, neque pus ei permixtum eſt, quin etiam tali ſedimento caret. *Cauſarum ab aliis allegatarum refutatio.*

Hic morbus etiam à nulla penis vel meatus urinarii exulceratione primitias hauſit, quia, ſi ulcus in pene latet, ſemper materia purulenta urinæ excretionem antecedit, imò extra mictionem pus effluit, ac inter mingendum dolor percipitur, quæ omnia in hoc ſubjecto non deprehenduntur; Inſuper hucusque extra urethram nullus lateralis ductus vel cuniculus fiſtuloſus, nec per immiſſos ſtylos, nec per candelas cereas repertus eſt, ex quo fiſtula penis judicari poſſet. Sed quia omnia enumerata ſigna tam

exulceratæ veſicæ & penis, quam fiſtulæ in membro virili ſtabulantis deſunt, ac urina ſine omni impedimento & dolore, (niſi interdum in fine mictionis, ob materiam acri-ſalinam & tartaream urinæ permixtam, conſenſumque nervorum ac nervoſarum partium, quemadmodum illud urina turbida indicat) redditur, illaque ſæpius ac in majori copia quam per potum aſſumptum eſt, à Patiente excernitur, proinde hic affectus jure meritò Diabetis nomine venit, quemadmodum idipſum Definitio docebit.

Morbi Reſolutio.

Onomatologia & Synonimia. HIc affectus à Medicis Diabetes, à græco vocabulo *διαβαίνω*, i. e. tranſeo, à repentino ſcilicet tranſitu, quia Urina ab hepate ad renes, & ab his ad veſicam velociter tranſit, & ab hac copioſiſſimè excernitur; ab aliquibus urinæ profluvium; ab aliis hydrops ad matulam; vel etiam Diarrhœa in urina; nec non Dipſacus, ab hujus nominis ſerpente, qui per morſuram calorem exæſtuantem, ac inflammationem totius corporis, & cum Illa uberrimum urinæ profluvium excitat, nuncupatur.

Definitio. Hic Morbus autem definitur, quod copioſiſſimum urinæ profluvium ſit, quod à facultatis alteratricis & retentricis læſione originem habet.

Differentia. Hic affectus ſecundum gradus diſpeſcitur, nam in principio frequentior urinæ excretio, ſi urina naturali colore tincta eſt, parum æſtimatur; procedente verò tempore malum ingraveſcit & augetur, & patiens magis magisque ad reddendam urinam inſtigatur, donec ſucceſſivè tota corporis ſubſtantia in aquoſam materiam reſolvitur, corpusque contabeſcit atque collabitur.

Dodonæus in medicinalibus ſuis Obſervationibus cap. 42. narrat, quod hominem viderit, qui unâ die ultra 40. libras, (ſunt 12. menſuræ Ulmenſes) urinæ excreverit. Ac Cardanus obſervavit puellam quandam octodecim annorum quotidiè libras 36. & ita ſpatio ſexaginta dierum, (durante ſcil. hoc malo) 1740. ℔. urinæ reddidiſſe.

Illud autem, quod per urinam excernitur, non ſemper crudum, aquoſum, & immutatum eſt, ſed nonnunquam in hepate alteratur ac colore tingitur, ſicuti Dodonæus teſtatur.

Joh.

Joh. Baptiſta Sylvaticus controverſ. 29. ſcribit, in hoc affectu urinam non ſemper mutari, ſed quovis tempore affatim & in magna quantitate exonerari, & ſi patiens 25. Uncias biberit, eum loco harum centum uncias mingere.

Hic affectus rarus eſt, quem ipſe Galenus, ut ſexto libro de loc. affectis, cap. 3. fatetur, bis ſaltem vidit. Rabbi Moſes octavâ parte aphoriſmorum ſcribit, ſe in Ægypto intra decennium ultra viginti horum patientium, ſed in occidente nullum eorum vidiſſe, imò à ſuis Doctoribus ne minimum hac de re audiviſſe. Quemadmodum & ego, utpote Author harum Obſervationum, in quadraginta tribus praxeos meæ annis, ſaltem tres, utpote mulierem ruſticam Oggenhuſanam; Adoleſcentem nobilem; & hunc Patientem, de quo hic ſermo fit, habui, qui duo priores feliciter, (ut etiam de tertio ſperamus) reſtituti fuerunt. *Diabetes affectus rarus eſt.*

Cauſa hujus morbi ab Authoribus calidæ & ſiccæ intemperiei hepatis, nec non bilioſis & acri-ſalinis humoribus, qui renes ad continuam attractionem ſeri ſtimulant, adſcribitur. *Cauſa.*

Secundum Baptiſtæ Sylvatici, Galeni, Aretæi, & Actuarii ſententiam cauſa hujus mali in exceſſivè calida hepatis & totius venoſi generis intemperie conſiſtit, quæ partes mediante intenſo & quaſi igneo calore ſanguinem fluidum reddere, magnamque ejus partem in aquoſam ſubſtantiam vertere ac mutare poſſunt, quam materiam aqueam poſtliminio renes effervefacti à ſanguine ſeparant, & violenter attrahunt, ac ſimul etiam eandem motu potentiori ad veſicam ablegant, quam deinceps, ut ab hoc onere levetur, veſica ſine mora expellere occupata eſt. Et huic ſententiæ Platerus & Sennertus quoque ſubſcribunt, cauſamque hujus mali calidæ intemperiei hepatis, renum, & venoſi generis, ac ſubſequenti reſolutioni ſubſtantiæ corporis in aquoſam materiam, imputant.

Medici Neoterici ac recentiores, qui attractionem ſeri à renibus pro nugis anilibus æſtimant, & inter illos Williſius pharmaceut. Rat. part. 1. ſect. 4. cap. 2. cenſent, quod proxima & genuina hujus mali cauſa in aquoſa & fluida ſanguinis conſtitutione, & compagis ac ſoliditatis ſubſtantiæ ſanguinis attenuatione ac reſolutione conſtat. Paracelſus lib. 2. de Tartaro, Tract. 3. cap. 2. ſal fixum in aquoſam materiam reſolutum accuſat, quæ reſolutio ab ingreſſu ſalis acri-oris peregrini & penetrantioris facta ſit. Ubi deinceps non ſolum illud, quod per potum aſſumptum & ingeſtum eſt, ſed etiam magna, reſolutæ & in fluidam materiam verſæ corporis ſubſtantiæ quantitas à renibus attrahitur. Aretæus cenſet, carnem totius corporis ac mem- *Neotericorum ac Williſii hâc de re ſententia.* *Paracelſi judicium.* *Aretæi opinio.*

membrorum reſolvi, & in aquoſam ac urinoſam materiam permutari, quæ nil niſi maciem, atrophiam & tabidam corporis conſumptionem poſt ſe relinquat.

De hoc morbo etiam diverſæ Obſervationes in Ephemeridibus Naturæ-Curioſorum Anni 2. Obſ. 164. 175. 176. 178. & anni 3. Obſ. 183. proſtant. quæ ibidem legi poſſunt.

Signa. Signa vero, quæ hunc affectum produnt, ſequentia ſunt. Si hic morbus hominem invaſit, paulatim & doloſè incrementum ſumit, quod patiens in principio non animadvertit, dum à liberaliori potu provenire putat. Si verò ſecundum ordinem naturæ fit, tùm à ſeipſo, & cum levamine patientis ceſſat. Econtrario verò affectum à cauſa præternaturali ac morbifica provenire judicatur, ſi ſcilicet patiens ſucceſſivè ſemper majorem quantitatem, quæ ingeſtum potum longè ſuperat, reddit, & ut antea urina colorata fuit, ſic deinceps alba & aquoſa apparet, ſitis & ariditas oris perſentitur, corpus evidenter conſumitur, & ſi diutius urina retinetur, lumbi ac genitalia intumeſcunt, & quæ ſunt ſimilia,

Prognoſis. 1. Hic morbus ſi non ſtatim ab initio cognoſcitur, eidemque legitimis remediorum præſidiis ſuccurritur, periculo non vacat, quia tabem, ac ſæpius iqſam mortem invehit. 2. In ſenibus non facilè ex fundamento curatur. 3. Superflua urinæ excretio, ſi magnum laborem, vehementiora corporis exercitia, vel febres diuturnas inſequitur, rarò vel nunquam curatur. 4. In principio verò, ſi urina adhuc colorata eſt, & antequam malum invaleſcit, correctio ac reſtitutio ſperari poteſt.

Curatio. Curatio in hoc conſiſtit, ut calor præternaturalis intenſus, qui humores alimentarios reſolvit ac liquefacit, internaque viſcerum intemperies, quæ validam ſeri attractionem cauſatur, alteretur & corrigatur, ac facultas retentrix hepatis, renum, totiusque maſſæ ſanguineæ firmetur, roboretur, ac ad naturalem ſtatum reducatur. Quodipſum legitima internorum & externorum remediorum applicatione, convenientisque diætæ obſervatione perficitur.

Cautela in adhibend. remed. Quod interna remedia concernit, Venæſectiones, fortiores purgationes, ſudorifera, quæ ultima magnam familiaritatem cum diureticis habent, ob vires antehâc debiles, vel vitanda, vel urgente ſumma neceſſitate, non niſi cautè uſurpanda ſunt; multòque tutius & conſultius eſt roborantibus & adſtringentibus remediis uti, qualia ſunt roſæ rubræ, plantago, burſa paſtoris, corallia, ſpodium præparatum, & ſimilia.

Ex

Ex compoſitis ſequentia proſunt. ℞. *Rad. conſolid. maj. plantag. ana ℥j. fol. plantag. Mj. flor. roſar. rubr. Mß. flor. balauſtior. ʒij. Myrobol. citrin. ʒiij. ſem. plantag. acetos. portulac. ana ʒj. Mixta & conciſ. coq. in olla benè tecta cum vini rubri menſura una, de quo manè & veſperi ℥v. bibantur.* *Internè. Decoct.*

Vel paretur in Pharmacopolio pulvis ſequens. ℞. *Sem. coriandr. plantag. portulac. flor. roſar. rubr. ana ℥j. Corall. rubr. præp. Bol. armen. præp. Margarit. præp. Rad. tormentill. ana ʒj. Nuc. moſch. ℈j. M. f. pulvis, de quo manè & veſperi cultri cuſpides tres ſumantur.* *Pulv. alter. & adſtring.*

Aut, ℞. *Conſerv. roſar. rubr. ʒij. CC. uſt. præp. Bol. armen. Corall. rubr. præp. ana ʒj. cum myva Cydonior. f. Electuarium, de quo ſæpius nucis moſchatæ quantitas capiatur.* *Electuar.*

Vel, ℞. *Conſerv. roſar. rubr. antiquar. ʒiij. ſpodii præp. Corall. rubr. præp. CC. uſt. præp. ana ʒj. ſem. plantag. portulac. ana ʒß. Mucilag. ſem. cydonior. ℥ß. ſyr. cydon. q. ſ. f. Electuarium, de quo identidem nucis myriſticæ quantitas deglutiatur. Tinctura corallor. manè ad gutt. vij. vel viij. & Nitrum corallor. corollatum, poſt meridiem ad ℈ß. in convenienti vehiculo ſumptum, ad hunc affectum debellandum plurimum conferret.* *Aliud. Tinctur. Corall. & Nitrum corollatum.*

Externè, lumborum regio manè & veſperi ſequenti Unguento inungantur. ℞. *Ung. roſat. comitiſſ. cerat. ſantalin. ana ʒvj. Ol. Nymph. violar. ana ʒij. Camphor. ℈ß. M. d. ad fictile.* *Externè. Unguent.*

Aut dictæ regioni ſeq. Emplaſtrum applicetur. ℞. *Boli armen. terr. ſigill. Sang. Dracon. Corall. rubr. ſpodii, Santal. citrin. ana ʒij. Acaciar. thuris, maſticis ana ʒß. Terebinth. ceræ, ana ℥j. Ol. myrtin. ʒij. M. f. l. a. Emplaſtrum, ſuper alutâ in debita latitudine & longitudine extendendum. Et ſi lubet, huic Emplaſtro laminam plumbeam ſuperligare, exoptato ſuo effectu non carebit.* *Emplaſtr. Lamina plumbea lumbis applicanda.*

Quod tandem Diætam concernit, 1. Aer ſit temperatus, magisque ad frigiditatem quam caliditatem inclinet. 2. Cibi ſint coctu faciles, refrigerantes, ſed non aquoſi & multum humectantes, nec acres & diuretici, ſed bonum ſuccum ac laudabilem ſanguinem generantes, utpote juſcula hordeacea, caponum & gallinarum, Oryza, pultes ex amygdalis, caro agnina, vitulina, hœdina, capones, gallinæ, galli gallinacei, cydonia cocta, &c. Econtra omnia cruda, acria, ſalſa, acida, aromatiſata præternaturalem calorem invehentia, in quorum numero raphanus hortenſis & ſylveſtris, cepæ, allium, petroſelinum, Sinapi, caſeus antiquus, caro fumo indurata, braſſica capitata ſale condita, piſces multo ſale conſperſi, haleces, aromata acria, ut piper, Zingiber, &c. evitentur. Pro potu ordinario conferunt cereviſia alba benè defecata, Decoctum hordei, cum ſyrupo cydoniorum *Diæta,*

mixtum, Aqua chalybeata cum immiſſo pane calido è clibano deſumpto, Julapia è Syr. rubi Idæi, ribium, ceraſorum acidorum & cydoniorum cum aqua fontana parata, Tinctura roſarum, vel tale Decoctum. ℞. *Scob. ligni Lentiſcin. Santal. citrin. Rad. chin. ana* ʒß. *Cinnam. opt.* ʒij. *ſem. coriandr. portulac. ana* ℈ij. *Rad. biſtort. tormentill acaciar. ana* ʒß. *Maſtic. el.* ʒj. *CC. uſt.* ʒß. *paſſul. min.* ʒß. *M. & conciſ. coq. cum aquæ chalybeatæ menſuris duabus in ollâ benè tectâ.* In mensâ ad vires conſervandas hauſtus vini albi Nicarini parcior eſt conceſſus, largior verò ob vim ſuam diureticam prohibitus. 3. Motus corporis ſit modicus. 4. Alvus ſervetur naturaliter aperta. 5. In ſomno & vigiliis teneatur modus. Et 6. fortiores animi affectus atque pathemata refrenentur. Die 19. Junii, anno 1699.

Decoct. pro pot. ord.

OBSERVATIO,
ſeu
CONSILIUM MED. V.
Cordis Palpitatio.

Caſus.

SEreniſſimi Ducis à Liechtenſtein, &c. &c. Logiſta, ſeu ſcriba tabularii vel Archivi, Dominus Ferdinandus Leopoldus Schubert, de moleſtiſſima, ſimul ac periculoſiſſima cordis palpitatione conqueſtus eſt, qui morbus ante quinquennium, menſe Majo, poſt motum corporis per 6. horas inter luſum cum conis continuum ac vehementem, patientem tam violenter corripuit, ut omnibus ſenſibus privatus ſibique minimè conſcius, oculis diſtortis, facieq; ſpaſmodicè contracta, alterata & deformata, oreque hiante ſpumam albam & viſcidam eructante, horrendè vociferatus fuerit, qui paroxyſmus per unum cum dimidio quadrantis horæ duravit, usque dum à propinato ſpiritu cornu

nu cervi volatilis ad se rediit & refocillatus est. Ab illo tempore quotidiè non solum cordis palpitatione, sed etiam timore & anxietate divexatus est. Finito etiam quovis paroxysmo fluctuantia murmura in corpore oborta sunt, ac si venter aqua repletus esset. Ad hæc, persæpè regio lienis cum induratione, & quidem de die minus, circa noctem vero magis intumuit. Flatus præterea tumultuosè corpus exagitant & inflant, sursum tendunt, & si ipsis via ad exitum intercluditur, cordis palpitationem evestigio pariunt. Ea quæ exæstuationem excitant, vel largum odorem de se spargunt, patiens ferre non potest. A musicâ & campanarum clangore valdè affligitur, & visus caligine nonnunquam incommodatur. Orificium stomachi non rarò inflatur, motusq; vehementiores corporis & animi statim cordis palpitationem invehunt, quæ verò, quamprimum patiens in sinistrum latus decumbit, remittit. Ante paroxysmum ingens & intensus calor præternaturalis persentitur, unguesque ac labia livescunt, quin etiam alvus & vesica ad excernendum stimulantur; Finito vero paroxysmo, oculi, tempora, & arteriæ intumescunt. Si patiens ante meridiem alvum non exonerat, cibisque facilis concoctionis utitur, vesperi verò parum comedit, melius habet. Somnus est turbulentus. Caput sensusque sunt debiles; & spatio unius, duorum, vel trium mensium Cephalalgia corripitur; à parciori cibo semper levatur; Nares sunt siccæ; fonticulique in brachio & pede parati parum emolumenti hactenus contulerunt. Diætam interim convenientem patiens observavit; quin etiam singulo mane sale volatili oleoso usus est, brodiumque, cui cichorium & scorzonera incocta sunt, sed sine peculiari levamine, superbibit. Extra paroxysmos viribus pollet; ætasque triginta annos non excedit.

Re-

Reſolutio Caſus.

Morbi definitio & Cauſæ.

HIc Affectus morbus hypochondriacus eſt, qui à venarum meſaraicarum & ramorum venæ portæ circa regionem lienis obſtructione originem habet, cui, à ſanguine atrabilario, acri, aduſto, & ſcorbutico exſurgentes tetri, maligni, tumultuantes, & arctius inclusi flatus conjuncti ſunt, qui, ſi per arterias cœliacas penetrant, cor appetunt, ſpiritusque vitales perturbant, palpitationem cordis excitant, caput, cerebrum, ac nervos in conſenſum trahunt, & conſequenter per vellicationem ac contracturam nervorum convulſiones, aliaque peſſima ſymptomata excitant, quemadmodum idipſum Dominus Patiens poſt luſum cum conis, & per 6. horas durantem corporis motum, expertus eſt.

Signa.

Et quod cauſa hujus morbi à lienis, venarum meſaraicarum, ramorumque venæ portæ obſtructione, impeditaque ſanguinis circulatione & ſtagnatione, ac flatibus originem habeat, idipſum tam frequentes corporis inflationes, ac venarum intumeſcentia quin etiam earum ceſſatio & evaneſcentia, ſi patiens in ſiniſtrum latus, ubi ſplen reſidet, decumbit, edocent, cunctaque enumerata ſymptomata ab hoc affectu hypochondriaco originem habent.

Prognoſis

Quod curationem concernit, Morbus hic, qui per quinquennium altas radices egit, & qui nulla remedia deobſtruentia & volatiliſantia, nec acidulas admittit, difficulter curationem recipit.

Curatio. Pulv. digeſtiv. & præcipit.

Curatio verò in his conſiſtit. 1. *Ut materia peccans per uſum pulveris è cremore ♀ri & oculis cancri, ana partibus æqualibus mixtus, in prima menſa in cochleari brodii carnis ſumendi, præparetur.* 2. Sanguis atrabilarius & ſcorbuticus per ſequens Apozema & ſacculum laxativum, ſero lactis caprini incoquendum, de quo quotidiè manè jejuno ſtomacho ℥v. vel vj. bibendæ, purificetur & expurgetur. ℞. *Herb. ſcolopendr. chamædr. fumar. cochlear. meliſſ. flor. borrag. bugloſſ. ana pj. rad. 5. aperient. maj. ana ℥j. Caryophyllat. helleb. nigr. præp. helen. ana ʒij. cortic. tamariſc. med. fraxin. citr. ana ℥j. Rhabarb. ver. ʒiij. fol. ſen. Alex. ſ. ſt. ʒvj. Turpeth. el. Agar. trochiſc. Gialapp. Polypod. qu. ana ʒij. Cinnam. opt. ʒj. Macis ℈ß. ♀ri alb. crud. ʒij. anis. fœnic. ana ℈j. chalyb. c. ♁. præp. & in petia ligat. ʒiß. M. & conciſ. ſ. cum ſynd. alb. nodulus.* 3. Sanguis ebulliens cum humoribus effervescentibus per ſeq. pulverem præcipitantem, poſt uſum Apozematis, manè & veſperi in brodio carnis ſumendum, compeſcatur. ℞. *Ocul. ♋. præp. CC. philoſ. præp. corn. rhinocerot. præp. ana ʒj. antihect. Poter. ʒiß. Cinnab. nativ. præp. Cinnab. ☿ ii ana ℈ß. Extr. caſtor. ℈j. croci gr. iiij. M. f. pulv. in 16. part. æqual. pro totidem doſibus dividendus.*

Apozema laxat.

Pulv. præcip & abſorb.

dendus. 4. Venæ meſaraicæ, ramique venæ portæ per uſum Pulveris ſplenetici, quotidiè veſperi circa horam quartam in convenienti vehiculo capiendi, ab obſtructione vindicentur. ℞. *Crem. ♀. cryſtall. ♀. ana ʒij. ſalis tamariſc. fraxin. juniper. ſcolopendr. ſpir. ſalis coagul. ana ʒß. Ol. macis ∋ß. M. f. pulv. d. ad ſcatulam.* Et 5. Cor & ſpiritus vitales internè per ſeq. Electuarium, nucis moſchatæ quantitate deglutiendum, vel Aquam cordialem, cochleatim ſumendam; externè verò per Linimentum cordis regioni illinendum, roborentur. ℞. *Conſerv. roſar. rubr. ʒij. meliſſ. citri ana ʒj. Confect. Alkerm. incompl. Confect. de hyacinth. ana ʒj. Spec. diamarg. frig. diarrhod. Abb. ana ʒß. Corall. rubr. præp. ∋j. cum ſyrup. limon. q. ſ. fiat Electuarium molle.* Vel, ℞. *Aq. 4. Cordial. ana ʒvj. acetoſ. ʒj. Cinnam. ʒij. Syr. citr. granat. ana ℥ß. Conf. Alkerm. incompl. ʒß. Spec. liberant. de gemm. frig. de hyacinth. ana ∋ß. Magiſt. perlar. or. Lap. bezoard. or. ana gr. v. Man. Chriſt. perlat. ʒij. M. d. ad vitrum.*

Pulv. ſplenet. de obſtr.

Elect. corrob.

Aq. cordial. confort.

Diætam quod attinet, 1. Aer ſit temperatus. 2. Cibi ſint eucymi, & laudabiles, bonumque ſuccum ac ſanguinem generantes; vitentur cruda, craſſa, acria, coctu difficilia, flatulenta, &c. Pro potu ordinario conferunt ſpecies ſequentes, quarum cochleare unum in vaſe benè tecto cum menſurâ unâ aquæ ferventis infundendum. ℞. *Scob. lign. ſantal. citrin. Lentiſcin. Rad. chin. ana ℥ß. Cinnam. opt. ʒij. Sem. aniſ. ʒj. CC. præp. Ocul. ♋. præp. ana ʒiß. cortic. citr. ʒj. M. f. pulv. groſſ. cui add. paſſul. min. ℥j. M. d. ad ſcatulam.* Item Julapia è ſucco & ſyrupo citri, rubi Idæi, & aquâ fontanâ, nec non aliquot guttulis ſpiritus vitrioli ad gratam aciditatem parata. 3. In ſomno & vigiliis teneatur modus; 4. Alvus ſit naturaliter aperta. Et 5. ac 6. corporis & animi vehementiores motus refrenentur. Ulmæ, d. 26. Januarii, 1699.

Spec. pro pot. ord.

OBSERVATIO,

ſive

CONSILIUM MED. VI.

Phthiſin cum febre putrida in hecticam degenerante concernens.

Caſus.

DOminus Wilhelmus Würz, Sac. Cæſ. Majeſtatis Conſiliarius & Chirurgus primarius, ætatis 62. habitus corporis gracilis & rari, anguſti pectoris, & malo hypochondriaco obnoxius, ex Belgia, ubi ſcorbutus endemius eſt, oriundus, ac à magnis vocationis ſuæ perpeſſis negotiis & continuis laboribus defatigatus, ante quadriennium quodam mane à rheda improvidè in pectus fortiter percuſſus eſt, & circa noctem cum tuſſicula parum clari ſanguinis per os ejecit, quæ ſanguinolenta exſpuitio per quietem nocturnam ſopita, poſtmodum ſucceſſivè ceſſavit & evanuit. Interea vero temporis, ſi Dn. Patiens per ſcalas celeriter aſcendendo, aut aliud aliquid operando vires ſuas fortiter intendit, de novo hæmoptoën paſſus eſt, quæ vero accedente quiete iterum ſubſedit. In Decembri verò anni præteriti circa noctem arteria in pulmonibus aperta eſt, quæ tanta vehementia ſanguinem copioſiſſimum, ſaliendo quaſi, profudit, ut Dominus Patiens de vitâ ſuâ per breviſſimum etiam tempus conſervandâ dubitarit, & fermè deſperarit. Poſtquam vero in terra ſedens genua ad pectus applicavit, & in lectum tardâ & quietâ manu deportatus eſt, ibidemq; per quatuor dies ac noctes, immobilis quaſi, (ne ulteriori hæmorrhagiæ anſam daret) ſedit, & poſtea lectum ſibi ſternere curavit, maximo capitis dolore, qui per 17. dies duravit, cum exæſtuante præternaturali calore correptus eſt, ubi tandem capitis dolor quidem remiſit, ſed calor præternaturalis, qui totum corpus ſiccum & tabidum reddidit, dies noctesque continuavit; Qui calor intenſus, quamprimum Patiens aliquid cibi capit, augetur, & poſtea peractâ coctione nihilominus remanet. Penes hunc quotidianum calorem p. n. nec tuſſit, nec exſcreat, & omnem appetitum ad bibendum totaliter amiſit: Præterea

rea ob hæmorrhoides alvus continuè constipata est, & clysteres magna ex parte cum urinâ exeunt; Quamprimum etiam patiens se movet, statim ardor & exæstuatio corporis cum asthmate se prodit, & summatim, morbus hic toto corpori infestus & molestus est.

Contra hunc affectum Dominus Patiens hactenus variis remediis, utpote præcipitantibus, absorbentibus, Emulsionibus ex amygdalis & seminibus frigidis, ac suadentibus Dnn. Doctoribus, balneis ex aqua fluviali Danubii tepidè paratis, & post balnea inunctionibus cum Ol. amygd. dulc. axungia humana, &c. internè vero Gelatina ex rasura CC. & eboris parata, nec non jusculis cum incoctione rad. scorzoneræ, altheæ, graminis, herb. scolopendr. & spiritu aperitivo Penoti, M. & V. ad gutt. 40. usus est.

Jam vero Diætæ continuam rationem habet, ac cremorem hordei, cui cancri, ranæ, & testudines incoctæ sunt, comedit. Proximè aer mutandus, & aqua betulæ, & post hanc lac caprillum vel asininum bibendum est. Ad febrilem calorem extinguendum quidam Medicus chinam chinam suasit, à quâ verò, (quia Dominus Patiens mala symptomata ab ejus usu provenire vidit) abhorret. Et jam firmiter per lac caprillum & asininum pristinam sanitatem, Deo juvante, quærere sibi proposuit.

Morbi Resolutio.

Morbi definitio cum enumeratione causarum.

HIc Morbus est Affectus phthisicus cum febre putrida in hecticam degenerante, qui procul dubio ante quatuor annos ab accepta valida pectoris percussione à rheda obortus est, quâ mediante ex unâ vel alterâ venâ ruptâ sanguis extravasatus in cavitatem pectoris effusus est, quodipsum illa ipsa die sanguinis per tussim excretio, & hinc diversis vicibus superveniens fusissima hæmoptysis, præsertim si corpus per scalarum scansionem, vel alio modo validè commotum fuit, satis superque indicavit. Et quia hic sanguis extravasatus circulatione suâ privatus stagnavit & corruptus est, & proinde in Empyema

purulentum degeneravit, ille non ſolum ob longiorem moram & acquiſitam malam indolem pulmones aggreſſus eſt, eorumque ſubſtantiam, vaſa & venas corrodit, quam eroſionem non ſolum copioſiſſimum illud ſanguinis arterioſi profluvium, excepit, ſed etiam ob putrefactum ſanguinem grumoſum in pectore, & vapores tetros cordi communicatos, per ſubſequutam inflammationem ſpirituum vitalium febris lenta continua putrida, quæ jamdudum in hecticam degeneravit, incenſa & oborta eſt, quæ ſucceſſivè crevit & invaluit, donec tandem acquiſito ſuo vigore æſtum continuum, per quem totum corpus exaruit, invexit, per quem humidum radicale in omnibus corporis partibus ac membris magis magisque conſumitur, viresque ſenſibiliter dejiciuntur.

Quod autem Dn. Patiens, præſente continuo inſigni calore neque tuſſit neque exſcreat, & propter hæmorrhoides alvus obſtructa eſt, ac applicati clyſteres maximâ ſui parte per urinam excernuntur, forſan ob hanc cauſam accidit, quia per calorem p. n. exæſtuantem omnis ſubſtantia intrinſeca in materiam liquidam reſolvitur, ac inflammati renes continua quaſi ſuctione, ut in diabete, omnes humores attrahunt, ac lympham cum ſeroſis liquoribus per ureteres ablegant, & per veſicam exonerant.

Quod autem circa hunc exæſtuantem calorem nulla ſitis adeſt, admiratione non caret, licet experientia teſtetur, quod in febribus acutis & malignis, ſi ſcil. calor p. n. magis in ſanguine arterioſo quam venoſo reſidet, parva vel nulla ſitis deprehendatur, quod quidem nil boni indicat, quia calor præternaturalis per largiorem potum multò melius & facilius reſtinguitur.

Ad hunc morbum curandum jamdudum ab aliquibus Medicis diverſa exquiſita & appropriata remedia præſcripta ſunt, quamvis inter illa mihi ſpiritus aperitivus Penoti, (quia omnes ſpiritus inflammabiles ſunt, & febrem cum calore præternaturali augent) ſuſpectus ſit.

Pulv. cortic. rad. chin. chin. eſt expertiſſ. in febrib. intermitt. remed.

De Pulvere autem corticum radicum chinæ licet omnibus non arrideat, cum veritate aſſeverare & gloriari poſſum, quod eodem in meâ per 43. annos durante praxi medicâ, præmiſſis univerſalibus, in febribus intermittentibus, magno cum ægrotorum emolumento & levamine uſus ſim, qui etiam meipſum ante triennium à pertinaciſſimâ febre tertianâ duplici, quæ maximam partem ſubſtantiæ corporis mei comſumſit, aliis ſpecificis antifebrilibus remediis expertiſſimis nil quicquam proficientibus, à febre, ejusque peſſimis concomitantibus ſymptomatibus, Dia favente gratia, liberavit.

An

An vero febris ante ablationem exulcerationis & purulentæ materiæ putridæ in parenchymate pulmonum existentis curari possit, de hoc valdè dubito; Hocipsum vero exitus post usum specificorum antifebrilium docebit.

Curatio hujus mali magnum laborem, diligentiam, & prudentiam requirit, quia hic morbus per se periculosissimus est, præsertim si tabes sic invaluit, ut nulla caro musculosa amplius supersit, cutisque ossibus hæreat; si malæ pendulæ palleſcunt, respiratio difficilis, pulsus debilis & mutabilis, capilli decidunt, pedes intumescunt & sudor colliquativus cum diarrhœa accedunt. *Curatio in hoc subjecto est dubiæ spei.*

Ut autem meam sententiam exponam, octo sequentes circa curationem Regulæ erunt obſervandæ. 1. Ut exulceratio pulmonum tollatur. 2. Hæmoptoe refrenetur. 3. Acredo sanguinis corrigatur. 4. Febris cum calore p. n. corpus depascente, debelletur. 4. Atrophiæ succurratur. 6. Sudor colliquativus cohibeatur. 7. Viscera nobiliora & principaliora roborentur. Et 8. Accurata & laudabilis Diæta obſervetur. *Curationis requisita.*

In quem finem sequentia remedia, quantum possibile, sua laude & prospero effectu non carebunt.

Et quidem 1. Ad pulmonum exulcerationem auferendam, tale Electuarium pectorale, de quo sæpius nucis moschatæ quantitas sumenda; ut & Aqua sequens antiphthisica, cochleatim M. & V. sumenda, confert. ℞. *Conserv. rosar. rubr. ℥iiij. Conserv. flor. bellid ℥j. Loch de symphyto ʒij. Pulv. antihect. Poter. analept. frigid. Münder. Corall. rubr. præp. ana ʒj. Syrup. pilosell. plantag. ana ℥ß. M. f. Elect. molle. d. ad Ollam.* *Electuar. antiphthis. & pectorale.*

Et, ℞. *Aq. antiphthis. Mynsicht. ℥ix. Magist. perlar. Corallor. ana ℈ij. Lact. ♆. ℥ß. Pulv. sacch. cand. alb. ℥ß. Misce d. ad vitrum.* *Aq. antiphthis.*

2. Ad Hæmoptoën per intervalla affligentem, seq. Aqua stegnotica identidem cochleatim sumenda, proderit. ℞. *Aq. plantag. Bursæ pastor. centinod. Hippurid. ana ℥vj. Lap. hæmatit. præp. Carneol. præp. Corall. rubr. præp. ana ℈j. Sperniol. Croll. ℈ß. Syr. pilosell. plantag. myrtin. ana ℥ß. M. d. ad vitrum.* *Aq. stegnot.*

3. Ad acredinem sanguinis corrigendam, talis Emulsio ante somnum haurienda adjumento erit; ℞. *Semin. 4. frig. maj. ana ℈ij. papav. err. ʒß. Amygdal. dulc. excort. ʒij. Aq. plantag. endiv. rosar. ana ℥j. ℥ij. M. f. Emulsio, in qua dissolv. CC. philos. præp. Corall. rubr. præp. pulv. analept. frig. Münder. ana ℈j. sacch. perlat. ʒij. M. d. ad vitrum.* *Emulsio alter. & refrig.*

4. Ad febrem, & calorem præternaturalem depascentem debellandam, Pulvis hic specificus antifebrilis, duabus horis ante cibum, quantum cultri cuspide capi potest, sumendus, erit maximè proficuus.

Pulv. anti-febr. ſpecif. & cordial.

cuus. ℞. *Hyacinth præp. Corall. rubr. præp. Lap. Chryſol. præp. Matr. perlar. præp. CC. philoſoph. præp. ana* ʒß. *Margarit. præp.* ℈j. *ſacch. perlat.* ℈ij. *M. f. pulvis ſubtiliſ. d. ad ſcatulam.*

5. Contra corporis Atrophiam Hordeatum Imperatoris, M. & V. quartarii dimidii vel ℔ß. quantitate tepide ſumendum, & Gelatina, de qua horâ unâ ante menſam duo cochlearia, vel per ſe, vel cum brodio carnis parcè ſalito capienda, quin etiam placentæ refectoriæ magnam utilitatem conferent, quæ ſic parantur. ℞. *Hord. integr. Miiij. coq. in aq. font. menſurâ unâ per 10. horas ad perfectam mollitiem, ſemper aliquid aquæ calidæ affundendo, ne aqua evaporet & conſumatur, exprime deinceps cremorem per pannum, & in vaſe mundo ad uſum ſerva.* Poſtea ℞. *Herb. piloſell. Tuſſilag. Endiv. ana* Mß. *Rad. ſcorzoner.* ʒß. *coq. in brodio gallinæ inſulſo, exprime per pannum, in hoc decocto diſſolve cremoris hordei cochleare unum.* Et, ℞. *Raſur. CC.* ʒiij. *Ebor.* ʒiß. *infund per noctem in aqua fervid. menſur. 2. mane coq. lento igne l. a. in vaſe fictili per 5. in 6. horas, add. paſſul. maj. exacinat.* ʒij. *flor. rec. borrag. bugloſſ. bellid. ana* pj. *Rad. ſcorzoner.* ʒß. *coq. ad gelatin. conſiſtentiam, colatur. add. Confect. Alkerm. incompl.* ʒij. *poſtea refrigeſcat in fictili.* Ut &, ℞. *Pinear. recent. Piſtacior. Amygdal. dulc. excort. ana* ʒß. *carnis arantior. dulc. condit.* ℥vj. *conſcinde minutiſſimè, addendo Pulv. anis. cinnamom. ana* ʒj. *Eboris ſine ign. præp. Matr. perlar. præp. Confect. Alkerm. incompl. ana* ℈j. *Margarit. præp.* ℈ß. *Floris farin. tritic. finiſſ.* ℔iiß. *ponder. civil. ſacch. albiſſ.* ℔iiß. & ʒiiij. *pond. civil. Ovor. conquaſſator. num. xvj. M. & cum aq. font. redigantur in pulpam, & f. l. a. Placentæ rotundæ inſtar Hiſpanicarum.*

Hordeatum Imperatoris.

Gelatina analept.

Placentæ refectoriæ.

Penes hæc enumerata remedia contra atrophiam quoque conferunt Emulſiones ex amygdalis dulcibus & ſeminibus frigidis paratæ, item Lac aſininum; & externè balneum ſequens. ℞. *Amygdal. dulc. cum cortic. groſſ. mod. contuſ.* ℔ij. *farinæ hord.* ℔iiij. *vel vj. inde ſacco ampliori, & coq. in abenâ, cum aquæ fluvialis ſ. q.* ex his paretur balneum tepidum, cui patiens tempore antemeridiano & pomeridiano per dimidiam vel integram horam, (prout vires ferre poſſunt) inſideat; ſingulis præterlapſis tribus diebus renovandum erit balneum cum incoctione recentium amygdal. dulc. & farin. hordei, & continuandum ad tres vel quatuor ſeptimanas.

Balneum ex amygd. & farin hord parat.

Remed. contr. ſudor. colliquatiß. Mixtur. Unguent.

6. Ad ſudorem colliquativum cohibendum, internè Mixtura, de qua ante ſomnum cochleare unum vel alterum ſumendum, & externè Unguentum refrigerans, M. & V. ſpinæ dorſi illinendum, medebitur, quorum deſcriptio hæc eſt. ℞. *Conſerv. roſar.* ʒij. *ſyr. papav. errat. Jujubin. Diacod. Montan. ana* ʒß. *M. d. ad fictile.* Et, ℞. *Ung. infrig. Galen. Roſat. Meſ. Reſumptiv. Fernel. ana* ʒß. *Ol. roſar.* ʒi. *M. d. ad Ollam.*

7. Ad

7. Ad viſcera nobiliora & principaliora roboranda Tragea ſequens cochleatim circa finem menſæ ſumenda, proderit. ℞. *Spec. diarrhod. Abb. Diatrionſant. ana* ʒß. *Corall. rubr. præp.* ʒj. *Margarit. præp.* ʒß. *Cinnam. opt.* ϑiß. *Macis* ϑj. *ſacch. perlat.* ʒiij. *fol.* ⊙. *num.* 2. *M. d. ad ſcatulam.* *Tragea viſcera corrob.*

8. Quod Diætam attinet. 1. Aer ſit temperatus & lucidus. 2. Cibi ſint boni ſucci & coctu faciles, laudabilem ſanguinem generantes; è contra omnes cibi crudi, craſſi, acres, multo ſale conditi, & acidi evitentur. Pro potu ordinario conducit aqua hordei cum conſerva roſarum mixta & percolata, ac ſpecies duabus menſuris aquæ fontanæ incoquendæ. ℞. *Scob. Lign. ſantal. citrin.* ʒß. *Rad. chin. elect.* ʒiij. *Liquirit.* ʒij. *paſſul. minor. & major. enucleat. ana* ʒß. *ficuum pinguium, Dactylor. ana num. v. Jujub. Sebeſt. ana num. vij. ſem. 4. frig. maj. ana* ʒij. *anis. fœnic. ana* ʒj. *CC. uſt.* ʒvj. *Mixt. conciſ. & conquaſſat. d. ad chartam.* *Spec. pro pot. ord.* 3. Quies moti anteponenda. 4. In ſomno & vigiliis modus tenendus. 5. Alvus aperta ſervanda. Et 6. animi fortiores motus refrenandi venient. Deus Ter Opt. Max. hæc Remedia divinâ ſuâ benedictione ſecundet. Ulmæ $\frac{2}{10}$. April. 1699.

OBSERVATIO MED. VII.

Colica Epidemia maligna.

Caſus.

ANno 1645. Colica Epidemia maligna non ſolum Ulmæ, ſed etiam in Ducatu Württembergico quamplurimos invaſit, & non paucos è medio ſuſtulit, de quo morbo Parens meus, D. Joh. Georg. Gockelius, tum temporis Reip. Ulm. Phyſicus Ord. piæ memoriæ, cum famigeratiſſimo Medico, D. Joh. Oſvvaldo, tam ratione cauſæ, quam curationis hujus morbi per literas verba fecit, qui per reſponſorias ſequenti modo ſuam mentem expoſuit.

His

Morbi hujus reſolutio per cauſas.

HIc affectus, quem Dominus Doctor deſcribit, apud nos jam per integrum annum epidemius eſt, verſipellis profecto & infenſiſſimus hoſtis, qui probabiliter ab infauſto ſydere excitatus, occulta proprietate, non calore, non frigore ſe manifeſtans, ſed reconditis dolorificis viribus excrucians, quapropter etiam ſelectiora noſtra pharmaca nil quicquam efficiunt, niſi Arcano minerali ſuppetiæ ferantur.

Curatio.

Extr. ♃ ii.

Ego quidem hactenus *Extractione ♃ ii proprio ſpiritu factâ felici ſucceſſu uſus ſum, de quâ manè guttas tres, cum ſpiritu abſynthii, ſemine aniſi, baccis lauri, & Zingibere ana per digeſtionem nocturnam eſſentificati, propinavi, & poſt hanc cochleare unum de hoc ſpiritu ſolo ſuperbibere curavi. Quodſi ſpiritus abſynthii caret, ſpiritus aniſi ſubſtitui, & dictis ſpeciebus infundi, perque digeſtionem præparari poteſt.*

Potus ord.

Potum ordinarium ex carminativis, præſertim cinnamomo & radice helenii, cum confectione aniſi ſaccharatum præſcripſi.

Topica.

Pro Topicis, *Unguento Theophraſti cum Gummi armoniaco, terebinthina, Butyro caprino, & ſevo cervino, levi liquefactione anaticè mixtis, utor; hoc verò non dolenti loco, ſed putamini juglandis inditum umbilico applico, & huic laminam panis toſti calidi butyro recenti illitam ſuperpono, & calefacto panno & faſciis claudo, ac per 24. horas umbilicum ſic deligatum relinquo.* Si verò dolor ſpatio duarum horarum non ceſſat, tum ſingulis duabus horis, & quidem ſecunda vel tertia vice hæc dicta repeto. Et mediantibus his remediis cruciatus ex flatibus hypochondriorum orti diſcutiuntur, reſolvuntur ac auferuntur. *Dorſi, inunctio cum butyro.* *Dorſum ante applicationem Unguenti, butyro inſulſo illiniri curo.* Quæ omnia honoratiſſimi Domini Doctoris dijudicationi & diſcretioni relinquo, eumque Divinæ protectioni commendo. Urachii, die 3. Octob. 1645.

Joh. Oſvvaldus, D.

OBSERVATIO MED. VIII.

De Spaſmo cervicis Uteri pertinaciſſimo.

Morbus.

Morbus.

MAtrona quædam præmorbilis, ætatis adhuc florentis, malo hypochondriaco obnoxia, ante triennium, cum utero primis menſibus geret, de moleſtâ quâdam gravitate in abdomine & circa dorſum, ac ſi omnia contenta deorſum prolabi conarentur, conqueſta eſt, cui præmiſſis univerſalibus, corroborantia & adſtringentia adhibita ſunt, à quorum uſu, procedente tempore, & fœtu grandiori facto, malum ceſſavit, ita, ut poſt partum omnia ſe optimè habere viſum ſit. Sed Anno 1698. menſe Auguſto, hoc malum recruduit, ubi internè iterum varia confortantia & adſtringentia, externè verò diverſa Unguenta, cataplaſmata & Emplaſtra, ſed omnia ſinè fructu, uſurpata fuêre: Interim malum non ſolum infimum ventrem, ſed etiam per conſenſum nervorum caput, (non ſine convulſionis periculo) aliasque partes corporis vellicavit, & tandem cervicem uteri ponè vaginam ſpaſmodicis doloribus, & contracturâ nervorum verſus dorſum ita pertinaciſſimè obſedit, ut non niſi prono corpore incedere, ac corpus vix erigere potuerit. Huic ſpaſmodicæ contractioni varia remedia antiſpaſmodica interna & externa, & ex poſterioribus inunctiones, inſeſſus & fomenta ex emollientibus & anodynis parata, ſed omnia fruſtraneo ſucceſſu, adhibita ſunt, ita ut Patiens de ſuâ reſtitutione planè deſperarit. Inter hanc autem tragœdiam iterum gravida facta eſt, ubi ſperatum fuit, quod fœtu indies incrementum ſumente, quin etiam ob molem uteri nervi ſpaſmodicè contracti, per ſucceſſivam extenſionem, & præcipuè in ipſo partu per intenſum laborem priorem naturalem longitudinem, cum mali ſpaſmodici remiſſione, acquiſituri ſint. Sed licet partus feliciter ſucceſſerit, tamen in hunc usque diem

ſpaſmodicâ hac & dolorificâ contractione in dicto loco non ſine puſillanimitate & angore animi torquetur.

Morbi hujus examinatio per cauſas.

QUod hunc Patientis ſpaſmum cervicis uteri concernit, ſciendum, quod utero duo nervorum genera donata ſint, à ſpinali medulla unum, quod tenuibus furculis in uteri cervicem, & circa humiliorem fundi ſedem excurrit; alterum à ſexta conjugatione, à quo ſubinde nervi perquam graciles ad elatiorem fundi regionem diffunduntur.

Spaſmi cauſæ generales.

Spaſmi autem cauſa in genere eſt vel 1. Repletio. 2. Inanitio. 3. Sympathia, ex læſione aliarum nervoſarum partium.

Quomodo per repletionem oriatur.

1. Repletio ab immodico cibo & potu, retentione excrementorum, intermiſsâ conſuetâ motione, humorum abundantiâ, &c. provenit, à quibus omnibus nervi ſecundum latitudinem extenduntur, & ſecundum longitudinem contrahuntur. 2. Inanitio, à crebriori vomitu, diarrhœâ, hæmorrhagiâ, febribus acutis, &c. exoritur, & hæc ſpecies plerumque incurabilis eſt. 3. Per ſympathiam ſpaſmus læſiones nervorum, quæ à morſibus vivorum & venenatorum animalium, vel ab inſtrumentis pungentibus vel ſecantibus, vel gelu obortæ ſunt, inſequitur.

Quomodo per inanitionem?

Quomodo per ſympathiam?

Curatio Spaſmi ex repletione.

Spaſmus ex repletione *curatur per vacuantia, utpote Dietam, Veneſectionem, diſcutientia, vehementes motus, frictiones, ſcarificationes, balnea ♀ea, Unguenta calida, olea calida, ut Unguentum Martiatum, Aregon. Agripp. altheæ, Ol. lumbricor. chamom. vulpin. ſpicæ, caſtorei, terebinth. laurin. & ſimilia.*

Ex inanitione.

Spaſmus ex inanitione *curatur per modicè replentia, qualia ſunt, cibi bonum ſuccum generantes, Juſcula caponum, caro vitulina & vervecina, columbæ juniores; Conſerva borrag. bugloſſ. Violar. Nymphææ: Clyſteres emollientes, inunctiones cum Ol. violar. amygd. dulc. lil. alb. lumbricor. Balnea ex herbis, radic. & ſeminib. emollient. parata; item balneum ex Oleo & lacte paratum.*

Ex conſenſu.

Spaſmus ob conſenſum ex læſione nervorum *curatur per vulneris amplificationem, cucurbitulas, oleum terebinth. Theriacæ cum aq. vit. mixtæ impoſitionem, ſpinæ dorſi & nervorum inunctionem.* Plura vid. ap. Pareum, p. 373. 374. & 375.

OB-

OBSERVATIO MED. IX.

Morſus felis rabidi, ab intermiſſa ſcarificatione & Uſtione, lethalis.

Caſus.

ANno 1698. die 27. Septembris, Suſanna Veſpaſianuſin, Martini Plebſten, Cauponis ad corvum Conjux, circa noctem in ſtabulo, cum ibidem cani ſuo lectum ſtramineum ſternere vellet, ab ibidem latente fele nigro rabido in dextram manum mordicus vehementer preſſa fuit, ita ut felem vix manu altera avellere & expellere potuerit.

Curationis Ordo.

ALtera læſionis die ad me venit, meumque conſilium requiſivit, cui Pulverem ſecretum contra hydrophobiam Galeni præſcripſi, eamque ſeriò iterum atque iterum admonui, ut illicò locum morſuræ ſcarificare, ſanguinem per cucurbitulam extrahere, & oleo ſambucino fervente, mediante linteolo inincto inurere curaret, poſtea verò his remediis conſumptis ad me rediret, & cœtera neceſſaria remedia præſcribenda avocaret. Illa verò, neſcio ex cujus perſuaſu, inobediens neque ſcarificationem neque uſtionem paſſa eſt, & primis medicamentis aſſumptis, ab ulteriori remediorum continuandorum uſu prorſus abſtinuit. Et ſic per aliquot ſeptimanas, ut ſibi videbatur, ſine ulla ſingulari moleſtia ſuis negotiis domeſticis invigilare potuit: octiduum vero ante eruptionem Hydrophobiæ, brachium dextrum tam grave & ponderoſum factum eſt, ut vix illud attollere, capitique imponere potuerit. Interea temporis ſemper è domo in forum, & quorſum ſua negotia illam ducebant, exivit. Sed die 26. Decembris, qui erat dies ſabbathi, & ita præterlapſis à tempore morſuræ duobus integris menſibus, cum veſperi horâ quartâ domum reverſa eſſet, ex improviſo Hydrophobiâ correpta eſt, & omnia liquida, juſcula, cereviſiam, vinum, &c. ſummo cum horrore averſata eſt, imò etiam nudum eorum nomen ſine tremore tolerare non potuit. Invale-

Hydrophobiæ poſt duos menſes eruptio.

ſcente itaque malo, noctu circa horam duodecimam ad illam vocatus ſum, quam veſtibus indutam circa fornacem ſedentem, rectaque ratione pollentem, ſed cum ſummâ inquietudine corpus hinc inde convulſivis motibus quatientem & continuè ejulantem, imò quaſi latrantem, de morſu hujus catti cum manuum complosione conquerentem, ſiccitatem oris & colli, nec non ſitim Tantaleam habentem, ſed cibum ac potum pertinaciſſimè averſantem, vidi & audivi; Quæ etiam, cum illam de ſumendis medicamentis & antidotis adhortarer, ſummoperè à me petiit, ne ipſi aliquid liquidi, (ne ab illo ſuffocaretur) præſcriberem, quapropter ipſi *bolum è theriacâ lapide bezoardico, & confectione alkermes incompletâ confectum*, & altera die ſolis *Electuarium ex Diaſcordio Fracaſtorii, Theriacâ, cinere cancrorum fluviatilium, pulvere radicis gentianæ, terrâ ſigillatâ, & ſyrupo citri, compoſitum, ordinavi*, & ut liquidis aſſumendis ſibi vim inferret, & ita hydrophobiam quaſi vi excuteret, ſacraque ſynaxi in affectu hoc ſummè periculoſo uteretur, monui, quæ quantum potuit, monitis meis morem quidem geſſit, ſed dies noctesque in hâc inquietudine, motibus corporis convulſivis, ejulatu, ac quaſi latratu tranſegit. Inter uſum cœnæ Dominicæ calicem manu ad bibendum aliquoties prehendit, ſed identidem nauſeabunda amovit, tandemque oculis clauſis cum horrore celerrimè bibit; ſubſequente nocte aliquantulum quievit, ſed deindè rurſus ſummâ inquietudine exagitata maximo cum conatu pituitam cum bile ſed fruſtraneo ſucceſſu, evomere conata eſt; manè verò, qui erat dies Lunæ, debilis facta, ſalvâ tamen ſemper ratione fruens, tempus liberationis ſuæ inſtare aſſeveravit, Deumque inſtanter invocavit, ut finem ſuæ miſeriæ imponeret, quod etiam illâ ipsâ die horis antimeridianis factum eſt, & ita patiens hydrophobica, tertia ab invaſione die, vitam cum morte commutavit.

Bolus theriacal. Electuar. ſpecif.

Hydrophobiæ ſigna.

Vérè Hydrophobicam autem hanc mulierem fuiſſe, contra quendam impugnatorem, omnia jam dicta, & ſequentia edocent, 1. quia omnia liquida, ut maritus, quidam adſtans Centurio, domeſtici & adſtantes teſtati ſunt) maximo cum horrore averſata eſt. 2. Me ad illam venientem ſummoperè petiit, ne aliquid liquidi præſcriberem. 3. Illa ipſa cum proteſtatione conteſtata eſt, quod nil liquidi aſpicere, imò de illo nil audire, multo minus, (ne ab illo ſuffocetur) quamvis inextinguibili ſiti prematur, aſſumere poſſit. 4. Si de aliquo liquido mentio ſaltem facta eſt, illa confeſtim terrore perculſa, horrendè vociferata eſt. 5. Et licet ponderoſis rationibus, ſalutem animi & corporis concernentibus admonita, è calice cœnæ Dominicæ aliquid biberit, illa clauſis tamen oculis, & maxima vi, quam ſibi, (ratione

tione pollens) intulit, ac ſumma cum nauſeâ & averſatione factum eſt. Felem vero rabioſam fuiſſe, omnes allatæ circumſtantiæ, in ſequuta poſt morſuram hydrophobia, & mors repentina ſatis ſuperque comprobant. Nullam etiam melancholiam hæreditariam, ut quidam falsò allegavit, in causâ fuiſſe, non ſolum ſtatus ipſius ſemper ſanus, ſed etiam ratio incolumis ac ſalva usque ad ultimum articulum mortis docuerunt.

Felis rabioſæ ſigna.

Horrenda autem illa ſymptomata, quæ ab impreſſo per morſum canis, felis, vel alterius alicujus animalis rabidi ſpiritibus & humoribus charactere originem habent, & ex ſulphureo ſalino aduſto humore, quo omnia viſcera ad ſiccitatem rediguntur, oriuntur, unde meninges lancinantur, hinc ſitis; hinc furor; & ob ſpirituum vitalium animaliumque continuam luctam, incredibilis animi anguſtia & inquietudo emergit. Interim ſitis, quamvis ſit extrema, major tamen eſt aquæ fuga, quandoquidem in vitreo illo humore cerebri, ex venenatis vaporibus reſolutis nato, fluctuantis aquæ figura, & in hac canis natantis & demorſum perſequentis imago exprimitur, atque adeò cauſa eſt, ut ob mordentis memoriam canis in vitreo liquore phantaſiæ apparentis adeò conſternentur demorſi, ut aquam magis quam alia tormenta, ipſamque mortem fugiant.

Horrendor. ſymptomat. cauſæ.

Cur demorſi aquam fugiant?

Cum itaque aliquis demorſus eſt, protinus & ſine omni mora, antequam virus hoc invaleſcat, atque in humoribus & ſpiritibus dominetur, locus morſuræ ſcarificandus, ſanguis venenatus cum cucurbitulis extrahendus & evocandus, & vel ferro ignito, vel oleo ſambucino ferventiſſimo, mediantibus linteolis intinctis, cauteriſandus, eſchara ſeparanda, vulnusque per 40. dies, per impoſitionem Unguenti Ægyptiaci, theriacæ, & Ol. ſcorpion. magn. Matthioli, invicem mixtis, apertum eſt ſervandum, & in hoc paſſu nulli ſcarificatione & uſtione parcendum eſt. Hildanus *goſſypium ſpiritui vini & theriacæ imbutum poſt uſtionem impoſuit, & deinceps cœpas ſupra carbonibus aſſatas, cum fermento panis, pulvere ſem. ſinapi ana ʒj. Theriacæ ʒß. fol. rutæ & ſcordii ana Mj. cum melle in formam emplaſtri ſubactas, applicavit. Vulnus impoſito piſo, ut apud fonticulos moris eſt, per tres menſes apertum conſervavit, illique bis in ſeptimana ſeq. pulverem inſperſit.* ℞. *Præcipitat. Bezoar. Angelic. ana ℈j. M. f. pulvis.*

Demorſorum Curatio Externè.

Hildani curandi methodus.

De uſtione horum vulnerum Fabric. Hildanus Centur. 1. Obſ. chirurg. de filia quatuordecim annorum demorſa refert, quod illa ſuperficialiter ſaltem, & non ſatis profundè uſta in hydrophobiam inciderit. Eodem etiam loco rabidi cujusdam felis hiſtoriam explicat. Et ſummatim, Hildanus totam hujus mali curam externè ſcarificatione, ſanguinis extractione, & uſtione, (quam curandi methodum etiam omnibus chirurgis ſeriò injungit) abſolvit.

Uſtio debet pro unde fieri.

Interni.

Pulv. ſecretus Galen. contr. hydrophob. & Pulv. Palmarii.

Hoc facto, ſtatim etiam ad interna remedia confugiendum, & Pulvis ſecretus Galeni, (quem hic venerandus ſenex ut expertiſſimum & nunquam fallax omnibus aliis remediis longè præfert, *qui ex* ʒij. *cineris cancrorum fluviatilium*, & ʒj. *pulveris rad. gentianæ conſtat.* Vel *Pulvis contra hydrophobiam Palmarii, pro ratione ætatis à* ʒß. *ad* ʒj. *in aquâ è typhis Cervinis*, & *aq. ſcorzoneræ ana part. æqual per multos dies eſt exhibendus*, & *ſudor per Diaſcordium Fracaſtorii & theriacam aliquoties movendus, bonaque Diæta erit obſervanda:* Niſi enim huic malo mature prævenitur, Hydrophobia certò, (licet etiã per aliquot dies, ſeptimanas, menſes, & annos deliteſcat;) ſequitur, de qua Aetius teſtatur, ſe nullum hâc correptum vidiſſe, qui in vivis manſerit. Hildan. Cent. 1. Obſ. 86. p. 82. col. 1.

Et tali methodo toto praxeos meæ tempore, quam jam Deo juvante per quadraginta tres annos exercui, quamplurimos ab animalibus rabidis, præſertim canibus demorſos, & jam intra anni ſpatium aliquot patientes in Unter-Thalſingen; item Davidem Wolenski, Cauponem apud pileum pulverulentum Ulmenſem; Chriſtiani Greſen, piſtoris Langenavienſis duos filios & ancillam, & cum illis Chriſtophorum Luizen; It. Johannem Glöklerum, bubulcum Mercklingenſium; Nicolai Luzen, molitoris Braitingenſis filiam; & Suſannam, Jacobi Boſen, Scriniarii Ettlenſchieſſenſis filiam, feliciter curavi.

Qui plura de rabie & hydrophobia legere ſatagit, videat Sennert. lib. 1. pract. part. 2. cap. 16. pag. mih. 432. & ſeqq. Item, lib. 6. part. 8. cap. 30. pag. 353. de veneno canis & aliorum animalium rabidorum. It. Horſtium, de tuenda ſanitate pag. 209. & 210. Nec non Decades 6. Conſilior. & Obſervation. mear. medicinal. Auguſtæ Vindelicor. anno 1683. typis excuſas, Conſil. 9. pag. 88. & Conſil. 19. pag. 207. & ſeqq.

OBSERVATIO MED. X.

Aſthma humoroſum exitiale.

Anno

ANno 1699. Mense Martio, plurimum Reverendus & Doctissimus Vir, Dn. M. David **Geiger**/ Ecclesiastes & Verbi Divini Minister in summo Templo Ulmensi meritissimus & vigilantissimus, habitus corporis crassi, staturæ mediæ, ætatis 64. affectui hypochondriaco obnoxius, & ad cachexiam hydropicam pronus, periculoso asthmate periodico, maximè circa noctem divexante, cum aliquali tumore pedum correptus est, cujus Affectum, perspectis & examinatis omnibus circumstantiis, Asthma humorosum, cum atonia vel discrasia ventriculi & hepatis, nec non obstructione venarum mesaraicarum, ramorumque venæ portæ circa regionem lienis esse, deprehendi.

Morbi hujus per causas tractatio.

CAusa autem hujus morbi in hoc subjecto est partim vaporis humorosi à liene & mesenterio per modum ebullitionis ad caput & cerebrum ablegatio, ibidemque in materiam catarrhalem resolutio, ac exinde per arteriam asperam ad pulmones descensio, quin etiam fistularum pulmonum ab humore lento, crasso & viscido in venoso genere collecto, & per venam arteriosam in pulmones effuso, obstructio; partim verò diaphragmatis & bronchiorum pulmonum à vaporibus humorosis in abdomine sursum petentibus, compressio; quibus accedit humoris acidi melancholici per vas breve in ventriculum eructatio, fermentum ejus naturale perturbans, stomachum debilitans, coctionem depravans, ac febrem lentam excitans, quodipsum accessiones periodicæ statis temporibus, præsertim circa vesperam ac noctem hactenus indicârunt. Et notum est, quod illo tempore omnes ægri asthmate humoroso affecti pejus habere soleant, cum asthma omnes ægrotos vespertino ac nocturno tempore acerbius affligat. teste Boneto, Polyalth. lib. 3. de Affectibus pectoris & Asthmat. cap. 19. pag. mih. 164. & seqq.

Quod autem hoc Asthma principaliter à materia crassa & viscida, fistulas pulmonum obstruente oborta sit, idipsum copiosissima hujuscemodi materiæ cum tussi excretio & ejectio hactenus satis superque indicavit.

Prognosis.

Quoad Prognosin, Asthma est affectus chronicus & curatu difficilimus, qui sæpè in cachexiam & hydropem degenerat, ac in juvenibus

nibus non ſine magno labore, in ſenibus verò rarò vel nunquam tollitur, ac in liberis ſæpiſſimè exitialis eſſe ſolet.

Curatio. Curatur 1. *Venæſectione* ſi magna vaporum ferventium in pulmone & circa cor copia deprehendatur, quæ etiam in hoc ſubjecto duabus vicibus ſuffocationis periculum avertit, & patiens illicò melius habuit. 2. *Materiæ craſſæ & viſcidæ per incidentia, detergentia & expectorantia, humectantibus temperata, inciſione*, cavendo nimis calida & ſiccantia, ne particulæ tenuiores reſolvantur, craſſities verò materiæ viſcidæ augeatur & quaſi lapideſcat. 3. Materiæ præparatæ & inciſæ evacuatione. 4. *Reliquiarum exſiccatione.* Et. 5. *Diæta*, cui convenit humectans & incidens cibus, in potu vinum ſubdulce, tenue, aut Decoctum pro potu ordinario.

Ven. ſectio. Quod primum attinet, Venæſectio, ut ſuperius dictum, cum levamine patientis applicata fuit.

Quod ſecundam intentionem concernit, conveniunt ad materiæ inciſionem, deterſionem, & expectorationem, vel aquæ, vel ſyrupi, vel pulveres pectorales, materiam craſſam & viſcidam incidentes & expectorantes, Ex. gr. ℞. *Aq. ceraſ. nigr. hyſſop. Veron. flor. acac. aſthmat. ana* ʒvj. *vel* ʒj. *Spir. anis. Eſſent. ſacch. Beguin. ana* ʒij. ℥. *ſal. armoniac.* ℥. *theriacal. camphorat. ana* ℈j. *Oxymel. ſquillit.* ʒß. *oxym. helleborat. Geſner.* ʒij. *M. ad vitr.* Vel ℞. *Syrup. de Eryſimo Lobel.* ʒij. *d. jujub.* ʒj. *Oxym ſquill.* ʒß. *Oxym. helleborat. Geſn.* ʒij. *M. pro Linctu.* Vel, *Sperm. cet. rec. Ocul* ♋. *præp. ana* ℈ij. *Pulv. rad. ireos florent. ſem. anis. croci Auſtr. ana* ℈ß. *M. f. pulv.* Arcanum etiam eſt ſequens. ℞. *Croc. Or.* ℈ß. *Moſch. gr. ij. M. cum decoct. rad. ireos. Bonettus.* Prodeſt etiam, quod ſæpiſſimè expertus ſum, *Arcanum Brunneri apud Sennertum.* ℞. *Sperm. ceti, gummi ammoniac. ana* ℈ij. *Aq. hyſſop. vel vini Rhenani* ʒij. *M. pro hauſtu.* Et Bonettus lib. 3. d. affect. pectoris & aſthm. cap. 19. pag. mih. 176. teſtatur, quod nihil magis profuerit quam *ſperma ceti*, & *potiuncula ex ammoniaco.*

Aq. pector.

Syrup. pector.

Pulv. reſolv. & expector.

Pulv. arcan. antiaſthm.

Arcan Brunneri.

Dn. D. Joh. Jacob. Wepfer p. m. ſequentem linctum contra aſthma, ſtertorem ac ſibilum frequenter in uſu habuit. ℞. *Syr. de Eryſimo Lobel.* ʒiß. *Oxym. helleborat. Geſner.* ʒij. *Gum. ammoniac. in aceto ſcillit. ſolut.* ʒj. *Eſſent. croc.* ℈ß. *Ol. deſtill anis. gutt. iij. Aq. hyſſop.* ʒiß. *M. de quo patiens ſubinde lingere poteſt.*

Linctus contr. Aſthma ſtridor. & ſibilum VVepferi.

Nec contemnendum eſt Vinum ex maceratione ſequentium. ℞. *Rad. liquirit.* ʒiß. *ireos* ʒj. *Enul.* ʒß. *Angel. ſcyll. præp. ana* ʒij. *Marrub. hyſſop. capill.* ♀. *Meliſſ. ana* pj. *ſem. anis. fœnic. ana* ʒij. *ſem. urtic. naſturt. ana* ʒj. *Mell. deſpumat.* ʒvj. *vini alb. Menſur. j.. Platerus.*

Vinum antiaſthmat.

Quod

Quod tertium indicans, nempe materiæ præparatæ & inciſæ evacuationem concernit, illa ſequenti potiuncula de mannâ ſine omni noxâ educitur. ℞. *Fol. ſen. el. ſ. ſt. ʒiij. Rhab. ver. crem.* ♀*ri ana* ʒß. *Aq. Ceraſ. nigr. flor. acac. ana* ʒij. *M. f. lenis ebullitio, in colatur. diſſolv. Mann. calabr. el* ʒiß. *f. potio unâ vice ſumenda.* *Potio lax. de manna.*

Quod quartam curationis intentionem, reliquiarum videlicet exſiccationem reſpicit, varia in hunc finem remedia in forma Apozematum ex herbis, radicibus, ſeminibus, aromatibus; nec non Trageæ, pulveres, Tincturæ, & ſimilia præſcribi poſſunt.

De Diæta ſuperius generaliter mentio facta eſt, quapropter hac vice plura de hâc proferre ſuperſedemus. *Diæta.*

His & aliis uſurpatis remediis, periodici hi aſthmatici inſultus nunc mitiores, nunc atrociores facti, patientem nunquam protinus deſeruerunt; cachexia vero magis magisque invaluit, tandem etiam vires defecerunt, & quia natura à morbo victa ſuccubuit, ille die Lunæ, 26. Junii anni ſuperius memorati, in Domino placidè obdormivit.

OBSERVATIONUM MEDICARUM DECADIS QUARTÆ.

OBSERVATIO I.

Caſus ab alto miraculoſus.

ANno 1699. die 3. Julii, veſperi horâ quinta, Jacobus Schick, Michaelis Schickii, Operarii Xenodochialis filius, puer 12. annorum, & cuidam murario in porrigendis tegulis, & apportando arenato ſubacto à ſervitiis, cum in ſublimi mearum ædium tecto canalem ligneum, per quem aquæ pluviales defluunt, putredine quodammodò corru-

ptum, poſt purgationem colore rubro imbuere vellet; (neglectâ repetitâ admonitione, ne ſe periculo exponeret) conſcenderet, & carioſa lignea canalis paries ab ipſius inſeſſu frangeretur, ille momentaneo caſu ex præcipitio tres contignationes alto in aream anteriorem ædium decidit, & inter cadendum ferreus portator, ſuper quo aliâs horti penſiles quieſcunt, corpus excepit, & vim prolapſus aliquo modo infregit, à quo verò ocius in terram demiſſus, capite & corpore in arenatum ſubactum proſtratus eſt, quem, maximo terrore perculſus, ſemimortuum quaſi ſuſtuli, veſtimenta circa pectus, & caligarum ligulas, (ut levius reſpiraret) ſolvi, nares & tempora Aquâ Reginæ Hungariæ & balſamo apoplectico inunxi, os effregi, unum alterumve cochleare roris ſolis optimi propinavi, ſicque ipſum ſucceſſivè refeci, ac quaſi ad vitam revocavi, totumque corpus, an ſcilicet una alterave pars corporis læſa, vel membrum fractum ſit, cum requiſito chirurgo inquiſivi, ſed omnia per Dei gratiam, quaſi per miraculum, adhuc integra, nec quicquam luxatum, fractum, vel vulneratum, niſi quod cranium cum cute carnoſa in medio tranſverſim digiti latitudine depreſſum fuerit, invenimus, cui ſtatim abraſis capillis, cataplaſma è herbis cephalicis cum vino coctum calidè fuit applicatum. Interim patiens inquietus & loquelâ privatus, materiam pituitoſam ſanguine permixtam cum levamine ſucceſſivè diverſis vicibus evomuit. Et quamprimum ad parentes ſuos deportatus & in lectum collocatus eſt, ſequentem potionem ad reſolvendum ſanguinem extravaſatum hauſit.

Potio concretum ſangu reſolvens. Aq. confort.

℞. *Pulv. contr. caſum Aug.* ʒj. *Syrup. papav. err. hyſſop. ana* ʒij. *Aq. ſcabioſ. chærefol. ana* ʒvj. *M.* Poſtea tali aqua cordiali, cochleatim ſumenda identidem refectus eſt. ℞. *Aq.* 4. *Cordial. ana* ʒj. *Ocul.* ♋. *præp.* ℈ij. *ſyrup. rub. Id.* ʒß.

Quibus aſſumptis, primâ nocte aliquantulum quievit, & manè circa horam quartam expergefactus loquelam cum

cum sanâ ratione recuperavit, & paulò post se parum adjutus erigere, sedere, imò è lecto ad mensam ambulare potuit. Interea temporis capiti sæpius in die cataplasma sequens cum vino rubro coctum calidè impositum, ac nucha, collum, & spina dorsi M. & V. Ol. chamomill. rosar. & lumbricor. inuncta fuere. ℞. *Micæ panis domest.* ʒiij. *furfur. tritic. farin. hord. ana* ʒij. *pulv. flor. rosar. beton. ana* ʒß. *Ol. rosar* ʒiij. *vin. rubr. q. s. salis communis* ʒj. *M. & f. ad ignem cataplasma.* *Cataplasm. cephal.* Secunda die circa noctem *Emulsionem ex amygdalis & seminibus frig. maj. cum aquis cordialibus & pulver. Corall. rubr. CC. & Ocul.* ℔. *paratam bibit*, à cujus usu, præsertim post mediam noctem, placidè quievit, & semper melius habuit. Tertiâ & quartâ die *pulveris sanguinis birci Helmontii* ℈ij. *cum brodio carnis deglutivit*, & capiti rursus dictum cataplasma cum vino coctum, (non neglecta colli & spinæ dorsi inunctione) applicatum, & sic per aliquot dies dictis remediis continuatum est. Præter hæc quoque Diæta conveniens fuit observata, aer fuit temperatus, cibi euchymi, ac pro potu ord. tale Decoctum bibit. ℞. *CC. ust.* ʒß. *Hord. integr.* ℥iß. *Liquirit.* ʒij. *ficuum* ʒß. *flor. papav. err.* Mß. *sem. anis. fœnic. ana* ʒß. *Mixta & concisa coq. cum aq. font. Mensur. 2. in Olla benè tecta ad tertias.* *Decoct. pro potu ord.* Alvus beneficio naturæ mansit aperta, urinam reddere potuit, benè respiravit, pulsus fuit vigorosus & æqualis, vires non defecerunt, ac summatim, omnia signa præsentia salutaria restitutionem ex integro pollicebantur, quemadmodum etiam paulò post pristinam sanitatem integram recuperavit.

OBSERVATIO MED. II.

Tumor linguæ monstrosus ex catarrho, suffocationem minitans.

ANno 1699. die 7. Martii, admodum Reverendus, Doctiſſimus & Religioſiſſimus Vir, P. Euſebius Schleich, æt. 59. Canonicus Regularis, & Decanus Monaſterii Wengenſis meritiſſimus, me vocavit, de puſtula ſub lingua illum moleſtante, conqueſtus eſt, cui ſequentes ſpecies lacti incoquendas, pro crebriori oris collutione calidè uſurpandas ordinavi. ℞. *Herb. Malv. Mj. flor. chamomill. pj. liquirit. ʒß. flc. num. 3. M. & conciſa d. ad chartam.*

Sed nox inſequens fuit moleſta, & malum celerrimè incrementum ſumſit, ita ut altero mane ob tumorem totius linguæ monſtroſum, quæ totum collum cum faucibus non ſine periculo ſuffocationis clauſit & implevit, ita, ut nec vocem edere, nec quicquam cibi vel potus aſſumere vel deglutire potuerit, ſed animi ſui ſententiam creta ſuper tabulam ſcribere coactus fuerit. Cui accerſitus ſtatim revulſionis & derivationis gratia venam medianam dextri brachii aperire curavi, & ſequentem apophlegmatiſmum præſcripſi. ℞. *Scob. lign. Guajac. ʒß. Rad. pyrethr. ʒiij. herb. ſalv. nob. pj. alum. roch. ſal. nitr. ana ʒj. ſem. urtic. ſinap. ana ℈j. acet. vin. opt. ʒiij. aq. mulſ. ʒvj. M. f. decoctum, cum quo ſæpius os calidè eluendum.* Cujus beneficio magnam copiam materiæ pituitoſæ & phlegmaticæ cum ſaliva expuit. Collo vero circumcirca tale cataplaſma cum lacte coctum die noctuque ſæpius repetendo, calidè fuit applicatum. ℞. *Pulv. pro cataplaſm. ex herb. rad. & ſeminib. emoll. ʒiiij. coq. ſucceſſivè cum lacte, addendo cochleare unum de Oleo chamomill. roſar. & lumbricor. anaticè mixtis.* Vertici capitis Emplaſtrum de tacamahaca cum Ol. majoranæ malaxatum, magnitudine imperialis, fuit applicatum. Ad hæc iteratis vicibus tale clyſma fuit injectum. ℞. *Herb. betonic. ſalv. roriſmar. majoran. ana Mj. ſpec. decoct. carminat. ʒij. ſem. lini, fœnugr. ana ʒß. M. f. cum decocto hordei ebullitio, colatur.* ℞. *ʒvj. in qua diſſolv. Elect. lenit. Florenz. diacathol. ana ʒj. hier. Logad. diacolocynth. ana* ʒij. *Ol. roſar. chamomill. ana* ʒvj. *vitell. ovor. num. 2. M. f. clyſter.* quorum remediorum beneficio periculoſiſſima ſymptomata ſucceſſivè remiſerunt & evanuerunt. Dn. Patiens vero poſt 48. horas juſcula & liquida deglutire cœpit, & tale Decoctum pro potu ordinario bibit. ℞. *CC. uſt. ʒß. Hord. integr. ℥iß. Rad. chin.* ʒij. *Jujub. ſebeſt. ana num. x. caric. pingu. num. v. liquirit.* ʒij. *paſſul. min. ℥j. ſem. anis. & fœnic. ana* ʒß. *M. & conciſ. coq. cum 2. menſur. aq. font. ad tertias.* Collum etiam ſæpius aqua mulſa calida gargarizavit; poſtea cochleare unum vel alterum de mixtura ſequenti cochleatim ſumſit. ℞. *Mucilag. ſem. cydon. cum aq. roſ. extr. ℈ij. ſyr. viol. ʒiß. Mell. roſ. col. ʒß. Rob.*

Apophlegmatiſmus.

Cataplaſma

Emplaſtr. cephal.

Clyſter.

Spec. pro pot. ord.

Mixtur.

℥ß. *Rob. diamor.* ℥ß. *M. d. ad oll.* Et ſic horum remediorum uſu per Dei gratiam, paucorum dierum ſpatio feliciter reſtitutus fuit.

OBSERVATIO MED. III.

De vini acidi per acetum lithargyrii cum maximo bibentium damno, dulcificatione.

Relatio.

ANno 1694.95.96. cum vina Nicarina generoſa & nobilia priorum annorum, in Ducatu Württembergico & confiniis, partim per Gallos rapaces diriperentur, partim verò ab inquilinis & extraneis conſumerentur, & per Cœli ac tempeſtatis inclementiam ab aliquot annis vina acida, aſpera & auſtera horum locum ſupplerent, ac eapropter à multis averſarentur, paucosq; emptores invenirent, Venditores quidam & Aurigæ, ut vina ſua ad palatum hominum accommodarent, vinumque acidum, ut ipſis videbatur, ad lucrum faciendum corrigerent, certo quodam mangonio ex lithargyrio facto, vina ſua, ut æquè ac generoſa & meraca magno pretio vendi poſſent, ſequenti modo adulterarunt. ℞. *Lithargyrii auri vel argenti pulveriſat.* ℥vj. *alius capiebat* ℥xii. *quidam etiam Biſmuthum ſeu Marcaſitam addiderunt, affunde aceti vini opt. menſur. j. vel* ℔iij. & ℥iiij. *coq. igne lento ad quartæ partis conſumptionem, poſtea indatur vaſi vitreo vel terreo, vitro incruſtato, addendo, vini albi generoſi vel malvatici menſuram unam, vel* ℔iij. & ℥iiij. *fiat rurſus aliqualis ebullitio, deinde per chartam bibulam vel emporeticam aliquoties filtretur, poſtea ſervetur in vitro benè clauſo ad uſum. Hujus liquoris* ℞. *gutt.* 10. *vel* 15. *inde vitro minori vino ad* ℥iij. *vel* iiij. *repleto, agitetur caule pennæ vel bacillo ligneo, deinceps ſubſidere ſinatur, donec vinum clareſcat, cujus adminiculo qualitas ipſius acido-auſtera per præcipitationem ſic alteratur, corrigitur, & ſubdulceſcit, ut hoc vinum libatum haud aliter ſapiat, ac ſi præſtantiſſimum nectar eſſet. Et ſi quis totam amphoram vini Württembergicam, vel* 160. *menſuras majores huic Ducatui uſitatas & conſuetas hoc mangonio tingere deſiderat, tum requiruntur hujus liquoris pro commixtione* ℥x. *vel* ℔j.

Modus adulterandi vina acida per lithargyr.

Quod autem vinum liquore hoc tinctum & adulteratum ſit, ſequenti modo probatur. ℞. *Hujus vini vitro minori ad ʒiij. vel iiij. infuſi, affunde Olei ☉oli rectificatiſſimi à gutt. vj. ad x. vel. xij. tum vinum, ſi ipſi talis liquor ineſt, turbabitur, ut albeſcat inſtar turbidi lactis vel Oxygalæ; Quodſi vero vinum tali mangonio caret, tum clarum & perſpicuum permanebit.*

Probatio vini lithargyr. adulterati.

Tale autem vinum aceto lithargyrii adulteratum ultra tres vel quatuor menſes gratum hunc & acceptum ſuum ſaporem non retinet, ſed antiquam ſuam acido - auſteram indolem recuperat.

Quod autem omne vinum aceto lithargyrii adulteratum ſanitati maximè officiat, & ventriculo, inteſtinis, generi nervoſo, pulmonibus, imò totæ maſſæ ſanguineæ, ut & membris externis maximum nocumentum inferat, ac propter ſuam frigidam, ſaturninam, tenaciter adſtringentem, & valdè exſiccantem qualitatem, quâ mediante ſpiritus figuntur, & quaſi congelantur, motus vigoroſus maſſæ ſanguineæ retardatur, & procedente ac invaleſcente malo cum morte patientis motus ſanguinis & ſuccorum nutritiorum omnino tollitur & aboletur; ac etiam, ut chymici volunt, ob particulas mercuriales globoſas in lithargyrio contentas, per acidum vero diſſectas, ac in aculeatas, cuſpidatas, triangulares, quadrangulares & frutaceas confractas & converſas, hinc inteſtinis ac nervoſo generi infixas, varia graviſſima, moleſtiſſima, ac periculoſiſſima ſymptomata, utpote ventriculi & inteſtinorum acutiſſimos dolores, & læſiones, continuos lancinantes cruciatus colicos, pertinaces meſenterii & fibrarum nervearum inteſtinorum obſtructiones & morſuras, alvique conſtipationes fermè inexpugnabiles, depravatam concoctionem, nauſeam, ructus, crebriores vomitus, aſthma, icterum, urinæ ſuppreſſionem, contracturas, pareſes, & paralyſes, arthritides, aliaque hujus farinæ peſſima ac ſtupenda mala inducat, & venenata ſua qualitate totam œconomiam microcoſmicam ſubvertat, idipſum famigeratiſſimi & experientiſſimi Medici, ac inter eos Avicenna, Dioſcorides, Aetius, Fernelius, Sennertus, Paræus, Kircherus, Stockhuſius, Timæus à Guldenklee, Schenckius, Wedelius, & plures alii teſtantur, ac Petrus Aponenſis in libello ſuo de venenis aureo, ut & Pharmacopœa Auguſtana inter venena numerat. Imò nullus Authorum, qui de lithargyrio ſcripſit, internum ejus uſum, approbat, ſed omnes in Medicina optimè verſati Practici & Auctores claſſici internum ejus uſum, unanimiter damnant, vituperant, diſſuadent & rejiciunt.

Noxæ vini lithargyrio adulterati.

Et ſi quis hac de re dubitet, Figulos ſaltem, qui præ aliis ſæpius & crebrius lithargyrio ad ſuum opificium utuntur, conſideret, & videbit,

Exempla damni per

debit, quod per meram externam ejus tractationem tandem curvi, humeris, manibus, lumbis, & pedibus debiles, contracti & claudi, imò cachectici & hydropici, (ut ante aliquot annos in figulo quodam Weiltingensi, Paulo Mejero observavi, quem cachecticum & hydropicum ex incrustatione vasorum fictilium factum, Mercurialibus & theriacalibus restitui) fiant. Imò si feles ex vase figulorum terreo, in quo manus suas abluunt, aquam lithargyrio infectam bibunt, aut lenta, aut repentina morte moriuntur. *lithargyr. accepti.*

Quæ de noxa lithargyrii dicta, cum & præ aliis doctissimus D. Stockhusius, Ducalis Brunsvicensis & Lüneburgensis Medicus experientissimus, & inspector rei metallicæ sagacissimus, in peculiari suo Tractatu de lithargyrii fumo noxio & morbifico, quem etiam Hütten-Rauch/ & Hütten-Katzen/ (quod mordendo, erodendo, ac vellicando tales dolores, ac si cattus corpori inclusus dentibus morderet, ac omnia unguibus dilaceraret) nominat, satis superque confirmat. Quocirca etiam circumstantialiter & fundamentaliter omnes superius allegatos morbos & symptomata, qui à lithargyrio, ejusque subtilissimo fumo ac pulvere suam originem habent, recenset, ac curandi methodum adjungit. Quodsi ergò illi morbi cum suis symptomatibus, qui hactenus in Sueviæ locis quamplurimis, ac præsertim in Domo Teutonica Ulmensi, Monasteriis vicinis, utpote Wettenhusano, Roggenburgensi, Urspergensi, Wengensi, quod Ulmæ est, Weissenhornano; Arcibus item & Castellis Comitum atque Baronum, in Weissenhorn, Babenhausen, Kehlmünz, Erbach, &c. quin etiam Urbibus & Oppidis, Ulmâ, Gemundiâ, Mündelheim, Grünenbach, &c. sævierunt, multosque tam eximiæ, quam mediocris conditionis homines inaudita fermè tyrannide excruciarunt, jugularunt, multosque alios per longum temporis intervallum horrendissimè torserunt & in perniciem redegerunt, penitius considerantur, iisque cum iisdem morbis & symptomatibus, qui ab interno lithargyrii usu promanarunt, conferuntur, tum quilibet ex eorum collatione & similitudine facilè inveniet, quod hi morbi ab execranda vini per lithargyrium adulteratione proficiscantur. Et hæc detestanda vini cum aceto lithargyrii mangonizatio etiam veteres non latuit, quæ verò ab Imperatore quodam in Ducatu Würtenbergico, & Civitatibus vicinis viniferis sub gravissimâ pœna prohibita fuit. *D. Stockhusii hujus rei confirmatio.* *Lithargyrii noxa Veteribus fuit cognita.*

Si dolia, in quibus tale adulteratum vinum repositum erat, considere mus, sedimentum erat sordidum, cœnosum, spurcum, turpe, ac impuritas illa tenacissimè circumcirca doliis adhærens, ut ob lentorem difficulter purgari potuerint, ut in cella Monasterii Wengensis obser-

obſervavi, ubi dolium majus in meâ præſentiâ apertum & à vino exoneratum tali putrilaginosâ ſpurcitie infectum erat, ut vietoris filius idipſum ob metum exitialis damni intrare atq; purgare dubitaverit.

Exempla Patient. per litharg. interemptor. & læſor.

Anno 1694. ante ferias Nativitatis Chriſti in domo teutonica Ulmenſi, primò Secretarius, deinde Sacellanus, poſtea cubicularius, & ultimò Ordinis Teutonici Eques & Commendator, Comes ac Dominus à Leibelfing, atrociſſimis doloribus colicis correpti fuerunt, quos dolores vagi arthritici, pareſes, ventris inflationes, ventoſitates, continuæ alvi conſtipationes, ructus, gravitas circa pectus, aſthma, apud Dominum Commendatorem circa finem intolerabiles capitis dolores cum mentis alienatione, ac apud Sacellanum & Cubicularium ante obitum horrendiſſimæ Convulſiones, aliaque moleſtiſſima ſymptomata exceperunt, quorum nullus evaſit, ſed omnes moriebantur, quia tum temporis cauſa hujus mali proxima ignota erat, ſed poſtliminio eam in vino latitare ſuſpicabatur, quod etiam ex eo tandem colligere licuit, quod duo vel tres Patres Franciſcani Ehingenſes, qui ſucceſſivè ad ſpirituale officium adminiſtrandum Ulmam in Domum Teutonicam vocati ſunt, illudque vinum in menſa biberunt, colicis illis doloribus quoque infeſtati ſunt, & ſtatim in affectus principio emigrârunt, ac rurſus Ehingam ſe receperunt.

In Monaſterio Wengenſi Anno 1695. Reverendiſſ. Dn. Prælatus D. Decanus, & omnes ferè Patres, paucis exceptis, hoc morbo ex adulterato vino decubuerunt, quorum quidem nullus mortuus eſt, ſed tres maxima membrorum imbecillitate, ac pareſi per longum temporis intervallum laborarunt, poſtea verò in integrum reſtituti ſunt. Imò & ego, cum ut requiſitus Medicus ordinarius Patientes quotidiè viſitaſſem, & identidem de hoc vino mihi in mali principio non ſuſpecto bibiſſem, haud liber & incolumis evaſi, ſed paulò poſt atrociſſimis doloribus colicis ac febre tertiana putrida, quæ poſtea in tertianam duplicem degeneravit, cum atrophia totius corporis non ſine vitæ diſcrimine, correptus ſum, ad quem affectum compeſcendum & curandum integrum ſemeſtre conſumſi.

Inſuper & ii, qui hoc affectu laborarunt, ſæpius recidivam paſſi ſunt, & in hunc usque diem aliquales morbi reliquias experiuntur.

Et ſi nonnulli tale vinum lithargyrio adulteratum innoxie biberunt, id aut parciori potui, aut viſceribus viribusque integris & robuſtis, ac naturæ robori adſcribendum erit.

Cu-

Curatio.

In Curatione hujus morbi requiritur, ut 1. Alvus per lenitiva, (minimè verò fortiora purgantia, acria, aloetica, & diagrydiata) aperiatur, apertaque ſemper ſervetur. 2. Orgaſmus materiæ peccantis vomitusque compeſcatur. 3. Materia peccans per blanda & mitiora remedia, ac inprimis Clyſteres lenitivos evacuetur. 4. Dolor per anodyna mitigetur. 5. Partes affectæ roborentur. Et 6. bona & conveniens Diæta obſervetur. *Curationis requiſita.*

In quem finem ſequentia remedia erunt adhibenda. 1. Ad conſtipatam alvum reſerandam. ℞. *Flor. chamomill. Mj. ſem. carui* ʒj. *M.f. decoctio cum ſ. q. lactis vaccini, colatur.* ℞. ʒvj. *in quâ diſſolve vitell. ovor. num. 2. Ol. lini* ʒij. *M.f. Clyſter.* Vel, ℞. *Herb. 5. emoll. Flor. chamomill. verbaſc. ſummit. aneth. ana* Mß. *ſem. lini* ʒß. *decoct. hord. q.ſ. fiat l.a. ebullitio, colatur.* ℞. ʒvj. *in qua diſſolv. Elect. lenitiv. Florenzol. Diacathol. ana* ʒj. *Ung. clyſmat.* ʒj. *Axung. anſer. gallin. anatis ana* ʒvj. *Vitell. ovor. num. 2. M.f. Clyſter.* Vel, ℞. *Rad. Angelic.* ʒß. *Herb. anagallid. menth. rubr. Veron. ſummit aneth. flor. chamomill. melilot. ana* Mß. *ſem. fœnic. carui ana* ʒj. *Caſtor.* ʒiß. *inciſ. coq. in lacte vaccino q.ſ. ad dimid. in Colatur. expreſſ.* ʒvij. *diſſolv. Elect. diacathol.* ʒvj. *de bacc. lauri* ʒij. *Mell. Mercurial. ſucc. rec. expreſſ. ſcybal. equi avena nutriti ana* ʒj. *Terebinth. in vitell. ov. diſſolut.* ʒij. *M. f. Clyſter.* *Clyſter.*

Ad alvum apertam conſervandam. ℞. *Pulv. Jalapp.* ʒiiß. *Senæ* ʒj. *Mann. calabr. elect. aq. flor. acac. ſolut. & denuò inſpiſſat.* ʒij. *Pulp. Tamarind.* ʒx. *Elect. lenit. Florenz. Diacathol. ana* ʒvj. *ſyr. de cich. c. Rhabarb. roſar. ſolut. q. s. Conf. Alkerm.* ʒij. *M.f. Elect. molle. Doſis, Caſtaneæ vel juglandis quantitas, aliquoties repetendo, donec purgatio ſequatur.* Vel, ℞. *Pulp. paſſul. min. mund. Tamarind. Flor. Caſſ. ana* ℥ß. *Conditur. cortic. aurant.* ʒiij. *pulv. rad. Gialapp.* ʒiß. *cum Syrup. de fumar. q.ſ. fiat Elect. molle. d. ad fictile. Doſis & uſus ut prioris.* Vel, ℞. *Elect. lenit. Florenz.* ʒj. *Pulv. Senæ* ʒiiß. *Conſerv. ſpagyric. Auguſtan. menthæ ana* ʒij. *Pulv. cachect. Ludovic.* ʒi. *cum ſyrup. de Rhapont. M.f. Electuar. d. ad fictile. Doſis, juglandis quantitas.* *Electuar. laxativ.* *Aliud.* *Aliud.*

2. Ad materiam peccantem evacuandam requiruntur blanda laxativa remedia, qualia ſunt ſequentia. ℞. *Man. Calabr. el.* ℥iß *ſolv. in aq. chamomill. cui add. Ol. amygdal. dulc.* ʒiß. *M.f. potio, calidè ebibenda.* Vel, ℞. *Fol. ſen. ſ. ſt.* ʒiß. *Mann. elect.* ʒij. *Tamarind.* ʒx. *Flor. Caſſ.* ℥i. *flor. 4. Cord. ana* pj. *Coriandr. præp. fœnic. ana* ʒiß. ♀*ri crud.* ʒß. *paſſul. min. contuſ.* ℥iiij. ☾*ri fix.* ʒiß. *M.d. ad ſacculum, infund. c. aq. font. vel ſeri lact. caprin. vel cereviſ. fervid. Menſur. j. vel* ℔iij. & ʒvj. *ſtent in loco calid. per hor. 6. bibantur ſingulis duabus horis* ʒv. *calidè, donec purgatio ſequatur.* Et talia *Potio laxat.* *Sacculus laxat.*

laxativa aliquoties repetenda, ut particulæ aculeatæ lithargyrii ventriculo & inteſtinis altius inhærentes ſucceſſivè evacuentur.

3. Ad Orgaſmum ſeu humorum intumeſcentiam refrenandam. Et quidem ad vomitum compeſcendum. Internè, ℞. *Conſerv. ſpagyricæ Auguſtan. menth. ana* ʒj. *Philon. Rom. Syr. cortic. aurant. ana* ʒij. *Doſis, caſtaneæ quantitas, aliquoties repetendo.* Externè, ℞. *Herb. abſynth. menth. criſp. ana Mj. Rad. tormentill.* ʒj. *Thur. Maſtich. ana* ʒß. *Coriandr.* ʒij. *M. d. ad. ſaccul. coq. in aceti & vini rubri ana part. æqual. ac regioni ventriculi calidè applicetur.* Vel, ℞. *Tacamahac.* ʒiij. *Thuris, Maſtic. ana* ʒij. *pulv. menth. abſynth. ana* pj. *Balſ. Peruvian.* ℈ij. *Terebinth. & ceræ ana q. ſ. fiat Emplaſtrum, regioni ventriculi imponendum.*

Electuar. vomitum compeſcens.

Saccul ſtomach. applicand.

Emplaſtr. ſtomach.

Ad dolorem per Anodyna mitigandum. Internè, conferunt *Oleum amygdal. dulc. & in ſummo neceſſitatis caſu Pilulæ theriacæ cœleſtis, vel Extractum laudan. opiat. Paracelſi, ad grana tria pro doſi.* Externè clyſteres ſupra commemorati, & ſequentia. ℞. *Sem. lini, fœnugræc. ana* ʒß. *ſem. rutæ* ʒij. *Flor. chamomill. Melilot. ana Miß. Flor. Verbaſci Mß. Herb. 5. emoll. Mij. indantur ſacculo decoquend. lacte vel aq. communi, ac calidè Umbilici regioni applicetur.* Vel, ℞. *Ol. chamomill. Naſturt. amygdal. dulc. ana* ʒiij. *Pingued. capon.* ʒß. *Ung. anodyn.* ʒiß. *Ceræ. q. ſ. fiat Unguentum regioni umbilici calidè inungendum.* Vel, ℞. *Ol. chamomill. hyoſcyam. lumbricor. anethi ana* ʒß. *Miſce.*

Anodyna.

Saccul umbilico applicand.

Unguent. anodyn.

Ol. anodyn

Ad dolorem arthriticum brachiorum & pedum, qui ſæpius hunc morbum concomitari ſolet, conferunt internè, pulveres arthritici, quales ſunt. ℞. *Lumbric. terr. præp.* ʒß. *CC. philoſ. præp. Ungul. alcis præp. ana* ʒij. *ſem. aquileg.* ʒj. *Ol. nuc. moſch. expr. gr. iiij. ſacch. alb.* ʒiß. *M. f. pulvis. Doſis ſummo manè hor.* 5. ʒj. *veſperi horâ* 4. ʒß. *cum aq. ſerpilli lumbricata.* Et, ℞. ♃ *ii diaphoret. cum triplo* ☉*i detonat.* ʒiß. *ſalis volat. lumbric. aut viperar.* ℈ij. *Cinnab.* ♃ *ii ter cum Cinnab. nativ. ſublimat.* ℈j. *CC. philoſ. præp.* ʒiß. *Ol. Cinnam. gutt. ij. ſacch. alb.* ʒiß. *M. f. pulv. Doſis ſummo manè* ℈j. *ad gr. xxiiij. veſperi hora* 5. ℈ß. *ad gr. xviij. cum aq. betonicæ pauxillo.*

Dolor. arthrit. ſedantia

Pulv. arthrit.

Et pulvis panegoricus. ℞. *Pulv. March.* ℈ij. *Analept. frig. Mynder. iiij. Laudan. opiat. perlat. gr. ij. Tabb. man. Chr. perlat.* ʒij. *M. f. pulvis. Doſis alternis noctibus horâ* 9. ℈ß. *ad* ℈j. *in Emulſ. ſem. 4. frig. maj. papav. alb.* &c. Si pilulæ arrident. ℞. *Theriac. cœleſt. Cinnab.* ♃ *ii ana* ℈j. *laudan. opiat. perlat. gr. iiij. M. f. pilulæ num. 42. Doſis, unâ vice, numero ſeptem.* Externè conducunt *Spir. lumbric. terr. Paralyticus Mynſichti, Ol. lumbric. chamomill. aneth. hyoſcyami, Lorget ſive terebinthina, ejusque oleum & ſpiritus. Fomenta ex herbis & ſeminibus emollientibus parata, ſacculi furfuracei calidè applicati, balnea, inſeſſus, & ſimilia.*

Pulv. panegor.

Pil anodyn.

Topica.

5. Ad

5. Ad partes affectas roborandas, & acredinem humorum peſſundandam. ℞. *Corall. rubr. præp. Ocul.* ♋. *præp. Ebor. philoſ. calcinat.* Pulv. abana ℈ij. *M. f. pulvis. Doſis, quantum cultri cuſpide capi poteſt, in vino vel juſculo, ſorb. manè & veſperi repetendo.* Vel, ℞. *Conſerv. roſar Damaſc.* ℥ß. *pulv. ſtomach. Martiat. Confect. Alkerm. compl. ana* ʒß. *Syr. arant. dulc.* ʒj. *M. pro duabus doſibus.* Roborat etiam ventriculum *Eſſentia abſynthii compos. P. Emerici in vino ſumpta*, cujus deſcriptio hæc eſt. ℞. *Lign. ſaſſafras* ℥iiij *Lentiſcin.* ʒij. *flaved. cort. citri, arant. ana* ʒiij. *ſem. anis. Cinnam. acut. ana* ʒiß. *Mixt. inciſ. & contuſ. add. Herb. abſynth. Mviij. ſpir. ceraſ. nigr. juniper. ana* ℔iiij. *vin. generoſ.* ℔v. *deſtill. ſ. a. abſtrahendo* ℔viij. *in quibus infund. in loco calido Flaved. cortic. arant.* ℥iij. *abſynth. Miij. filtretur & detur ad vitrum.* Tinct. comf. fort. Eſſent. abſynt. comp. P. Emerici.

Quibus omnibus annumeranda ſunt appropriata, quæ ſingulari virtute lithargyrii vim atque malitiam obtundunt, qualia ſunt *Semen cervæ tritum & datum in potu ad* ʒij. De hoc veneno impugnando Matthioli verba hæc ſunt. Curatio in univerſum fit citatis primò vomitibus & infuſis, deinde clysmatibus & hydromelite, gallinarum & anatum adipe. Poſt hæc prodeſt *amygdalinum oleum potum, è dulcibus nucibus expreſſum.* Præterea *ventriculum apii ſucco, & alvum butyro illinire utile eſt.* Proprium vero hujusce veneni antidotum, (ut Conciliator tradit) eſt *Lathyris ſemen* ʒij. *pondere potum.* Specifica. Summa curationis.

Quod tandem 6. Diætam concernit. Aer ſit moderatè calidus. Ex cibis conferunt juſcula gallinarum, ptiſana hordeacea, caricæ in cibis ſumptæ, &c Pro potu ſequentes ſpecies. ℞. *Scob. lign. ſaſſafr. Rad. chin. ana* ℥ß. *Cinnam.* ʒij. *anis.* ʒj. *CC. præp. Ocul.* ♋. *præp. ana* ʒiß. *Liquirit.* ʒij. *M. f. pulvis groſſus, cui add. Paſſul. min fic. ping. conciſ. ana* ℥ß. *De quibus ſpeciebus cochleare unum cum* ℔iij. & ℥iiij. *vel menſurâ unâ aq. fervidæ in urceo tecto infundatur, ac refrigeſcere ſinatur.* Quies inſuper procuretur; alvus per ſuperius dicta aperta ſervetur, nec non animi vehementiores motus atque pathemata coerceantur.

CONSILIUM MED. IV.

Aſthma cum cutis pruritu, oris ſalſedine, & catarrhis è capite ad pectus delabentibus.

Caſus.

MAgni quædam nominis Perſona per aliquod temporis ſpatium de aſthmate, cutis pruritu, oris ſalſedine ac aciditate, nec non catarrhis è capite ad pectus delabentibus conqueritur. Quæritur ergò, quæ cauſa hujus affectus? & qua ratione huic morbo legitimis remediorum præſidiis ſubveniendum ſit?

Reſolutio.

Aſthmatis Cauſa. QUod Aſthma concernit, illud ab ebullitione ſanguinis & calidioribus viſceribus originē habet, utpote quibus mediantibus multi vapores humoroſi ad arcem Palladis ablegantur, ibidemque in materiam catarrhalem reſolvuntur, ac poſtliminio è capite ad pectus & fiſtulas pulmonum impetuosè delabuntur, ibidemque obſtructiones pariunt, viamque tranſeunti aeri ac reſpirationi occludunt, qui affectus Aſthmatis humoroſi nominè deſignandus eſt. Ad hunc itaque *Curationis requiſita.* Affectum tollendum requiritur, ut 1. materia peccans è primis viis & è toto corpore expurgetur; 2. Specifica remedia antiaſthmatica præſervativa & curativa, ante & in paroxyſmo uſurpentur. 3. Humores acri-ſalini cutis pruritum excitantes, alterentur & corrigantur. 4. Oris ſalſedo per abſorbentia & præcipitantia exterminetur. Et 5. bona ac laudabilis Diæta obſervetur. In quem finem ſequentia remedia deſiderato ſuo effectu haud carebunt. Et quidem 1. ad materiam peccantem è primis viis & è toto corpore expurgan- *Pot. laxat.* dam. ℞. *Fol. ſen. el. ſ. ſt. ʒiij. Rhab. ver. Crem. ♀. ana ʒß. Aq. ceraſ. nigr. ʒiiij. M. f. lenis ebullitio, in colatur. diſſolv. Mann. Calabr. ſelect. ʒiß. f. potio unâ vice hauriendâ.* Hinc. ſequens vinum medicatum bibendum, ℞. *Vin. medic. laxat.* *Herb. abſynt. Pont. card. bened. centaur. min. hyſſop. Veron. cochlear. naſturt. botryos, ſalv. nob. trifol. fibrin. Marrub. capill. ♀. ana Mß. Rad. helen. helleb. nigr. præp. ireos florent. ſcyll. præp. fœnic. garyophyllat. ana ʒij. Rhab. ver. ʒiij. fol. ſen. el. ſ. ſt. ʒj. Gialapp. Agar. troch. Turpeth. opt. Polypod. qu. ana ʒij. Cinnam. opt. ʒj. ♀i alb. crud. ʒij. ſem. anis. fœnic. ana ʒß. M. & conciſ. f. cum ſymd. alb. nodulus, quinque vini quartariis infundendus, de quo ſingulo manè jejuno ſtomacho ℥v. ebibantur.*

2. Poſt Horum laxativorum remediorum uſum abſolutum *Elix. pectoral.* contra dictum Aſthma præſervativè *Elixir pectorale Wedelii, cum ſpiritu ſalis armoniaci aniſati, ac eſſentia trifolii fibrini mixtum guttatim in ſequenti*

aqua

aqua pectorali ſumendum. ℞. *Aq. hyſſop. Veron. flor. acac. ceraſ. nigr. ana* ℥j. *aq. loch. ſan. aſthmat. Rab. ana* ℥ß. *Spir. anis. Eſſent. ſacch. Beguin. ana* ʒij. *ſacch. cand. alb.* ℥ß. *M. Doſis cochleare nnum vel alterum manè & veſperi cum dicta mixtura; ac etiam per ſe de die aliquoties repetendum.* *Aq. pectoral.*

Quodſi autem futuro tempore vehemens paroxyſmus aſthmaticus impetum faceret, tunc curativè ſequens potiuncula eſſet ebibenda. ℞. *Pulv. gumm. ammoniac.* ʒj. *ſperm. cet.* ℈j. *Oxym. ſcillit.* ℥ß. *aq. hyſſop.* ʒij. *M.* *Potio antiaſthmat.*

Et de ſequenti mixtura unum alterumve cochleare ſæpius capiendum. ℞. *Syrup. de Eryſimo Lobelii* ℥iß. *Oxymel. ſquillit.* ℥ß. *Gum. ammoniac. in ℋ ſeillit. ſolut.* ʒj. *Eſſent. croc.* ℈ß. *Ol. deſtill. anis. gutt. iij. Aq. hyſſop.* ℥iß. *M. d. ad fictile.* *Syrup. pector.*

Et quia Dominus Patiens plethoricus eſt, iccircò urgente neceſſitate in ipſo paroxyſmo, ac etiam extra eundem vere & autumno vena mediana in brachio ſecanda, & aſthmate pertinaciter divexante, fonticulus itidem in brachio erit parandus. *Ven. ſectio. Fonticulus.*

3. Contra cutis pruritum ab humoribus acri-ſalinis obortum, proximè veniente menſe Majo de ſeq. Decocto ſingulo manè quartarium dimidium jejuno ſtomacho bibendum, ac corpus ſereno cœlo vel in campo, vel aere ventoſo ac pluviali exiſtente in ædibus obambulando erit movendum. ℞. *Scob. Lign. ſaſſafr.* ℥iiij. *Lign. Guaj.* ℥iß. *Rad. chin.* ℥j. *Sarſaparill.* ℥ß. *Cinnam. opt.* ℥ß. *Liquirit.* ʒiij. *paſſul. min.* ℥ij. *Rad. trifol. fibrin.* ʒiij. *paſſul. min.* ℥ij. *ſem. anis. fœnic. ana* ʒj. *M. & conciſ. coq. cum Menſur. duabus aq. fontan. ad tertias.* *Decoct. contr. cutis pruritum.*

Qui potus non ſolum ſanguinis ſalſedinem & acredinem, ſed etiam cutis pruritum, & catarrhos è capite ad pectus ruentes corriget, & exſiccabit.

4. Oris vero ſalſedo, ex humoribus acido-ℂ-olatis proveniens per pulverem jamdudum ante aliquot annos expertum, ac ex præcipitantibus & abſorbentibus concinnatum, auferetur. ℞. *Ocul.* ♋. *præp. CC. philoſ. præp. Corn. Rhinocerot. præp. ana* ʒj. *Antihect. Poter.* ℥iß. *Cinnab.* ♄ *ii & nativ. ana* ℈ß. *Extr. Caſtor.* ℈j. *Extr. Croc. gr. iiij. M. f. pulvis, M. & V. â gr. xv. usque ad* ℈j. *capiendus.* *Pulv. contr. oris ſalſedinem.*

5. Penes dicta remedia bona & conveniens Diæta etiam erit obſervanda. Et quidem 1. aer ſit temperatus, clarus & pellucidus. 2. Cibi ſint laudabiles, coctu faciles, bonum ſuccum & ſanguinem generantes. Potus ſit vinum album Nicarinum non adulteratum, ac in cibo & potu nimia repletio caveatur. 3. In motu & quiete; ut & 4. in ſomno & vigiliis modus teneatur. 5. Excretiones conſuetæ promoveantur. Et tandem 6. fortiores animi motus evitentur. *Diæta.*

Deus T. Opt. Max. hæc præſcripta remedia, datumque conſilium Divinâ ſuâ benedictione ſecundet. Die 3. April, Anno 1699.

CONSILIUM MED. V.

Affectum complicatum, cachecticum, hypochondriacum, & uterinum concernens.

Caſus.

Morbi hiſtoria.

CUm certa Domina Patiens ante duos vel tres annos thermis Weiſſenburgienſibus uteretur, efflorescentia cutis ſe prodidit, quæ per continuationem dictarum thermarum deleri debuiſſet, quod vero intermiſſum eſt; Unde Patiens ab illo tempore in hunc usque diem puſtulis ab impuro ſanguine in facie obortis cum ardore & mordicatione divexata fuit, quæ, ſi materia purulenta per apertionem emittitur, cum levamine evaneſcunt, ac ardor non amplius perſentitur.

Ante biennium, fluor albus, muliebris multis abhinc annis perdurans, poſt conceptum magnum terrorem & angorem ſubſedit, cujus loco ventriculi dolor ſæpius recurrens cum inſigni vertigine, totum caput occupans, obortus eſt; qui vapores acri-ſalini & ſcorbutici humoroſi caput petentes varias ærumnas & incommoda, ac ſi ipſi per infundibulum alternativè modò calida, modo frigida materia infunderetur, & cerebrum in aqua nataret, conciliârunt, ita ut non rarò ſenſus & memoria defecerint. Hæc vero ſymptomata tandem ſuperveniente vomitu aliquoties repetito ac diarrhœa, mitiora facta ſunt, ita ut jam vertigine non tam intensè & frequenter ut antea factum eſt, incommodetur.

Præterita hyeme, menſes, prius debitum tempus antevertentes, inordinatè, ac utplurimum ſinguiis tribus ſepti-

ſeptimanis fluxerunt, ubi ſanguis valdè acris ac ſalſus deprehenſus eſt. Jam vero per decem hebdomadas emanſerunt, unde flatus tumultuantes cum intumeſcentiis excitati ſunt, à quibus hypochondria variè diſtenſa & excruciata fuêrunt. Interea temporis varias res cibosque raros & inſolentes appetivit, ita ut dubitatum fuerit, an forſan gravida ſit, uteroque gerat; quemadmodum etiam menſis ſpacio cibos calidos averſata eſt, nec carnoſos olfacere potuit, ſed cibis frigidis, multoque potu ſe reficere coacta eſt.

Quando tempus appropinquat, quo menſes fluere deberent, ſanguis impurus, acris & bilioſus pedes pervagatur, ibidemque infra fonticulum usque ad talos calorem p. n. cum vibicibus rubris, inflammatione & eryſipelate excitat, quæ incommoda impoſitione Emplaſtri de ſpermate ranarum trium dierum ſpatio fugantur. Præter hæc quoque affectibus hyſtericis, & vaporibus narcoticis ſurſum petentibus obnoxia eſt, ubi frigus manus pedesque percellit. De cœtero benè comedit, adverſa autem tempeſtate appetitu ciborum deſtituitur, totumque corpus anxietatibus torquetur. Nonnunquam etiam alvi beneficio gaudet, calore autem corporis exæſtuante deſtituitur. Ab uſus tempore thermarum Weiſſenburgenſium hæmorrhoides fluunt. Quæritur ergò, qualis hic Affectus? quibus remediis ipſi ſuccurrendum? an futura æſtate thermæ repetendæ? & quid ratione Diætæ obſervandum ſit?

Reſolutio.

Morbi definitio cum cauſarum enumeratione.

PAtientis Morbus, affectus complicatus eſt, qui principaliter Cachexiæ nomine venit, & ab imperfecta concoctione & ſanguificatione, nec non paſſione hypochondriacâ & hyſtericâ proficiſcitur. Reliquæ vero incommoditates horum morborum ſymptomata ſunt, quæ ab ipſis dependent, ac veluti umbra corpus ſuum ſequuntur.

Quod autem Cachexiam, imperfectam ſcil. coctionem & ſanguificationem attinet, ex ea ſtatim in ventriculo vitioſus chylus, variæ-

que

que humorum cruditates propullulant, quæ deinceps venas meſenterii & portæ circa regionem lienis obſident, obſtructiones pariunt, tranſitum ſuccorum impediunt, ibidemque ſtagnant, ac in talem ſcorbuticam acredinem degenerant, quæ totam maſſam ſanguineam inficit & tali acredine ſcorbutica tingit, undè poſtmodum dicta ſymptomata, utpote calor præternaturalis, cutis efflorescentiæ, phlyctænæ, epinyctides, aliæque puſtulæ, ſalſedo, acredo, Vertigo, Catarrhi ſenſus ac memoriam obtundentes, inflammatio, eryſipelas, vomitus, diarrhœa, &c. paſſim in corpore oboriuntur. Primus enim error in ventriculo circa coctionem commiſſus, in ſecundâ & tertiâ coctione, ubi ſanguificatio, alimenti ſuccorumve nutritiorum in omnes partes diſtributio, & aſſimilatio fieri debet, corrigi ac emendari non poteſt; ſed illæ cruditates, humoresque acri-ſalini & ſcorbutici à naturâ ſegregantur, & in cavitates & receptacula ut inutiles quisquiliæ hinc inde ablegantur & expelluntur, qui deinceps pro ratione loci conſtitutionis, diverſa incommoda pariunt.

Cauſa fluoris albi muliebr.

Et ut rem ſpecialiter conſideremus, fluxus ille albus muliebris priori tempore perpeſſus, primitias ſuas à cachexia, imperfecta ventriculi concoctione, & perverſa ſanguificatione hauſit, & poſtquam ille fluxus mediante terrore & thermarum uſu ceſſavit, illa deinceps materia, quæ per inferiores corporis partes exitum amplius non habuit, cum vaporibus ſuis humoroſis in altum aſcendit, caputque occupavit, ibidemque ſpiritibus liberalem tranſitum denegavit, illosque per gyros ac ambages aſcendere coegit, & per conſequens vertiginem, catarrhos, debilem memoriam, &c. excitavit, donec natura illam rurſus ad inferiora deturbavit, illamque partim per vomitum, partim v. per Diarrhœam magno cum levamine exoneravit.

Efflorescentiæ puſtuloſæ in facie cauſa.

Efflorescentia puſtuloſa faciei cum magno ardore & mordacitate Sanguinis impuri & ſcorbutici è venis capillaribus intra carnem & cutem excreti progenies eſt, quæ à retroceſſione impuritatis à thermis forâs propulſæ, & per abruptionem uſus thermarum non ſublatæ, nec reſolutæ originem habet.

Menſ. inordin. cauſa.

Menſes inordinati, ratione cauſæ ſuæ proximæ acredini ſanguinis atque humorum, quæ ante tempus naturam ad excernendum ſtimulat, adſcribendi ſunt. Quod autem menſes jam per decem ſeptimanas emanſerint, illud à præternaturali intraneo calore, ſanguinem vel abſumente vel condenſante obſtructionesque cauſante, provenire poteſt, quod etiam tenſiones flatusque tumultuantes ob denegatum ſanguinis per venas tranſitum, deſcenſusque ejus cum inflammatione & eryſipelate in venas crurales teſtantur. Et licet Patiens

tiens penes retentionem menſium cibos raros & inſolitos appetat, ac nauſeabunda omnes calidos & carnoſos (quemadmodum gravidæ) reſpuat, idipſum tamen in hoc ſubjecto à cachexiâ, praviſque humoribus, malaciam & picam excitantibus ſine omni ingravidatione provenire poteſt. Ad hæc, difficulter præſumi poteſt, quod corpus tam acribus & ſcorbuticis humoribus impuroque ſanguine repletum ingravidationem admittat, in cujus utero ſemina exuri ac corrumpi neceſſe eſt, & talis fœtus ob impurum nutrimentum ſanguinis ſubſiſtere non poſſet.

Hæmorrhoid. fluxus in hoc ſubjecto ſalutarius.

Quod autem ante biennium poſt uſum thermarum Weiſſenburgenſium hæmorrhoides fluxerint, id pro ſalutari ſigno æſtimandum eſt, quia mediante hoc fluxu ſanguis feculentus, atrabilarius impurus, acris, aduſtus & ſcorbuticus bonâ ex parte evacuatur, corpusque à variis morbis, ab humoribus acri-ſalinis & ſcorbuticis prodeuntibus præſervatur; quemadmodum ex adversâ parte ex his ſcorbutus cum atrophiâ corporis; vel cachexia hydropica; vel ſcabies pſoradica generari poſſet.

Curatio.

Curatio autem hujus morbi 1. In vitioſorum humorum expurgatione, ſanguinisque per venæſectionem ventilatione. 2. In ejusdem ſanguinis purificatione, alteratione & correctione. 3. In remediorum abſorbentium & præcipitantium, (quibus acredo ſanguinis & humorum ſcorbutica obtunditur & exterminatur,) applicatione. 4. In viſcerum principalium roboratione. Et 5. in laudabilis Diætæ obſervatione, conſiſtit.

In quem finem ſequentia remedia expectato bono eventui reſpondebunt. Et quidem

1. Ad vitioſos humores in toto corpore expurgandos. ℞. *♃ii dulcif. Extr. panchymag. Croll. ana ℈ß. Mag. Gialapp. gr. v. M.f. cum aq. ceraſ. nigr. pil. num xix. obaurat. & unâ vice deglutiendæ.* *Pill. purg.* Poſt horum uſum abſolutum ℞. *Herb. fumar. agrimon. Card. bened. ſcolopendr. meliſſ. cochlear. beccabung. naſturt. ana M℈. Rad. cichor. tarax. helen. helleb. nigr. præp. raphan. marin. ana ʒij. Rhabarb. ver. ziij. fol. ſen. el. ſ. ſt. ʒj. Gialapp. Agar. troch. Turpeth. opt. Polypod. qu. ana zij. Cinnam. opt. ʒj. Macis ℈j. ♀ri alb. crud. & pur. ʒij. ſem. anis. & fœnic. ana ʒß. M. & conciſ. f. cum. ſyndon. alb. nodulus, cum ℥xx. vin. alb. & ℥xxx. aq. font. in oll. benè tectâ aliquantulum coquendus, de quo decocto ſingulo manè jejuno ſtomacho ℥v. ebibantur.* *Apozema.*

Decoct. maſſ. ſang. ſcorbut. corrig.

2. Ad ſanguinem ſcorbuticum corrigendum. ℞. *Scob. lign. ſaſſafr. Guajac. ana* ʒiiß. *Rad. chin. ſarſaparill. ana* ʒvj. *Cinnam. opt.* ʒij. *liquirit.* ʒß. *paſſul. min.* ʒij. *ſem. aniſ. & fœnic. ana* ʒß. *M. & conciſ. coq. in ollâ benè tectâ cum 2. menſur. aq. font. ad tertias, de quo manè jejuno ſtomacho, & veſperi horâ quartâ* ʒv. *bibantur, & corpus obambulando moveatur.* Penes hoc, & ad eundem uſum. ℞. *Conſerv. borrag. cochlear. enul. camp. ana* ʒj. *pulv. matr. perlar. corall ana* ʒß. *Troch. de viper.* ʒß. *Syr. corall. q. ſ. Miſc. ſ. Electuar. de quo patiens interdiu aliquoties nucis moſchatæ quantitatem capiat.*

Electuar. ſang. ſcorbut. alter.

Ven. ſect.

Vere quin etiam & autumno, ſanguis per ſectionem Venæ medianæ; & ſi ſuppreſſio menſium adeſſet, ſaphænæ eſſet ventilandus ac educendus.

Pulv. abſorb. & præcip.

3. Ad acredinem ſanguinis humorumque ſcorbuticam exterminandam. ℞. *Corall. rubr. præp. Matr. perlar. præp. CC. præp. ana* ℈ij. *pulv. antihect. Poter.* ʒij. *analept. frig. Münder.* ʒj. *Cryſtall. acetoſell.* ℈ß. *ſacchar. perlat.* ʒj. *M. ſ. pulvis, de quo M. & V. quantum cultri cuſpide capi poteſt, in brodio carnis ſumendum.*

Tragea corrob.

4. Ad viſcera nobiliora ac principaliora corroboranda. ℞. *Spec. diarrhod. Abb. Diatrionſant. ana* ʒß. *Cinnam. acut. nuc. moſch. ana* ʒj. *Macis* ℈j. *Corall. rubr. præp. Ocul. ☋. præp. ſpod. præp. ſuccin. alb. præp. ana* ℈j. *ſacch. albiſſ.* ʒiij. *fol.* ⊙. *num. ij. M. ſ. Tragea, ſub finem menſæ, cochlearis unius quantitate comedenda.*

Rotulæ contr. vertig.

Similiter ad caput peculiariter roborandum, vertiginique ſuccurrendum. ℞. *Spec. diambr. incompl.* ʒiß. *Succin. alb. præp.* ℈ß. *Conſ. Alkerm. incompl.* ℈j. *ſacch. albiſſ. in aq. lavend. diſſol.* ʒij. *M. ſ. l. a. Rotulæ de quibus manè & veſperi tres per vices aſſumendæ, & donec per ſe liqueſcant in ore tenendæ.*

Thermæ.

Et quia ante biennium Thermæ Weiſſenburgenſes benè conduxerunt, iccircò inſtante hoc anno illæ, præparato prius corpore, reiterari, vel Acidulæ Egeranæ bibi poſſent.

Diæta.

Quod tandem 5. Diætam concernit. 1. Aer ſit temperatus, clarus & pellucidus, è contra turbidus, ventoſus & pluvioſus evitetur. Cibi ſint coctu faciles, bonum ſuccum ac laudabilem ſanguinem generantes, crudi vero ſalſi, acidi, acres, flatulenti, & coctu difficiles exulent. Pro potu confert vinum album Nicarinum vel per ſe, vel cum Decocto ſuperius allegato mixtum. 3. In motu & quiete, ut & 4. in ſomno & vigiliis teneatur modus. 5. Alvi excretio vel per naturam, vel ſequenti remedio promoveatur. ℞. *Brod. Cibeb. laxat.* ʒiiij. *d. ad fictile, de quo cochlearia duo veltria deglutiantur.* Et tandem 6. Animi fortiora pathemata refrenentur. Exarab. d. 8. April, 1699.

Brod. laxativ.

OB-

OBSERVATIO MED. VI.

Sanguinem menſtruum vitioſum, & menſes inordinatos debitum tempus anteverten-tes, repræſentans.

Caſus.

PRænobiliſſimæ cuidam Matronæ jam per aliquod tempus menſes inordinatè, & ante debitum tempus maximis cum doloribus circa lumbos & genitalia fluxerunt, ubi placentæ carnoſæ ſimul egeſtæ ſunt, & ſanguis decolor, acris & mordax cum dejectione virium egeſtus eſt; cujus Morbum, ejusque curationem ſequentibus delineavi.

Morbi Reſolutio, cum enumeratione cauſarum.

SAnguis menſtruus vitioſus & decolor generaliter loquendo, provenit vel ex intemperie totius corporis, vel mala victus ratione, vel vitio ventriculi, hepatis, lienis, vel ipſius uteri, & quidem vel ab ipſius intemperie, vel pravos humores in utero contentos, à quibus ſanguis ſimili modo inquinatur.

In hoc ſubjecto ſpecialiter hic affectus in duobus membris, & quidem 1. vitioſo ſanguine (quod depravatus color, & materia illa turpis & aquoſa cum ſanguine egeſta indicavit) & 2. menſibus decoloribus ac debitum tempus cum dolore antevertentibus, conſiſtit. Primum à mala viſcerum diſpoſitione, quin etiam morbis antecedentibus, puerperiis, & erroribus in Diæta commiſſis, alterum vero ab irritata facultate expultrice, & forſan etiam labefactata retentrice proficiſcitur.

Menſium inordin & debit temp. antevert. cauſa.

Menſium ſiquidem inordinatorum & debitum tempus antevertentium cauſa eſt vel expultrix facultas ab acrioribus humoribus irritata, vel retentrix ob uteri intemperiem, vel copiam ſanguinis læſa. Facultas expultrix irritatur, ſi ſanguis nimis calidus, acris, & mordax, & ad hæc vaſorum laxitas adſit; idque longè facilius accidit, ſi retentrix robuſta & exquiſito ſenſu prædita ſit.

Prognoſis. Affectio hæc moleſta potius quam periculoſa plerumque habetur, ſed interdum conceptionem impedit, & ſi fluxus nimius eſt, tum diverſa mala, videlicet cachexia, atrophia, & quæ hæc ſubſequuntur, ſuboriri ſolent.

Curatio. Curatio in hoc ſubjecto perficitur, ſi humores vitioſi & acres facultatem expultricem ſtimulantes temperantur, ac convenientibus remediis evacuantur; & addit Sennertus, lib. 4. part. 2. ſect. 2. cap. 9. de menſibus inordinatis, Acidulas & Thermas, quæ vim ferri abundantem habent, utiliter potari, cum humorum abundantiam temperent, viſcerum intemperiem corrigant, acrium humorum generationem prohibeant, facultatem vaſorum retentricem roborent, & laxitatem eorum emendent.

Menſ. de color. & inordin purgationem requirunt. Adſtringentia cautè ſunt adhibenda.

Hippocrates 1. de natur. mulier. & aphor. 5. dicit, menſes decolores, nec per idem tempus ſemper venientes purgationem indicant eſſe neceſſariam.

Adſtringentia, ſi menſes debitum tempus antevertentes ab acrimonia & mordacitate humorum proveniant, non niſi cautè ſunt uſurpanda, caventes ſemper, ne menſium ſuppreſſio ſubſequatur, quia periculoſum eſt ſanguinem vitioſum detinere. Roderic. à Caſtro d. morb. mulier. lib. 1. cap. 8. pag. mih. 64.

Curationis requiſita. Conſultum itaque videtur, ut 1. humores vitioſi, acres ac mordaces iteratis vicibus expurgentur. 2. Acredo ſanguinis & humorum alteretur & corrigatur. 3. Viſcera nobiliora, præſertim concoctioni & ſanguificationi dicata, roborentur. Et 4. bona Diæta obſervetur.

Pil. purg. Pot. laxat. 1. Ad humores igitur vitioſos expurgandos, & ſanguinem purificandum, ℞. *Extr. panchymag. croll.* ☿ *ii dulc. ana* ℈ß. *Magiſt. Gialapp. gr. v. M. f. c. aq. ceraſ. nigr. pil. num. xxj. unâ vice deglutiendæ.* Et ℞. *Fol. ſen. el. ſ. ſt.* ʒiij. *Rhabarb. ver. Crem.* ♀. *ana* ʒß. *Decoct. Myrobolanor.* ʒiij. *f. lenis ebullitio, in colatur. diſſolv. Syr. d. cich. c. Rhab.* ʒj. *M. f. potio pro doſi unâ,*

Decoct. ſanguin. acred. alter. & corrig. 2. Ad acredinem ſanguinis alterandam & corrigendam. ℞. *Scob. lign. ſaſſafr.* ʒj. *Lign. lentiſcin. Rad. chin. ſarſaparill. tormentill. ana* ʒß. *Acaciar.* ʒj. *flor. papav. err.* Mß. *Cinnam. opt.* ʒij. *Maſtic. el.* ʒj. *CC. uſt.* ʒß. *M. f. decoct. cum 2. menſuris aq. chalybeatæ ad tertias.*

Elect. viſcerarobor & adſtring. 3. Ad viſcera nobiliora roboranda. ℞. *Conſerv. roſ. rubr. (vel Elect. Diacydon. ſimpl.) cochlear. ana* ʒj. *Rob. acac. de Corn. ana* ʒß. *Tripher. magn.* ʒj. *Corall. rubr. præp.* ℈iiij. *Troch. de viper.* ʒij. *Syr. myrtin.* ʒß. *vel q. ſ. ad Electuarii mollis conſiſtentiam. Doſis nucis moſchatæ quantitas, de die aliquoties repetendo.* Et, ℞. *Spec. Diarrhod. Abb. diatrionſant. ana* ʒß.

Tragea confort. Cin-

Cinnamon. opt. Nuc. moſch. ana ʒj. *Macis* ℈j. *Corall. rubr. præp. ſpodii præp. CC. præp. Matr. perlar. præp. ana* ℈iß. *ſol.* ⊙. *num.* 2. *M. f. Tragea, de qua poſt menſam cochleare unum ſumatur.*

4. Diætam quod attinet, 1. Aer ſit temperatus. 2. Cibi *Diæta.* euchymi, omni acredine carentes; Potus vinum album Nicarinum mediocre. 3. Motus ſit modicus. 4. In ſomno & vigiliis teneatur modus. 5. Conſuetæ excretiones reſpondeant naturæ. Et 6. Fortiores animi motus evitentur. Dabam d. 18. Junii 1699.

OBSERVATIO MED. VII.

Puella undecim annorum, crucibus in diverſis corporis locis ſponte erumpentibus ſignata.

Caſus.

ANno 1699. die Lunæ, qui erat $\frac{14}{24}$. Auguſti, Jacobi Henrici Meyen, ſartoris Ulmenſis, ac ædium Roggenburgenſium cuſtodis filia Anna Margaretha, undecim annorum, (quæ ante annum ſubitanea convulſione, & ante quadrans anni in platea ex improviſo linguæ Paralyſi correpta eſt, ac per duas fermè horas loqui non potuit) manè horâ nona in ambobus temporibus tenſionem convulſivam & ſpaſmodicam cum dolore pungitivo ſenſit, inter quam paſſionem crux atra digitum lata & longa in fronte; ac illa ipſa die horâ octavâ veſpertinâ altera in mento; ac paulo poſt tertia in ſcrobiculo cordis, colore ſubrubro, oborta eſt; ſequentibus diebus in ſiniſtro pede linea livida quinque tranſverſis crucibus ſignata; & poſt hanc in ſiniſtro brachio ac manu quinque cruces, & quidem in carpo crux duplicata Hiſpanica, globulis in ſuis extremitatibus ornata; in vola manus alia ſimplex vel communis; in ſuperficie

manus una, & ſupra brachium una, apparuerunt. Inter quas cruces illa in fronte prodiens à die Martis usque ad diem Jovis uno quodam tempore perduravit. Interea vero temporis quotidiè una vel altera, (cumprimis verò in fronte) præcisè circa horam nonam antemeridianam efloruit, quæ horâ ſeptima veſpertina (ut meis oculis vidi) ſucceſſivè diſparuerunt. Et hæ cruces à die $\frac{14}{8}$. Aug. usque ad diem Solis $\frac{10}{9}$. Septembr. quotidiè prodierunt, & cum hac die ceſſarunt. De cœtero hæc puella optimâ ſanitate fruitur, cibos appetit, ac benè dormire poteſt.

Authoris hâc de re ſententia.

HAc de re à diverſis hominibus diverſimodè judicatum eſt, quemadmodum & ego hoc loco animi mei ſententiam, (ſalvo tamen aliorum judicio) exponam.

Crucem, Theologice loquendo, nulli Chriſtianorum ignominiam, ſed potius honorem, recordationem ac reminiſcentiam cariſſimi meriti ſalvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & ſatisfactionis pro peccatis noſtris in ara crucis, unde noſtra ſalus ac æterna beatitudo dependet,) eſſe, nemo eſt qui neſciat, quemadmodum etiam nos Evangelici illam veneramur, & beatus, Dn. D. Cunradus Dietericus, quondnm Eccleſiarum Ulmenſium Superintendens meritiſſimus in Inſtitutionibus ſuis Catecheticis, pag. mih. 699. quæſtione de Cruce Chriſti, an ſcilicet Chriſtiano inter precandum ſignare ſe cruce conceſſum ſit? reſpondet, quod antiquâ illud Eccleſiæ conſuetudine factum ſit, 1. in memoriam crucis & paſſionis Chriſti. 2. In teſtimonium fidei ſuæ in Chriſtum crucifixum. Hoc igitur fine etiamnum obſervari Chriſtianis liberum eſſe, modò abſit ſuperſtitio, ne effecta ſolius mortis Chriſti propria, ſignationi huic externæ tribuantur.

Phyſicè vero ac medicè hanc rem examinando, præcedens illa tenſio convulſiva & ſpaſmodica per arctiorem contracturam ſanguinem ex venis per oſcula illarum inter carnem & cutem exprimit; ſed quia venæ non cruciatim locatæ ſunt, nec interſtitia muſculorum formam cruci præbent, mirandum eſt, quod ſanguis ille extravaſatus crucis imò in carpo manus duplicatam & Hiſpanicam formam, repræſentet, certa horâ, inſtar paroxyſmorum febrilium, recurrat, per integrum fermè diem ſuam formam retineat, & veſperi horâ ſeptima ſine omni applicato remedio, (quemadmodum interdiu nullâ tentatâ lavaturâ cum ſapone deleri potuit) ſenſim ac ſucceſſivè ſponte evaneſcat;

ſcat; Medicis ſiquidem notum eſt, quod omnis ſanguis extravaſatus, circulatione ſuâ privatus grumeſcat & corrumpatur, ac non ita facilè & citò reſolvi poſſit.

Cauſa igitur hujus rei genuina & propria vel proxima dari difficulter poteſt; ſed probabiliter ſtatuendum, vel potius præſumendum eſt, penes illas contracturas ſpaſmodicas & convulſivas (ad quas hæc puella ante & intra annum diſpoſita erat) ſupernaturale aliquid concurrere, Quid, aut quale verò illud ſit, aliis literatis dijudicandum relinquo.

OBSERVATIO MED. VIII.

Nobilis ab animalculo intra corpus geſtato lacertam repræſentante, epilepticus factus.

ANno 1646. (Excellentiſſimo Dn. D. Caſp. Beutelio mihi referente) Nobilis quidam Auſtriacus, nomine **Erndler** / acidulis Saxonicis Hornhuſanis, (ubi tum temporis ob hominum frequentiam caſtra ſub Dio locata fuerunt, in quibus triginta millia Patientium degebant) uſus eſt, qui paroxyſmis epilepticis identidem cruciabatur; à quo per illarum acidularum uſum animalculum quoddam lacertam repræſentans, in ſuperiori corporis parte viridi, in ventre verò rubro colore tinctum, (quod procul dubio curſu, morſura, ac roſione nervoſum genus vellicabat, ac laceſſebat, & per conſequens convulſiones illas epilepticas excitabat) per ſeceſſum egeſtum eſt, quod Patiens ſtatim præfato Dn. D. Beutelio monſtravit; à quo tempore hic affectus protinus ceſſavit, Patiens nullum ulteriorem paroxyſmum epilepticum paſſus, & ſic in totum ab illo morbo liberatus eſt.

OB-

OBSERVATIO MED. IX.

Ebrius ex lapſu ſuffocatus.

Caſus.

ANno 1698. die 22. Novembr. cum Tobias Hummel, Muſicus, ætatis 25. in diverſorio ad rotam auream apud quendam Centurionem fidibus ludebat, & tandem inter pocula inebriatus clam in tenebris nocturnis ſe ſubducere ſibi proponebat, ille ſolus per ſcalam deſcendit, & in ſolo, ubi aliâs choreæ apud nuptias habentur, pronus in terram decidit, ibidemque ſibi ſoli relictus, mortuus repertus eſt.

Cadaveris ſectio & inſpectio.

CUjus cadaver altero die ex mandato Ampliſſimi Magiſtratus inſpeximus, & ſiniſtrum oculum cum ſuperiori ac inferiori ſupercilio livido colore tinctum, ac tumefactum, naſum verò externè leviter vulneratum & in ſuperiori parte depreſſum cum anguſtâ cavitate vulnuſculi verſus majorem oculi angulum deprehendimus; Poſtea verò ſectione per dictam cavitatem verſus majorem oculi angulum factâ, os narium, verſus cranium ex vehementi caſu, contuſione & concuſſione fractum, (ut ſquamæ & ſpinæ teſtabantur) invenimus.

Intra corpus verò, (quod in tertia inſpectione quoque ſectum & apertum eſt,) in nulla cavitate, ſcil. cerebro, pectore vel ventre, ulla læſio apparuit.

Quapropter à nobis, tribus Medicis & totidem chirurgis communi ſuffragio judicatum eſt, illum à violentâ causâ externâ, & quidem à vehementi interram prono corpore prolapſu, concuſſione capitis & cerebri, ac ſanguine extravaſato, confertim è naribus & ore profluente, omni auxilio deſtitutum ac ſuffocatum interiiſſe.

OB-

OBSERVATIO MED. X.

Vomitus creberrimus, cum insequente colica flatulenta, aliisque molestis ac periculosis symptomatibus.

Morbus.

ANno 1696. Mense Majo, Vir quidam integerrimus, & amicus meus singularis, Dn. P. L. habitus corporis crassi, staturæ mediæ, anno ætatis quinquagesimo nono, (qui antehâc per aliquod tempus de Catarrho, tussi, ventris inflatione, alvi constipatione, & lassitudine totius corporis conquerebatur, simul ac herpete miliari in pedibus divexabatur) molestissima discrasia ventriculi cum anorexiâ & acerbissimis doloribus colicis correptus est, à quo morbo quidem feliciter liberatus fuit. Insequente autem an. 1697. die 2. Januar. eundem de novo periculosus capitis affectus, cum vertigine, spirituum animalium perturbatione, continuâ ad somnum propensione, (non sine formidine insequentis apoplexiæ) asthmate & tussi invasit, qui verò pari modo legitimis remediorum præsidiis debellatus est, ita, ut Dn. Patiens, licet color faciei pallidus extiterit, viresq; plenariè non constiterint, functiones tamen naturales absque peculiari impedimento rursus obire, suoque officio præesse potuerit; Donec insequente secundâ die Martii, dicti hujus anni, de novo creberrimis vomitibus à superabundante bile & humoribus acido-vitriolatis & atrabilariis, à liene eructatis prehensus & in lectum dejectus est, quibus colica flatulenta, convulsiva & spasmodica cum lancinantibus doloribus usque ad lumbos pertingenti-

bus, nec non interclusis flatibus, alvi constipatione, obstructionibus lienis, siti, capitis & virium imbecillitate, cum disposition icterica accessit; Qui morbus & symptomata Dn. Patienti talem anxietatem circa præcordia excitarunt, ut se continuè hinc inde ab uno ad alterum latus in lecto moverit, identidem surrexerit, mox iterum decubuerit, & nullibi locorum quiescere potuerit. Quapropter meum consilium & auxilium ad profligandum hunc morbum & symptomata, requisivit.

Resolutio.

Morbi definitio. HUnc morbum cum suis symptomatibus, (quo mediante caput, ventriculus, lien, & ob vires dejectas etiam cor, & ita tres facultates principes utpote naturales, vitales & animales, vim passæ sunt) affectum complicatum & simul periculosum esse, nullus Medicorum negabit. *Causæ.* Eundem autem à superabundante bile, inprimis verò humoribus atrabilariis & acido-vitriolatis à liene in ventriculum & intestina eructatis, substantiam ejus nervosam & membranosam lacessantibus, & contracturam ventriculi ad expulsionem heterogeneorum excitantibus, nec minus vitriolicâ sua acredine & aciditate colicam proritantibus, motumque intestinorum peristalticum invertentibus, ac tandem caput, totumque genus nervosum in consensum trahentibus, spiritusque vitales perturbantibus & inquietantibus, asthma producentibus, ac qualitate narcotica Spiritus animales & sanguinis circulationem quasi figentibus, & propensionem ad somnum inducentibus, reliquaque dicta symptomata invehentibus, provenire, nemo inficias ibit. *Scopus curationis.* In cujus curatione tàm ad remotionem causæ universalis, bilis scil. superabundantis, & humorum acido-vitriolatorum, acrium & atrabilariorum, quàm ad singularum affectarum partium principaliorum alterationem & corroborationem erit respiciendum. Quapropter sequentia remedia ad hujus morbi malitiam debellandam fuerunt ordinata.

Curationis Ordo. 1. Purgantia. Vomit. Pot. lax Syrup. lax. Et quidem 1. Ad bilem, humoresque excrementitios è toto corpore per diversa tempora expurgandos. ℞. *Syrup Emet. Ang. Sale* ʒj. *d. ad vitrum pro unâ dosi.* Vel, ℞. *Pulv. mechoac. nigr.* ℈ij. *syr. d. cich. c. Rhab.* ʒj. *aq. Cerasi. nigr.* ʒvj. *M. d. ad poculum.* It. ℞. *Syr. d. cich. cum rhabarb. diaser. Andernac. rosat. solut. ana* ʒß. *Pulv. rad. gialapp.* ʒj. *Spir.* ☉*ri, gutt. vj. M. d. ad fictile, cujus unâ vice cochleare unum mane jejuno stomacho capia-

capiatur. Et, ℞. *Herb. abſynth. Card. bened. centaur. min. hyſſop. ſcolopend. cochlear. naſturt. marrub. menth. criſp. puleg. ana Mß. Rhab. ver. ʒiij. fol. ſen. el. ſ. ſt. ℥j. Rad. helleb. nigr. præp. Turpeth. opt. Agar. troch. Gialapp. Polypod. qu. ana ʒij. Cinnam acut. ʒj. ♀i alb. crud. ʒij. chalyb. cum ♁re præp. & in petiâ ligat. ℥ij. ſem. anis fœnic. ana ʒß. M. f. cum ſyndon. alb. nodulus, cum quinque quartariis vin. alb. infundendus, de quo Patiens ſingulo manè jejuno ſtomacho ℥v. bibat.* *Vinum medic. laxat.*

2. Ad creberrimos vomitus compeſcendos, & ſtomachum roborandum. ℞. *Aq. menth. criſp. fœnic. ana ℥iß. vin. Malvat. ℥ij. Spir. maſtichin. ʒj. Elix. vit. Matthiol. compl. Elix. Propriet. Paracelſ. ana ℈j. ſacch. perlat. ʒij. M. d. ad vitrum. Doſis, cochleare unum vel alterum, ſæpius repetendo.* It. ℞. *Spec. diarrhod. Abb. diatrionſant. diacurc. diacc. ana ℈j. Cinnam. opt. ʒij. Nuc. moſch. ʒj. Macis, Caryophyllor. ana ℈ß. Cubeb. cardamom. ana ℈ß. Pulv. ſtomach. Birckmann. Pulv. cachect. Quercetan. ana ʒß. chalyb. cum ♁re præp. ʒj. ſacch. albiſſ. ℥iiij. M. f. Tragea, d. ad ſcatul. De quâ poſt menſam cochleare minus vel per ſe, vel cum pane ſaccharato biſcocto vino madefacto ſumatur.* Et, ℞. *Theriac. cœleſt. gr. iij. Extr. laudan. opiat. Paracelſ. compl. gr. j. M. f. pil. num. iij. obaurandæ ac unâ vice deglutiendæ.* Nec non ad fermentum acidum abſorbendum, obtundendum, ac præcipitandum, ℞. *CC. phil præp. Ocul. ♋. præp. Matr. perlar. præp. corall. rubr. præp. ana ʒß. Lapid. Bezoard. occid. gr. v. M. f. pulviſculus. d. ad ſcatul. de quo aliquoties in die, quantum cultri cuſpide capi poteſt, comedatur.* Externè, ℞. *Empl. d. cruſt pan. de tacamahac. ana ʒiij. M. & malax. cum Ol. maſtich. extend. ſuper alutâ, fiatque Emplaſtrum ventriculi regioni applicandum.* Et ℞. *Ol. abſynth. menth. maſtichin. ana ʒij. Ol. nuciſt. rec. expr. ℈iß. ceræ parum f. Unguentum.* Ut & ſequens Cataplaſma, ℞. *Ferment. piſtor. ℥ij. Theriac. Androm. ʒij. Nuc. moſch. ʒj. M. f. cum aceto vini cataplaſma ſtomacho adaptandum.*

Pulv. abſorb & præcipit Topica Emplaſtr. ſtomach. Ol. ſtomach. Cataplaſma.

3. Ad dolores colicos demulcendos atque tollendos, internè. ℞. *Philon. Roman. ʒj. Theriac. Androm. ʒß. Ol. carui, ſuccini ana gutt. vj. aq. menth. puleg. ana ℥j. M. f. potio unâ vice haurienda.* Et, ℞. *Aq. menth. fœnic. Carminat Dorncreil. ana ℥j. Spir. anis. ʒij. Philon. Rom. Elix. vit. Matthiol. ℈j. ſacch. perlat. ʒj. M. Doſis, cochleare unum vel alterum, ſæpius repetendo.* Ut &, ℞. *Herb. 5. emoll. Flor. chamomill. verbaſc. ſummit. aneth. ana Mß. ſem. lini ℥ß. decoct. hord. q. ſ. fiat l. a. ebullitio, colatur.* ℞. ℥vj. *in quâ diſſolv. Elect. lenitiv. Florenz. diacathol. ana ℥j. Ung. clyſmat. ℥j. Axung. anſer. gallin. anatis ana ʒvj. vitell. ovor. num. 2. f. Clyſter pro applicatione.* Externè, *furfures in ſartagine toſti; item ſemen carui, & ſal commune in ſacculis calidè fuerunt applicata.* Et, ℞. *Ol. chamomill. lumbric. aneth ana ℥ß. M. d. ad ollam, quo venter & umbilicus calidè inungatur.* Ut &, ℞. *Empl. malact. ij. filii*

Colic. dolor. demulcent. Potio anodyna Aq. carminat. Clyſter. Topica. Sacculi furfuracei, &c. Emplaſtr.

Zachariæ ʒj. *M. & malax. cum Ol. chamomill. fiatque l. a. Emplaſtrum, ſuper alutâ extendendum, ac ventri applicandum.*

Pot. cephal. 4. Ad caput, & ſpiritus animales roborandos, internè, ℞. *Pulv. Cephal. Michael.* ℈j. *Confect. Alkerm. incompl.* ℈iß. *Aq. ceraſ. nigr.* ʒj. *Julap. roſar.* ʒß. *M. f. potio unâ vice ſumenda.* *Aq. cephal.* Et, ℞ *Aq. apoplect. Oſwald. ceraſ. nigr. flor. tiliæ, pœon. ana* ʒj. *Epilept. Lang.* ʒß. *Cinnam. ſtill.* ʒij. *Pulv. Marchion. Pulv. Cephal. D. Michael. ex Magiſter. ana* ℈j. *Lap. Bezoard. occid. gr. v. ſpir. ceraſ. nigr. lilior. convall. ana* ʒij. *Cephal. Anhaltin. compl.* ʒj. *Confect. Alkerm. compl.* ℈j. *ſacch. perlat.* ʒiij. *M. Doſis cochleare unum vel* *Pulv. cephal.* *alterum, aliquoties de die repetendum.* Et, ℞. *Pulv. cephal. D. Michael. ſecund. Diſpenſ. Aug. novum* ℈ij. *Divid. in 2. partes æquales pro duabus doſibus*

Clyſter. Ac ad vitioſos humores è capite educendos & derivandos. ℞. *Herb. ſalv. rut. majoran. beton. hyſſop. ana M*ß. *Rad. angelic.* ʒß. *pulp. Colocynth. in petia ligat.* ʒvj. *M. f. decoct. cum brod. carn. q. ſ. colatur.* ℞. ʒviij. *in quâ diſſolv. ſyr. Emet. Angel. Sal.* ʒij. *Elect. diacathol.* ʒj. *ſalis gemm.* ʒiij. *Mell. roſ. ſolut.* ʒiß. *Terebinth. Venet. cum luteo ovi unius ſolut.* ʒiij. *M. f. Clyſter.* Ex-

Balſam. ternè, ℞. *Balſam. apoplect. Croll.* ℈ß. *Majoran. ſuccin. ana gr. v. M. d. ad*

Sacculi cephal. *pyxid. ſtanneam pro illinendis naribus & temporibus.* It. ℞. *Herb. Roriſmar. ſalv. meliſſ. bethon. menth. lavend. puleg. flor. roſ. rubr. ana Mj. ſem. coriandr. nigell. aua* ʒß. *Nuc moſch.* ʒj. *Thur. Maſtic. ireos florent. ana* ʒß. *Macis, Garyophyll. ana* ℈ß. *Spec. diambr. incompl.* ʒiß. *M. & S. conciſ. f. cum ſyndon. vel linteo alb. puro duo ſacculi interpaſſati, vino incoquendi, & poſt expreſſio-*

Emplaſtr. *nem alternativè calidè capiti applicandi.* Et, ℞. *Empl. d. Tacamahac.* ʒij. *malax. c. Ol. majoranæ, extend. ſuper alutâ & apponatur vertici capitis à capillis per abraſionem denudato.*

5. Aſthma. Spirit Aq pector. 5. Ad aſthma. ℞. *Spir. ſal. armon. aniſat.* ℈iiij. *d. ad vitr. Doſis M. & V. gutt. x. in aqua ſequenti.* ℞. *Aq. hyſſop. Veron. flor. acac. ceraſ. nigr. ana* ℥j. *aſthmat.* ʒß. *Spir. anis. Eſſent. ſacch. Beguin. ana* ʒij. *Balſ.* ♃. *aniſ.* ℈j.

Syrup. pector. *ſacch. cand. alb.* ℥ß. *f. mixtura cochleatim ſumenda.* It. ℞. *Syr. de Eryſimo Lobel. de ſiliquis, jujub. ana* ʒvj. *Oxym. ſimpl. & ſquillit. ana* ʒß. *Oxym. belleborat. Geſner.* ʒij. *M. d. ad Oll. Doſis cochleare unum vel alterum, ſæpius*

Pulv. pectoral *repetendo.* Et, ℞. *Sperm. cet. rec. Ocul.* ♋ *præp. ana* ʒß. *pulv. rad. ireos florent.* ℈ß. *Croc. Auſtr. gr. v. ſacch. cand. alb.* ʒj. *M. f. pulv. ſubtiliſſimus, de quo de die ſæpius, quantum cuſpide cultri capi poteſt, capiatur.*

6. Obſtruct. benar meſaraic. & lienis aperientia Pulv ſplenet. Spir. aperit 6. Ad venarum meſaraicarum & lienis obſtructiones reſerandas. ℞. *Crem.* ♀. *Ocul.* ♋. *præp. ana* ʒij. *ſalis tamariſc. card. bened. abſynth. ana* ℈j. *M. f. pulv. horâ unâ ante cœnam & prandium, quantum cultri cuſpide capi poteſt, in brodio carnis ſumendus.* Et, ℞. *Spir. ſalis,* ♀*ri, ſal. armoniac. ana* ℈ij. *M. d. ad vitr. Doſis, gutt. xv. M. & V. in aqua ſplenetica Mynſichti.*

7. Ad

7. Ad alvum conſtipatam relaxandam. ℞. *Brod. cibeb. laxat.* ʒiß. *aq. Ceraſ. nigr.* ʒvj. *M. pro doſi unâ.* Et, ℞. *Lact. vaccin. vel decoct. hord.* ʒvj. *in quo diſſolv. Mell. roſ. col. ſacch. Thom. ana* ʒij. *vitell. ovor. num.* 2. *M. f. Clyſter.* *7. Alvi conſtipatio. Brod. cibeb. laxat Clyſter.*

8. Ad diſpoſitionem ictericam tollendam. ℞. *Rad. rub. Tinctor. zedoar. chelidon. ononid. ana* ʒvj. *aſar.* ʒij *ſummit. centaur. min. fol. chelidon. maj.* Mj. *Comar. abſynth.* Mß. *Cinnam. acut.* ℈ij. *Rhab. ver.* ʒij *Croc. Auſtr. opt.* ℈j. *M. & conciſ. f. cum ſynd. alb. nodulus cum* ℔vj. *vin. alb. infundendus; de quo ſingulo manè jejuno ſtomacho* ʒv. *ebibat.* *8. Icterus. Vin. medic.*

9. Ad cor, & ſpiritus vitales roborandos. ℞. *Aq. 4. Cord. ana* ʒj. *Epilept. Lang.* ʒß. *Cinnam. bugloſſat.* ʒij. *CC. philoſ. calcin. Corall. rubr. præp. Matr. perl. præp. ana* ℈ß. *Lap. bezoard. occid gr. v. Confect. Alk. compl.* ʒß. *Syr. acetos. citr. granat. ana* ʒß. *Spir. cephal. Anhalt. compl.* ʒj. *Man. Chr. perlat.* ʒj. *M.* It. ℞. *Aq. 4. Cord. ana* ʒß. *Confort. Offic. perlat.* ʒj. *CC. phil. præp. Ocul.* ♋. *præp. Matr. perlar. præp. Corall. rubr. præp. ana* ℈ß. *Lap. Bez. occid. gr. iiij. Confect. Alk. compl.* ℈j. *Syr. acetos. citr. granat. ana* ʒß. *M. d. ad vitr.* Et, ℞. *CC. phil. præp. Ocul.* ♋. *præp. Matr. perlar. præp. Corall. rubr. præp. ana* ʒß. *Lap. Bezoard. occid. gr. v. M. f. pulviſculus, ſæpius & partitis vicibus aſſumendus.* *9. Cordialia. Aq. cordial. Alia. Pulv. cordial.*

10. Ad dolorem lumborum mitigandum & reſolvendum. ℞. *Empl. d. melilot. diapalm. ana* ʒj. *pulv. ſal. armoniac.* ʒß. *M. & malax. cum Ol. chamomill. fiatque l. a. Empl. ſuper alutâ extendendum, ac regioni lumborum applicandum.* *10. Dolor lumbor. Emplaſtr.*

De cœtero, Diæta fuit conveniens, Patiens in lecto hypocauſti decumbebat; Cibi parabantur euchymi, quos tamen ob anorexiam & appetitum proſtratum abhorrebat Pro Potu ordinario ſeqq. ſpecies fuerunt præſcriptæ. ℞. *Scob. lign. ſaſſafr. Lentiſcin. Rad. chin. ana* ʒß. *Cinnam. opt.* ʒij. *ſem. anis.* ʒj. *CC. præp. Ocul.* ♋. *præp. ana* ʒiß. *M. f. pulv. groſſ. cui add. Paſſul. min.* ℥j. *d. ad ſcatulam; de quibus cochleare majus unum in urceo, operculo inſtructo, cum menſurâ unâ aquæ fervidæ infundatur, mox contegatur, & ad uſum refrigeſcere ſinatur.* Alvus fuit vel arte, vel naturaliter aperta. Quietem & ſomnum morbus ſecundum naturæ requiſitum haud concedebat. Et mœror ac mœſtitia animum ob imminens morbi periculum perturbabant. Interea temporis morbus indies, cum ſummâ dejectione viriurn magis magisque invaluit, & Patiens die 6. Aprilis anno 1697. poſt mediam noctem, circa horam primam, inter preces adſtantium & domeſticorum, ætatis ſuæ ſexageſimo, placidè in Domino obdormivit, vitamque cum morte commutavit. *Dieta. Spec. pro pot. ord.*

OBSERVATIONUM MEDICARUM DECADIS QUINTÆ.

OBSERVATIO I.

Pleuritis ſpuria, cum inſequente febre acuta, & corporis atrophia hectica feliciter curata.

Caſus.

ANno 1699. die 3. Septembris, Jacobi **Schuhmachers** / Cauponis ad ſignum Uvæ filius, Wolffgangus, ætat. 16. Bibliopolæ Dn. Georg. Wilh. **Kühnen** à ſervitiis, Pleuritide ſpuriâ, & dolore lateris ſiniſtri punctorio, qui à latere usque ad axillam pertingebat, correptus eſt, quem affectum paulò poſt febris ardens & acuta concomitabatur, quæ ad ſtatum perventa graviſſima ſymptomata, utpote anorexiam, calorem p. n. intenſiſſimum, ſitim tantaleam, vigilias, anxietatem circa præcordia, virium lapſum, ac tandem ſyncopen, deliria, algidam frigiditatem extremarum partium, aliaque hujus generis peſſima accidentia invehebat, ut de ipſius vitâ actum eſſe omnibus videretur. Cum autem præter ſpem & expectationem aliquatenus ad ſe rediret, tuſſis vehemens cum ſputo ſpumoſo & aliqualiter purulento ac totius corporis atrophiâ, non ſine ſuſpicione phthiſis & febris hecticæ oborta eſt; Qui morbus per Dei gratiam ſequentibus remediis victus & depulſus fuit, ita

ut

ut jam de patientis redintegrandis viribus & recipienda integrâ bonâ valetudine minimè dubitandum ſit.

Curatio.

MEdicamenta autem, quibus dictus patiens uſus eſt, erant ſequentia.

1. Ad dolorem lateris punctorium tollendum, materiamque vitioſam in pectore reſolvendam & diſcutiendam die 3. Septembris manè talem potiunculam hauſit. ℞. *Sperm. cet. rec. Ocul. ♋. præp. ana* ʒß. *Mandibul. lucii præp. Dent. apri præp. ana* ∋ß. *Syrup. papav. err.* ℥ß. *Aq. chærefol. Card. Mar. ana* ℥j. *M. f. potio unâ vice ſumenda.* Et circa veſperam horâ octava ſeq. pulviſculum antipleuriticum in brodio carnis deglutivit. ℞. *Pulv. ſanguin. hirc. Helmont. ritè præp. Sperm. Cet. rec.* ∋ß. *M. f. pulvis.* Eâ ipsâ etiam invaſionis die vena mediana ſiniſtri brachii tam ad revulſionem, quam ventilationem ſanguinis ſecta eſt. Quocirca etiam ad materiam in cavitate thoracis expectorandam tali aquâ pectorali, ſæpius cochlearis unius vel alterius quantitate ſumenda, uſus eſt. ℞. *Aq. hyſſop. flor. acac. ſcabioſ. veron. ana* ℥j. *Ocul. ♋. præp. CC. præp. ana* ∋j. *Syr. papav. err. Violar. ana* ℥ß. *M. d. ad vitrum.* Externè axilla & latus dolorificum Oleo anodyno de die ſæpius calidè inuncta fuerunt. ℞. *Ol. chamomill lumbricor. aneth. ana* ℥ß. *M. d. ad ollam.*

Pulv. antipleurit.

Pulv. antipleurit. Ven. ſectio.

Aq. pectoral.

Ol. anodyn.

2. Ad materiam peccantem evacuandam die 4. Septembr. talem potiunculam laxativam bibit. ℞. *Fol. ſen. el. ſ. ſt.* ʒiij. *crem.* ♀. *Rhab. ver. ana* ʒß. *aq. ſcabioſ. flor. acac. ana* ℥ij. *M. f. lenis ebullitio, in colatur. diſſolv. Mann. Calabr. el.* ℥j. *f. potio unâ vice hauriendа.*

Pot. laxat.

3. Ad corroborandum, viresque inſtaurandas, Aquæ hujus confortantis ſæpius unum alterumve cochleare deglutivit. ℞. *Aq. 4. Cord. ana* ℥j. *e. typh. cervin. Scorzoner. ana* ℥ß. *CC. philoſ. præp. Pulv. Marchion. cephal Michael. ana* ∋ß. *Lap. Bezoard. occid. gr. v. ſyr. rub. Id. Julap. roſ. ana* ℥ß. *M. d. ad vitr.*

Aq. cordial.

4. Ad intenſum calorem totius corporis reſtinguendum, & ad quietem procurandam, die 7. Septembr. Emulſio refrigerans & ſimul antifebrilis ipſi ordinata fuit. ℞. *Sem. 4. frigid. maj. ana* ʒß. *papav. err.* ∋j. *Amygd. dulc. excort.* ʒiß. *aq. flor. acac. ſcabios. ana* ℥iß. *M. f. Emulſio, in colatur. diſſolv. Ocul. ♋. præp. CC præp. ana* ∋j. ☉*i tabulat. gr. xii. ſacch. perlat.* ℥j. *M. pro unâ doſi.*

Emulſ. refriger. & antifebril.

Die 8. Septembr. ad dictum calorem p. n. per diaphoretica reſolvendum, *Tincturâ bezoardica Michael.* per aliquot dies ad gutt. xij. vel

Tinctur. bezoard. vel Michael.

vel xv. uſus eſt, quâ ſumptâ, per horam unam ſtragulis coopertus ſudavit.

Die 9. Septembr. ad æſtum ac ſitim reſtinguendam pulvis refrigerans in duas partes dividendus, ac quælibet pars ejus cum ʒxx. vel menſurâ dimidia aq. font. permiſcenda, præſcriptus fuit, de qua mixtura de die aliquoties bibit. ℞. *CC. uſt.* ♁*i præp. ana* ʒß. *Ocul.* ♋. *præp.* ʒj. *ſacch. alb.* ʒj. *M. f. pulv. ſubtil. d. ad capſulas papyraceas.* Nec non Emulſio refrigerans, ſuperius memorata; Et Julapium tale. ℞. *Syr. rub. Id. granator. ana* ʒj. *aq. fontan.* ℔j. *Spir.* ☿*-ol. rectif. q. ſ. ad gratam aciditatem, d. ad vaſcul.* Penes hæc dicta etiam Tincturam roſarum bibit. Externè, fronti, temporibus, ac manuum pulſibus ſeq. Epithema fuit applicatum. ℞. *Sem. 4. frig. maj. ana* ʒß. *Sem. papav. alb.* ʒj. *Nucl. perſic.* ʒij. *aq. ſemperviv. plantag. ana* ʒiß. *roſar.* ʒj. *M. f. Emulſio, in colatur. diſſolv. Camphor. in* ※. *roſ. diſſol. croc. or. ana gr. v. M. d. ad vitrum.*

Pulv refrig. pro potu.

Julap.

Epithema.

Præter hæc, *quotidiè ſpina dorſi manè & veſperi Unguento ex cancris 9. vel 10. vivis in mortario contuſis & in* ʒvj. *vel viij. butyri frixis, & per pannum expreſſis, parato, inuncta fuit.*

Unguent. pro dorſo.

Et quia 5. die 14. Septembr. de deglutiendi difficultate conquerebatur, iccircò ſeq. Gargariſmus per ſiphonem injectus, ac de confignata hâc mixtura, poſt gargariſationem unum vel alterum cochleare propinatum fuit. ℞. *Aq. prunell. plantag. ſemperviv. fol. querc. ana* ʒiß. *ſal. prunell.* ℈ij. *Mell. roſ. col.* ʒj. *Rob. diamor. dianuc. ana* ʒß. *M. d. ad vitr.* Et, ℞. *Mucilag. ſem. cydon. & ſem. pſyllii cum aq. roſar. extr.* ℈ij. *Syr. violar.* ʒij. *Mell. roſ. col.* ʒß. *M. d. ad fictile.*

Gargariſmus.

Mixtura cochleat. deglutienda.

6. Et ne tuſſis diu durans, præſente jam ſenſibili atrophiâ totius corporis, in phthiſin degeneret, patiens uſum ſequentis Electuarii, de die ſæpius nucis myriſticæ quantitatem ſumendo, per aliquod tempus continuavit. ℞. *Conſerv. roſ. rubr.* ʒiiij. *Loch. ſan. & expert de pulmon. vulp. de ſarſar. ana* ʒß. *Pulv. Haly contr. phthiſ. ſine ſacch. pulv. anonym. pulv. antihect. Poter. ana* ʒj. *flor.* ♃. ℈j. *Syr. violar. papav. err. ana* ʒß. *M. d. ad fictile.*

Electuar. corrob. & alter. antiphthiſ.

7. De cœtero, bona etiam & laudabilis Diæta fuit obſervata. Aer ad calidum inclinabat. Cibi erant coctu faciles, ut ptiſana hordeacea, juſcula, amygdalata, &c. Potus verò Decoctum ſeq. ℞. *CC. uſt.* ʒj. *Hord. integr.* ℥iß. *Spec. pro decoct. pector. fl. & fr. ana* ʒj. *flor. papav. err.* Mß. *M. & conciſ. coq. cum duabus menſuris aquæ fontanæ ad tertias.* Alvus vel arte, vel natura aperta conſervabatur, & mens anxia ſpe evaſionis conſolabatur. A quibus dicto modo uſurpatis remediis hic patiens ſucceſſivè vires recepit, titubante pede ambulare didicit, cibos rurſus appetivit, corpus in crementum ſumſit, & ſic per Dei gratiam è cymba charontis ſe extricavit.

Spec. pro potu ord.

OB-

OBSERVATIO MED. II.

Cachexia ſcorbutica cum Ulceribus pedum feliciter curata.

Morbus.

REverendiſſimus & Generoſus quidam Vir per aliquot annos Cachexiâ ſcorbuticâ cum Ulceribus pedum, ob ſanguinem & humores acri-ſalinos & ſcorbuticos, per inconvenientem diætam, cibos ſalſos & acres fumoque induratos, & nonnunquam liberaliorem vini potum collectos, totum corpus, mediante circulatione ſanguinis occupantes, ac hinc inde in corpore moleſtiam, gravitatem capitis, ulcuſcula, & nonnunquam etiam difficultatem reſpirandi excitantes, laboravit, quæ materia peccans, beneficio benignæ naturæ, magnâ ex parte à partibus nobilioribus ad minus nobiles, pedes videlicet ablegata, ibidem in tubulis ſtagnavit, fibrillas diſtorſit, circulationem ſanguinis impedivit, ac tandem ob longiorem moram corrupta, tumorem in pedibus ulceraque ſordida excitavit, contra quem affectum variis remediis internis, præparantibus, purgantibus, alterantibus, roborantibus, fonticulis, &c. quin etiam externis, mundificantibus, ſiccantibus, ac epuloticis uſus eſt, quæ affectum quidem ad tempus quodammodò liniverunt, nunquam verò radicitus ſuſtulerunt.

Hoc verò anno 1699. novam Curam aggreſſus eſt, quâ mediante tam ab internis quam externis moleſtiis feliciter liberatus eſt. Medicamenta autem, quibus per quadraginta dies uſus eſt, fuerunt ſequentia.

Curatio.

Pil. purg. PRimò, ſingulis ſeptimanis ſemel ſequentibus pilulis unâ vice ſumendis, uſus eſt. ℞. *Extr. catholic. gr. xiij. ☿ ii dulcif. ℈ß. ſalis ſuccin. gr. iij. M. f. pill. num. ix. deaurentur.*

Pil. ſanguin. purificant. Secundò, quotidiè, (excepto purgationis die) M. & V. de ſequentibus pilulis ſanguinem purificantibus numero ſeptem deglutivit. ℞. *Pulv. anticachect. Dan. Ludovic. antihect. Poter. ana ʒiij. ſuccin. præp. ʒj. Cinnab. ♂ ii ℈iiij. cum ſol. tragac. f. pill. ex ʒj. num. xxx. conſperg. pulv. ſantal. rubr. de quibus in ſeptimana per ſex dies manè jejuno ſtomacho 7. capiantur & per 4. vel 6. ſeptimanas continuetur.*

Decoct. Tertiò, per totum curationis tempus pro potu ordinario tale Decoctum bibit. ℞. *Rad. ſarſaparill. ʒiiij. infund. cum aq. font. fervid. Menſur. 2. vel ℔vj. ſtent in infuſione per noctem, poſtea coq. in olla benè tecta ad tertias.*

Dieta. Et Quarto, convenientem Diætam obſervavit, Aer erat temperatus, cibi coctu faciles, euchymi, omnique acredine carentes; Potus ordinarius dictum Decoctum, & in menſa vitrum vini albi veteris Nicarini; in motu & quiete; ut & in ſomno & vigiliis tenebatur modus; Alvus erat naturaliter aperta; ac refrenebantur fortiora animi pathemata. Quibus remediis ad finem perductis, præfatus Dominus Patiens non ſolum in toto corpore nullum amplius incommodum ſentit, ſed etiam tumor pedum evanuit, ac ulcera ex voto curata & conſolidata ſunt, priſtinamque ſanitatem recuperavit.

OBSERVATIO MED. III.

Dolor nephriticus periodicus cujusdam puellæ.

Morbus.

ANno 1699. die 22. Junii, Martini **Würths** / Caponis ad Academiam filia, duodecim circiter annorum, quæ jam per aliquot annos malo hæreditario, à Parentibus concepto, doloribus videlicet

delicet periodicis nephriticis acutiſſimis & lancinantibus ſæpius divexabatur, ac in lectum identidem conjiciebatur, aliis remediis hactenus nil, vel parum proficientibus, per matrem conſilium & auxilium deſideratiſſimè expetiit; Cujus integram reſtitutionem ob malum radicatum & hæreditarium difficulter ſperandam, ſed me nihilominus, quantum poſſibile, ſuppetias per ſequentia remediorum præſidia laturum eſſe, pronunciavi.

Curatio.

ET quidem ante omnia totum corpus, præcipuè verò renes ac ureteres à ſordido, tartareo, ac mucilaginoſo lentore, nec non acriſalinis & arenoſis particulis vindicandos, dicto die 22. Junii ſeq. Potiunculam laxativam, & ſpecies pro potu ordinario præſcripſi. ℞. *Fol. ſen. el. ſ. ſt. ʒij. Rhabarb. ver. ℈j. Crem. ♀. ʒß. aq. malv. fragor. ana ʒiß. M. f. lenis ebullitio, in colatur. diſſolv. Mann. Calabr. el. ʒvj. f. potio una vice ſumenda, certisque temporibus aliquoties repetenda.* Et, ℞. *Herb. agrimon. Mj. Rad. liquirit. ʒß. ſic. ping. num. 2. paſſul. min. ʒj. M. & conciſ. coq. cum aq. font. ℔vj. vel menſurâ unâ cum dimidia ad tertias. Cui potui ſucceſſivè unum alterumve cochleare ſyrupi de althea Fernelii immiſcuit.* *Pot. laxat.* *Spec. pro pot. ord.* *Syr. d alth.*

Die 23. Junii, ad congeſtionem vitioſorum ac tartareorum humorum in renibus & meatibus urinariis præcavendam, tale Electuarium, ejusque uſum ad certum tempus continuandum ordinavi, ℞. *Pulp. Caſſiæ rec. extr. ℥iß. Terebinth. Venet. lot. in aq alkekeng. ʒß. Syr. d. alth. Fernel. ʒvj. pulv. Ocul. ♋. ℈j. M. d. ad fictile. Cujus doſis nucis moſchatæ quantitas M. & V. nec non interdiu aliquoties extra menſæ tempus deglutienda.* *Electuar. renes mundif.*

Die 10. Julii, cum iterum de novo dolore conquerebatur, & urina turbida craſſum ſedimentum monſtraſſet, præmiſſo dictæ potiunculæ reiterato uſu, de ſequenti aqua alterante & anodynâ nephriticâ unum alterumve cochleare, de die aliquoties repetendo, aſſumſit. ℞. *Aq. fragor. ʒiij. Malv. ʒj. Ocul. ♋. præp. ℈ij. Syr. de alth. Fernel. ʒj. M. d. ad vitrum.* Præter hæc, etiam inſeſſibus & ſemicupiis uſa eſt, quibus tales herbæ ac ſpecies incoctæ erant. ℞. *Herb. 5. emollient. ana Mj. Melilot. Naſturt. aquat. Flor. chamomill. Flor. verbaſc. ſummit. aneth. ana Mj. Rad. alth. lilior. alb. ſem. lini, fœnugr. ana ʒß. M. & conciſ. d. ad chartam pro balneo.* Præter hæc remedia etiam renum ac lumborum regionem tali linimento inunxit. ℞. *Ung. anodyn. de alth. nephrit. ana ʒß. Ol. aneth. amygdal. dulc. ana ʒij. Ol. ſcorpion. ʒj. M. f. Linimentum.* *Aq. nephrit.* *Spec. pro balneo.* *Unguent. nephrit.*

Die 16. Auguſti pro præſervatione & curatione ſequentem pulverem expertiſſimum præſcripſi. ℞. *Lapid. Lyncis. præp. Lap. Judaic. præp. ana* ℈j. *gr. iiij. Ocul.* ♋. *præp.* ℈iß. *ſal. juniper. gr. xv. ſem. milii* ☉. ʒß. *Ol. ſuccin. rectif. gutt. j. ſacch. albiſſ.* ʒiij. *M. f. pulv. divid. in 6. part. æqual. d. ad totidem capſulas papyraceas; de quibus ſingulis ſeptimanis una pars in convenienti vehiculo vel vino albo ſumatur.* Ad hæc, ratione diætæ huic patienti ſequentia probè obſervanda injuncta fuêrunt, ut ſibi ab aere frigido, nebuloſo ac pluvioſo; nec non cibis craſſis, crudis, ſalſis, acribus, fructibus immaturis, caſeo antiquo, braſſicâ capitatâ ſale conditâ, carne ſuillâ, & fumo induratâ, leguminibus, & ſimilibus caveat; corpus modicè moveat; in ſomno & vigiliis modum teneat ac alvum naturaliter apertam ſervet omniaque fortiora animi pathemata averſetur. Horum itaque remediorum uſu hactenus optimè conſolata fuit, & functiones naturales ſine impedimento obire potuit.

Pulv anti nephr. præſervat. & curativ expertiſſ. Liotæ.

OBSERVATIO MED. IV.

Vomitus creberrimus, cum anxietate circa præcordia.

Caſus.

ANno 1699. die 9. Octobris, antiquâ generis nobilitate illuſtris quædam Matrona, ſtaturæ mediæ, viginti quatuor circiter annorum, ad affectum hypochondriacum diſpoſita, cui per novem ſeptimanas menſes emanſerunt, de nauſea, vomitu & vertigine conqueſta eſt, quæ ſequentibus diebus malo ingraveſcente lecto affixa ſine quiete vel ſomno interpoſito primò bilem æruginoſam, & deinde omnem cibum & potum per creberrimum vomitum rejiciebat, ſiti continua torquebatur, & ob defectum nutrimenti viribus deſtituta valdè & periculosè ægrotabat, quæ, rebus ſic ſtantibus, Medici auxiliatrices manus deſideravit.

Reſo-

Resolutio & Curatio hujus Morbi.

QUemadmodum nausea depravatus motus facultatis expultricis est; sic Vomitus est eorum quæ in ventriculo continentur, per os excretio. *Definitio.*

Causa hujus affectus primaria & principalis in hoc subjecto est acidum vitriolatum cum bile æruginosa à liene per vas breve in ventriculum eructatum, fermentum naturale ventriculi inquinans & perturbans; Causa verò coadjuvans sunt menstrui suppressi vapores non solum tunicas oris ventriculi occupantes, sed eodem vapore ventriculi capacitatem ingredientes, quorum vellicatione ac mordicatione nausea & vomitus cum dolore & cruciatu fuit excitatus. *Causa.*

Hic affectus enumeratione signorum non indiget, quia per se manifestissima sunt. *Signa.*

Quoad Prognostica, Vomitus prasinus, malus, test. Hippocr. 2. Progn. 39. quia calorem insignem in venis, & magnam humorum corruptionem indicat. Vomitus verò æruginosus nonnunquam surditatem adfore significat. Prorrhet. comm. 2. aphor. 12. Si vomitus, (præsertim in gravidis) nimius & laborioſus sit, aut fœminæ cibum assumptum statim rejiciant, nihilque ejus retineant, periculo non vacat. *Prognosis.*

Curatio.

Curatio in hoc Subjecto absolvitur quinque remediorum ac præsidiorum generibus. 1. Ut materia peccans in ventriculo contenta statim in morbi principio, (in progressu verò locum non habet) evacuetur, cum monente Hippocrate, vomitus vomitu rectè curetur. 2. Sanguis in venis ebulliens & effervescens per venæsectionem ventiletur. 3. Acidum in ventriculo per præcipitantia obtundatur. 4. Ventriculus per interna & externa remedia roboretur. Et 5. bona Diæta observetur.

In quem finem sequentia remedia successivè adhibita fuerunt. Et quidem 1. ad Bilis & materiæ peccantis in ventriculo contentæ evacuationem', ℞. *Syrup. Emet. Angel. Salæ ʒv. d. ad poculum pro unâ dosi.* *Syrup. purg.* Et ut bilis non solum in ventriculo restingueretur, & ne in posterum incrementum per congestionem sumeret, talis pulvisculus statim in primâ mensâ, quantum cultri cuspide capi potest, in brodio carnis sumendus præscriptus fuit. ℞. *Ocul. canc. præp. Crem. ♀ri ana ʒiß. ♀i ⊖olat. ʒj. salis acetosæ, acetosell. ana ∋ß. M. f. pulv. d. ad scatulam.* *Pulvis bilem compescens.*

Ven, ſect. 2. Ad ſanguinis fervidioris ventilationem, & anxietatem hypochondriacam circa præcordia tollendam, vena mediana in ſiniſtro brachio ſecta, ac ſanguinis ℥iij. emiſſæ fuerunt. De qua Venæſectione adminiſtranda Roderic. à Caſtro de Morb. Mulier. cap. 11. de Vomitu & nauſea, pag. mih. 418. ita ſcribit. *Verum ſi neque his enumeratis remediis Vomitus ſedetur, ſanguinis miſſio ex communi vena ſecurè & cum maximo patientis emolumento exerceri poteſt, idque mihi multis experimentis probatum eſt.*

Pulv. præcip. & abſorb. 3. Ad acidum vitriolatum in ventriculo per præcipitantia abſorbendum & obtundendum, confert pulvis ſequens præcipitans & abſorbens. ℞. *Corall. rubr. præp. Ocul. canc. præp. Unicorn. Grünland. ana* ℈ij. *Lap. Bez. Orient.* ℈ß. *gr. v. Theriac. cœleſt.* ℈ß. *M. f. pulv. ſubtiliſſ. in* ij. *partes æquales dividendus, de quo Manè & veſperi doſin unam in brodio gallinæ capiat.*

Tragea corrob ſtomach. 4. Ad ventriculi corroborationem, ℞. *Spec. Diarrhod. Abbat. diatrionſantal. ana* ʒß. *Cinnam. opt.* ʒij. *Nuc. moſchat.* ʒj. *Macis, Caryophyll. ana* ℈ß. *Corall. rubr. præp.* ℈ij. *Ocul. canc. præp. Spodii præp. ana* ℈j. *ſacch. albiſſ.* ʒiij. *M. f. Tragea, de qua poſt menſam cochleare unum vel per ſe, vel cum pane biſcocto ſaccharato, vino madido, aſſumatur.* Item, ℞. *Aq. Menth. fœnic. Cinnam. cydoniat. ana* ℥ß. *vini cydonior.* ℥j. *Ocul. canc. præp. Corall. rubr. præp. ana* ℈ß. *Elix. Propr. Paracelſ.* ℈j. *Syr. granat.* ℥ß. *M. d. ad vitr. Doſis cochleare unum vel alterum, ſæpius repetendo.* In eundem etiam finem de tali Electuario partibus vicibus nucis moſchatæ quantitatem deglutivit. ℞. *Conſerv. menth. Elect diacydon. ſimpl. Rob. acac. Ribium. ana* ℥ß. *Philon. Rom.* ʒj. *Corall. rubr. præp. ſpodii præp. Ocul.* ♋. *præp. ana gr. xv. Terr. ſigill. ſileſ.* ℈j. *ſucci cydon. inſpiſſat.* ℥j. *M. d. ad Ollam.*

Aq. ſtomach.

Electuar. ſtomach.

Aq ſtomach cor rob. & vomit. ſed Pil theriac cœleſt.

Pot. ſtomach & vomit. coerc.

Et ad vomitum ſimul compeſcendum. ℞. *Aq. cinnam Cydoniat. Maſtichin. ſtomach. Horſtii, ana* ℥j. *Laud. opiat. cydoniat. gr. v. Ocul. canc. præp.* ℈j. *Conſ. Alkerm. incompl.* ℈j. *Syr. cydonior.* ℥ß. *M. d. ad vitr. Doſis cochleare unum, aliquoties de die repetendum.* Et, ℞. *Theriac. cœleſt. gr. xvj. form. cum aq. maſtichin. pill. num. xvj. obauratæ, de quibus M. & V. quatuor deglutiantur.* Ut &, ℞. *Corall. rubr. præp. Ocul. canc. præp. ana gr. vj. Theriac. cœleſt. gr. iiij. Laudan. opiat. perlat. gr. j. Conſ. Alkerm. incompl.* ℈j. *Eſſent. croc. liquid. gr. ij. Vini cydon.* ℥ß. *M. f. potiuncula urgente vomitu mediâ nocte ſumenda, a qua etiam optimè conſolata eſt.* Et, circa finem morbi, ad ſtomachum roborandum & vias circa regionem lienis aperiendas, & apertas conſervandas. ℞. *Elix. propriet. Parac.* ʒj. *Spir.* ♀*ri* ℈j. *M. d. ad vitrum. De quo M. & V. gutt. 10. vel 12. in brodio carnis ſumantur.*

Elix. ſtom. & ſplenet.

Qui-

Quibus dictis remediis adjuncta fuit Gelatina sequens, de die identidem unius vel alterius quantitate pro corroboratione cordis & ventriculi sumenda. ℞. *Rasur. CC. ʒiß. Ebor* ʒß. *coq. in vino granator. ʒvj. extrah. Gelatin. postea coletur, & incolatur. dissolv. Conf. Alkerm. incompl. ʒß. sacch. perlat. ʒvj. stent in loco frigido donec coagulentur.* *Gelatina cordial. & stomach.*

Externè, successivè regioni ventriculi sequentia inuncta & applicata fuerunt. ℞. *Ol. absynth. menth. crisp. mastichin. ana ʒj. Ol. nucist. rec. expr. ℈ij. Ceræ parum, f. Unguentum, add. Balsam. Peruvian. gr. v. d. ad pixidem stanneam, quo M. & V. scrobiculus cordis. inungatur.* *Linguent. stomach.* It. ℞. *Empl. d. crusta pan. de tacamahac. ana ʒiij. Ol. nucist. rec. expr. ℈j. M. & malax. cum Ol. mastich. extend. super alutâ, illin. balsam. Peruv. & obduc syndon. rubr. fiatque l. a. Emplastrum ventriculi regioni imponendum.* *Empl. stomach.* Et, ℞. *Ferment. pistor. ʒij. pulv. menth. crisp. mastic. nucist. ana ℈j. Theriac. Androm. ʒij. M. f. cum aceto vini cataplasma, regioni ventriculi adhibendum.* *Cataplasm. contr. vomit.* Ut &, ℞. *Herb. menth. absynth. ana Mij. Flor. anthos, Lavend. chamomill. Rom. Rosar. rubr. ana piiij. Calam. arom. Bacc. juniper. ana* ʒß. *Nucist. Garyophyll. ana ʒij. M. concis. & contus. f. cum linteo albo puro duo sacculi interpassati, vino rubro incoquendi, ac ventriculo alternatim calidè imponendi.* *Sacculi stomach.*

5. Quod Diætam concernit; Aer fuit temperatus ad calidum inclinans; Cibi optimi nutrimenti ac facilis concoctionis, ut jusculæ ex vitellis ovorum, gelatina caponis, mala cydonia ad mollitiem cocta, &c. *Diæta.* Potus ordinarius Decoctum sequens. ℞. *Mastic. el. ʒij. coq. cum mensura una vel ʒxxxx. aquæ font. in olla benè tecta ad tertias, cui post coctionem adhuc ferventi injiciatur flavedo corticis citri rec. & cinnamomi integri digitis confracti ana ʒj. stent simul cooperta donec refrigescant;* *Decoct. pro potu ord.* Ad hæc, Quies procurabatur; alvus adstricta tam passulis laxativis quam suppositoriis, & sequenti clystere per vices fuit subducta. ℞. *Herb. ℥. emoll. Flor. chamomill. flor. verbasci, summit. aneth. ana M℈. decoct. hord. q. s. fiat l. a. ebullitio, colatur.* ℞. *ʒvj. in qua dissolv. Elect. lenit. Florenz. diacathol. ana ʒj. Ung. clysmat. ʒj. Axung. anser. gallin. anat. ana ʒvj. vitell. ovor. num. 2. f. Clyster.* *Clyster.* Et tandem animus anxius consolationibus fuit refectus. Et tali methodo medendi, dictisque remediis præfata prænobilissima patiens, (apud quam circa morbi finem bilis copiosissima per urinam excernebatur) quatuordecim dierum spatio per Dei gratiam feliciter fuit restituta.

OB-

OBSERVATIO MED. V.

Fiſtula maxillæ ſuperioris ponè dentem molarem in latere ſiniſtro.

Caſus.

ANno 1699. quidam Patiens dentem molarem ſuperiorem cavum cum tumore duriuſculo in latere ſiniſtro habuit, quem in Feſto S. Viti evellere curavit, ex cujus alveolo poſt extractionem fœtida materia emanavit. A quo tempore in hunc usque diem, præſertim ſi lingua gingivam ſugit, profluvium talis materiæ perſentit, quæ interdum acredine ſua, inſtar aceti acerrimi vel aquæ fortis, cum aliquali fœtore linguam lædit.

REbus itaque ſic ſtantibus, per anguſtiſſimum foraminulum ſtylo exploratorio cavitas ulceris, digiti dimidii longitudine usque ad os maxillæ pertingens, explorata, illudque os aſperum & inæquale, ac in medio cavitatis ſinus aliquis deprehenſus eſt, quapropter à me & duobus chirurgis judicatum eſt, hunc Affectum fiſtulæ maxillæ nomine deſignandum eſſe.

Curatio.

Curationis Ordo,

QUod Curationem hujus mali concernit, tam interna quam externa remediorum præſidia requiruntur. Et quidem internè 1. Corporis purgatio. 2. Venæſectio. 3. Convenientis Diætæ Obſervatio. Externè verò, 1. Dentis ejusque radicis, (quod jam factum eſt) extirpatio. 2. Loci affecti, poſt dilatationem ulceris foraminuli, mundificatio. 3. Oſſis maxillæ carioſi à corruptione per manualem operationem, vel abraſionem, vel potentialem aut actualem cauteriſationem vindicatio. 4. Per remedia ſiccantia & adſtringentia ſiccatio & adſtrictio. Et 5. partis affectæ conſolidatio.

Guil.

Guil. Fabr. Hildanus tales affectus curavit 1. purgatione. 2. Venæſectione. 3. Diæta. 4. Radicis dentis eradicatione. 5. Tumoris fiſtulæ duri per Unguentum cauſticum ablatione. 6. Ulceris per Unguentum appropriatum mundificatione. Et 7. vulneris conſolidatione.

In hunc igitur finem 1. dicto Patienti ſeq. pilulæ purgantes Cephalicæ præſcriptæ fuerunt, quæ patientis deſiderio per ſubductionem alvi ſatisfecerunt. ℞. *Extr. panchymag. croll. Extr. pil. aur. ana gr. ix. Mag. Gialapp. gr. iiij. M. f. c. aq. ceraſ. nigr. pil. num. xix. obaur. una vice deglutiendæ.* Pil. purg. 2. Foraminulum ſeu cavitas fiſtulæ per limam rotundam verſatilem huic ſcopo accommodatam, quaſi per terebram fuit apertum. 3. Liquor ſiccans, putredinem coercens & mundificativus per ſiphonem fuit injectus, cujus beneficio materia purulenta fluere deſiit, fœtorque remiſit. Et 4. ſublata carie, & lævigata oſſis aſperitate conſolidatio erit procuranda. De Curatione fiſtulæ maxillæ videatur Andr. de Cruce, Oper. Chirurg. lib. 3. cap. 53. pag. mih. 423. Ambroſ. Paræus Oper. Chirurg. lib. 12. cap. 21. pag. mih. 562. Guil. Fabr. Hildanus Centur. 3. Obſervation Chirurg. Obſ. 32. pag. mih. 278. Et Conſil. meor. medicinal. Centuria 1. Conſil. 44. pag. Et Centuria II. Conſil. 15. pag. Ubi Lector benevolus ſpecifica expertiſſima remedia contra hunc morbum inveniet.

OBSERVATIO MED. VI.

Officulum improvidè & inſciè deglutitum necem inferens.

Caſus.

ANno 1699. Scriniarius in pago Bärenſtatt, Territorii Ulmenſis, vir mediæ ætatis, de intolerabili dolore lateris punctorio, usque ad pectus & regionem ventriculi pertingente, cum tuſſi, ſiti, ac calore præternaturali, nec non continuâ inquietudine & vigiliis conqueſtus eſt.

Curatio.

AD quem vocatus, primo intuitu, (quia de deglutito oſſiculo nec quicquam ſciebat vel dicebat) ejus morbum pleuritidem ſpuriam, (quia nulla materia neque cruenta neque purulenta per ſputum excernebatur) eſſe ratus ſum, quapropter ei ſtatim internè ad dolorem leniendum ſequentem potiunculam repetitis vicibus M. & V. propinandam præſcripſi. ℞. *Ol. lini ſine igne parat.* ʒij. *Ol. anis. ſtill. gutt. v. M. f. potio una vice ſumenda.* Et, ℞. *Sang. hirci Helmont.* ʒß. *Sper. cet. rec.* ℈ß. *M. f. pulv. & ſic dentur doſes 6. de quibus ſingulis diebus una in brodio carnis capiatur.* Externè, tota doloris circumferentia tali linimento fuit inuncta. ℞. *Ung. de althea, Anodyn. ana* ʒvj. *Ol. chamomill. aneth. ana* ʒij. *M. d. ad Ollam.* Et præter hoc, ſeq. Emplaſtrum fuit applicatum. ℞. *Empl. diachyl. ſimpl. de melilot. ana* ʒj. *Pulv. ſal. armoniac.* ʒß. *M. & malax. cum Ol. chamomill. extend. ſuper alutâ decenti magnitudine, ut totam doloris regionem contegat.* Quoad Diætam, patiens decenter ſe geſſit; in lecto decumbens ſe in hypocauſto contra aeris frigidi injuriam munivit; Cibos facilis concoctionis comedit; pro Potu ordinario tale Decoctum bibit. ℞. *CC. uſt.* ʒj. *Hord. integr.* ʒiß. *Spec. pro decoct. pectoral. flor. & fruct. ana* ʒj. *flor. papav. err.* Mß. *ſem. anis. & fœnic. ana* ʒß. *M. & conciſ. coq. cum menſur. 2. vel* ℔iiij. *aq. fontan. in olla benè tecta ad tertias;* Penes hæc dicta alvum apertam conſervavit; & ratione recuperandæ ſanitatis de die in diem meliora ſperavit.

Potiuncul. anodyna. Pulv. anti pleurit.

Liniment. anodyn.

Emplaſtr.

Diæta.

Decoct. pro pot. ord.

Ab uſu itaque horum remediorum dolor remiſit, patiens quietem recepit, ac proindè optimè conſolatus eſt, ita, ut in ſecunda viſitatione eum omne periculum jam evaſiſſe videbatur. Sed præter meliorem ſpem & expectationem paulò poſt dolor cum nauſea & vomitu recurrebat, ubi maximo conatu acutum oſſiculum, (quod ut jam miminerat inter edendum braſſicæ capitatæ ſale conditæ involutum incautè deglutiverat) & in duriori tranſitu intervomendum per oeſophagum & gulam procul dubio venas & arterias dilaceravit, cum uberrimo fuſiſſimoque ſanguinis profluvio evomuit, undè viribus totaliter dejectis, accedentibus lipothymiis, repentinâ morte animam Salvatori reddidit. De Oſſiculis aliis, rebusque alienis & acuminatis improvidè deglutitis, eorumque curatione methodica,

videatur Conſilium 30. hujus Centuriæ primæ, pag. 115.

OB-

OBSERVATIO MED. VII.

Duo Vulnera Capitis per bombardam manuariam duobus globis cum fracturâ cranii, ac cerebri & meningum læsione inflicta, feliciter curata.

Casus.

ANno 1678. die 27. Januarii, Styli novi, Illustris Baroniſſæ à Lappir Filia ſeptem annos habens, in arce Autenried à quodam puero undecim annorum ex improviſo bombardâ manuariâ (Germ. **mit einer Pistohlen**) quam de grabato abſtulerat, quæ pulvere pyrio & duobus globis plumbeis inſtructa erat, in capite transfoſſa fuit, qui globi in ejus ſiniſtrâ parte ponè ſuturam coronalem per cranium penetrarunt & in occipitio exiverunt, ac in tranſitu cranium cum meningibus diſruperunt, aliquamque cerebri portionem per foramina vulnerum expulerunt, à quibus acceptis vulneribus Patiens per quatuor dies aphona omnique ratione carens decubuit. Ad cujus graviſſimi morbi curationem Phyſicus tum temporis ordinarius Günzburgenſis Dn. Daniel à Feld, Medicinæ Doctor cum chirurgo ejus loci requiſitus fuit; Quia verò ex chirurgi inconcinna vulnerum tractatione periculoſiſſima ſymptomata non remittebant, & Patiens in maximo vitæ diſcrimine verſabatur, iccircò jubente Matre Baroniſſa, die 30. Januarii St. N. Georgius Riedlin, Chirurgus Reip. Ulm. juratus à prænominato Dn. Doctore per literas vocatus fuit, qui curationem hanc ſuſcepit, & Patientem ſequenti modo tractavit.

Curatio.

Vulner. purgatio & deligatio,

ET quidem ante omnia Patienti de certâ quadam aqua confortante ac ſpirituosâ penetrante cephalicâ & apoplecticâ ſibi familiari tria cochlearia propinavit; eâdemque nares & tempora pro refectione illinivit; hinc capillos capitis detondit; vulnera expurgavit, ſquamas, ſpinas & ſcobem fracti cranii è vulneribus exemit; caput, collum & cervicem oleo roſarum, lumbricorum & anethi, anaticè mixtis, calidè inunxit; vulnera emplaſtro de betonica munivit, & inſuper cataplaſmate ex cephalicis roborantibus parato, cum vino cocto & calidè ſuperimpoſito deligavit; quibus adhibitis remediis, & quidem ſtatim poſt deligationem commemorata graviora ſymptomata ceſſarunt, & patiens quaſi à mortuis reſuſcitata, cum cunctorum adſtantium ſummâ admiratione loquelam cum ſanâ ratione recepit, cibum petiit, ac alvus naturaliter ſubducta eſt. Secundâ die inter deligandum propriis viribus in lecto ſedere potuit, & ſæpius edere deſideravit, quæ etiam decenter cibata fuit.

Et tali modo indies per totum tempus curationis cum deligatione, (non neglectis remediis internis cephalicis roborantibus, Decoctis item traumaticis pro potu ordinario, & obſervatâ bonâ diætâ, à prænominato Dn. Doctore præſcriptis) progreſſum eſt, quibus mediantibus per Dei gratiam Patiens ſpatio quinque ſeptimanarum citra cunctorum expectationem feliciſſimè reſtituta eſt. Quam Domina Mater propter Divinitus conceſſam miraculoſam reſtitutionem ad monialem vitam in Monaſterio tranſigendam Deo devovit; quæ vero elapſo poſt curationem anno variolis correpta, ab hujus morbi maligni ferociâ occubuit, vitamque cum morte commutavit.

OBSERVATIO MED. VIII.

Aliud vulnus capitis cum fractura cranii, ac læſione meningum & cerebri curatum.

Anno

ANno 1662. Martinus Franck, ruſtici cujusdam filius in Holzkirch, Territorii Ulmenſis, annum decimum quintum ætatis ſuæ agens, equos in ſylvâ vicinâ quercubus conſitâ, (Germ. **Schönholtz** ruſticis dicta) pavit, & cum unus eorum inter paſcendum ad latus paſcuæ damnum inferret, ille equum à tergo virgâ feriit, unde equus ſubitaneo terrore perculſus poſterioris pedis ſoleâ ferreâ tanto impetu frontem pueri percuſſit, ut cranium pollicis longitudine ſurſum frangeretur, ac ſimul etiam de ſubſtantiâ cerebri cochlearis quantitas profunderetur, quin etiam ſuperior cranii tabula in loco læſionis à diploe & inferiori tabula dimoveretur, ac cum quadam prominentiâ ſubtus calvariam verſus ſuperiora pelleretur, quæ etiam meningibus ac dictæ calvariæ pertinaciſſimè adhæſit, & nullam extractionem paſſa eſt, ſed cum ſuperiori cranii parte coaluit. Poſt hanc acceptam læſionem Patiens ita inſanivit, ut vinculis coerceri neceſſe habuerit. Hic patiens à Johanne Jacobo Riedlino, Georgii Parente, tum temporis Chirurgo Reip. Ulm. ordinario & ſalariato pari ferè modo ut in præcedenti Obſervatione dictum eſt, tractatus & deligatus fuit, qui benedicente Deo feliciſſimè curatus plus quadraginta annis poſt dictam hanc læſionem ſupervixit.

SCHOLION.

VUlnera itaque cerebri, quantumvis periculoſa, nihilominus quandoque curata eſſe, Veterum & Recentiorum ſcripta teſtantur. *Vulnera capitis & cerebri periculoſiſſ. nonnunquam curantur. Teſtes Galen.*

Galenus Comment. 6. in aphor. Hippocr. 18. cerebrum vulneratum ſanatum ſe vidiſſe ſcribit, ſemelque in Smirnia Joniæ, vivente adhuc Præceptore Pelope è vulnere effatu digno. Quod tamen rariſſimum eſſe ſubjungit, veluti adoleſcenti contigit cujus etiam meminit de uſu part. lib. 10. qui vulnere in altero ventriculorum exteriorum accepto, ſuperſtes manſit. Multoties enim nobiliora membra ſauciata ſupra ſpem mirabiliter ſanata fuêre, ut ait Paulus lib. 6. cap. 88. *Paulus*

Muſa. Muſa inquit Jacot. lib. 1. prænot. ſect. 3. Duorum meminit, quibus abſciſsâ cerebri parte ſalus contigit: ſed ſtupidi manſerunt. Alter capitis ferè dimidio cum ſuâ cerebri portione ablatâ, non intelligebat, mutus erat, ſine voluntate mejebat, edebat tamen quod indebatur in os. Alter, cui tanta ſubſtantiæ cerebri protio abſciſſa fuit, ut ovi gallinæ magnitudinem æquaret, triennio ſupervixit ſtupidus, ineptus ſine voce.

Guido de Cauliaco. Guido de Cauliaco ſe quendam vidiſſe affirmat, cui ex vulnere parte capitis poſticâ accepto, pauca quædam portio ſubſtantiæ exierat, ut ex memoriæ læſione cognitum eſt, & tamen is ex tali vulnere convaluit, reſtitutaque eſt illi ex integro poſt curationem memoria. Non tamen aſſerit, illum ſuperſtitem permanere potuiſſe, ſi totus ventriculus per vulnus exiiſſet, ut de quodam Cellario refert Theo-

Theodoricus, doricus. Idem Autor ſcribit: Nos certè obſervavimus, quibus cerebri partes ſauciatæ eſſent, alios repentè mortuos, alios ſeparatos cruentatis etiam auribus & naribus diu manſiſſe, tandemque evaſiſſe. Quendam Arelatæ cum diu obmutuiſſet, crebrisque convulſionibus prehenſus ſupremum, uti videbatur, diem conficeret, ſubitò è lecto noctu exilientem ac furore percitum in eos, qui aderant, impetum feciſſe, proſtratisque aliis, cum Franciſcano valente ac nervoſo diu pugnis, unguibus, calcibus certaſſe, quem fruſtra cœterorum opera implorantem, ita miſeris tractavit modis, ut arreptâ primum cruce, deinde ferro etiam incredibili vi è feneſtris detracto, hominem, non ſine ejulatu, penè oppreſſerit, ac certè ſublato lapide tandem enecaſſet, niſi Franciſcanus in ſummâ deſperatione, collectis viribus ictum gravem pudendis impegiſſet, quo ille humi concidit. Hic tamen præter opinionem noſtris auxiliis adjutus tandem convaluit.

Jac. Beringarius, Prof. Bonon. Jacobus Beringarius celebris olim in Bononienſi Academiâ Chirurgiæ Profeſſor in tract. de cranii fracturâ hæc habet verba. Credo ego mihi ipſi & fateor, quod vidi usque ad hunc diem ſex homines, à quibus notabilis quantitas medullæ cerebri exierit, & ſanati ſunt, de quibus aliqui non poſt multum tempus mortui ſunt Apoplectici. Aliqui eorum, maximè duo ſemper paſſi ſunt paralyſin unius lateris, tamen vixerunt per duos annos. De quibus tres vidi & curavi in terrâ Carpi, etiam dum eſſem ſatis juvenis, & pro ætate non fui deceptus, & habui fideles & peritos Phyſicos in ſocietate à quibus in primâ vel in ſecundâ viſitatione ego extraxi è labiis vulnerum magnam cerebri partem, quæ ex ſe exierat cranium.

Fallopius, Fallopius cap. 45. de curatione vulnerum inquit: poteſt egredi cerebrum in magnâ quantitate & ſtare vitâ: ideò ne relinquantur

ægri

ægri monet: ſe enim vidiſſe quendam Zinganum, cui anni tempore frigidiſſimo dimidium ferè caput fuerit diſſectum, majorque quantitas cerebri exierit quam includi potuerit ovi gallinacei teſta, qui nihilominus fuerit ſanatus.

Symphorianus Campegius refert Hippolytum Dantrapium chirurgum ſuâ ætate multis exemplis clarum vulnus curaſſe, ex quo cerebri particula, quanta cochleari excipi potuerat, in terram decide- rat. *Symphorianus Campegius.*

Horatius Angenius ſe aliquando vidiſſe ſcribit, totam ſubſtantiam cerebri vulneratam, ejusque ventriculos diſſectos: aliquam etiam portionem cerebri deinceps è vulnere profluxiſſe, hominem tamen ſanitati fuiſſe reſtitutum. *Horatius Angenius.*

Franciſcus Arcæus aliquot lib. de curat. vulner. quæ ſe probè curaſſe ſcribit, adducit periculoſiſſima cerebri vulnera: uni tantum de cerebro profluxiſſe, quantum duo tritici grana conſtituunt: & alteri per ſex continuos dies ſingulis curationibus aliquid ad lentis magnitudinem cerebro fuiſſe detractum. *Franc. Arcæus.*

De alio quodam idem narrat, circa coronalem partem æreo candelabro graviter vulnerato, ut non tantum oſſa multum fracta fuerint, ſed & cerebrum valdè indè compreſſum, cui cum oſſa fracta extracta ſunt, quamvis meninges vitiatæ fuerint, & cerebrum, ſingulisque curationibus portiones haud exiguæ de ſubſtantia cerebri deceſſerint, ac convulſiones, aliaque horrenda ſymptomata ſupervenerint, tandem tamen omninò incolumis evaſit.

Tandem Nicolaus Maſſa Venetus tom 2. epiſt. 11. de Alphonſo quondam Bononienſi vulnerato commemorat. Percuſſus iſte fuit cum enſe in parte ſiniſtra capitis inter ſuturam ſagittalem & mendoſam cum inciſione non ſolum oſſis & membranarum, ſed etiam inſignis quantitatis ſubſtantiæ cerebri. Etenim vulnus erat ad longitudinem unius digiti cum dimidio, ita ut manifeſtiſſimè ſubſtantia cerebri inciſa inſpiceretur digitoque tangeretur, cùm ſupervenerunt accidentia omnia mala mortem & interitum atteſtantia, ut eſt febris, rigores, paralyſis lateris oppoſiti, alienationes continuæ, qui tandem, Domino auxiliante, evaſit noſtra rationali adminiſtratione regiminis & medicinalium medicamentorum. *Nicol. Maſſa.*

Plura ejusmodi periculoſa capitis & cerebri vulnera Cornelius Gemma, Andreas à Cruce, Franciſcus Valeriola, Ambroſius Paræus, Petrus Foreſtus, multique alii ſe integrè ſanaſſe gloriantur, quorum Catalogus apud Medicum eruditiſſimum Joannem G. Schenckium *Authores alii.*

ckium lib. 1. Obſerv. Medicin. de vulneribus capitis extat: quos omnes hûc citare ſupervacaneum eſſet.

Exempla antiquiora & recentiora.

Exempla antiquiora & recentiora qui deſiderat, conſulere poteſt Centur. 1. 2. 3. 4. & 5. Obſerv. Chirurg. Wilhelmi Fabritii. Nec non Obſerv. Med ſingul. D. Gregor. Horſtii lib. de morb. capitis: Item Specul. Chirurg. Matthiæ Glandorp. Cap. 10. 11. 12. D. Jo. Sculteti Armamentar. Chirurg. in fol. p. mih. 35. Et tales hiſtoriæ etiam recenſentur â Carpo, Chriſtoph. â Vega, Franciſco Arcæo, Horatio Augenio, Petro de Marchettis, Cabrodio Obſ. 16. 22. 34. Henrico Petræo, Sennerto, Diemerbrockio in Anatome corporis humani. De Vulneribus capitis, eorumque periculis & curandi ratione vid. etiam D. Joh. Munick, Prof. Trajecti, Praxi Chirurg. lib. 2. Cap. 2. pag. 312. & cap. 15. pag. 422. & ſeqq. Ubi quis notatu digniſſima exempla & teſtimonia reperiet, verumque eſſe illud Averrhois, monſtra quandoque in morbis fieri deprehendet.

An cerebri vulnera abſolutè lethalia ſint? Rationes pro & contra.

Tot igitur clariſſimorum Virorum fide digniſſimis hiſtoriis & Obſervationibus quidam commoti, cerebri vulnera non abſolutè lethalia judicârunt, quantumvis magna fuerint: rationibus hiſce allatis, quod cerebrum non ſit inſtrumentum vitæ & caloris naturalis, nec habeat duram ſubſtantiam, ſed mollem & frigidam, quæ reparari poſſit, neque facilè inflammetur. Alii contrarium ex Hippocrate acriter defendere, cerebrique vulnera ſimpliciter lethalia pronunciare volunt, cum cerebri ejusque membranarum læſionem conſequantur offenſio & interdum abolitio motionis muſculorum thoracis, aliorumque membrorum reſpirationi inſervientium, quorum actione ceſſante ſimul quoque reſpirationem perire & temperamentum cordis ſolvi, tandemque mortem obrepere neceſſe ſit.

Vulnera cerebri omnia ſunt periculoſiſſima.

Verum omnia Vulnera cerebri periculoſa ſtatuenda ſunt ob cauſas ſequentes. 1. Eſt nobilitas partis & Officii, quo fungitur, neceſſitas. 2. Motus cerebri. At omne vulnus quietem poſtulat, ait Hippocr. lib. de ulcer. circa principium. 3. Humiditas cerebri. Vulneris autem & ulceris curatio conſiſtit in exiccatione: teſte Galen. lib. 4. cap. 5. 4. Frigiditas cerebri; ex qua plura reſultant excrementa, præſertim cum accedit læſio, quæ partem debilitat. 5. Conſenſus nervorum, quorum eſt principium. 6. Ἀδυναμία curationis: quoniam remedia ægrè admodum ad cerebrum penetrant.

Inſignes cerebri læſiones curatæ, rariſſimè

Quod igitur nonnulli annotaverint quibusdam integros cerebri ventriculos ablatos eſſe; aliis inſignes de ſubſtantiâ cerebri portiones deceſſiſſe, qui nihilominus ſanati fuerint, id utique attribuendum eſſe cenſemus peculiari corporis diſpoſitioni, naturæ & virium:

aut

aut cum Galeno, rarissimè contingentibus annumeramus; inprimis verò singulari Dei providentiæ tanta & tam miraculosa opera adscribenda esse judicamus. *contingentib. sunt accensenda.*

OBSERVATIO MED. IX.

Fistula ani feliciter curata.

Casus.

ANno 1690. Certus quidam Patiens, Vir quadraginta annorum, temperamenti sanguinei & habitus corporis crassi, Hæmorrhoidibus cœcis cum ardentibus & lancinantibus doloribus correptus est, quæ per assiduas equitationes & itinera inflammatæ & exulceratæ fuerunt, unde materia purulenta, quæ exitum non habebat, non solum intestinum rectum corrodit ac exedit, sed etiam penem præter-eundo ad scrotum usque descendit.

Curatio.

AD quem affectum tollendum Patiens quidem à diversis Empiricis per salivationes aliaque inconvenientia remedia multa incommoda, sed sine omni fruge & consolatione, passus est; donec tandem Georgii Riedlini, Chirurgi Reip. Ulm. Ord. Consilium & auxilium requisivit, qui post susceptam curationem, tam stylo exploratorio, quam immisso digito intestinum corrosum, perforatum, & fistulosum esse deprehendit, quapropter foraminulum angustum, quod digito tetigit, turundis ex radice gentianæ, vel spongiis compressis, vel ex medulla sambucina confectis, (Germ. Schwellmeissel) ampliavit, donec longitudine digiti dimidii ad hujus foraminuli exitum in ipso intestino recto pervenire potuit. His ita peractis, cultellum incisorium, in ejus cuspide globulo cereo munitum, ne prætereundo partes vicinas offendat, cavitati fistulæ immisit, illoque partem fistulæ carnosam digiti unius longitudine dissecavit, vulnus linteolis carptis implevit, & postea per ocularem inspectionem ductum hujus fistulæ

per inteſtinum rectum penetraſſe invenit: Quapropter chirurgus dictum foramen magis aperuit, calloſamque ſubſtantiam abſtulit, poſtea adhibitis remediis mundificantibus, epuloticis, ſiccantibus & conſolidantibus tam diu continuavit donec benedicente Deo ſcopum curationis attigit, ac præfatum Patientem ex voto reſtituit, qui etiam in hunc usque diem exoptatâ ſanitate fruitur.

OBSERVATIO MED. X.

De Ectropiis, ſeu inverſis palpebris.

Caſus.

ANno 1699. Menſe Septembri, Sutoris cujusdam extranei filia, annorum circiter viginti, & quod excurrit, non ſolum ob varios in Diæta commiſſos errores, & inordinatam vitam, ſed etiam ob ſuppreſſos menſes, cum Norimbergæ in ſervitiis erat, rheumate oculorum correpta eſt, cui ſucceſſivè caro palpebrarum interior rara & ſpongioſa in tantum excrevit, ut inverſæ palpebræ oculos clauderent, ac inſtar globorum colore rubro monſtrosè protuberarent.

Morbi Reſolutio.

Definitio. EGo vocatus, hunc morbum Ectropium, vel inverſas palpebras, Germanicè Plarr-Augen / Zarr-Augen oder übergeſtilpte Augglider eſſe pronunciavi.

Cauſa. Cauſa hujus inverſionis palpebrarum proxima eſt caro mollis, ſpongioſa & luxurians ab impuro ſanguine acri-ſalino, menſibus item inordinatè fluentibus, vitioſis, & nonnunquam ſuppreſſis aliisque humoribus corruptis, ob varios antehâc errores in Diæta commiſſos, proveniens, quæ caro in altum exſurgens, ſecum palpebras evehit, ac patientem propter protuberantem carnem globoſam rubram inſigniter deformat.

Apud

Apud aliquos hoc malum ab ulcere oculi vel palpebræ, vicinas partes in circumferentiâ exedente dependet, ubi inter sanandum caro cum cute coalescit, & carnis excrescentia palpebræ cutem secum vel attollit vel deprimit, undè inversio illa sequitur.

In aliquibus hic morbus ab externis injuriis, videlicet plagis, puncturis, vulneribus, & similibus ex accidenti læsionibus exoritur, quæ à chirurgis incultis & indoctis malè & improvidè, haudque methodicè tractatæ fuerunt.

Signorum enumeratione opus non est, quia per se manifesta *Signa.* sunt.

Quod Prognosin concernit, hic affectus turpissimus ac defor- *Prognosis.* mis, (ut cum aliis Georgius Bartisch, decantatissimus Ophthalmicus Saxonicus Dresdensis in Ophthalmodulia sua, in fol. part. 9. cap. 15. pag. mih. 182. testatur) difficulter, & non nisi magno labore curatur.

Sed hic affectus nihilominus sequentibus remediis erit aggre- *Curatio.* diendus, ejusque curatio tentanda. Et quidem 1. internè, ad caput corpusq; expurgandum tales Pilulæ purgantes locum habebunt. ℞. *Extract. pil. aurear. cochiar. lucis. ana gr. viij. Diagryd. corr. gr. v. M. f. c.* *Pil. purg.* *aq. fœnic. pil. num. xxv. pulvere Cinnamom. aspergendæ, ac unâ vice sumendæ.*

2. Externè, sequentes species crasso modo concisæ sacculis quatuor transversos digitos latis & longis ex syndone vel linteo albo paratis, ac hinc inde per minores incisuras, (ut virtus remedii eò melius penetret) aliquo modo apertis indantur, & cum aqua ebuli in olla minori operculo clausa coquantur, exprimantur, & singulis diebus vesperi calidè palpebris imponantur, ac per integram noctem superligentur. ℞. *Rad altheæ, sem. fœnugr. flor. chamomill. ana* ℥ß. *Croci or.* ℥ß. *M.* vel splenium madefactum in sequenti Decocto calefacto applicetur, ℞. *Flor. chamomill. Melilot. fol. betonic. ana pj. aloes succotrin. Myrrh. rubr. ana zj. croci Austr. ℈j. bulliant in aq. font. quartar. j. add. Mell. rosat.* ℥ß. *M.* *Spec. pro sacculis.* *Decoctum cum splenii applicand.*

Post horum repetitum usum. ℞. *Acac. zj. alumin.* ℥ß. *coq. cum acet. vin. rubr.* ℥*v. quo decocto palpebræ M. & V. illiniantur.* *Aliud.*

Deinceps ad absumendam carnem mollem & luxuriantem palpebrarum inspergatur Pulvis sequens. ℞. ☉*oli alb. Alumin.* ♀*i alb. ana zj. calcinentur s. a. postea add. Lap. hæmatit. zj.* ♂*ii, Tutiæ præp. ana* ßß. *Mixt. & contus. f. pulv. subtiliss. Sed muniatur pupilla, ne pulvis illabatur & oculum lædat.* Pulveri verò insperso *emplastrum tenaciter adhærens imponatur, ne decidat.* *Pulv. caustic.* *Emplastr.*

Carnis per ſectionem extirpatio.

Si verò dicta caro in magnam molem excrevit, & allegata remedia malum hoc tollere recuſant, tunc caro luxurians per exercitatum Chirurgum vel Ophthalmicum artificiosè excindenda & curanda eſt, uti ſupranominatus Bartiſch in præfata Ophthalmodulia pag. mih. 183. docet. Quomodo per certa inſtrumenta caro hæc conſtringenda ſit, ut decidat, videatur loco allegato.

It. per compreſſion. & conſtriction.

Aq. vulnerat. palpebræ illinienda.

Poſt exciſionem carnis palpebra vulnerata tali aqua ſæpius erit illinienda. ℞. *Pulv. alumin. roch.* ʒvj. *Camphor.* ʒß. *bulliant in aq. acaciar.* ʒiij. *& refrigeſcant ad uſum.*

Poſt illinitionem palpebra inverſa, ſive ſit ſuperior ſive inferior, mediante ſtuppâ ex cannabe convoluto paratâ, albumine ovorum conquaſſato madefactâ, & palpebræ ab extra adaptatâ, reſpectivè vel attollatur vel deprimatur, & hoc modo, ne palpebra rurſus invertatur, præcaveatur & inſuper arctè faſcia claudatur ac deligetur. Et hæc prima poſt exciſionem ligatura ſpatio 24. horarum non aperiatur.

Lac Virgin ad ocul. inflammat. & vulner.

Hoc ita peracto, vulnus lacte virginis, in prænominata Ophthalmodulia pag. 227. deſcripta ſanetur & conſolidetur, quod ſequenti modo paratur. ℞. *Lithargyr. ceruſſ. ana* ʒj. *Thur. alb. Ocul.* ℔. *Maſtic. ana* ʒß. *hæc omnia ſubtiliſſ. pulveriſentur, miſceantur, ac unciis quindecim aceti ferventis indantur; ſed quando dicti pulveres cum aceto miſcentur, tunc olla cum aceto patinæ imponatur, ne ebulliendo & aſcendendo ollam egrediatur & perdatur; agitentur omnia probè, donec refrigeſcant. Poſtea* ℞. *Aq. fontan. fervent.* ʒx. *cui indantur Alumin. opt. & ſalis communis ana* ʒvj. *agitentur etiam ſæpius, & poſtquam aqua & acetum refriguerunt, tunc miſce omnia ſæpius agitando, poſtea ſervetur lac virginis ad uſum.*

Pulv. pro ligatura.

Inſuper palpebræ inverſio externè vel per impoſitionem tenaciter inhærentis alicujus emplaſtri, vel per compreſſam ligaturam præcaveatur; in quem finem etiam apud ligaturam ſequens pulvis exoptato ſuo fine haud carebit. ℞. *Amyli* ʒvj. *Farin. fabar. conſolid. maj. placentæ lini, ana* ʒß. *Gumm. tragacanth. Bol. armen. ana* ʒij. *M. f. pulv. ſubtil. cum albumine ovi temperandus, ac palpebræ ad præcavendam inverſionem imponendus ac ſuperligandus.*

Dieta.

Tandem etiam bona & laudabilis Diæta erit obſervanda, aerque frigidus, omnesque acres cibi ac potus evitentur.

Et his Obſervationibus medicis finem impono
Deo Ter Opt. Maximo ſit Laus, Honor, & Gloria in ſempiterna Secula.

ADDITAMENTUM.

MODUS
inſpiciendi
VULNERA LETHALIA
atque
CADAVERA VENENIS EXTINTA.

Circa inſpectionem Vulnerum lethalium ſequentia obſervanda veniunt.

SCiendum autem eſt, Vulnera vel per ſe, & abſolutè eſſe lethalia; vel utplurimum; vel ſecundum quid, & ex accidenti.

Signa & indicia ſeu Requiſita vulneris per ſe, & abſolutè lethalis ſunt quinque. 1. Eſt partis vulneratæ nobilitas, vel ad vitam comparata neceſſitas. 2. Vulneris magnitudo & profunditas. 3. Remedia applicandi impoſſibilitas. 4. Symptomatum gravitas. Et 5. periclitantis vitæ inſtantis termini brevitas.

Superius dictum eſt, Vulnera alia eſſe ſimpliciter & abſolutè lethalia; alia utplurimum; alia ex accidenti. Primi generis ſunt vulnera partium nobiliſſimarum, utpote Cerebri, Cordis, Epatis. Secundi, vulnera partium ad vitam ſimpliciter neceſſariarum, ut pulmonum; aſperæ arteriæ; diaphragmatis; gulæ; ventriculi; inteſtinorum; meſenterii; renum; & veſicæ. Tertii generis ſunt, ubi error vel ex parte Medici vel Chirurgi, (ut negligens vulneris tractatio, deligatio, & ſanguinis inhibitio; vel ex parte ægri & adſtantium, ratione moroſitatis, inobedientiæ; Vel externorum, aeris, inconvenientis diætæ, animi affectuum, &c. committitur; quæ vulnera non per ſe, & utplurimum, ſed per accidens lethalia eſſe dicuntur.

Legalis Atteſtati Medici & Chirurgi ſuper inſpecto Vulnere, hæ præcipuè eſſe videntur partes.

1. Legitima requiſitio. 2. Accurata cadaveris ſectio & inſpectio. 3. Sufficiens vulneris deſcriptio. 4. Sincerum ſuper qualitate ejus judicium. 5. Ingenuum manus propriæ atteſtatum & teſtimonium.

Curioſa quædam, circa lethalitatem tamen ſcitu maximè neceſſaria.

Quæſtio 1.

Quid de nono vulnerum die ſtatuendum ſit?

Reſp. Si qua in parte vulneratus graviter, nec ſtatim, nec paulo poſt, nec horarum aliquot moriatur ſpatio, ſed à primo vulneris die ad quartum, à quarto ad ſeptimum, & à ſeptimo ad nonum usque, tanquam intercalarem criticum vivus remaneat, Vulnus ſimpliciter & abſolutè lethale non eſt; ex rationibus, quas affert DD. Gothofred. Welſch, Profeſſ. Lipſienſ. in ſuo rationali Vulner. lethal. judicio, cap. 16. pag. 163. & 164.

Quæſtio 2.

An muſculi, præcipuè temporalis & bicipitis circa humeros læſio ſeu vulneratio, (weil einem die Mauß getroffen) ſit lethalis?

Reſp. Quia hi non vitalis, ſed animalis facultatis inſtrumenta ſunt, & locali inprimis inſerviunt motui, ac nihil proindè in muſculo, ut muſculo, eſt, quod vel vitam conſervare, vel mortem inducere ſimpliciter poſſit, opinio hæc riſu potius quam fide digna judicanda. Dictus Auth. loc. allegat. p. 166.

Quæſtio 3.

An alapa, ſi quis ex ea accepta moriatur, fuerit lethalis?

Reſp. Niſi eâ ipsâ lethalis contingat capitis contuſio, vaſorumque ruptura, ac cerebri compreſſio, lethalem eam non eſſe, cum nec inſtrumentum, utpote manus, ex armis ſit lethiferis, nec læſio ipſa ſenſibus obvia, ac de ea judicari queat; ſed mortem ex ſubita animi, à cauſa

cauſa externa conſternatione, ſpirituumque vitalium & animalium, ſtertore quaſi, fixatione, ac ſuffocatione contigiſſe, præſumere potius licet. Dict. Auth. loc. alleg. pag. 166. & 167.

Quæſtio 4.

An vulnera externarum partium venenatis armis inflicta ſint ſimpliciter & abſolutè lethalia?

Reſp. Vulnera venenatis armis externis ſolis partibus inflicta, periculoſa quidem, ſimpliciter verò lethalia non eſſe; cum vulneri ab armis infectis inducta venenata qualitas, vel externis, (cydonio maſticato & jejunâ ſalivâ permixto ac impoſito, vel aliis) ſtatim corrigi poſſit remediis, vel fomes ipſius unico etiam interius exhibito reſtingui queat alexipharmaco, modò, ſi præſumptio adſit, in tempore vocetur Medicus & Chirurgus, vulnus hoc tempeſtivè diſtinguat, ipſique ſecundum artis requiſita ſubvenire non neſciat. Dict. Author. loc. citat. p. 167. & ſeqq.

Circa inſpectionem Cadaverum Veneno extinctorum conſideranda ſunt ſigna antecedentia & præſentia.

Antecedentia ſunt. 1. Præſumptio. 2. Mortui conſtitutio & complexio. 3. Symptomatum relatio. 4. Mortis conditio.

1. Ratione præſumptionis, quærendum eſt, an lites aut contentiones habuerit cum aliis? an in ſingularem raptus fuerit invidiam cum aliis? an conjuratum unum alterumve habuerit hoſtem adverſarium? vel an ex cauſa aliqua externa ipſe ſibi vitæque ſuæ invidus fuerit atque moleſtus?

2. Ratione conſtitutionis; an, dum adhuc invivis erat, boni vel mali fuerit corporis habitus? an ſanus, vel valetudinarius? an mente conſtans, an verò eadem captus fuerit?

3. Ratione ſymptomatum; an mente conſtante & præſente prius bona valetudine, ſtatim & derepentè, & quidem mox ab accepto cibo vel potu patientem horrenda ſymptomata invaſerint? quibus annumeratur oris calor, expuitio frequens, ſitis, ventriculi faſtidium, ventris mordicatio, copioſa & cruenta alvi & urinæ excretio, anxietas circa præcordia, color faciei plumbeus, difficilis reſpiratio, pulſus parvus & celer, oculorum contorſio, frigus externarum partium, ſudor ſyncopticus, digitorum contractio, ungues nigreſcentes, tremor labiorum &c. quæ ſi absque manifeſta cauſa & occaſione provenerint, veneni ſuſpicio eſt.

4. Ra-

4. Ratione mortis conditionis; an citò, inopinatò, & sano quod dicitur corpore, ac nullo præcedente vel externe quavis injuria è vivis excesserit?

Præsentia signa sunt, quæ ex ipsa cadaveris inspectione maximè petere licet. Hæcque sunt vel externa, vel interna.

Ad externa pertinet insignis vel totius corporis, vel abdominis tantum intumescentia; funestus cadaveris livor; maculæ circa præcordia, & in reliquo corpore plurima, coloremque variegatum repræsentantia.

Interna sunt; ipsa veneni in ventriculo ut plurimum latitantis vestigia; massæ sanguineæ corruptio, & mutata præprimis viscerum qualitas. NB. Medicus verò in his considerandis nec temerè, neq; festinanter de suspecto veneno ab alio propinato mentem suam aperiat, cum in corpore putrilaginosis ac corruptis humoribus intrò generatis, scatente, tale quoque venenum, quod talia & similia signa penitus inducat, generari possit.

Cum verò ex altera signorum classe constet, nudam externi corporis habitus inspectionem non sufficere, sed interiora etiam intueri ac spectare oportere, sectione propterea opus esse, manifestum est. Quæ, cum quandoquidem periculo vix careat, cautè administranda est, & circa eandem duo potissimum, utpote prævia præparatoria, & sectionis legitima administratio attendenda est.

Quoad Præparatoria determinandum est 1. Secandi & inspiciendi tempus. 2. Locus. 3. Præservatio. 4. Festinanda sectio & inspectio.

1. Quoad tempus, sectio maturanda, paucisque post mortem horis expedienda est, ne viscera temporis protractu variis de causis corrumpantur, ac veneni assumpti suspicionem augeant, vel tanta maligna cadaveris excitetur putredo & corruptio, quæ debitam inspectionem atque sectionem impediat.

2. Quoad sectionis locum; debet ille esse lucidus, aerique transeundo pervius, sub Dio, auraque libera, ne operantes vel adstantes â tetris ac deleteriis exhalationibus lædantur vel inficiantur.

3. Quod præservationem concernit; requiritur cordialium, alexipharmacorum, & bezoarticorum assumptio, temporumqūe, narium, ac pulsuum convenienti aliquo balsamo, vel alio liquore suaveolente ac aromatiço, inunctio.

4. Quod sectionem vel inspectionem ipsam concernit, hanc maturare & non differre erit convenientissimum. Contemplato enim externo habitu, volante quasi manu abdomen aperiendum, ibi-

ibidemque viſcera notis ac characteribus ſuis venenum deſignantibus inſpicienda ſunt. Sique ſuſpicio & neceſſitas urgeat, thorax quoque aperiendus, vitalesque partes intuendæ ſunt.

Omnia verò quæ notanda ſunt, ſtudiosè notare, ſententiamque tandem dicere, inquirentium eſt officium.

INDEX

V. DECADUM OBSERVATIONUM MEDICINALIUM.

Decas Prima.

OBSERV. I. ULcus fiſtuloſum ab intercepto hæmorrhoidum fluxu ponè inteſtinum rectum, curatum. pag. 622.
II. Alius ſinus fiſtuloſus penes inteſtinum rectum, feliciter curatus. 623.
III. Ruptio & dilaceratio cervicis uteri & colli veſicæ, ex caſu. 626.
IV. De partu monſtroſo. 628.
V. De alio partu monſtroſo. 630.
VI. Fungus carnoſus ſupra genu dextrum, cultro chirurgico reſectus. 631.
VII. Capitis vulnus, cum fractura & depreſſione cranii, ab equi percuſſione inflictum. 632.
VIII. Vulnus femoris ſupra genu, cum inſequenti ſynovia, corporis atrophia, & fiſtuloſis ſinubus. 634.
IX. Spaſmus, ſectioni herniæ ſuperveniens, lethalis. 636.
X. Spaſmus incipiens poſt ſectionem herniæ curatus. 637.

Decas Secunda.

OBSERV. I. De Iſchuria lethali. 640.
II. Vulnus femoris lethale. 642.

Index V. Decadum

OBSERV. III. Pes minor cum carie ossium exulceratus, spinam ventosam minitans. 643.
IV. Passio iliaca cum intestinorum inflammatione,& motu intestinorum peristaltico inverso, lethalis. 646.
V. Febris maligna cum pleuritide spuria, lethalis. 648.
VI. Uteri procidentia ex ligamentorum laxitate. 649.
VII. Puer ab acceptis plagis convulsionibus correptus. 652.
VIII. Puer ex dentitione convulsionibus spasmodicis, salva tamen semper ratione, divexatus. 653.
IX. Melancholia hypochondriaca, cum loquelæ interceptione. 655.
X. Luxatio spinæ dorsi lethalis. 658.

Decas Tertia.

OBSERV. I. Herpes miliaris totum corpus occupans in puerpera feliciter curatus. 661.
II. Ozæna gallica inveterata feliciter curata. 663.
III. Hæmoptysis à phthisi. 667.
IV. Diabetes. 668.
V. Cordis palpitatio. 674.
VI. Phthisin cum febre putrida in hecticam degenerante, concernens. 677.
VII. Colica epidemia maligna. 683.
VIII. De spasmo cervicis uteri pertinacissimo. 684.
IX. Morsus felis rabidi ab intermissa scarificatione & ustione, lethalis. 687.
X. Asthma humorosum exitiale. 690.

Decas Quarta.

OBSERV. I. Casus ab alto miraculosus. 693.
II. Tumor linguæ monstrosus ex catarrho, suffocationem minitans. 695.
III. De vini acidi per acetum lithargyrii cum maximo bibentium damno, dulcificatione. 697.
IV. Asthma, cum cutis pruritu, oris salsedine, & catarrhis è capite ad pectus delabentibus. 703.
V. Affectus complicatus, cachecticus, hypochondriacus,& uterinus, 706.

OBSERV. VI. Sanguis menſtruus vitioſus, & menſes inordinati, debitum tempus antevertentes. 711.
VII. Puella undecim annorum, crucibus in diverſis corporis locis ſponte erumpentibus ſignata. 713.
VIII. Nobilis ab animalculo lacertam repræſentante in corpore geſtato epilepticus factus, & per acidulas curatus. 715.
IX. Ebrius ex lapſu ſuffocatus. 716.
X. Vomitus creberrimus, cum inſequente colica flatulenta, aliisque moleſtis & periculoſis ſymptomatibus. 717.

Decas Quinta.

OBSERV. I. Pleuritis ſpuria, cum inſequente febre acuta, & corporis atrophia hectica feliciter curata. 722.
II. Cachexia ſcorbutica cum ulceribus pedum feliciter curata. 725.
III. Dolor nephriticus periodicus cujusdam puellæ. 726.
IV. Vomitus creberrimus, cum anxietate circa præcordia. 728.
V. Fiſtula maxillæ ſuperioris ponè dentem molarem, in latere ſiniſtro. 732.
VI. Officulum improvidè & inſciè deglutitum, necem inferens. 733.
VII. Duo vulnera capitis per bombardam manuariam duobus globis cum fracturâ cranii ac cerebri meningum inflicta, feliciter curata. 735.
VIII. Aliud vulnus capitis cum fractura cranii ac læſione meningum & cerebri curatum. 736.
IX. Fiſtula ani feliciter curata. 741.
X. De Ectropiis, ſeu inverſis palpebris. 742.

INDEX

Materiarum & rerum, ubi primus numerus Consilium vel Observationem, secundus Centuriam, vel Decadem, & tertius paginam denotat.

Conf. Cent. pag.

ABscessus propè lumborum vertebras in dextro latere curatus. 29. 1. 110.

Abscessus Onomatologia, definitio, differentia, causa, Signa, & Curatio. 29. 1. 112. & seq.

Abscessus abdominis ruptus, ac per medium umbilici evacuatus. 68. 1. 220.

Abscessus fistulosus in abdomine felic. curatus. 43. 2. 474.

Acidularum operationem promovens pulvis. 9. 2. 403.

Acidulæ & thermæ autumnali & hyemnali æquè ut vernali & æstivali tempore efficaces non sunt. 95. 1. 294.

Acidulæ Deinacenses malum hypochondriacum tollunt 3. 2. 377.

Acidulæ inter usum thermarum quando & quomodò bibendæ? 52. 2. 490.

Acuum deglutitarum & per urinam excretarum varia exempla. 30. 1. 120.

Acus crinalis per urinam à virgine excreta. ibidem.

Ægylops cum phlyctænis. 23. 1. 86.

Ægylopis definitio, causa, & differentia. 22. 1. 87.

- - Signa, prognostica, & curatio. 23. 1. 88.

Affectus hypochondriacus. 1. 1. 1.

Affectus hypochdndr. à quibus causis proveniat. 1. 1. 2.

Affectus hypochondriaci prognosis. 1. 1. 3.

Affectus hypochondriacus & uterinus cum molest. symptom. 5. 1. 24.

Affectus hypochondriaci, & simul sterilitatis juvamina. 3. 2. 375.

Affectus hypochondriacus, molesta ventriculi discrasia & alvi constipatione concomitatus. 4. 2. 383.

Conſ.Cent.Pag.

Affectus hujus definitio, cauſa, ſigna, prognoſis & curatio. 4. 2. 384.
Affectus hypochondriaci & ſterilitatis ulterior elúcidatio. 5. 2. 387.
Affectus hypochoddriaco - hyſtericus Magnæ cujusdam Perſonæ, cum enumeratione cauſarum & curandi methodo. 12. 2. 416. & 13. 2. 420.
Affectus hypochondriacus cum materia catarrhali. 74. 2. 562.
Affectus complicatus, cachecticus, hypochondriacus, & uterinus. Obſ. 5. Dec. 4. 706.
Alimenta medicamentoſa conſtipatam alvum lubricantia. 4. 2. 386.
Alopecia, ejusque definitio, diviſio, Onomatologia, cauſa, prognoſis, & curatio. 66. 1. 112. & ſeq.
Alvi proſluvium dentientibus infantib. ſalutare. 5. 1. 24.
Alvus ſegnior magneticè ad naturalem ſtatum redacta. 19. 2. 439.
Alvum conſtipatam aperientia. 78. 2. 570.
Aluminis crudi fruſtum oblongum vaginæ uteri immiſſum, uterum laxatum adſtringit. 20. 1. 75.
Ambuſtio horrenda à pulvere tormentario facta. 54. 2. 494.
Ambuſtionis deſcriptio, ejusdemque remedia. 24. 1. 91.
Ambulandi impotentia ob ligamentorum laxitatem feliciter curata. 85. 1. 264.
Ambuſtio horrenda à pulvere tormentario facta. 54. 2. 494.
Ambuſtionis interna & externa remedia. ibid.
Amuletum viſum roborans. 88. 1. 275.
Ancilla ex terrore convulſa atque curata. 33. 1. 129.
Ancillæ hujus curatio. ibidem.
Ani exitum coercens unguentum. 90. 1. 277.
Animi deliquia poſt partum coercentia. 14. 2. 424.
Anodyna in doloribus colicis. Obſ. 3. Dec. 4. 702.
Anthrax circa orificium ventriculi periculoſiſſimus, feliciter curatus. 52. 1. 173.
Anthrax in dorſo, cum ingenti carnis ſubjectæ & partium adjacentium corruptione feliciter curatus. 53. 1. 175.
Anthracis definitio, cauſa, & curatio. 53. 1. 175.
Antihyſterica puerperis amica. 14. 2. 425.
Aphonia, Apoplexiam inſequens, per remedium topicum ſublata. 89. 2. 592.
Apophlegmariſmus. Obſ. 2. Dec. 4. 696.
Apozema melanagogum. 6. 1. 26. 32. 1. 128.
Apozema laxativ. pectorale. 11. 1. 44.
Apozema ſanguinem atrabilarium ac acriſalinum purgans. 14. 1. 60.

Index Materiarum

	Conſ. Cent. Pag.
Apozema in hydrope proficuum.	45. 1. 162.
Apozema contra arthritidem.	64. 1. 207.
Apozema laxativum antiſcorbuticum.	85. 1. 265.
Apozema laxativum cephalicum.	98. 1. 302.
Apozema melanogogum.	60. 2. 513.
Aqua Cephal. contr. Apoplex. & Epilepſiam.	1. 1. 4.
Aqua ſternutatoria.	1. 1. 5.
Aqua calcis vivæ contr. tumor. pedum.	1. 1. 5.
Aqua confort. pectoral. & antiphthiſica.	2. 1. 9.
Apozema pectorale.	2. 1. 9.
Aqua carminativa.	3. 1. 12.
Aquarum mineralium Ilerbergenſ. probatio.	4. 1. 12.
Aqua epileptica.	5. 1. 23.
	65. 2. 525.
Aqua pectoralis.	22. 1. 84. & 85.
Aqua cephalica & uterina.	22. 1. 85.
Aqua aſthmatica & pectoralis.	35. 1. 140.
	78. 2. 570.
Aqua pectoralis antiaſthmatica.	55. 1. 180.
	& 56. 1. 181.
Aqua cephalica & cordial. anodyna.	60 1. 188.
Aqua naribus obſtructis & corruptis per ſiphonem injicienda.	63. 1. 194.
Aqua cauſtica pro columellæ & amygdal. exulceratione.	63. 1. 195.
Aquæ viridis Plateri deſcriptio.	63. 1. 206.
Aqua confort. ſtomachica & cordialis.	68. 1. 221.
	74. 2. 558.
Aquæ aſthmaticæ.	68. 1. 223.
Aqua confortans ſtegnotica.	69. 1. 229.
Aqua pectoralis & antiphtiſica.	77. 1. 242.
Aqua confort. cordialis.	78. 1. 244.
Aqua ſplenetica.	6. 1. 26.
Aqua epileptica.	7. 1. 30. & 31.
Aqua cephalica & pectoralis.	9. 1. 36.
Aſthmatica potio.	9. 1. 36.
Aqua antiaſthmatica deſtillata ſingularis.	9. 1. 38.
Aqua cordialis & antiaſthmatica.	9. 1. 38.
Aqua pectoralis.	10. 1. 41.
	11. 1. 44.
Aqua Cephalica.	11. 1. 44.
	78. 2. 569.

	Conſ.Cent.Pag.
Aqua acoviſtica contr. auditus gravitatem.	11. 1. 44.
Aqua Cordialis & alexipharmaca.	12. 1. 48.
Aqua ſtomachica & cordialis.	13. 1. 52.
Aqua cordial. inſtaurativ. & analeptica.	13. 1. 52.
Aqua deſtillata analeptica & antihectica.	13. 1. 57.
Aqua Cordialis.	13. 1. 58.
	it. 22. 1. 85.
Aqua odorifera.	&. 13. 1. 58.
	93. 1. 283.
Aqua coſmetica.	14. 1. 60.
Aqua confort. cordialis optima.	16. 1. 64.
Aqua mundif. ſiccans, adſtringens, putredinem arcens, & conſolidans per ſiphonem ulceribus cavis injicienda.	29. 1. 113.
Aqua apoplectica.	87. 1. 269.
Aqua diuretica.	87. 1. 270.
Apozema antihydropicum.	88. 1. 273.
Aqua calcis vivæ tumores œdematoſos & hydropicos reſolvens.	88. 1. 273.
Aqua cordialis confortans in febribus acutis & malignis.	96. 1. 296.
Aqua ſtegnotica contra narium hæmorrhagiam.	93. 1. 282.
Aqua Magnanimitatis memoriam confort.	98. 1. 302.
Aqua confort. cordial. optima.	1. 2. 371.
	78. 2. 570.
Aqua fuſca vel nigra, (Germ. das ſchwartze Waſſer/ oder der ſchwartze Umſchlag) contr. ſphacelum.	6. 2. 392.
	61. 2. 617.
Aqua carminativa anticolica & anodyna.	7. 2. 394.
	92. 2. 597.
Aquarum antiſcorbut. & ſal. peregrin. corrigentium præparandi modus.	9. 2. 404.
Aqua cor, ſtomachum, atque uterum confortans.	13. 2. 421.
Aqua confort. pro gravidis.	13. 2. 421.
	& 54. 2. 498.
Aqua hyſterica pro puerperis.	4. 2. 425.
Aqua contra terrorem.	37. 2. 467.
Aqua cauſtica abſceſſibus fiſtuloſis per ſiphonem injicienda.	43. 2. 478.
Aqua nephritica.	53. 2. 493.
Aquæ epilepticæ.	73. 2. 543.
Aqua nephritica.	74. 2. 557.
Aqua confort. cephalica.	74. 2. 558.
Aqua pectoralis & ſimul carminativa.	75. 2. 563.

Index Materiarum

	Conf. Cent. Pag.
Aqua ſtomachica, vomitus compeſcens.	78. 2. 568.
Aqua refectoria.	78. 2. 570.
Aqua cordialis & cephalica.	90. 2. 595
Aqua mundif. ulcerib. fiſtulos. per ſiphon. injicienda.	Obſ. 1. Dec. 1. 623.
	2. 1. 625.
Aqua mundificans per ſiphonem injicienda.	Obſ. 3. Dec. 2 628.
Aqua cordial. contr. cordis palpitationem.	Obſ. 5. Dec. 2. 677.
Aqua antiphtiſica.	Obſ. 6. Dec. 2. 681.
Aqua contra hæmoptoen.	Obſ. 6. Dec. 2. 681.
Aſthma humoroſum exitiale.	Obſ. 10. Dec 3. 690.
Aqua antiaſthmatica.	Obſ. 10. Dec. 3. 692.
Arcanum antiaſthmaticum Brunneri.	Obſ. 10. Dec. 3. 692.
	& Obſ. 35. Dec. 1. 140.
Aqua ſtomachica corroborans & vomitum ſedans.	Obſ. 4. Dec. 5. 730.
Arcani corallini parandi modus.	63. 1. 206.
Arthritis vaga ſcorbutica periodica.	64. 1. 206.
in Arthritide vaga, ultra 3 ſeptiman. durante, purgatio & V. S. amplius locum non habet.	64. 1. 208.
Arthritis vaga ſcorbutica, cum morbi definitione, cauſa, ſignis, prognoſi, & curatione.	94. 1. 284.
Arthritidis cruatio per remedia præſervativa.	ibid. 285.
- - - - curativa.	ibid. 286.
Arthritis vaga ſcorbutica, ejusque definitio, cauſa, ſigna, prognoſis, & curatio.	51. 2. 488.
Arthritis Vaga ſcorbutica, accedente atrophia corporis hectica, aliisque peſſimis ſymptomatibus, lethalis, cum hujus morbi definitione, cauſa, ſignis, prognoſi, & curatione.	74. 2. 544.
Arthritidis inveteratæ cauſam non rarò cura lactis ſuſtulit.	74. 2. 548.
Arthritici dolores ab humorum perturbatione recrudeſcunt.	74. 2. 555.
Arthritis vaga, colicam convulſivam inſequens, cum moleſtiſſ. ſymptomat. felic. curata.	83 2. 578.
Aſthma cum ſingultu & catarrho ſuffocativo lethale.	9. 1. 34.
Aſthmatis prognoſtica.	9. 1. 35.
Aſthma periodicum cum motibus convulſivis aliisque graviſſ. ſymptomat. felic. curatum.	22 1. 81.
Aſthmatis definitio.	22. 1. 83.
- - - prognoſtica.	ibidem.
- - - curatio, ejusdemque requiſita.	22. 1. 84.
Aſthma periculoſiſſimum cum graviſſ. ſymptomatibus.	35. 1. 137.
Aſthmatis definitio, cauſa, ſigna, prognoſis, & curatio.	35. 1. 138. & ſeq.

Aſthma

Conſ.Cent.Pag.

Aſthma cum cutis pruritu, oris ſalſedine & catarrhis è capite ad pectus delabentibus. Obſ. 4. Dec. 4. 703.

Aſthma periodicum, ſuffocationem minitans, optimo ſucceſſu curatum. 55. 1. 179.

Auditus gravitas cum catarrh. aſthma. & anorexia. 11. 1. 41.

Auditus gravitas, ejusdemque curatio, & in remediis applicandis cautela. 76. 2. 564. & 565.

Auris dolorem ſedans mixtura. 60. 1. 188. & 17. 2. 438.

Aurium tinnitum aufferentia. 74. 2. 549. & 561.

Αυτόχειρ in abdomine ſauciatus reſtituitur. 34. 1. 133.

Autolithotomus hernioſus, vaſa ſpermatica cum teſticulo, intermiſſa ligatura abſcindens, poſt inſequentem fuſiſſimam hæmorrhagiam curatus. 68. 2. 532.

B.

Baccarum juniperi maturarum quotidianus uſus mane jejuno ſtomacho nephritidem curat atque præſervat. 53. 2. 493.

Balneum pro calculoſis. 90. 1. 276.

Balneum ex amygdalis & farina hordei contra atrophiam hecticam. Obſ. 6. Dec. 3. 682.

Balſamus Cephalicus. 1. 1. 5. 6. 1. 27.

Balſamus apoplecticus. 87. 1. 269.

Balſamus memoriam confortans. 98. 1. 302.

Balſamus pro ſcrobiculo cordis & umbilico. 10. 2. 411.

Balſamus contr. fluctuationes vertici inungendus. 10. 2. 411.

Balſami embryon. mixti deſcriptio. 13. 2 421.

Balſamus ſtomachicus externè inungendus. 13. 2. 422.

Bolus contra Diarrhæam. 13. 1. 58. 78. 1. 245.

Bolus maſſam ſanguineam purgans. 94. 1. 286.

Brachii ſiniſtri gangrænoſa inflammatio lethalis 4. 1. 391.

Brachium ſiniſtrum ab infelici venæſectione & arteriæ læſione horrendè intumefactum, feliciter curatum. 66. 2. 527.

Brachia feſſa & pedes poſt partum roborantia. 14. 2. 424.

Brodium gallinæ alterans & corrob. 13. 1. 53.

Index Materiarum

C.

Conſ. Cent. Pag.

CAchexia. 1. 1. 1.
Cachexia à quibus cauſis oriatur. 1. 1. 2.
Cachexiæ prognoſis. 1. 1. 3. & 2. 1. 7.
Cachexia cum ictero. 2. 1. 6.
Cachexiæ ſigna. 2. 1. 7.
Cachexia cum hydrope incipiente felic. curata. 88. 1. 271.
Cachexia hydropica feliciter curata. 32. 2. 458.
Cachexiæ, cum totius corporis atrophia, & inflatione ventris, curatio. 63. 2. 520.
Cachexia cum ventris inflatione, alvi conſtipatione, dolorib. colicis, atrophia, tuſſi, empyemate, & inſequente magno abſceſſu in dextro dorſi latere ſupra coxendicem oborto. 92. 2. 597.
Cachexia ſcorbutica cum ulceribus pedum feliciter curata. Obſ. 2. Dec. 5. 725.
Cadaverum veneno extinctorum inſpectio & dijudicatio. pag. 747. & ſeq.
Cœcus miraculosè viſum recipit. 37. 1. 146.
Calculus veſicæ ſine ſectione extractus. 90. 1. 275.
Calculi tres è veſicula fellis exciſi, & ren dexter calloſus, & quoad ſubſtantiam durus & ſabuloſus repertus. 99. 2. 611.
Cancer in femore dextro verſus inguen, lethalis. 58. 1. 184.
Cancer exulceratus 4. pondera civilia habens fœminæ in ſiniſtri femoris ſuperiori parte exciſus. 60. 2. 513.
Cancer mamillæ ſiniſtræ. 79. 2. 571.
Cancer occultus in mamma dextra, ejusq; definitio, cauſa, ſigna, prognoſis, & curatio. 100. 2. 612. & ſeq.
Canis rabioſi morſus, ejusdemque curatio. 54. 1. 176.
Canis pinguedo pulmonum ulcera arcet. 77. 1. 242.
Capillos producentia. 66. 1. 214.
Capillorum conglomeratio ex veneno per Tartaros fontibus injecto. 16. 2. 433.
Capillorum complicatio non ſolum in capite & barba, ſed etiam in pudendis reperitur. 16. 2. 433.
Capillorum convolutorum prognoſis. 16. 2. 434.
Capitis & cerebri valida contuſio & concuſſio, lethalis. 17. 1. 65.
Capitis dolor periodicus, cum pedum tumore. 100. 1. 306.

Conſ. Cent. Pag.

Capitis vehemens percuſſio, aphoniam excitans, feliciter curata. 90. 2. 593.
Caput à calidis vaporibus inquietatum, cum narium hæmorrhagia periodica. 91. 2. 595.
Capitis vulnus, cum fractura & depreſſione cranii, ab equi percuſſione infli-
ctum. Obſ. 7. Dec. 1. 632.
Capitis & cerebri vulnerum curatorum exempla. Obſ. 8. Dec. 5. 737. & ſeq.
Caponum & gallinarum ſaginatio cum carne viperina. 3. 2. 382.
Carbunculus, ejusdemque Curatio. 53. 1. 175.
Cardialgiæ remedia. 56. 2. 505.
Cariei Oſſium per mixtur. & pulveres exſtirpatio. 44. 1. 161.
Caries oſſium à mercurialibus ſalivam moventibus augetur. 63. 1. 200.
Carnes viperarum Italic. ſpecificum ſunt contra ſterilitatem remedium. 2. 2 375.
Carnis viperinæ contr. ſterilitatem parandi & utendi modus. 3. 2. 376.
Caſus ab alto miraculoſus. Obſ. 1. Dec. 4. 693.
Cataplaſma gingivas emoll. & dolor. ſedans. 5. 1. 23.
Catarrhus, cum auditus gravitate, aſthmate, & anorexia. 11. 1. 41.
Cataplaſma ad oculor. dolor. & inflammationem leniend. ac compeſcendam. 19. 1. 70.
Cataplaſma antipodagricum. 94. 1. 288.
Cataplaſma ad ſcirrhum emolliend. & diſcutiendum. 28. 1. 109.
Cataplaſma in narium hæmorrhagia nuchæ & cervici imponendum. 99. 1. 305.
Cataplaſma contuſo capiti applicandum. 88. 2. 592.
Cataplaſma Cephalicum in contuſionibus capitis applicandum. 90. 2. 595.
Cataplaſma contra herpetem miliarem. 96. 2. 605.
Cataplaſma contra gangrænam ex frigore. 98. 2. 611.
Cataplaſma cephalicum poſt fortiorem percuſſionem vel concuſſionem ap-
plicandum. Obſ. 1. Dec. 4. 695.
Cataplaſma contra vomitum. Obſ. 4. Dec. 5. 731.
Chalybeatum infuſum attenuans & deobſtruens. 67. 1. 218.
Cauſus in tertianam mutatus. 11. 1. 46.
Cautela in cancro occulto adhibendis remediis. 79. 2. 573.
Cœpæ aſſatæ perinæo calidè applicatæ ſuppreſſam urinam promovent. 87. 1. 270.
Cephalalgia bimeſtris cum auris dextræ dolore, poſt ruptum abſceſſum eva-
neſcens. 60. 1. 187.
- - - ejus curatio. ibid.
Cephalgiæ definitio, cauſa, ſigna, prognoſis, & curatio. 100. 1. 307.

	Conſ.Cent.Pag.
Ceraſa acida per 40. annos incorrupta ſervata.	42. 1. 156.
Cerebri vulnera ſuperficialia nonnunquam curata.	21. 1. 80.
Ciborum omnium averſatio per 13. dies.	6. 2. 393.
Clyſter laxativus anticolicus.	12. 1. 47.
Clyſteres emollientes & carminativi.	13. 1. 52.
Clyſter in prolapſu inteſtinorum dolorem mitigans, & alvum lubricans.	46. 1. 163.
Clyſter flatus eliminans.	68. 1. 223.
Clyſter in apoplexia proficuus.	87. 1. 269.
Clyſteres adſtringentes.	92. 1. 279.
Clyſteribus in colica convulſiva nulla acria & irritantia remedia, videl. purgantia, ſal, nitrum, mel, ſaccharum, &c. ſunt admiſcenda.	8. 2. 398.
Clyſter in colica bilioſa proficuus.	11. 2. 415.
	56. 2. 504.
Clyſter domeſticus.	Obſ. 10. Dec. 1. 639.
	3. Dec. 4. 701.
Coffee decoctum in affectibus nephriticis & hypochondriacis ſalutare.	10. 2. 411.
Colica convulſiva, cum aliis moleſtiſſ. ſymptomatibus.	7. 2. 393.
Colicæ convulſivæ delineatio Exc. D. D. Wepferi.	8. 2. 397.
	& 9. 2. 399.
Colicæ convulſivæ cura præſervatoria.	9. 2. 401.
- - - remedia præſervativa.	9. 2. 402.
Colicæ recidivam quænam pariant?	9. 2. 405.
Colico dolori & ſpaſmodicæ inteſtinor. contractioni quomodo ſuccurrendum?	10. 2. 410.
Colica bilioſa, & ejus cauſa.	11. 2. 413.
Colicæ bilioſæ præſervatio.	ibid. 414.
Colica bilioſa & flatulenta.	67. 1. 214.
- - ejus cauſa.	ibid.
Colica convulſiva bilioſa pertinaciſſima cum peſſimis ſymptomatibus feliciter curata.	56. 2. 501.
Colica ſpaſmodica & convulſiva, cum inſequente arthritide vaga, quatuor homines in una domo ſimul invadens ac tres trucidans.	86. 2. 588.
Colica epidemia maligna.	Obſ. 6. Dec. 3. 683.
Colli vulnera fruſtulis plumbeis per tubum pyrium inflicta, lethalia.	21. 1. 76.
Colli tumor ſcirrhoſus, cum graviſſ. ſymptomatibus.	28. 1. 105.
Collyrium.	80. 2. 575.

	Conſ.Cent.Pag.
Collyrium ad vulnera oculorum.	19. 1. 70.
Collyrium exſiccans & adſtringens.	23. 1. 89.
Collyrium contr. oculor. inflammationem.	53. 2. 492.
Columellæ & faucium exulceratar. per decoctum injiciendum curatio.	63. 1. 195.
Combuſtio & extinctio à fulmine.	36. 2. 463.
Comes à devorato vitro periiſſet, niſi à Medico liberatus fuiſſet.	30. 1. 117.
Conditura ſtomachica.	78. 2. 569.
Conditum Horſtii pro confortanda memoria.	98. 1. 302.
Confectio anacardina memoriam confortat.	98. 1. 302.
Contuſio coxæ dextræ, cum luxatione tali pedis ejusdem lateris, à rota vehiculi facta.	93. 2. 600.
Convulſiones admirandæ, absque ſenſuum inſigni læſione & hujus mali curatione.	65. 1. 209.
Cor leporis appropriatum contra febrem quartanam remedium.	47. 1. 165.
Cordis tunica vulnerata, & curata.	2. 1. 80.
Cordialia contr. puerperar. animi deliquia.	14. 2. 224.
Cordis palpatio.	Obſ. 5. Dec. 3. 674.
Cranii fiſſura, inſequente vertigine & lethargo, lethalis.	23. 2. 444.
Cranii per acceptas plagas enormis læſio, lethalis.	79. 2. 454.
Cranii depreſſio & introceſſio à machina mechanica feliciter curata.	38. 2. 468.
Cranium à mallei majoris ictu ſicariè per fratrem fractum, lethale.	47. 2. 483.
Cranii caries à ſuppreſſis menſibus originem habens, ejusdemque tractatio.	67. 2. 529.
Cruces apud puellam in diverſis corporis partibus ſponte erumpentes.	Obſ. 7. Dec. 4. 713.
Cucupha caput & cerebrum roborans.	11. 1. 45.
Cucupha caput & ſpiritus animales confortans.	98. 1. 303.
Cucupha.	74. 2. 558.
Cucuphæ cephalicæ vino incoquendæ.	Obſ. 8. Dec. 2. 655.
Cura ſterilitatis per carnem viperinam.	3. 2. 375.
Cura viperarum Zvvelferi.	3. 2. 377.
Cura, & uſus viperarum Itali cujusdam Medici.	3. 2. 379.
Curatio affectus hypochondriaci.	1. 1. 3.
Curatio cachexiæ.	1. 1. 3. & 2. 1. 8.

Index Materiarum

D.

	Conf. Cent. Pag.
Decoctum contr. phthiſin.	1. 1. 4.
Decoctum pectorale.	1. 1. 9.
Decoctum pectorale.	9. 1. 36. & 37.
Decoctum ſudoriferum ex lignis.	14. 1. 60.
	67. 2. 531.
Decoctum pro potu Ord. contra ſcabiem.	14. 1. 60.
Decoctum travmaticum pro potu ordinario.	15. 1. 62.
	29. 1. 113.
Decoctum abſtergens, mundificans & conſolidans.	30. 1. 121.
Decoctum travmaticum pro potu ord.	31. 1. 126.
Decoctum aſthmaticum & pectorale.	35. 1. 140.
Decoctum pro potu ord. inpleuritide.	49. 1. 169.
Decoctum mundificans & adſtringens pro columella & faucibus penicillo applicandum.	63. 1. 195.
Decoctum Dn. D. Wepferi ſanguinis maſſam emendans, & à veneno gallico liberans.	63. 1. 201.
Decoctum lignorum, impingueſcit lue gallica infectos.	63. 1. 205.
Decoctum travmaticum pro potu.	42. 2. 473.
Decoctum pectorale & antiphthiſicum.	92. 2. 599.
Decoctum ſpecificum antiarthriticum.	94. 1. 287.
Defunctus, & violenta morte extinctus, in dextra manu cochleari inſtructus.	72. 1. 234.
Defluxiones catarrhales; & nephritici dolores eorumque curatio.	53. 2. 491.
Deglutitio à potu nicotianæ læſa; ejusdemque cauſa, ſigna, prognoſis, & curatio.	70. 2. 534. & ſeq.
Dæmonium ſylvaticum puero ex terrore horrenda ſymptomata excitans.	7. 1. 27.
Dæmon meridianus in ſylvoſis montibus 9. ruſticos ligna ſecantes acuto ſuo cantu diroque aſpectu interfecit.	7. 1. 29.
Dæmon meridianus habitu lugentis viduæ rura pervagans operariis veneratione ejus negligentibus brachia & crura frangebat.	7. 1. 29.
Dæmones in humana ſpecie in publicis privatisque locis verſati obvios percuſſione & ardenti afflatu in morbum exitialem conjecerunt.	7. 1. 29.
Dæmonis fraudes, in decipiendis & obſidendis hominibus.	45. 2. 480.
Deber, Dæmonum meridiei ſpecies eſt.	7. 1. 29.
Dentitio cum febre, convulſionib. & lipothymiis.	5. 1. 16.

	Conſ.Cent.Pag
Dentitio difficilis morbus eſt.	ſ. 1. 19.
Dentitionis tempus.	ſ. 1. 19.
Dentes rec. nator. infantum in alveolis latent.	ſ. 1. 19.
Dentibus prominentibus vel excluſis infantes nati.	ſ. 1. 19.
Dentitionis ſymptomata.	ſ. 1. 20.
Dentitionis difficilis cauſa.	ſ. 1. 20.
Dentitionis prognoſtica.	ſ. 1. 22.
Dentitionis difficilis curatio.	ſ. 1. 22.
Depreſſio & introceſſio cranii à machina mechanica feliciter curata.	38. 2. 468.
Diabetes, ejusque ſynonimia, definitio, differentia, cauſa, ſigna, prognoſis, & curatio.	72. 2. ſ38. & ſeqq.
Diabetes.	Obſ. 4. Dec. 3. 668.
Diarrhæam ſiſtens bolus.	13. 1. ſ8.
Diarrhæam coercentes pillulæ, Electuarium, & bolus.	78. 1. 245.
Diſcraſia ventriculi, cum hepatis intemperie calida.	36. 1. 141.
Diſcraſiæ ventriculi definitio, cauſa, ſigna, prognoſis & curatio.	36. 1. 142. & ſeq.
Diſcraſia ventriculi, cum diſpoſitione febrili.	ſ2. 2. 489.
- - ejus definitio, cauſa, ſigna, prognoſis & curatio.	ibid.
Diuretica & lithontriptica in dolore nephritico ſunt vitanda.	10. 2. 409.
Dolores vagi hypochondriaci, cum oris ſalſedine.	3. 1. 10.
Doloris vagi hypochondriaci cauſa.	3. 1. 11.
- - - - curatio.	3. 1. 11.
Dolori colico & ſpaſmodicæ contractioni inteſtinor. quomodo ſuccurrendum?	10. 2. 410.
Dolores parturientium promoventia.	14. 2. 423.
Dolores poſt partum demulcentia.	14. 2. 424.
Doloris colici infantum averſio.	14. 2. 426.
Dolor hypochondrii ſiniſtri periodicus feliciter curatus.	61. 1. 189.
- - - ejus curatio.	ibid.
Dolores arthritici ab humorum perturbatione recrudeſcunt.	74. 2. ſ ſ ſ.
Dolor nephriticus periodicus cujusdam puellæ.	Obſ. 3. Dec. ſ. 726.

E.

EBrius ex lapſu à ſanguine extravaſato ſuffocatus.	Obſ. 9. Dec. 4. 716.
Ebrietatis graviora ſymptomata, cum decenti curatione.	ſ0, 1. 169.

	Conſ.Cent.Pag.
Ebullitio ſanguinis ſcorbutici, cum maculis totius corporis, & hæmorrhagi variar. partium lethalis.	93. 1. 281.
de Ectropiis ſeu palpebris inverſis.	Obſ. 10. Dec. 5. 742.
Efflorescentia ſcabioſa ſcorbutica faciei, aliarumque partium feliciter curata.	1. 2. 369.
Electuarium antiphthiſicum.	1. 1. 4.
Electuarium pectorale.	2. 1. 9.
	92. 2. 598.
Electuarium antiphthiſicum & pectorale.	10. 1. 41.
Electuarium ſtomach. & cordiale.	13. 1. 55.
Electuarium alterans & roborans ſpecificum contr. ſcabiem malignam & pſoradicam.	14. 1. 60.
Electuarium cordial. refrig. & antifebrile.	29. 1. 113.
Electuarium læſum œſophagum ſanans, & dolorem ſedans.	30. 1. 121. & 122.
Electuarium alterans, refrig. & corrob. hepaticum.	36. 1. 144.
Electuarium ſudorif. & alexipharmacum.	54. 1. 178.
Electuarium præſervativum & curativum contra hydrophobiam.	54. 1. 178.
Electuar. alterans & corrob. analept. in lue gallica.	63. 1. 194.
Electuarium laxativum ſanguinem purificans.	63. 1. 196.
Electuarium alterans & ſanguinem purificans.	63. 1. 196.
Electuarium à febre hectica præſervans.	68. 1. 224.
Electuarium traumaticum & pectorale.	69. 1. 229.
Electuarium ſudoriferum.	78. 1. 244.
Electuarium adſtringens contr. Diarrhæam.	78. 1. 245.
Electuarium caput roborans.	79. 1. 249.
Electuarium theriacale ſpecif. contr Venena.	80. 1. 251.
Electuaria confortantia ſtyptica & ſtegnotica.	92. 1. 280.
Electuarium contra vertiginem.	99. 1. 305.
Electuarium cephal. alterans & refrigerans.	100. 1. 308.
Electuarium confort. antiſcorbuticum.	1. 2. 371.
Electuarium frigidam humidamque viſcerum totiusque maſſæ ſanguineæ intemperiem corrigens.	2. 2. 374.
Eleoſaccharum carminativum.	10. 2. 411.
Electuarium caput & viſum roborans.	53 2. 492.
	73. 2. 543.
Electuarium antiſcorbuticum alterans & confort.	67. 2. 531.
Electuarium refrig. & adſtring. in diabete proficuum.	73. 2. 541.
Electuarium laxativum.	74. 2. 557.

Empla-

	Conſ.Cent.Pag.
Electuarium confort. antihect. & analepticum.	74.2.559.& 561. 78.2.570.
Electuarium contr. catarrhos.	75.2.564.
Electuarium refrigerans & adſtringens, in narium hæmorrhagia proficuum.	91.2.596.
Electuarium alterans & confort. contra corporis atrophiam.	92.2.599.
Electuarium ſanguinem purificans.	Obſ.3.Dec.2.645.
Electuarium adſtringens & conſolidans in hæmoptoe.	Obſ.3.Dec.3.668.
Electuarium cordiale contra cordis palpitationem.	Obſ.5.Dec.3.677.
Electuarium antiphtiſicum & pectorale.	Obſ.6.Dec.3.681.
Electuaria laxativa.	Obſ.3.Dec.4.701.
Electuarium vomitum compeſcens.	Obſ.3.Dec.4.702.
Electuarium alterans & corroborans antiphtiſ.	Obſ.1.Dec.5.724.
Electuarium renes mundificans.	Obſ.3.Dec.5.727.
Electuarium ſtomachicum vomitum coercens.	Obſ.4.Dec.5.730.
Electuarium ſanguinem ſcorbuticum alterans.	Obſ.5.Dec.4.710.
Elixir deobſtruens & aperitivum.	61.1.189.
Emplaſtrum iſchiadicum.	74.2.558.
Emplaſtrum cephalicum.	1.1.5.
Emplaſtrum ad tumorem pedum.	1.1.5.
Emplaſtrum cephal. ad recuperandam vocem vertici capitis imponendum.	7.1.30.
Emplaſtrum ſtomachicum.	10.1.40. 13.1.52.
Emplaſtrum contra diarrhæam.	13.1.58.
Emplaſtrum adſtringens & corroborans, poſt uteri prolapſi repoſitionem applicandum.	20.1.74.
Emplaſtrum pilæ uterinæ obducendum.	20.1.76.
Emplaſtra ad ambuſta.	24.1.92.
Emplaſtrum ad ſcirrhum emolliend. & diſcutiendum.	28.1.109.
Emplaſtra cicatricem inducentia.	44.1.161.
Emplaſtrum emolliens & anodynum.	68.1.221.
Emplaſtrum iſchiadicum ſiccans & corroborans.	85.1.266.
Emplaſtra antipodagrica.	94.1.288.
Emplaſtrum contra pedum tumorem.	100.1.308.
Emplaſtrum lumbare aſtring. & laxitatem vaſor. ſpermaticor. corrigens.	2.2.374.
Emplaſtrum ſpleneticum.	4.2.385.
Emplaſtrum ad membra à fulmine ſubſtantialiter corrupta.	36.2.466.

Index Materiarum

	Conf. Cent. Pag.
Emplaſtrum ſtomachicum.	78. 2. 569.
Emplaſtrum ventris duritiem emolliens.	78. 2. 570.
Emplaſtrum loquelam revocans, vertici imponendum.	88. 2. 592.
	89. 2. 593.
Emplaſtrum contra herpetem miliarem.	96. 2. 606.
Emplaſtrum contra cancrum.	100. 2. 614.
Emplaſtrum adſtringens pro lumbis.	Obſ. 6. Dec. 2. 650.
Emplaſtrum contra dolor. iſchiad. & lumborum.	Obſ. 10. Dec. 4. 721.
Empyæma, ex intermiſſa paracenteſi, lethale.	56. 1. 180.
Emulſio refrigerans.	12. 1. 48.
	68. 1. 224.
Emulſio refrigerans antifebrilis.	16. 1. 64.
Emulſiones alterantes & confortantes.	92. 1. 280.
Emulſio refrig. & ſtegnotica.	93. 1. 283.
Emulſio travmatica refrigerans.	69. 1. 229.
Emulſio refrigerans antifebrilis.	78. 1. 245.
Emulſio refrig. confort. & anodyna in arthrit. vaga ſcorbut.	74. 2. 560.
Emulſio alterans, refrigerans, & anodyna in nephritide.	10. 2. 409.
Enema emoll. & anticolicum.	12. 1. 47.
Enema ad dolorem colicum.	68. 1. 221.
Enema anodynum in colica convulſiva.	8. 2. 397.
Epithema ad manuum pedumque tumorem.	2. 1. 8.
Epithema refrig. fronti ac pulſibus applicandum.	12. 1. 48.
Epithema antifebrile carpis manuum ſuperligandum.	13. 1. 56.
Epithema fronti & temporibus contra narium hæmorrhagiam applicandum.	93. 1. 283.
Epithema antipodagricum.	94. 1. 287.
Epithema in narium hæmorrhagia ſcroto applicandum.	99. 1. 305.
Epithema anticolicum anodynum.	7. 2. 395.
Epithema frigiditatem partium externar. corrigens.	78. 2. 570.
Epithema pro membris à gelu ſideratis.	98. 2. 610.
Epithema ſiccans, vulneribus calidè applicandum.	Obſ. 8. Dec. 1. 636.
Eſſentiæ menthæ contra colicam præparatio.	67. 1. 216.
Eſſentiæ trifolii fibrini deſcriptio.	68. 1. 221.
Eſſentia ſanguinem purificans.	94. 1. 287.
Epithema nigrum contr. gangræn. & ſphacelum.	61. 2. 517.
Eſſentia abſynthii compos. R. P. Emerici.	78. 2. 569. & Obſ. 3. Dec. 4. 703.
Excoriationem ambuſtorum ſanantia.	24. 1. 91.

F. Fa-

F.

Conſ. Cent. Pag.

Facies infantis & ancillæ uno ictu pulvere tormentario ambuſta. 24. 1. 89.
- - ejus curatio. ibid. 90.
Faciei efflorescentia ſcabioſa ſcorbutica feliciter curata. 1. 2. 369.
Fœmina theca ſeu involucro pulveris nitrati papyraceo, vel fartura tormenti in brachio læſa. 27. 2. 452.
Fœmina prodigioſa vittam cum inhærente cacodæmone emit, & per ſumptum vomitorium tres nigros ſcarabæos evomuit. 45. 2. 481.
de Fœmina alia hujus farinæ hiſtoria. 46. 2. 482.
Fœtus monſtroſus cum ſuperiori maxilla & labio in utroque latere fiſſo. 62. 1. 190.
Fœtus exitum in partu facilitantia. 14. 2. 423.
Febris ardens acuta in tertianam mutata. 12. 1. 46.
Febris ardentis acutæ ſigna, prognoſis, & curatio. 12. 1. 47.
Febris tertiana ſyncoptica feliciter curata. 16. 1. 63.
Febris quartanæ curatio. 47. 1. 163.
Febris cum cutis efflorescentiis rubris, ac diſpoſitione ad arthritidem vagam ſcorbuticam. 48. 1. 166.
Febrium bilioſarum & malignarum curatio, & quid in curationis principio ratione purgationis & venæſectionis conſiderandum ſit? 96. 1. 296.
Febris maligna cum colore fuſco totius corporis, lethalis. 33. 2. 459.
Febris tertiana cum cachexia & convulſionibus feliciter curata. 65. 2. 523.
Febris tertiana ſpuria cœcitatem invehens, feliciter curata. 73. 2. 541.
Febris tertiana duplex, cum corporis atrophia hectica & tympanite feliciter curata. 78. 2. 567.
Febris tertiana ſpuria brevi felic. curata. 85. 2. 586.
Febris maligna cum pleuritide ſpuria, lethalis. Obſ. 5. Dec. 2. 648.
Fiſtula maxillæ ex cavo & carioſo dente feliciter curata. 44. 1. 159.
Fiſtula ani quid, & quotuplex, & quomodo exploranda? 84. 1. 262.
Fiſtula in maxilla inferiori ſub dente molari lateris dextri. 14. 2. 427.
Fiſtula lachrymalis per cauteriſationem curata. 25. 2. 448.
Fiſtula lachrymalis â Guil. Fabr. Hildano ſine actuali cauterio curata. 25. 2. 450.
Fiſtula maxillæ à. D. Scharandeo ſine cauteriſatione curata. 25. 2. 450.
Fiſtula maxillæ ſuperioris ponè dentem molarem in latere ſiniſtro. Obſ. 5. Dec. 5. 732.
Fiſtula ani feliciter curata. Obſ. 9. Dec. 5. 741.
Fluoris albi muliebris cauſa. Obſ. 5. Dec. 4. 708.

	Conf.Cent.Pag.
Fomentum contra tumorem pedum.	1. 1. 5.
Fomentum ad gingivas in difficili dentitione emolliendas.	5. 1. 23.
Fomentum cephalicum pro catarrhi resolutione.	11. 1. 44.
Fomentum ad uteri procidentiam.	20. 1. 73.
Fomentum antipodagricum.	94. 1. 288.
Fomentum adstringens.	Obs. 3. Dec. 1. 628.
Fomentum adstringens contra uteri prolapsum.	Obs. 6. Dec. 2. 651.
Fractura tibiæ & fibulæ in dextro pede cum vulnere, lethalis.	61. 2. 515.
Fractura alia tibiæ & fibulæ in siniſtro pede cum vulnere, lethalis.	62. 2. 518.
Frigiditatem externarum partium corrigens epithema.	78. 2. 570.
Frigus hyemale corpus ac membra immobilia & rigida reddens.	34. 2. 460.
Frontale contra narium hæmorrhagiam.	93. 1. 283.
à Fulmine combustorum curatio.	36. 2. 465.
Fungus carnosus supra genu dextrum, cultro chirurgico resectus.	Obs. 6. Dec. 1. 631.

G.

GAngrænam & sphacelum præservantes pulveres.	78. 1. 245.
Gangrænosa siniſtri brachii inflammatio lethalis.	6. 2. 391.
Gangræna cum insequente sphacelo ab interna causa, lethalis.	97. 2. 607.
Gangrænæ & sphaceli explicatio & exempla.	ibid.
Gangrænæ à frigore causa & curatio.	98. 2. 609.
Gelatinæ caponis præparandi modus.	13. 1. 53.
Gelatina sanguinem mundificans.	94. 1. 286.
Gelatina analeptica.	8. 2. 398. 74. 2. 560. & 561. Obs. 6. Dec. 3. 682.
Gelatina corroborans cordialis.	Obs. 1. Dec. 3. 662.
Gelatina cordialis & stomachica.	Obs. 4. Dec. 5. 731.
Gemellæ, quarum ambo frontes coaliti.	39. 1. 151.
Genitalium tumorem post partum arcentia.	14. 2. 424.
Globus cupreus ingentis magnitudinis post 18. annos è vagina uteri extractus.	20. 1. 71.
Globorum uterinorum usus.	20. 1. 75.
Globus plumbeus per bombardam cranio supra dextrum oculum infixus, nullam extractionem admittens.	78. 1. 248.
Globuli saccharati cum moscho alvum obstructam referant.	78. 2. 570.
Gonorrhæa in puero tredecim annorum curata.	69. 2. 533.

Conſ.Cent.Pag.

Graminis ramulus à ſtudioſo deglutitus cum vitæ periculo per intercoſtale ſpatium erupit. 30. I. 119.
Grandines mirandæ & prodigioſæ. 37. I. 146.
Gravidæ mulieres ab aſpectu rerum monſtroſarum, mancarum & mutilarum ſibi caveant. 39. I. 153.
Gravida mulier capitis aliquem ſupplicio affici videns, paulo poſt infantem peperit, cui caput à trunco cum copioſa ſanguinis profuſione decidit. 41. I. 156.
Gutturis ardorem compeſcens linctus. 31. I. 126.

H.

HÆmorrhagiæ narium & vertiginis curatio. 99. I. 304.
Hæmorrhagiam uteri ſupprimentia. 14. 2. 523.
Hæmorrhoides retentæ non rarò tabem, hydropem, dyſenteriam, aliaque periculoſa mala excitant. 83. I. 263.
Hæmorrhoidum retentarum hiſtoria. ibid.
Hæmoptyſis ex phtiſi. Obſ. 3. Dec. 3. 667.
Herba urticæ rec. contuſa & ventri impoſita uterum in ſuum locum reducit. 20. I. 75.
Herbæ pro fomento anodyno. 78. I. 246.
Herbæ pro fomento & inſeſſu in apoplexia & hæmiplexia. 87. I. 270.
Herbæ ſerum lactis & juſcula alterantes. 9. 2. 403.
Herbæ & radices pro balneo adſtringente. 64. 2. 523.
Herniarum prognoſis. 31. I. 125.
Herpes miliaris in dextro pede propè tibiam curatus. 96. 2. 604.
Herpes miliaris totum corpus occupans in puerpera feliciter curatus. Obſ. 1. Dec. 3. 661.
Hydropis definitio, ſigna, curatio. 88. I. 272. & 41. 2. 472.
Hydropica mulier gravida feliciter pariens. 35. 2. 462.
Hydropica illæſis viſceribus 45. menſuras aquæ in cavitate abdominis habens. 41. 2. 471.
Hydropica mulier feliciter reſtituta. 45. I. 161.
Hydrophobiæ præſervatio in morſibus canum rabidorum. 54. I. 178.
Hypercatharſis refrenatio per pilulas. 12. I. 48.
Hypochondriacus affectus, moleſta ventriculi diſcraſia & alvi conſtipatione concomitatus. 4. 2. 383.
Hypochondriaci affectus & ſterilitatis ulterior elucidatio. 5. 2. 387.

Index Materiarum

Conſ. Cent. Pag.

Hypochondriaci mali curatio per ſpiritum ♀ri compoſ. Auguſt. 11. 2. 415.
Hirudinum applicatio an in retentis hæmorrhoidibus concedenda ? 83. 1. 263.
Hirudinum applicatio in cancro proficua. 79. 2. 573.
Hiſpanus 40. uniones cum aurea cruce ſuffurata deglutivit. 30. 1. 117.
Hordeatum Imperatoris in phtiſi & hectica proficuum. Obſ. 6. Dec. 3. 682.

I.

Icterus cum cachexia. 2. 1. 6.
Icteri cauſa, ſigna, prognoſis, & curatio. ibid. & ſeq.
Icteri flavi ſynonymia, cauſa, & curatio. 70. 1. 229. & ſeq.
Icteritiæ curatio mumialis & magnetica. 70. 1. 230.
Iliaci affectus onomatologia, definitio, cauſa, ſigna, prognoſis, & curatio. 31. 1. 124. & ſeq.
Imaginatio admiranda de monſtroſo animalculo. 65. 1. 211.
Immobile ac rigidum ab intenſo frigore hyemali corpus ac membra reſtituta. 34. 2. 460.
Incola Albeccenſis à cochlea in exploſione ſclopeti retrò per pulverem nitratum ejecta, ſupra dextrum oculum periculosè ſauciatus. 30. 2. 455.
Infans collum anſerinum habens. 30. 1. 150.
- - forma leonina editus. ibid.
- - duo magna cornua in capite gerens. ibid.
- - in ſuperiori parte hominem, inferiori verò ſerpentem repræſentans. ibid.
- - villoſus, & ungues urſinos habens. ibid.
- - mitram quadratam vel piretum capite gerens. ibid.
- - ſeptem capita habens. ibid.
- - ſimiam referens. ibid. 151.
- - caput felinum habens. ibid.
- - caput ovinum poſſidens. ibid.
- - parentis ſui nomen ponè aures habens. ibid.
- - monſtroſus. 152.
- - alius monſtroſus. ibid.
- - altera manu carens. ibid. 153.
- - ex fortiſſima matris imaginatione monſtroſa umbilici relaxatione ac inteſtinis extra corpus propendentibus, natus. 40. 1. 153.
- - naribus carens ac labiis leporinis natus. 41. 1. 155.
Infantis recens nati ratione, quid poſt partum obſervandum ſit ? 14. 2. 426.

Infan-

	Conſ.Cent.Pag.
Infantibus recens natis Ol. amygdal. dulc. exhibendum.	ibid.
Infantum recens natorum colicam avertentia.	14. 2. 426.
Inflammationem ex ambuſtione extinguentia.	24. 1. 91.
Infuſum chalybeatum attenuans & deobſtruens.	67. 1. 218.
Infuſum antiarthriticum.	51. 2. 488.
Infuſum laxativum.	74. 2. 560.
Inſeſſus articulos, nervos, & ligamenta roborans.	86. 1. 266.
Inſeſſus adſtringens.	Obſ. 3. Dec. 1. 628.
Inſeſſus ad uteri prolapſum.	20. 1. 74.
Inſpectio & dijudicatio vulnerum lethalium, & cadaverum veneno extinctorum.	Pag. 745. & ſeq.
Inſtrumentum ferreum os repoſitum in ſua ſede conſervans.	95. 1. 292.
Inteſtinorum læſorum per inſperſum pulverem conſolidatio.	31. 1. 126.
Inteſtinorum ex hernia prolapſus, accedente iliaca paſſione, lethalis.	57. 2. 507.
Iſchuria lethalis.	Obſ. 1. Dec. 2. 640.
Julapium ſiccum.	36. 1. 144.
Julapium ſtegnoticum.	Obſ. 3. Dec. 3. 668.
Juſcula ſuccis alterata.	9. 2. 404.
Juſcula herbis antiſcorbuticis alterata.	10. 2. 411.

K.

KEteb, Dæmonum nocturnorum ſpecies.	7. 1. 29.

L.

LAc ſuperfluum puerperarum compeſcentia.	14. 2. 424.
Lac virginis ad oculorum inflammationem & vulnera.	Obſ. 10. Dec. 5. 744.
Lac virginis contra herpetem miliarem.	96. 2. 606.
Lactis cura non rarò cauſam arthritidis inveteratæ ſuſtulit.	74. 2. 548.
Lactis curam plurimi non tolerarunt.	ibid.
Lactis curæ methodus D. D. Wepferi.	74. 2. 552.
Lactis electio & modus utendi.	74. 2. 554.
Læſio meatus urinarii ex vulnere per ſclopetum inflicto.	77. 2. 566.
Lapilli tres è veſicula fellis exciſi, ac ren dexter calloſus, & quoad ſubſtantiam durus & ſabuloſus repertus.	99. 2. 611.
Lavamentum ad vaginam uteri eluendam.	20. 1. 72.
Lavamentum ad arcendam putredinem in ulceribus fiſtuloſis.	44. 1. 160.

Index Materiarum

Conſ. Cent. Pag.

Lavamentum capitis capillos evocans. 66. 1. 214.
Lazarus vitrivorax nullo guſtu præditus, omnis generis res, vivos piſces & animalcula devorabat. 30. 1. 117.
Lepus leporem tergo affixum gerens. 37. 1. 151.
Linctus ad tuſſim & deſtillationem catarrhalem liniendam. 11. 1. 44.
Linctus ad columellæ exulcerationem. 63. 1. 196.
Linctus contra aſthma, ſtridorem, & ſibilum D. D. Wepferi. 92. 2. 598. & Obſ. 10. Dec. 3. 692.
Linimentum ſimplex D. Joh. Sculteti. 24. 1. 90.
Linimenta ad ambuſta. 24. 1. 91.
Linimentum pro dorſo contra corporis atrophiam. 68. 1. 224.
Linimentum ſiccans & adſtringens contra puſtulas & ulcera ani. 84. 1. 262.
Linimentum anticolicum anodynum. 7. 1. 395.
Linimentum antiſpaſmodicum. Obſ. 9. Dec. 1. 637.
Linimentum contra oſſium cariem. Obſ. 2. Dec. 3. 666.
Liquor peculiaris in colica & affectu hypochondriaco ad ſalia peregrina maſſæ ſanguineæ corrigenda. 9. 2. 404.
Lithargyrii antidotum ſpecificum. Obſ. 3. Dec. 4. 703.
Literæ Dn. D. Werneri Zolleri in puncto aſthmatis ad Authorem datæ. 35. 1. 135.
Literæ ab Authore in puncto luis gallicæ ad Exc. D. D. Joh. Jac. Wepferum datæ. 63. 1. 196.
Literæ reſponſoriæ in dicto caſu D. D. Wepferi, 63. 1. 197.
Literæ aliæ ab Authore in caſu luis venereæ ad D. D. Wepferum datæ. 63. 1. 202.
Literæ D. D. Brunneri, Archiatri Electoris Palatini in puncto morbi gallici ad Authorem datæ. 63. 1. 204.
Literæ reſponſoriæ D. D. Wepferi in affectu arthritico ad Authorem datæ. 64. 1. 208.
Literæ Authoris in affectu colico ad D. D. Tobiam Dürrium, Medicum Auguſtan. exaratæ. 67. 1. 216.
Literæ reſponſoriæ in puncto doloris colici D. D. Dürrii ad Authorem datæ. 67. 1. 217.
Literæ reſponſoriæ in affectu colico bilioſo & flatulento D. D. Brunneri ad Authorem. 67. 1. 219.
Literæ D. D. Wepferi in puncto colicæ convulſivæ ad Authorem datæ. 9. 2. 406.
Literæ Authoris in puncto febris albæ cum cachexia & convulſionibus ad D. D. Dürrium datæ. 65. 2. 524.

Literæ

Conſ. Cent. Pag.

Literæ reſponſoriæ D. D. Diürrii in dicto affectu ad Authorem datæ. 65. 2. 526.

Literæ reſponſoriæ in puncto arthritidis vagæ ſcorbuticæ. à D. D. Wepfero ad Authorem datæ. 74. 2. 546.

Literæ reſponſoriæ in affectu arthrit. vag. ſcorbut. Authoris ad D. D. Wepferum. 74. 2. 549.

Literæ reſponſoriæ in prænominato caſu D. D. Wepferi ad Authorem. 74. 2. 551.

Literæ Authoris ad D. D. Wepferum in cauſa arthrit. vagæ ſcorbuticæ, &c. datæ. 74. 2. 553.

Lixivium ad pilorum regenerationem. 66. 1. 214.

Lixivium humores in tumoribus ædematoſis reſolvens. 88. 1. 273.

Loquela amiſſa ob validam à caſu ab alto concuſſionem cerebri, reſtituta. 88. 2. 591.

Luis gallicæ cura Wepferiana. 63. 1. 200.

Luis gallicæ curandi methodus Brunneriana. 63. 1. 204.

Luis gallicæ curatio inveneni gallici exſtirpatione, & ulcerum legitima tractatione conſiſtit. 63. 1. 202.

Lumbrici lati inſignis longitudinis à muliere per myrrham excluſi. 21. 2. 442.

Luxationes intrinſecæ unde oriantur? 85. 1. 264.

Luxatio ſpinæ dorſi, lethalis. Obſ. 10. Dec. 2. 658.

M.

MAnus ſiniſtra cujusdam militis à diſrupta bombarda fiſſa, necem inferens. 81. 2. 576.

Melancholia hypochondriaca feliciter curata. 32. 1. 127.

Melancholiæ hypochondriacæ definitio, cauſa, ſigna, prognoſis, & curatio. 32. 1. 127.

Melancholia hypochondriaca, cum loquelæ interceptione. Obſ. 9. Dec. 2. 655.

Medicamenta contra uteri procidentiam. 20. 1. 73.

Memoria quid ſit? 98. 1. 299.

Memoriæ læſio. ibid.

- - munus. ibid.

- - laudabilis & illaudabilis conditiones. ibid.

- - læſæ cauſæ generales & ſpeciales. ibid.

- - læſæ curatio. ibid. 301.

Conſ. Cent. Pag.

Menſes in ſenio contra naturæ conſuetudinem erumpentes plerumque mortis brevi inſecuturæ prodromi. 95. 2. 603.

Menſium inordinatorum cauſa. Obſ. 5. Dec. 4. 708. & Obſ. 6. Dec. 4. 711.

Mercurius vivus in convenienti vehiculo deglutitus convoluta inteſtina nonnunquam in naturalem ſtatum reducit, ac fecibus alvi exitum parat. 31. 1. 125.

Mercurius vivus in prolapſa hernia opem tulit. 46. 1. 163.

Mercurius ſublimatus devoratus, & legitimis remediis debellatus. 80. 1. 249.

Mica clavi rotarii ſiniſtro oculo infixa poſt quatuor demum menſes exterſa. 79. 2. 574.

Miles in diribitorio quadringenta plagis ad necem usque fuſtibus ſtipatus, feliciter reſtitutus. 18. 1. 67.

Militum à Gallis in conflictu propè Langenavium ſauciatorum hiſtoria. 78. 1. 242.

Militum horum vulneratorum tractatio atque curatio. ibid. 244.

Miles prælidiarius ſe mutum fingens. 31. 2. 457.

Miles à Dæmonio nocturno divexatus. 37. 2. 466.

Miſerere mei onomatologia, definitio, cauſa, ſigna, prognoſis & curatio. 31. 1. 124. & ſeq.

Mixtura contra corporis atrophiam. 6. 1. 27.

- - antiaſthmatica. 9. 1. 38.
- - ad nubeculas oculorum reſolvendas. 19. 1. 70.
- - omnem inflammationem ex ambuſtione extinguens. 24. 1. 93.
- - oſſibus carioſis imponenda. 44. 1. 161.
- - vulneribus ex morſura canis rabidi imponenda. 54. 1. 178.
- - pulmonum ulceribus per ſiphonem injicienda. 69. 1. 229.
- - contra tumorem pedum. 100. 1. 308.
- - pelvim renum, & ureteres laxans & lubricans. 10. 2. 409.
- - carminativa & anodyna. 10. 2. 411.
- - laxativa, in principio colicæ proficua. 11. 2. 415.

Mixtura auribus contra lancinantes dolores cum goſſypio calidè indenda, 60. 1. 181. & 17. 2. 438.

- - aperitiva. 34. 2. 461. & 78. 2. 569.
- - theriacalis, & diaphoretica. 34. 2. 461.
- - refrigerans contra ambuſtionem à fulmine. 36. 2. 465.

Conſ. Cent. Pag.

Mixtura renes mundificans. 69. 2. 534.
- - pectoralis contra ſtridorem & ſibilum. 74. 2. 562.
Modus ſaginandi capones & gallinas carne viperina. 3. 2. 378.
Monſtroſorum effectuum cauſa. 41. 1. 156.
Morbus complicatus hypochondriacus & cachecticus. 1. 1 1.
Morbus iliacus. 31. 1. 124.
Morbi ſporadici & partim maligni per appropriata remedia debellati. 96. 1. 295.
Morbi magici curationis requiſita. 49. 2. 456.
Morbi magici non niſi longo tempore & ſucceſſivè curantur, ac facilè recidivam partiuntur. ibid.
Morſuli laxativi. 36. 1. 144. & 88. 1. 273.
- - ac acidulas. 4. 2. 386.
Morſus canum rabidorum. 54. 1. 177.
- - tractatio & curatio. ibid.
Morſus felis rabidi ab intermiſſa ſcarificatione & uſtione, lethalis. Obſ. 9. Dec. 3. 687.
Mulier prolapſu inteſtinorum ex hernia laborans per uſum mercurii vivi feliciter reſtituta. 46. 1 162.
Mulier hydropica gravida feliciter pariens. 35. 2. 462.
Muſcæ majoris ictus admiranda ſymptomata invehens. 44. 2. 479.

N.

NArium hæmorrhagiam compeſcens potio. 7. 1. 31.
- - - - - electuarium. ibid.
- - obſtructarum & corruptarum per aquam ſiphone injiciendam curatio. 63. 1. 194.
- - obſtructio puerperarum. 14. 2. 425.
- - in lue gallica à corruptione vindicatio. Obſ. 2. Dec. 3. 665.
Naſda glanduloſa in inteſtino recto prognata periculoſam hæmorrhagiam excitans. 92. 1. 278.
Naſdæ hujus tractatio atque curatio. ibid.
Natta è dextræ mammæ papilla, funiculo alligata, inſtar uvæ dependens 91. 1. 277.
Nauta anguillam vivam devoravit, eandemque integram & vivam alvo reddidit. 30. 1. 118.
Nævi infantum quomodo delendi. 14. 2. 426.

Conſ. Cent. Pag.

Nephritidis cum colica convulſiva, aliisque moleſtiſſimis ſymptomatibus, delineatio & curatio Dn. D. Wepferi. 10. 2. 408.
Nephritidis præſentis ſigna. ibid.
Nephritici dolores, eorumque curatio. 53. 2. 491.
in Nephritide fortiora remedia ſunt evitanda. 53. 2. 493.
Nervorum ſexta conjugatio neque ad palatum neque ad linguam tendens, ſed ad occipitium reflexa Lazarum vitrivoracem vita privavit. 30. 1. 118.
Nervorum ac tendinum pedis minoris violenta extenſio, ſymptomata motui naturali moleſta excitans. 71. 2. 536.
Nobilis ab animalculo intra corpus geſtato, lacertam repræſentante epilepticus factus. Obſ. 8. Dec. 4. 715.
Noduli odoriferi. 78. 2. 570.

O.

OBſtructiones pertinaciſſimas pulvis cephalicus Ludovici ſolvit. 65. 2. 526.
Oblivionis cauſa ab anima proficiſcens. 96. 1. 300.
Obſtetricis officium in utero reponendo. 20. 1. 75.
Oculus lupi ſub axilla geſtatus inſultus epilepticos arcet. 5. 1. 23.
Oculi vulnus cum maximo dolore conjunctum, mucrone gladii inflictum & curatum. 19. 1. 69.
- - - - - - - remedia. ibid.
Oculorum nebeculas diſcutientia & reſolventia. 19. 1. 70.
Oculorum caligo per ſubſequens puerperium evaneſcens. 89. 1. 274.
Oculorum inflammationem compeſcens collyrium. 53. 2. 492.
Odontalgia cum lancinantibus aurium doloribus curata. 17. 2. 437.
Oleum ſpleneticum. 6. 1. 26.
- - ſtomachicum. 10. 1. 40.
- - calefaciens contra ſterilitatem & maleficia pro ſcroto inungendo. 2. 2. 374.
Olea anodyna. 78. 1. 246.
Oris falſedo unde oriatur? 7. 2. 396.
Oris collutio contra dentium dolorem. 17. 2. 438.
Os femoris infantis cujusdam incurvatum, ſed temporis progreſſu naturæ beneficio curatum. 86. 1. 266.
- - femoris dextri ultra ſemeſtre antrorſum prolapſum & repoſitum. 95. 1. 288.

Conſ.Cent.Pag.

Os repoſitum ex relaxatione ligamentorum & tendinum, ac immatura flexura è ſua ſede facilè iterum excidit. 95. 1. 292.
- - acutum gutturi infixum poſt duos menſes per cutim exivit. 30. 1. 120.
Officulum in cautè deglutitum cum periculoſis ſymptomatibus. 30. 1. 115.
Officula & ſpinæ in œſophago longius hærentes vel longa inedia, vel tabe necant, & ſenibus ferè omnibus ſunt funeſta. 30. 1. 121.
Officulorum vel ſpinarum in œſophago hærentium curatio. 30. 1. 121.
Oſſium cariei per mixtur. & pulveres exſtirpatio. 44. 1. 161.
Oſſium caries à mercurialibus ſalivam moventibus augetur. 63. 1. 200.
Officulum improvidè & inſciè deglutitum necem inferens. Obſ. 6. Dec. 5. 733.
Ova ſole ſignata. 38. 1. 147.
Ozæna gallica inveterata feliciter curata. Obſ. 2. Dec. 3. 663.

P.

PAn meridianus in ſylvoſis montibus 9. ruſticos ligna ſecantes acuto ſuo cantu diroque aſpectu interfecit. 7. 1. 27.
Palpebræ inverſæ. Obſ. 10. Dec. 5. 742.
Paralyſis ſiniſtri lateris brachii & pedis, nec non veſicæ, feliciter curata. 87. 1. 268.
Paralyſis veſicæ curatio. 87. 1. 270.
Partus gemellorum monſtroſus. 39. 1. 148.
- - monſtroſi. 39. 1. 150.
- - alius monſtroſus. 41. 1. 155. It. Obſ. 4. Dec. 1. 628. & Obſ. 5. Dec. 1. 630.
- - monſtroſus idolum ethnicorum referens. 97. 1. 298. 50. 2. 487.
Partum facilitantia. 13. 3. 422.
Partus, quid ex parte puerperæ & fœtus requirat? & quid in ea obſervandum ſit? 14. 2. 423.
Parturientes, quid in promptu habere debeant? 14. 2. 426.
Paſſio iliaca, cum inteſtinor. inflammatione & motu inteſtinor. periſtaltico inverſo, lethalis. Obſ. 4. Dec. 2. 646.
Paſſulæ laxativæ. 74. 2. 560.
Paſſularum quotidianus uſus M. & V. partum alleviat. 13. 2. 422.
Pedum tumoris curatio. 1. 1. 5. & 100. 1. 308.

Conſ. Cent. Pag.

Pediluvium ad catarrhosè capitè derivandos. 11. 1. 45.
Pes minor, cum carie oſſium exulceratus, ſpinam ventoſam minitans. Obſ. 3. Dec. 2. 643.
Peſſus, ad retinendum uterum in ſuo loco. 20. 1. 75.
Phagedæna in maxilla ſiniſtra, lethalis. 27. 1. 98.
- - - hujus tractatio. 27. 1. 99. & ſeq.
- - - ſynonymia, definitio, cauſa, ſigna, prognoſis, & curatio. 27. 1. 101. & 102.
Plegmone eryſipelatodes circa genu dextrum feliciter curatum. 59. 1. 185.
- - - ejus cauſa & curatio. ibid.
Phlyctænarum differentia. 23. 1. 87.
Phtiſis incipientis curatio. 77. 1. 241.
Phtiſis cum febre acuta in hecticam degenerans. Obſ. 6. Dec. 3. 657.
Pila cuprea ingentis magnitudinis poſt 18. annos è vagina uteri extracta. 20. 1. 71.
Pilarum uterinarum uſus. 20. 1. 75.
Pila matricalis. 13. 2. 422.
Pilulæ catarrhales. 10. 1. 40.
11. 1. 45.
- - laxativæ & aperitivæ. 65. 2. 527.
- - hypercatharſin refrenantes. 12. 1. 48.
- - ſanguinem repurgantes. 14. 1. 59. & Obſ. 2. Dec. 5. 726.
- - cephalicæ purgantes. 11. 1. 43.
- - purg. cephal. ad oculor. affectus. 19. 1. 70.
- - cordiales & ſtomachicæ contra ſingultum. 22. 1. 86.
- - confortantes & anodynæ. 60. 1. 188. & 74. 2. 558.
- - ſanguinem purificantes in lue gallica. 63. 1. 194.
- - purgantes arthriticæ. 64. 1. 207.
- - antiarthriticæ ſingulis menſibus 3. diebus ante vel poſt novilunium ſumendæ. 64. 1. 207.
- - anodynæ. 64. 1. 207.
- - contra diarrhæam. 78. 1. 245.
- - purgantes in paralyſi & apoplexia. 87. 1. 69.
- - antiarthriticæ & antipodagr. præſerv. & curat. ſingular. Hollandicæ. 94. 1. 285.
- - anodynæ in doloribus arthriticis & podagricis. 94. 1. 287.
- - ſanguinem ſcorbuticum purgantes. 1. 2. 370.

	Conſ. Cent. Pag.
Pilulæ anticolicæ anodynæ.	7. 2. 395. 8. 2. 398. 44. 2. 480. & Obſ. 4. Dec. 2. 647.
- - contra ſingultum.	53. 2. 492.
- - catarrhales poſt cœnam deglutiendæ.	77. 1. 242.
Pinguedo canis pulmonum ulcera arcet.	66. 1. 214.
Pinguedo ſerpentum illita capillos revocat.	Obſ. 6. Cent. 3. 682.
Placentæ Hiſpanicæ refectoriæ.	20. 2. 441.
Plaga ſiniſtri hypochondrii ob læſionem lienis, & corruptionem adjacentium partium, lethalis.	49. 1. 168. & ſeq. it. 96. 1. 295.
Pleuritis, ejusdemque definitio, cauſa, ſigna, prognoſis, & curatio.	Obſ. 1. Dec. 5. 742.
Pleuritis ſpuria cum inſequente febre acuta & atrophia hectica, feliciter curata.	16. 2. 431. & ſeq.
Plica polonica cum ejus definitione, ſynonymia, cauſa, & curatione.	16. 2. 434.
- - militi capto à Turcis abſciſſus cœcitatem intulit, & renata viſum reſtituit.	ibid. 435.
Plicæ polonicæ præciſio in quibusdam capitis dolores atrociſſimos, in aliis inſaniam excitavit.	ibid.
Plica polonica perfectè curari nequit.	ibid.
Plicæ polonicæ per ruſticum mediante balneo attentata curatio.	ibid.
- - per muſcum terreſtrem ſeu plicariam curatio.	ibid.
- - per Preſbyterum mediante decocto, curatio.	ibid. 436.
- - per Mercurium & ſalivationem curatio.	ibid.
- - per Unguentum ex muſco curatio, atque Unguenti hujus deſcriptio.	ibid.
Polterhans Lipſienſis caupo inter vitrivoraces multis palmam præripit.	30. 1. 118.
Potio laxativa de manna.	3. 1. 12.
- - melanagoga.	6. 1. 268. 93. 1. 282.
- - aſthmatica.	9. 1. 36.
- - purgans & ſanguinem purificans.	14. 1. 59.
- - antiaſthmatica.	22. 1. 84. Obſ. 4. Dec. 4. 705.
- - antipleuritica.	49. 1. 169. it. 96. 1. 295. & 90. 2. 595.

Potio

Index Materiarum

	Conf.Cent.Pag.
Potio ad expellendam ſecundinam.	51.1.171.
- - hæmorrhagiam uteri compeſcens.	51.1.172.
- - antipleuritica, ſanguinem extravaſatum reſolvens.	56.1.181.
- - pectoralis laxativa.	56.1.181.
- - ſanguinem ex vulnere ſiſtens.	69.1.229.
- - laxativa cholagoga, in ictero proficua.	70.1.230.
- - calorem præternaturalem à pulvere tormentario conceptum reſtinguens.	78.11.244.
- - diuretica in iſchuria & ſtranguria.	87.1.270.
- - laxativa in diarrhæa & dyſenteria proficua.	92.1.279.
- - ſtegnotica & adſtringens cordialis.	92.1.280. & 93.1.282.
- - ſtegnotica in narium hæmorrhagia.	99.1.305.
- - anticolica anodyna.	7.2.395. & 56.2.504. 83.2.583.
- - contra dolores uterinos poſt partum.	14.2.425.
- - ſanguinem extravaſatum in pectore reſolvens.	93.2.601.
Potiones cordiales.	92.1.280.
Potiuncula cholagoga.	12.1.47.
- - bezoardica ſudorifera.	12.1.47.
- - cordialis contra ſingultum.	22.1.86.
- - ad dolorem & inflammationem inteſtinorum arcendam.	31.1.125.
- - anodyna in volvulo.	71.1.231.
Potus ordinarius in cachexia.	1.1.4.
- - pectoralis.	56.1.181. 69.1.229. 43.2.478. 78.1.244.
- - travmaticus.	43.2.478.
- - in phthiſi.	77.1.242.
- - in paralyſi veſicæ.	87.1.270.
- - pro calculoſis.	90.1.277.
- - - in pleuritide.	96.1.296.
- - - adſtringens & refrigerans.	91.2.596.
Probatio aquarum mineralium Pulmonum Ilerbergenſium.	1.1.12.
Prunam linguæ præcaventia.	96.1.296.
Puer decennis ex dentitione febricitans, convulſus & ſyncopticus.	5.1.16.

Conſ. Cent. Pag.

Puer decennis à Dæmonio ſylvatico perterritus, horrendis ſymptomatibus cruciatus. 7. 1. 27.

- - quæſtus gratia quamplurimos lapides juglandis magnitudine deglutivit. 30. 1. 118.

- - alius globum plumbi; alius halecem cum cereviſia devoravit. 30. 1. 118.

- - novennis duobus globis bombardariis ictus. 28. 2. 484.

- - cachexia hydropica defunctus ante ſectionem de accepto veneno ſuſpectus. 94. 2. 602.

- - ab acceptis plagis convulſionibus correptus. Obſ. 7. Dec. 2. 652.

- - ex dentitione convulſionibus ſpaſmodicis, ſalva tamen ſemper ratione, divexatus. Obſ. 8. Dec. 2. 653.

Puerulus ſex annorum glande ſclopetario extinctus & in puteum dejectus. 26. 2. 450.

- - poſt duras acceptas plagas intra paucos à læſione dies mortuus. 87. 2. 590.

Puella undecim annorum, crucibus in diverſis corporis locis ſponte erumpentibus ſignata. Obſ. 7. Dec. 4. 713.

Pulmonum vulnera an, & quo modo ac qua ratione lethalia ſint? 69. 1. 226.

Pulmonum vulnera ſuperficialia abſolutè lethalia non ſunt. 69. 1. 226.

- - - vulnera eorumque vaſorum profunda utplurimum ſunt lethalia. ibid.

- - - vulnera rariſſimè ſanantur. 69. 1. 227.

- - - vulnera usque ad conſolidationis indicium aperta ſunt retinenda. 69. 1. 228.

de pulmonum vulneribus Joelis ſententia. 69. 1. 227.

Pulmonis vulnerati ſigna. 69. 1. 227.

Pulmonis vulneris curati exempla. ibid.

de Pulmonum vulneribus Theophraſti ſententia. ibid. 228.

Pulmonum vulnerum curatio. ibid.

Pulvis cephalicus cerebrum roborans & deobſtruens. 1. 1. 3.

- - alius deobſtruens. 2. 1. 8.

- - ſternutatorius excellens. 1. 1. 5.

- - digeſtivus. ibid.

- - pro potu ordinario. 2. 1. 9.

- - recens natis infantib⁹ ad præcavendas convulſiones exhibendus. 5. 1. 23.

- - digeſtivus & obſtructiones meſenterii reſerans. 6. 1. 26.

- - antiepilepticus. 7. 1. 31. & 33. 1. 132.

	Conſ. Cent. Pag.
Pulvis antifebrilis.	ibid. & 73. 2. 543.
- - aperitivus antiaſthmaticus.	9. 1. 38.
- - ſpleneticus.	11. 1. 45. & 22. 1. 85.
- - antifebrilis præcipitans contra tertianam ſpecificus.	12. 1, 48. & 16. 1. 64.
- - cordialis & analepticus.	13. 1. 53. & 74. 2. 549.
- - antihecticus ſpecificus Poterii.	13. 1. 57.
- - ſanguinem purgans & mundificans.	14. 1. 59.
- - corticum radicum chinæ chinæ febris tertianæ paroxyſmos feliciter depulit.	16. 1. 64.
- - contra oculorum caliginem inſpergendus.	19. 1. 70.
- - adſtringens ad uteri procidentiam.	20. 1. 73.
- - exſiccans & adſtringens in ægylope.	23. 1. 89.
- - conſolidans, læſis inteſtinis inſpergendus.	31. 1. 26.
- - antiaſthmaticus.	35. 1. 140.
- - ad cariem oſſium exſtirpandam.	44. 1. 161.
- - ſiccans & epuloticus.	44. 1. 161. & Obſ. 6. Dec. 1. 632.
- - contra hydrophobiam Galeni.	54. 1. 178.
- - - - - Palmarii.	ibid.
- - aperitivus antiaſthmaticus.	55. 1. 180.
- - ſpleneticus deoppilans.	61. 1. 189.
- - analepticus alterans & corroborans in morbis malignis & ſcorbuticis.	63. 1. 194.
- - cachecticus.	93. 1. 196.
- - ſternutatorius cephalicus.	ibid.
- - panegoricus in doloribus arthriticis D. D. Wepferi	64. 1. 208. 94. 1. 286.
- - contra colicam ſpecificus, in formam pilularem, ſi lubet, redigendus.	67. 1. 220.
- - bezoardicus contra tremorem cordis.	68. 1. 224.
- - deobſtruens & aperitivus, in ictero.	70. 1. 230.
- - calorem præternaturalem ex pulvere tormentario reſtinguens.	78. 1. 244.
- - anodynus, vulneratarum nervoſarum partium dolores coercens.	78. 1. 246.
- - pro cataplaſmate,	78. 1. 247.

		Conſ.Cent.Pag.
Pulvis	aperitivus in cachexia & hydrope.	88. 1. 273.
- -	viſum roborans, & caliginem oculorum propulſans.	89. 1. 275.
- -	prolapſo inteſtino inſpergendus.	90. 1. 277.
- -	adſtringens & cordialis.	92. 1. 280.
- -	ſudorif. antiſcorbut. & antipodagricus.	94. 1. 286.
- -	refrigerans pro potu in febribus.	96. 1. 296.
- -	ſternutatorius cephal. excellens.	98. 1. 303.
- -	in ſanguinis & humorum ebullitione præcipitans ſpecificus.	99. 1. 305.
- -	cephalicus alterans & præcipitans.	10. 1. 308.
- -	ſudoriferus.	1. 2. 371.
- -	anticolicus præcipitans.	7. 2. 394.
- -	acidularum operationem promovens,	9. 2. 403.
- -	nervos roborans & abſorbens.	9. 2. 405.
- -	nephrocatarcticus.	10. 2. 410.
- -	antiſpaſmodicus & anticolicus.	ibid.
- -	anodynus contra colicam bilioſam.	11. 2. 415.
- -	cephalicus & hyſtericus.	13. 2. 422.
- -	ad accelerandum partum.	14. 2. 425.
- -	contra hæmorrhagiam. uteri.	ibid.
- -	contra uteri præfocationem & ſpirandi difficultatem.	14. 2. 425.
- -	contra ſubitaneum terrorem gravidarum & puerperarum.	ibid.
- -	antiepilepticus infanti recens nato in primo pulmento exhibendus.	14. 2. 426.
- -	nephriticus.	53. 2. 493.
- -	bezoardicus compoſitus ad febres malignas.	56. 2. 506.
- -	myrrhæ internè ſumptus, gangrænoſam putredinem arcet.	61. 2. 516.
- -	refrigerans pro potu, ſitim reſtinguens, cum aq. fontan. permiſcendus.	62. 2. 519.
- -	ſpecificus contra urinæ incontinentiam.	64. 2. 522.
- -	cachecticus Ludovici obſtructiones pertinaciſſimas ſolvit, & viſcera roborat.	65. 2. 526.
- -	venas uterinas aperiens.	67. 2. 531.
- -	pro fumo contra dolores arthriticos.	74. 2. 547. & 561.
- -	antiarthriticus.	74. 2. 556. & 561.
- -	pro quiete concilianda.	74. 2. 558.
- -	antifebrilis.	74. 2 559. & 85. 2. 587.

	Conſ. Cent. Pag.
Pulvis ſanguinem mundificans.	74. 2. 560.
- - cephalicus confortans, ſingulis menſibus in die novilunii capiendus.	74. 2. 561.
- - contra cancrum, ſanguinem purificans & edulcorans.	100. 2. 614.
- - ſtegnoticus.	Obſ. 6. Dec. 1. 632.
- - antiſpaſmodicus.	Obſ. 9. Dec. 1. 637.
- - ſanguinem renovans & purificans.	Obſ. 3. Dec. 2. 645.
- - antifebrilis ſpecificus & cordialis.	Obſ. 6. Dec. 3. 682.
- - reſolutivus & expectorans.	Obſ. 10. Dec. 3. 692.
- - arcanus antiaſthmaticus.	Obſ. 10. Dec. 3. 692.
- - abſorbens in colica convulſiva.	Obſ. 3. Dec. 4. 703.
- - contra oris ſalſedinem.	Obſ. 4. Dec. 4. 705.
- - antinephriticus præſervativus & curativus expertiſſimus.	Obſ. 3. Dec. 5. 728.
- - bilem compeſcens.	Obſ. 4. Dec. 5. 729.
Pulveres antifebriles ſpecifici.	5. 1. 23.
- - antiepileptici.	ibid. & 65. 1. 211.
- - antifebriles contra quartanam.	47. 1. 165.
- - antiarthritici ſpecifici D. D. Wepferi.	64. 1. 208. it. 94. 1. 286. & 74. 2. 547.
- - antiaſthmatici.	68. 1. 223.
- - putredini reſiſtentes, & à gangræna & ſphacelo præſervantes.	78. 1. 245.
- - carioſis oſſibus inſpergendi.	Obſ. 3. Dec. 2. 645.
Purgantia in doloribus colicis ſunt evitanda.	11. 2. 415.
Puſtulas ex ambuſtione prohibentia, doloremque lenientia.	24. 1. 91.
Pyrum monſtroſum.	37. 1. 145.

Q.

QUædam acum æneam deglutivit, quæ poſt 10. annos terebrato ventriculo è parvo foramine prodiit.	30. 1. 120.
Quidam urceos vitreos, aliaque multa modica mercede conductus devoravit.	30. 1. 117.
Quidam enſis mucronem tres digitos longum deglutivit, eundemque 12. die per alvum reddidit.	30. 1. 118.
Quidam mucronem cultri; alius lignum digiti craſſitie & longitudine deglutivit.	30. 1. 118.

Quidam

Conſ.Cent.Pag.

Quidam gladium ſemipedem longum cum coriacio manubrio deglutivit, eumque poſt ſemeſtre per abſceſſum in inguine obortum reddidit. 30. 1. 120.

R.

RAſura unguium in cereviſia propinata prava ſymptomata excitans. 22. 2. 443.
Remedia pro communi uſu à ſclopetis vulneratorum. 78. 1. 244. & ſeq.
- - in cancro convenientia. 79. 2. 573.
- - antiſpaſmodica. Obſ. 10. Dec. 1. 638.
Rerum alienarum deglutitarum exempla. 30. 1. 117.
- - alienarum deglutitarum ac in oœſophago hærentium ſymptomata, prognoſis, atque periculum. 30. 1. 118. & 119.
- - alienarum deglutitarum exempla, & exinde inſecuta mala & mors. 30. 1. 119.
- - alienarum deglutitarum, & in œſophago hærentium curatio. 30. 1. 121.
Res alienæ per urinam, mediante faſcino è corpore excretæ. 49. 2. 485.
Reſinæ fumus ano exceptus teneſmum & prolapſum rectum inteſtinum corrigit. 90. 1. 277.
Rondaſſe, animal quadrupes ex India orientali oriundum. in fine Conſil. Centur. 1. pag 309.
Rotulæ cephalicæ catarrhales. 10. 11. 40.
- - contra vertiginem. Obſ. 5. Dec. 4. 710.
Ruptio vaſorum lymphaticorum unde proveniat? 32. 2. 472.
Ruptio & dilaceratio venarum cervicis uteri & colli veſicæ ex caſu. Obſ. 3. Dec. 1. 626.
Rupturarum præſervatio in partu. 14 2. 423.
Ruſticus cultrum Pragæ deglutivit, qui, aperto abdomine, è ventriculo extractus eſt. 30. 1. 120.

S.

SAcculus gingivas emolliens & dolorem ſedans. 5. 1. 23.
- - ad uteri prolapſum. 20. 1. 74.
- - laxativus. 68. 1. 223.
- - cephalicus caput & ſpiritus animales roborans. 98. 1. 303.
- - vertici capitis imponendus. ibid.
- - laxativus ſanguinem ſcorbuticum purgans. 1. 2. 370.
- - - in arthrit. vaga ſcorbutica præſcriptus. 74. 2. 556. & 559.

Conſ. Cent. Pag.

Sacculus laxativus in affectu hypochondriaco & pectorali. 75. 2. 563.
- - ſtomachicus vomitum compeſcens. Obſ. 3. Dec. 4. 702.
Sacculi cephalici pro materiæ catarrhalis reſolutione. 11. 1. 44.
- - pro pulſibus cum aqua refectoria, in qua madefaciendi. 57. 2. 509. & 78. 2. 570.
- - cephalici in affectibus capitis & cerebri applicandi. Obſ. 10. Dec. 4. 710.
Sacculi ſtomachici. Obſ. 4. Dec. 5. 731.
Sacculus laxativus. 68. 1. 223.
Sal volatile & fixum humano ſanguini connatum à ciborum varietate ſimul ingeſta valdè depravatur. 9. 2. 401.
Salis volatilis oleoſi deſcriptio. 92. 2. 598.
Sanguis canis & felis nigri corpori & ædibus illitus pro ſingulari remedio antimagico deprædicatur. 49. 2. 286.
Sanguis menſtruus vitioſus, & menſes inordinati, debitum tempus antevertentes. Obſ. 6. Dec. 4. 711.
Scabies perverſa & pſoradica, ejusque cauſa & curatio. 14. 1. 59.
Scabies ſcorbutica, ejusdemque curatio. 1. 2. 369. & 370.
Scirrhi definitio, differentia, cauſa, ſigna, prognoſis, atque curatio. 28. 1. 107. 108. & ſeq.
Scirrhus ad ſuppurationem tendens remediis calefacientibus, quin etiam ſectione & uſtione irritandus non eſt, ne in cancrum degeneret. 28. 1. 109.
Scirrhus maxillæ dextræ in cancrum degenerans, lethalis. 57. 1. 183.
ejus cauſa. ibid.
Secretum Galeni contra hydrophobiam. Obſ. 9. Dec. 3. 690.
Secundinæ retentio ſuperveniente febre acuta, lethalis. 51. 1. 171.
Secundinam expellentia. ibid.
Sedimentum rubrum in urina non terreum, ſed. ſalinum eſt. 9. 2. 406.
Semicupium adſtringens contra uteri prolapſum. Obſ. 6. Dec. 2. 651.
Semicupium in doloribus nephriticis. 10. 2. 409.
Sief exſiccans & adſtringens in ægylope. 23. 1. 89.
- ad oculorum nubeculas diſcutiendas. 19. 1. 70.
Signa affectus hypochondriaci. 1. 1. 2.
- - cachexiæ. ibid.
Singultus, ejusdemque remedia. 6. 2. 393.
Singultum compeſcentia. 22. 1. 86.
Sinus fiſtuloſus penes inteſtinum rectum felic. curatus. Obſ. 1. Dec. 1. 623.
Sitis nocturna quomodo compeſcenda? 9. 2. 402.

	Conſ.Cent.Pag.
Sitim puerperarum ſedantia.	14. 2. 424.
Somni continuum deſiderium.	1. 1. 1.
Spaſmi cauſa.	9. 2. 400.
- - cynici remedia.	78. 1. 246.
Spaſmodicæ inteſtinorum contractioni & dolori colico quomodo ſuccurrendum?	10. 2. 410.
Spaſmodici motus cauſa in colica convulſiva non eſt in cavo inteſtinorum, ſed extra illud in plexibus nervoſis.	9. 2. 399.
Spaſmus ſectioni herniæ ſuperveniens, lethalis.	Obſ. 9. Dec. 1. 636.
- - incipiens poſt ſectionem herniæ curatus.	Obſ. 10. Dec. 1. 637.
- - cervicis uteri pertinaciſſimus.	Obſ. 6. Dec. 3. 684.
Sphacelus ab interna cauſa lethalis.	75. 1. 237.
- - hujus quatuor exempla.	ibid.
- - pedis dextri febrem malignam inſequens.	58. 2. 510.
Species pro decocto pectorali.	9. 1. 37.
- - pro potu travmatico.	34. 1. 133.
- - pro potu ord. vulneratorum militum.	78. 1. 244.
- - pro potu contra oculorum caliginem.	89. 1. 275.
- - pro potu ord. in ſanguinis profluvio.	92. 1. 280.
- - pro potu ordinario in colica convulſiva.	8. 2. 398.
- - pro potu ord. in arthritide vaga.	74. 2. 556.
Spina ventoſa in pede minori ſiniſtro, accedente tabe, lethalis.	28. 2. 453.
Spiritus cephalicus.	1. 1. 4.
- - vini optimè rectificatus cum ſale armoniaco contra tumorem pedum.	1. 1. 5.
- - cephalicus aperitivus & deobſtruens.	11. 1. 44.
- - vertici capitis inſtillandus.	ibid. & 22. 1. 85.
- - cervici ac nuchæ illiniendus.	ibid.
- - antiaſthmaticus.	22. 1. 85.
- - aperitivus antiaſthmaticus.	55. 1. 180. 68. 1. 224.
- - arthrit. & iſchiadicus, nervos roborans.	85. 1. 266.
- - cephalicus vertici & nuchæ illiniendus.	87. 1. 269.
- - externus, nervor. obſtructiones reſerans.	87. 1. 270.
- - cephalicus internè ſumendus.	98. 1. 302.
- - contra tumorem pedum.	100. 1. 308.
- - contra membra à gelu læſa externè cum linteis applicandus.	34. 2. 462.

Conſ. Cent. Pag.

Spiritus externus, nervos roborans, & in dolore iſchiadico expertus. 53. 2. 493.
- - in convulſionum paroxyſmis ſummè penetrans & ad animum revocans. 65. 2. 527.
- - arthriticus externus. 74. 2. 557.
- - cephalicus vertici & temporibus inſtillandus. 74. 2. 559.
- - arthriticus roborans & aperitivus. 84. 2. 585.
- - antiſpaſmodicus. Obſ. 10. Dec. 1. 638.

Sterilitas, ejusque definitio, cauſa, ſigna, prognoſis, & curatio. 1. 2. 372. & ſeq.
Sterilitatis & ſimul affectus hypochondriaci juvamina. 3. 2. 375.
- - & affectus hypochondriaci ulterior elucidatio. 4. 2. 387.
Stertore & ſibilo in morbis gravioribus ſuperveniente, patientes rarò aliquot dies ſupervivunt. 74. 2. 556.
Stridorem & ſibilum in aſthmate reſolventia. 74. 2. 562.
Strumarum præſervatio in partu. 14. 2. 423.
Strumæ ex aquis in aliquibus locis familiares. 14. 2. 433.
Succus ſtomach. refrigerans & adſtringens. 36. 1. 144.
Sudoriferum commune in febribus bilioſis & malignis. 96. 1. 296.
Sudorem colliquativum coercentia. Obſ. 6. Dec. 3. 682.
Suffumigium contra carioſam indue gallica exulcerationem in deſperatis probatiſſimum. Obſ. 2. Dec. 3. 666.
Suffumigia contra teneſmum. 84. 1. 262.
Suppoſitoria contra teneſmum. 13. 1. 56.
Suppoſitorium contra ſpaſmum. 84. 1. 262.
Symphiti majoris radix vaginæ uteri immiſſa uterum laxatum adſtringit. 20. 1. 75.

Syrupus laxativus cholagogus. 2. 1. 8.
- - pectoralis. 2. 1. 9.
- - ad laryngis & arteriæ aſperæ ſiccitatem & raucedinem. 13. 1. 54.
- - refrigerans potui immiſcendus. 13. 1. 54. & 13. 1. 56.
- - pectoralis in pleuritide. 49. 1. 169.
- - pectoralis antiaſthmaticus. 68. 1. 224. Obſ. 10. Dec. 3. 692. & Obſ. 4. Dec. 4. 702.

Syrupus pectoralis in pleuritide proficuus. 95. 1. 296.
- - pro Julapio. 78. 1. 244.

T.

	Conſ. Cent. Pag.
TAbulæ cephalicæ.	22. 1. 85.
- - memoriam confortantes.	98. 1. 302.
- - - - Horſtii.	ibid.
Talus in pede luxatus repoſitionem reſpuens.	39. 2. 469.
Tali luxati repoſiti facilè iterum luxantur.	ibid.
Teneſmum coercentia.	13. 1. 56.
	78. 2. 570.
Teneſmus à ſuppreſſo hæmorrhoidum fluxu, cum fiſtuloſa exulceratione inteſtini recti.	83. 1. 253.
Teneſmi hujus reſolutio, & ad interrogata reſponſio.	83. 1. 258.
Teneſmi definitio, cauſa, ſigna, prognoſis & curatio.	84. 1. 260.
Thermæ Geislingenſes, (Germ. das Rötelbad) ex quibus mineralibus virtutem & efficaciam ſuam nanciſcantur?	95. 1. 293.
Thermæ poſt repoſitionem oſſis præmaturè utendæ non ſunt.	95. 1. 293.
- - & acidulæ autumnali & hyemali æquè ac vernali & æſtivali tempore efficaces non ſunt.	95. 1. 294.
ex Thermarum immaturo poſt oſſis repoſitionem uſu triſtis eventus.	95. 1. 294.
Tinctura corroborans.	63. 1. 196.
- - aperitiva ſplenetica.	Obſ. 9. Dec. 2. 657.
- - antiphtiſica.	Obſ. 4. Dec. 3. 668.
- - ſanguinem purificans.	Obſ. 3. Dec. 2 645.
Tinnitum aurium aufferentia.	74 2. 549. & 561.
Topica in doloribus arthriticis atque podagricis.	94. 1. 287. & ſeq.
- - contra cancrum.	100. 2. 614.
- - anodyna & refrigerantia in capitis doloribus.	100. 1. 308.
Tormina cur ob conſtrictionem inteſtinorum ſequantur?	9. 2. 400.
Tragea confortans cephalica.	1. 1. 4.
	11. 1. 45.
	65. 2. 525.
	& 100. 1. 308.
- - viſcera roborans.	2. 1. 8.
- - ſtomachum & viſcera corroborans.	6. 1. 26.
- - ſtomachica & hepatica.	9. 1. 37.
- - cephalica & ſtomachica.	10. 1. 40.
	& 75. 2. 563.
- - ſtomachica.	13. 1. 52.
	& 10. 2. 412.

Conſ.Cent.Pag.

Tragea viſum corroborans. 19. 1. 70.
- - frigidam viſcerum intemperiem corrigens. 2. 2. 374.
- - contra vomitum gravidarum. 13. 2. 422.
- - vomitum compeſcens & ſtomachum roborans. 78. 2. 568.
Trochiſci pro fumo ore excipiendo, in columellæ & faucium exulceratione gallica. 63. 1. 195.
- - ſublinguales contra deglutiendi difficultatem. 63. 1. 196.
- - catarrhales. 75. 2. 564.
Tubera terræ ſunt valdè noxia. 9. 2. 402.
Tumorem pedum tollentia. 1. 1. 5.
- - genitalium poſt partum arcentia. 14. 2. 424.
Tumor colli ſcirrhoſus, cum graviſſimis ſymptomatibus. 28. 1. 105.
- - linguæ monſtroſus ex catarrho, ſuffocationem minitans. Obſ. 2. Dec. 4. 695.
- - glanduloſus adipe interſeptus, ſiniſtro cruri in poſteriori parte à nativitate inhærens, ſectione ſublatus. 82. 2. 577.
Tumoris repentini totius corporis puerorum & puellarum in pago Neenſtetten curatio. 96. 1. 297.
Tuſſis, cum phtiſis periculo. 1. 1. 1.

V.

VAlgorum definitio, cauſa, ſigna, prognoſis, & curatio. 26. 1. 96. & 97.
- - curatio Hier. Fabr. ab Aquapendente. 26. 1. 97.
- - - Guil. Fabr. Hildani. ibid.
Varus proſpero ſucceſſu reſtitutus. 25. 1. 93.
Vari onomatologia, definitio, cauſa, ſigna, prognoſis & curatio. 25. 1. 93. & 94.
Varicum in cruribus declinatio in partu. 14. 2. 423.
Venenum gallicum varia moleſta ſymptomata proferens. 63. 1. 191.
ejus curatio. 63. 1. 193. & ſeq.
Venæ hæmorrhoidalis cœcæ ardor in puerpera. 8. 1. 32.
Veneris uſus in curandis vulneribus vulneratis noxius. 29. 1. 111.
Venereæ luis curatio in veneni venerei exſtirpatione, & ulcerum legitima tractatione conſiſtit. 63. 1. 202.
Ventriculi diſcraſia cum catarrh. & aſthmate. 10. 1. 39.
- - diſcraſia cum anorexia, corporis atrophia & diſpoſitione hectica. 12. 1. 49.
- - diſcraſia cum hepatis intemperie calida. 36. 1. 141.
- - diſcraſia cum diſpoſitione febrili. 52. 2. 489.

	Conſ.Cent.Pag.
Ventriculi diſcraſiæ definitio, cauſa, ſigna, prognoſis & curatio.	36. 1. 142. & ſeq.
- - vulnus ex utroque latere, lethale.	81. 1. 251.
Verruca ponè dextram narium alam oborta filo ſerico exſtirpata.	18. 2. 438.
Vertigo, cum hæmorrhagia narium, ejusque cauſa, ſigna, prognoſis & curatio.	99. 1. 304. & 305.
- - eſt prodromus apoplexiæ.	ibid.
Veſicæ vulnus lethale.	74. 1. 236.
de Veſicæ vulneribus judicium.	ibid.
Veſicæ paralyſis curatio.	87. 1. 270.
- - inter luctandum ruptio lethalis.	40. 2. 470.
Vinum medicatum purgans contr. aſthma.	22. 1. 85.
- - medicatum laxativum antiaſthmat.	55. 1. 180.
- - medicatum laxativum antinephriticum & anticolicum.	10. 2. 412.
- - antiaſthmaticum.	Obſ. 10. Dec. 3. 692.
- - acidum per acetum lithargyrii dulcificatum.	Obſ. 3. Dec. 4. 697.
Vina acida per lithargyrium adulterandi modus.	ibid.
Vini per lithargyrium adulterati probatio.	ibid. 698.
- - lithargyrio adulterati noxæ.	ibid.
- - fuci ſummè ſunt noxii.	9. 2. 402.
Vinum medicatum viſcera roborans.	92. 1. 280.
- - medicatum laxativum cephalicum.	98. 1. 302.
Violenta nervor. ac tendinum pedis minoris extenſio ſymptomata motui naturali moleſta excitans.	71. 2. 536.
Viperarum italicarum caro ſpecificum exhibet fertilitatis remedium.	2. 2. 375.
Viperarum uſus & inſtructio Medici cujusdam Itali.	3. 2. 379.
de Viperarum naturali proprietate.	3. 2. 380.
Viperæ quænam ſint eligendæ?	3. 2. 380.
de Viperarum collectionis & capturæ tempore.	3. 2. 380.
Viperæ captæ ſtatim & ſine longiori mora ad uſum ſunt applicandæ.	ibid.
Vir magnæ & proceræ ſtaturæ plicam rubram prolixam gerens in templo coram Scotiæ Rege comparuit & diſparuit.	16. 2. 433.
Vitrivorax, nomine Lazarus quaſvis res oblatas, imo vivos piſces & animalcula, quin etiam ſaccum cum carbonibus devorabat.	30 1. 117.
Vitrivorax Polderhans/ Lipſienſis caupo, brutum Academicum dictus, multis aliis palmam præripit.	30. 1. 118.
Ulcera pedis dextri à ſanguine ſcorbutico & atrabilario provenientia, lethalia.	55. 2. 499.
Ulcus phagedænicum febrem diuturnam inſequens, ac interiores oris partes cum facie corrumpens.	59. 2. 511.

	Conſ. Cent. Pag.
Ulcus fiſtuloſum ab intercepto hæmorrhoidum fluxu ponè inteſtinum rectum curatum.	Obſ. 1. Dec. 1. 622.
- - aliud fiſtuloſum penes inteſtinum rectum feliciter curatum.	Obſ. 2. Dec. 1. 623.
Unguentum contra corporis atrophiam.	6. 1. 27.
- - contra dolor. venar. hæmorrhoid. cœcar.	8. 1. 33.
- - refrig. & anodynum contra dolor. hæmorrhoidum.	8. 1. 33.
- - pectorale.	9. 1. 37.
- - ſtomachicum.	10. 1. 40.
- - reſumptivum & refrigerans pro dorſo.	13. 1. 54.
- - contra ſcabiem malignam & pſoradicam.	14. 1. 60.
- - ad exulceratum vaginam uteri.	20. 1. 72.
- - ad ambuſta.	24. 1. 91. & 92.
- - fabror. ferrarior. Mörgelſtettens. & Regio : fontan. ad ambuſta.	24. 1. 93.
- - ulceris cavi malignitatem abſumens & exſiccans.	27. 1. 104.
- - dorſale contra atrophiam.	29. 1. 113.
- - hypnoticum fronti ac temporibus applicandum.	33. 1. 131.
- - refrigerans & exſiccans.	63. 1. 194.
- - naribus à lue gallica obſtructis & corruptis turundis illitum indendum.	63. 1. 194.
- - pro dorſo ad corporis atrophiam.	63. 1. 195.
	74. 2. 559.
	78. 2. 570.
- - in urinæ ſuppreſſione infimo ventri illiniendum.	87. 1. 270.
- - ad ani exitum.	90. 1. 277.
- - pro ano ſanguinem fundente inungendo.	92. 1. 280.
- - antipleuriticum.	95. 1. 296.
- - frontale contra capitis dolorem in febribus.	96. 1. 296.
- - contra ſcabiem ſcorbuticam.	1. 2. 371.
- - ad pedum hydropicorum ruborem gangrænam minantem.	32. 2. 458.
- - nervinum.	34. 2. 461.
- - ad membra à gelu læſa.	34. 2. 461.
- - ſiccans & epuloticum.	Obſ. 3. Dec. 1. 628.
- - antiſpaſmodicum.	Obſ. 10. Dec. 1. 639.
- - refrigerans pro dorſo ex cancris.	Obſ 1. Dec. 5. 724.
Unguium raſura in cereviſia propinata prava ſymptomata excitans.	22. 2. 443.

Conſ.Cent.Pag.

Volvulus periculoſiſſimus ex malè repoſita hernia. 31. 1. 122.
Volvuli onomatologia, definitio, cauſa, ſigna, prognoſis, & curatio. 31. 1. 124. & ſeq.
Volvulus inteſtinalis feliciter reſtitutus. 71. 1. 231.
- - per propinatum mercurium vivum curatus. 71. 1. 232.
Vomitum compeſcentia. Obſ. 3. Dec. 4. 702. Obſ. 10. Dec. 4. 719.
Vomitus creberrimus, cum inſequente colica flatulenta, aliisque moleſtis ac periculoſiſſimis ſymptomatibus. Obſ. 10. Dec. 4. 717.
Vomitus creberrimus cum anxietate circa præcordia. Obſ. 4. Dec. 5. 728.
Urinæ incontinentia apud ſenem decrepitum. 64. 2. 522.
Urinarii meatus læſio ex vulnere per ſclopetum inflicto. 77. 2. 566.
Uteri procidentiæ cauſa & differentiæ. 20. 1. 72.
- - ſigna generalia & ſpecialia. 20. 1. 73.
- - prognoſtica. ibid.
- - curatio. ibid.
- - prolapſi repoſitio chirurgica. 20. 1. 74.
- - reponendi modus Andernaci. 20. 1. 75.
- - prolapſus in partu quomodo ſit præcavendus. ibid. & 14. 2. 412.
- - hæmorrhagiam compeſcens potio. 51. 1. 172.
- - procidentia ex ligamentorum laxitate, ejusdemque curatio. Obſ. 6. Dec. 2. 646.
Uterus prolapſus tertia demum ſeptimana repoſitus. 45. 1. 158.
Vulnus capitis cum fractura cranii lethale, ejusdemque tractatio. 15. 1. 61.
- - oculi, mucrone gladii inflictum, & cum maximo dolore conjunctum, curatum. 19. 1. 69.
- - in cordis tunica curatum. 21. 1. 80.
- - ſclopeto inflictum, ſcapulam, pectus, & pulmones penetrans, lethale. 69. 1. 225.
- - ſclopeto inflictum, partes aliquot principes lædens, lethale. 72. 1. 232.
- - femoris ſiniſtri punctim inflictum ex accidenti lethale. 73. 1 234.
- - veſicæ lethale. 74. 1. 236.
- - in fronte ex vehementi contuſione per accidens lethale. 76. 1. 239. ejus tractatio. ibid.
- - propè oculum punctim inflictum in ſubſtantiam cerebri penetrans, lethale. 82. 1. 252.
- - capitis cum depreſſione & fractura cranii ab equi percuſſione inflictum & curatum. Obſ. 7. Dec. 1. 632.

Vulnus femoris ſupra genu, cum inſequenti ſynovia, corporis atrophia, & fiſtuloſis ſinubus. Obſ. 8. Dec. 1. 634.
- - femoris lethale. Obſ. 2. Dec. 1. 642.
- - capitis cum fractura cranii ac læſione meningum & cerebri. Obſ. 8. Dec. 5. 736.
Vulnera colli fruſtulis plumbeis per tubum pyrium inflicta, lethalia. 21. 1. 76.
- - ſimpliciter & abſolutè lethalia quænam ſint? 21. 1. 79.
- - utplurimum lethalia quænam ſint? 21. 1. 79.
- - cerebri ſuperficialia nonnunquam curata. 21. 1. 80.
- - ſecundum quid & per accidens quænam ſint? ibid.
- - pulmonum an, & qua ratione ſint lethalia? 69. 1. 225.
- - pulmonum ſuperficialia abſolutè lethalia non ſunt. ibid.
- - pulmonum, eorumque vaſorum profunda utplurimum ſunt lethalia. 69. 1, 226.
- - capitis feliciter curata. 42. 2. 473.
- - duo capitis per bombardam manuariam duobus globis inflicta. Obſ. 7. Dec. 5. 735.
- - lethalia inſpiciendi modus. pag. 745.
Vulnerum lethalium definitio. 21. 1. 79.
- - - diviſio & differentia. ibid.
- - - diſtinctiones. 21. 1. 80.
- - lethalitatis abſolutæ ſigna. ibid.
- - lethalium inſpectionis requiſita. 21. 1. 81.

FINIS.

Er-


Errata typographica.

PAg.6. ſcorcuticum pro ſcorbuticum. pag. 25. lin. ult. præternatutali pro præternaturali. pag.35.lin.21. comitatut, pro comitatur. pag.37. lin.penult. Begum. pro Beguin. pag.47. lin.29. roborandum pro roborandam. pag.68 lin.11. propendentibns, pro propendentibus. pag. 83. lin. 1. è, pro â. & p. 86. in margine, Nephriticam pro Nephriticum. pag. 128. lin.21. Grem. ♀i, pro Crem. ♀ri. p.128. lin.28. fol. ſen. el. ſ. ſt. ℥vj. pro ʒvj. p.132. lin.19. imprimetetur pro imprimeretur. p. 133. in Titul. αὐτόχειρ pro αὐτόχειρ. p. 140. lin. 19. troſchiſc. pro trochiſc. p. 146. lin. 31. Piſcis pro Piſces. & lin.31. piſcis pro piſces. p.149. lin. 7. annectabatur, pro annectebatur. p. 155. lin. 14. duobus pro duabus. p. 161. lin. 19. & 20. ſomnus modicus, deleatur. p. 162. Titul. OBSERVATIO MED. XLVI. planè omiſſ. p. 171. lin. antipenult. Alkern. pro Alkerm. & p. 172. in margine Pulv. ſtegnot. pro Pot. ſtegnot. p.180. lin.26. aſſectu pro affectu. p.189. lin.16. iij. pro ℥iij. p.202 lin.20. virbus, pro viribus. p.213. in margine, gralis, pro generalis. p. 216. lin. penult. proficuæ pro proficua. & p. 218. lin. 17. ☉is, pro ſalis. p.222. lin. 28. maturandum, pro maturandam. & p.224. lin.29. forctiores pro fortiores. p.230. lin.17. ſermento, pro fermento. p. 234. lin. 8. ſuit, pro fuit. p.235. lin.25. ſemur pro femur. p.237. lin. 7. Unguém pro inguen. p. 245. lin.35. Andruom. pro Andromachi. p.259. lin. 19 oboriuntur, pro oboritur. pag. 267. lin.27. fragendum, pro frangendum. p.279. lin. 25. Andron. pro Androm. p.282. lin.12. eâ, pro â. p.287. in margine, Eſent. pro Eſſent. p.305. lin.9. reſrenatione, pro refrenatione. p.378. lin. 4. ſaginationem pro ſaginationem. p. 384. lin. 16. tranſmutationi pro tranſmutatione. p. 393. lin. 17. ſpiritualibns, pro ſpiritualibus. p.399. lin.28. menbrana pro membrana. & p.405. lin.9. ☉. pro ſalis & ibid. lin.21. Emetiro, pro Emetico. p. 115. lin. 19 dulv. pro dulc. p.419. lin. 19. lineamentis, pro linteamentis. p.421. lin. 15. exdudatur, pro excludatur p.434. in margine. Miles ex abſciſſione plicæ polonicæ cæcus factus. p. 446. lin. 14. verberibns, pro verberibus. p. 464. lin. antipenult. &, pro ex. p. 468. lin. 18. ordinata, pro ordinatum p. 493. lin. 6. ℑiiij. pro ℑiiij. p. 506. lin. 14. Ulteri pro Uteri. & lin. 21. ſuceſſu, pro ſucceſſu. ac lin. 22. aqua pro igne. p. 59. lin. 30. aſthmatis, pro aſthmaticis. p. 510. lin. 9. &, pro hanc p. 511. lin. antipenult. phagadænicum, pro phagedænicum. & p. 512. lin. 7. phagadænica, pro phagedænica. & lin. 23. phagadænicn pro phagedænica. p. 518 in Titulo, Tracturam, pro Fracturam. & p. 519. lin. 28. ʒvij. pro ℥vij. p.522. lin. 18. aq. pro igne. p. 547. lin. 28. ois, pro ⊖is, & p. 552. ſub fin. pag. Comite pro Comiti. p. 563. lin. 20. ſalvæ pro ſalviæ p. 568. lin. 30. Alherm. pro Alkerm. p. 585. lin. 34. pilulas, pro pilulæ. p. 593. lin. 8. Höchſtettero. p. 597. lin. penult. ſuit, pro fuit. & p. 598. lin. 9. iiij. pro ℑiiij. & p. 599. lin. 27. leve pro læve. p. 607. lin. 23. ſpiritus pro ſpiritibus p. 614. lin. 7. ningr. pro nigr. p. 632. lin. 7. ſumperim-


poſito

positio pro superimpositio. p. 650. lin. 18. albo pro alba p. 655. lin. 4. alb. pro alba. & lin. 17. cancror. deleatur. p. 664. lin. 17. Crall. pro Croll. p. 672. lin. 20. iqſam, pro ipſam. p. 673. lin. 19. inungantur, pro inungatur. p. 681. lin. penult. debellandam pro debellandum. Et. p. 683. lin. 15. moti pro motui. p. 689. in margine, curotio pro curatio. pag. 695. lin. 19. pro ʒiß. Ʒiß. pag. 706. lin. 2. Weiſſenburgienſibus pro Weiſſenburgenſibus. & lin. 3. efflotescentia pro efflorescentia. pag. 711. lin. 19. qnondnm. pro quondam. pag. 713. lin. 2. ſacch. alb. Ʒiij. fuit omiſſum. pag. 719. lin. ult. Ʒ. omiſſ. pag. 745. EXTINTA pro EXTINCTA.


ad Consil: 2. Cent: 3. p. 309



½ Schuh.



ad Consil. 20 Cent. 1. p. 77



ad Consil. 37. Cent. 1. p. 145




ad Consil: 57. Cent: 1. p. 183




ad Consil: 38. Cent: 1. p. 147



ad Consil: 26
Cent 1. p. 95.



ad Consil: 25 Cent: 1. p. 93



ad Consil: 60. Cent: 2. p. 513



ad Observ: 10. Decad: 5. p. 742



Bibliothek
Compact. 2. f. 30 X.

ad andream
Kaesner